


152

21
30
25



16.a. 2. 8.

2 400 40 MADE IN SPAIN



del Studio de la Compañia de J. B. de Granada

Q-8297



TRACTATUS DE
ATTENTATIS
ET INNOVATIS
LITE ET APPELLATIONE
PENDENTE,



*Quibus adiuncti sunt & explicati alij casus qui decima ab hinc pagina
distinctè indicantur,*

ROBERTO LANCELLOTTO I. C. Pérufino
autore, nunc primùm in lucem
editus.

Cum Indice Rerum, & verborum locupletissimo.



LVGDVNI,
APVD SYMPHORIANVM BERAVD.

M. D. LXXX.



atoris
Proxima, & yltima
ANTE IN C
S. Francisci, sub
mensis Januarij.
EX OFFICINA

del'Officio della Compagnia de' Ss. del'Granada

Q-8297

TRACTATUS DE
ATTENTATIS
ET INNOVATIS
LITE ET APPELLATIO-
NE PENDENTE




*Quibus adiuncti sunt & explicati alij casus qui decima ab hinc pagina
distinctè indicantur,*

ROBERTO LANCELLOTTO I. C. Perusino
authore, nunc primùm in lucem
editus.

Cum Indice Rerum, & verborum locupletissimo.

GRANADA
Sala
Folio 21
Tabla 46



LVGDVNI,
APVD SYMPHORIANVM BERAVD.


M. D. LXX.




FVLVIO CORNEO S. R. E.
 CARDINALI AMPLISSIMO
 Perusinaeque Ecclesiae Antistiti religiosissima
 ROBERTVS LANCELLOTTVS
 PERVSINVS. S.




AGITVR nunc quintus supra decimum annus, quo in familiarium tuorum numerum (quae tua fuit humanitas) me retulisti, quo factum est, ut saepius tecum ego sermonem haberim, atque admirari me dicerem, neminem ex nostris Iurisconsultis, haecenus inuentum, etiam ex recentioribus, qui Attentatorum materiam (quae omnium frequentissima, praesertim in Romana curia semper extitit) ad communem utilitatem in vnum perstringere curauerit, sicut iam per praecipuos meos Antonium Massam, quae de obligatione Camerali, & Sebastianum Vantium, quae de nullitatibus à nostris traduntur, factum videbamus: Quod si quid aliquando apud te ocij nancisci possem, statuisse me omnino illud omne in hanc vnam rem conferre. Quod cum à te quoque tunc non improbari animaduertissem, magno animo hanc prouinciam sum aggressus, atque eò sum foeliciter etiam profectus, quo paulo post ijs me beneficijs, atque honoribus honestasti, quae mihi (te iubente) in patriam reuerso, ocium ad eam rem abunde suppeditauerunt: Vnde magnis laboribus, ac vigilijs, longo studio, ac diuturna obseruatione (vt mente conceperam) materiam hanc omnem Attentatorum (quae nullam specialem sedem haecenus habere videbatur, sed sparsim, & (me Iudice) satis ieiunè ab interpretibus nostris pertractata fuerat) in vnum tandem collegi, & quanto breuius, ac facilius licuit, quasi in methodum redigi: Cùmque foetus iste hodie demum te adiuuante editus vtunque dici possit, quasi de more maiorum purgatum esse volens, statui illum (antequam typographarijs committatur) Domino sistere, hoc est Romano Pontifici (praesertim GREGORIO xiiij. de legali hac disciplina semper optimè merito) te offerente dicare: Quo rectius in his peragendis sacerdotis vice fungi posse censeo neminem, tum quia à Perusino Antistite pro Perusino, & tibi deuotissimo peragenda est oblatio, tum etiam quia vitae tuae Innocentia, & Integritytas, morum irreprehensibilis Honestas, sedula in dicendo, & inculcata Libertas, in negocijs peragendis Diligentia, ac Experientia, maxima item cum Benignitas erga homines, tum in deum Religio, ac Pietas non solum te illi gratum, sed & sibi, & alijs admirandum proculdubio reddunt, ita vt vel quæuis per te illi oblata semper gratiora fore non sit dubitandum. Suscipe itaque Cardinalis Amplissime meum hunc partum, susceptumque pro tua benignitate, vel per literas Sanctissimo Domino sistere non graueris: Ego autem columbarum, aut turturum loco (cum aliud habeam nihil) me ipsum per te Domino in holocaustum, atque simul obnixam deuotionem erga te meam, & indefessè seruitutis obsequium pro sacerdote tibi offero. His autem peractis, & partus, & parens à detractorum liuore mundabitur, & foeliciter ille in dies apud homines recipiet non indebitè forsitan commendationis incrementum. Vale Perusiae, Pridie idus Nouembris. M. D. LXXII.




PROSPERO SANCTACRUIO
 CARDINALI AMPLISSIMO
 Robertus Lancellottus Perusinus.



VM primùm comoraturus Romam accessissem, causamque agere cepissem, inter omnium tribunalium, ac Iudiciorum strepitus hanc vnà Attentatorum vocem frequentissimè resonare animaduerti: Quae sicut mihi tunc nuper ad urbem aduenienti noua propemodum, & inusitata auribus intonuit, ita ob illius frequentiam, ei qui in praxi Ro. Cu. aliquando proficere vellet, eorum notitiam summopere necessariam fore intellexi: Itaque quicquid ad plenam huius rei cognitionem vel proprio studio, vel à doctissimis viris mutuatus diligenti, ac longa quam plurimum annorum obseruatione excerpere quoquo modo potui, in vnum omnia collegi: Quo factum est, vt opus eò paulatim creuerit, vt singulae eius principales partes ad iustificandam voluminis magnitudinem accesserint: Ideoque cui dedicaturus essem hanc secundam partem, cum ipse mecum cogitarem, Tu solus Amplissime Cardinalis iure occurristi, quippe qui non tam Authoris tui deuotissimi, quam tuam propriam quodammodo causam acturus mihi videreris in eo opere tuendo, quod totum refertum, auctumque est ex illis decisionibus, quae in controuersijs coram te pendentibus (dum inter Sacri Palatii Apostolici causarum Auditores eras) factae fuerunt. Suscipere igitur pro tua benignitate hos qualescunque labores meos non dedigneris: Sic enim eueniet, vt non sine aliqua, & forsitan non iniuncta recordatione proprios labores in hisce meis agnoscas, Lectorisque animaduertentes lucubrationibus tuis has meas illustratas esse, huic operi partant, & benignè autoritatis, honorisque tui gratia errata condonent. Vale.






ALEXANDRO SFORTIÆ
 CARDINALI AMPLISSIMO.
 ROBERTVS LANCELLOTTVS
 PERVSINVS. S.

X eo tempore, quo (vt humanioribus litteris operam dares) ad gymnasium nostrum Perusinum puer adhuc accesseras, ego qui pariter sub tutoribus eram, ingenij tui acumen, Prudentiam, Solertiam, Affabilitatem, & erga omnes Humanitatem (quantum per ætatem licuit) sepius admirans, eamque de optima indole tua spem concipiens, cui tu iam plenè respondisti, semper fui quadam animi mei propensione ad te obseruandum, tibi que obsequendum mirificè impulsus, vehementerque aliquam mihi occasionem offerri semper optavi, qua addicti tibi animi mei motum aliquo pacto testarer. Quæ & si diutius, & in hanc vsque diem dilata est, nuper tamen opportunè accidit, vt dum tu summa omnium lætitiæ Signaturæ (in qua Attentatorum, & reuocationis illorū causæ frequentissimè ventilari solent) Præfectus fuisti, Ego quoque ea, quæ de Attentatorum purgatione, totiusque illorum reuocationis processu iam antea per multos annos in vnum collegeram, & hac tertia parte recto ordine (ni fallor) digesseram, tandem (annuente Deo) ita absolueram, vt ad illius impressionem iam iam accinctus essem: Quo factum est, vt statim mihi in mentem venerit (si illam tibi ex more dicassem) tam huic meo testandæ voluntatis erga te meæ desiderio, quam etiam libello eodem tempore consultum fore, qui sub amplissimi nominis tui auspicio in lucem prodians à detractoribus vndique tutus erit. Accipe igitur pro tua humanitate Cardinalis Amplissime hoc, quod auspiciatissimo nomini tuo dicaui, & (quamuis exiguum) possum hoc tempore præstare munusculum, meque tui obseruantissimum in tuorum numerum repone, & qua eos soles beneuolentia prosequere. Vale.

Author



Author Candido lectori.

A his, qui noui alicuius argumenti in Pontificio, siue Cæsareo Iure tractatus conscribunt præter dicendi facilitatem, atque dispositionis ordinem potissimè allegationum copia, & fideles, ac germanæ attestationses requiri consueuerunt: Quæ etsi pro nostra in eo adhibita diligentia non mediocri, ac labore præstitisse nos magna ex parte non desperamus, illud tamen Lectores monitos volumus, nos ad faciliorem, ac vberiore omnium declarationem sæpius fuisse coactos citare, tum resolutiones huic argumento opportunas hactenus multis ab hinc annis, in Sacro Rotæ auditorio factas (quas videndi, & perlegendi ea nobis facultas fuit concessa in proprijs D. mei Oradini resolutionum libris, ac notis per eum in singulis causis per duos supra viginti continuos annos diligenter, & accuratè iuxta informationes adnotatis, vt nulli mirum videri possit, si de illis frequentius forsitan, quàm fuisset verisimile attestati sumus) tum etiam eiusdem Sacræ Rotæ Romanæ decisiones, quæ nondum typis excussæ, manu scriptæ tamen passim leguntur, in quibus quandoque nec vel vnus quidem authoris habetur allegatio, sed (prout par est) suæ duntaxat authoritatis soliditate subsistunt. Earum verò exempla adeo deprauata, & interdum à vero illarum sensu abhorrentia, & inter se aliquando pugnantia circumferuntur, tanta etiam sunt numerorum varietate, & inconstantia referta, vt non dubitemus posse nos quibusdam fortasse aliquoties videri eas minus copiosè, ac fideliter allegasse. Qua in re vnusquisque sibi persuadeat nos semper operam dedisse, vt per Diei, Mensis, & Annorum descriptionem, Authoris, ac Iudicis, & multoties etiam collitigantium nomina, necnon per singularum ferè causarum inscriptionem, & denominationem, ac ipsius demum cuiusque Decisionis principij annotationem (quàm fieri potuit) faciliorem rem reddere, ac clariorem. Quod si quis adhuc in ea re defecisse nos fortè non nihil comperiat, nobis illud pro sua humanitate condonare non dubitet, ceteraque omnia boni consulat: Præsertim quod tamdiu, & in hanc vsque diem huius editionem tractatus distulerimus, vt iam nobis ab alijs inuentionis argumentum præreptum videatur. Quod non ea solum ratione cõtigisse credat, quod oportuerit nos illum quasi ex præcepto nonnum in annum premere: Verum etiam quod de inuentionis præreptione iure dubitari potuisse nunquam sumus suspicati, cum falsum hoc esse graui multorum, etiam Illustrium Virorum testimonio constare semper posse non ambigeremus, qui prius etiam quàm in hoc genere aliquid in lucem prodiret, nos hanc de Attentatis vniuersè scribendi prouinciam fuisse aggressos, multaque super hoc antea per aliquot annos per nos longa obseruatione collecta disponere cœpisse satis superque familiari quoque experientia cognouerunt, & quandoque apud alios sunt testati. Quamuis enim Manfredus multa ad eam causam Attentatorum (cui tanquam patronus tunc præerat) sub Anno M.D. LXII. suo dialogo concinnè fuerit complexus, atque ex ibi dictis alium (cui conclusionum super Attentatis appellatione pendente titulum inscripsit) anno sequenti libellum conflauerit: Eundemque imitatus Herculanus (ex his solum, quæ à Manfredo in dicto libello mutuo sumpsisse videtur, & quæ iure cuiusdam familiaritatis sese nobis insinuans ex repetitis colloquijs excerpserit, quæ non semel nobiscum habere curauit, quo tempore Perusiam in formem hunc Tractatum moliebamur) multa præterea in eum tractatum coniecit, quem de Attentatis appellatione pendente nuper edi curauit. Ex hoc tamen ab instituto dimoueri minimè potuimus, quominus hic quoque noster de Attentatis Tractatus imprimeretur, cum non sit nouum, neque inutile in eadem re, præsertim lata, & frequenti, plura extare commentaria, & Tractatus, ex quorum lectione præter ceteras, illa non reiicienda prouenisse tibi, ac nobis videtur vtilitas, quod si quid illi vltra, vel etiam supra nos dixerint, & tibi & nobis, qui discendi auidissimi sumus, commodissimè cedet. Si verò quid minus plenè fortasse scripserint, eò illorum comparatione labores hos nostros tibi magis gratos, & probatos fore confidimus, quo non vnã tantum speciem Attentatorum appellatione pendente, vt illi, sed vniuersa Attentatorum genera pleniori tractatione complexi sumus.


β iiij



Gaspar Galbriatus advocatus Candido, & pio Lectori. S.

NON parvam nedum apud nouissimos, sed etiam apud veteres Iurisconsultos fuisse controuersiam, nemo est qui nesciat, præstet ne librorum legalis philosophiæ adesse copiam, vt quæ hominibus admirabilem vtilitatem afferat, an verò fatius sit paucos, selectos tamen, habere libros, quos possint legum Doctores nocturna (vt Horatius inquit) versare manu versare diurna: In qua equidem in vtraque sententiam tot hæcenus dicta sunt, vt adhuc sub Iudice lis ipsa pēdere videatur. Ego verò non vt hac in re iudicium interponam meum, sed, vt ingenuè quod sentio proferam, illos maxima semper laude dignos censui, qui ea, quæ varijs in locis dispersa non sine magno labore, ac longo temporis interuallo inueniri possunt, in vnum suis vigilijs, suæque solertia miro quodam ordine congefferint, ac in lucem prodire curauerint, ex quibus quæ se in dies offerunt lites boni Iudices facillè recto iuris tramite valeant terminare. His enim non vlla ignominia nota inuri potest, non quod auro inhiantes (vt quandoq; euenit) causæ inseruire voluerint, non quòd inanis gloriæ adipiscendæ, ac ingenij ostentandi causa, non quod ad æmulationem suos foetus ediderint, verum ea solum ratione animum ad scribendum appulisse fateri oportet, vt publicis commodis operam darēt, cunctisque prodesent. Qua de re non parum legalis scientiæ studiosos, Causidicos, Aduocatos omnes, ac præcipuè qui decidendis causis operam nauant, Roberto Lancellotto Iurisconsulto Perusino Clarissimo Ro. Cu. Aduocato debere existimo, qui vniuersam Attentatorum materiam vsque adeo latam, & immensam, vt vastum mare iure appellari possit, in tres libros ita feliciter redègit, omnesque frequentes, ac quas mauius quæstiones ita copiosè, eleganter, atque etiam eruditè in illis pertractauit, vt nihil omissum sit, quod à quouis vel Iurisconsultissimo homine desiderari possit. Quid quòd multas, easque difficiles disputationes ex huius Sacri Palatii Auditorij toto terrarum orbe celeberrimi, ac tribunalium quorumcunque communi omnium voto facillè principis sententia terminat? quod quanti faciendum sit demonstratione opus non esse vnusquisque exiguo admodum labore perspiciet, sunt enim excelsæ Romanæ Rotæ Iudices tanquam stellæ in firmamento cæli, florueruntque in ea semper etiam præcorum testimonio præclarissima ingenia, eminentisque doctrinæ Viri præstantissimi ac Illustres: hac vero tempestate nostra qui floreat, silentio præteribo: præclarior enim est de eorum laudibus silere, quàm pauca dicere, eoque præsertim quòd non is ego sim, qui adeo eloquētia, & eruditione polleam, vt hoc fœliciter officio fungi possim, neque hinc illorum singulares, eximiâque virtutes recensendi locus esse videatur. Accipe igitur cædide Lector hilari vultu, libentique (vt par est) animo hoc ab Auctore lucubratum opus: sic enim fiet, vt eum suscepti laboris ad publicam commoditatē non pœniteat, atque tam ipse, quàm alij ad Rempublicam iuuandam in posterum accendantur. Vale, Datum Romæ Sexto Calendas Octobris M. D. LXXV.

S. CEC



S. CECCHINI PATRITII ROMANI S. D. N. PP.
Audien. Contradictarum Audit. & V. S. Referend. de Roberto Lancellotto I. C. Perusino Tetrasticon.

DU M patriam exornat meritis, & Robore fulcit
Iustitiæq; pari Lance tuetur opus,
Dum fugienda monens docet Attentata, laboris
Sentiet eximius premia digna sui.

Alphonfi Ciccharelli à Meuania Epigramma Dialogicum.

GLARA duo furis perfulgent lumina Fratres,
Ciuile Hic scribit, scripsit & ille sacrum,
Quem magis aeterno censet sed nomine dignum,
Ex his dic natis Vrbis Perusina tuis?
Equa detur laus, sit longè discrimen ab illis,
Dona eadem ambobus sydera celsa parant,
His Ego sic arces tollo tumefacta superbas,
Sic Lancellottum fertur ad astra genus.

Hieronymi Iannini Meuanatis Endecasyllabon.

MORTALES properate monstra mecum,
Natura aspicere, ecce honos, decusque
Hi legum, celebris fit his, & omni
Lancellotta domus decora laude:
Romani iuuenes, diserte Athenæ
Iam tandem iaceant, gemisq; Graium,
Huc, huc, si studium, bonasque leges
Seetatis, iuuerit venire cunctos,
Hos reddit Perusina terra fructus.

De Lancellottorum libris Astrea.

AM, bilance pari gestabam insignia Libra
Hos pro Lance geram, nunc Vtriusque Libros,
Iuris enim, his methodus, præcisq; utriusque, redacta est
Hisque ego ius aequè tribuo cuique suum.

INDEX

INDEX CAPITVLORVM, IN QVAE HIC TRACTATVS DISTINCTVS EST.

PRIMAE PARTIS.

IN qua (posito praefationis loco Quid sit Attentatum, Quotuplex, & Quo iure inuentum,) tractatur de Personis, per quas dicatur attentari, videlicet de Attentatis, A Parte, & hic an, & quomodo Procurator attentet plenè declaratur.

A Iudice, etiam extraiudicialiter procedente. Cap. I. fol. 11.
A Tertio, Quod tribus Ampliationibus, & vndecim Limitationibus explicatur, & in vltima plenè ponitur materia c. si hi contra quos, vt lit. pend. in 6. Cap. II. fol. 16.
Cap. III. fol. 17.

SECUNDAE PARTIS.

IN qua plenissimè tractatur de causis Attentatorum, idest quibus, & quot modis illa fiant, & in esse deducantur:

Attentari enim dicitur

Lite pendente, In cuius initio praefationis loco latissimè declaratur Quando lis dicatur pendere. Cap. III. fol. 32.
Inde ex Regula, quod lite pendente nihil est innouandum.

Infertur

Primò, quod lite pendente possessio capi non potest, Quod quomodo procedat fusius explanatur. fol. 62
Secundò, quod nec possessio in alium transferri potest. fol. 74
Tertiò, plenè ponitur quando rei litigiosae alienatio valeat. fol. 74
Quartò, quod nec beneficij litigiosi ab executore facta prouisio valet. fol. 82
Quintò, quando lite pendente Patronus praesentare, Ordinarius instituere, aut Praesentatus possessionem capere possit. fol. 83
Vltimò, quod lite pendente rescripti impetratio regulariter non valet de lite non facta mentione. fol. 93
Demum tota ista materia Attentatorum lite pendente Duodecim Ampliationibus, Tringinta Limitationibus, & quatuor Declarationibus concluditur, & in prima Lim. fol. 101. latissimè tractatur materia continuationis possessionis lite pendente, & Regulæ quod Continuat non dicatur attentare quindecim ampliaciones: & sex limitationes adhibentur.

Accusatione, seu inquisitione pendente Cap. V. fol. 152
Post Recusationem iudicis, vbi plenè deducitur, an & quando processus iudicis recusati sit nullus. Cap. VI. fol. 155
Dilatione pendente. Cap. VII. fol. 160
Relatione pendente. Cap. VIII. fol. 163
Consilio sapientis pendente. Cap. IX. fol. 164
Post auocationem causae: vbi plura de clausula (quatenus causa non sit instructa) non inu-
X. hinc explicantur. Cap. X. fol. 166
Pendente tempore ad appellandum. Cap. IX. fol. 170
Appellatione pendente. Cuius materia (quamuis latissima sit) vna tamen & viginti Ampliationibus, Et tribus supra quinquaginta limitationibus concluditur: Et in quinquagesima diffuse demonstratur ex quibus causis appellatio fiat nulla, & inualide, Praesertim ex eo, quod intra decem dies non fuerit interposita. Cap. XII. fol. 175
Pendente tempore Apostolorum petendorum. Cap. XIII. fol. 294
Pendente restitutione in integrum ad appellandum. Cap. XIII. fol. 299
Compromisso pendente. Cap. XV. fol. 303
Redu


Reductione ad arbitrium boni viri pendente. Cap. XVI. fol. 319
Nullitate pendente. Cap. XVII. fol. 324
Restitutione in integrum pendente. Cap. XVIII. fol. 340
Recurso, seu reuisione causae pendente. Cap. XIX. fol. 352
Post inhibitionem: Vbi praefationis loco ponitur
Quid sit Inhibitio fol. 358
Quis Inhibeat. fol. 360
Cui Inhibeatur. fol. 362
Quando Inhibendum. fol. 364
Quomodo Inhibendum. fol. 368

Et deinde subiicitur Regula cum septem, & viginti Ampliationibus, ac octo supra viginti limitationibus, & sex declarationibus, omnem Inhibitionis materiam complectens. Cap. XX. fol. 374

TERTIAE PARTIS,

IN qua plenè tractatur de Attentatorum, & Innouatorum REVOCATIONE, & quomodo Attentata, quando sunt in esse deducta, tollantur, & reuocentur, & quasi praesudiorum loco praeponitur.

Quibus, & quot modis Attentata reuocentur. Cap. XXI. fol. 407
De Actore, & quis possit Attentatorum reuocationem petere. Cap. XXII. fol. 411.
Quando, & intra quod tempus Attentatorum reuocatio sit petenda: & specialiter an contra Attentata currat praescriptio. Cap. XXIII. fol. 415
De Reo, & exceptionibus sibi contra Attentata competentibus: Quod per triginta vtilis quaestiones late examinatur, & in Prima discutitur an, & quando exceptio non iuris impediatur Attentatorum reuocationem. Cap. XXIII. fol. 426
De Processu in causa Attentatorum. Cap. XXV. fol. 459
De Probatione Attentatorum: Vbi pleraque praeter Doct. consideratur, praesertim circa probandam intrusionem. Cap. XXVI. fol. 463
De Iudice & per quem Attentata reuocentur. Cap. XXVII. fol. 476
De Sententia in causa Attentatorum ferenda: Ibi plenè examinatur an a sententia lata in iudicio Attentatorum detur appellatio, & contra communem negatiue concluditur. Cap. XXVIII. fol. 481
De Purgatione Attentatorum, & quibus modis illa fiat. Cap. XXIX. fol. 497
De Priuilegijs Attentatorum, Quorum viginti nouem enumerantur: & plenè declarantur: Et in vltimo (praeter eos, qui iuxta opportunitatem cuiusque generis attentatorum in progressu tractatus positi sunt) ultra etiam quadraginta alii casus congeruntur, in quibus Attentata ante omnia non reuocantur. Cap. XXX. fol. 504
De Poenis Attentatorum: Quas decem & octo esse demonstratur, & singulae fusè explicantur. Cap. XXXI. fol. 527



- 66 Princeps potest tollere ea, quæ sunt inducta de Iure civili, naturali tamen ratione distante.
- 67 Recusatio Iudicis potest per Principem tolli apponendo in commissione clausulam, recusatione remota, secundum Commu. opi.
- 68 Princeps potest ex causa Ius naturale, vel diuinum distingere, limitare, & declarare.
- 69 Clausula quod lite pendente possit capi possessio, citra vitium attentatorum, datur quando beneficium est reseruatum.
- 70 Decime dicuntur esse de Iure diuino.
- 71 Pena potest esse de Iure civili, licet præceptum sit de Iure naturali vel diuino.
- 72 Iudicialia præcepta legis Mosayca hodie non obligant.
- 73 Nec dicuntur esse leges diuinae.
- 74 Iudicium attentatorum cadit sub tribus distinctionibus Iudiciorum, quia est
- 75 Summarium. Item est
- 76 Extraordinarium. Item dicitur esse Possessorium, indiretè tamen propositum, vt numer. 78.
- 77 Extraordinarium dicitur omne Iudicium, in quo proceditur per implorationem officij Iudicis.
- 79 Sententia lata super attentatis sapit naturam meri possessorij.
- 80 Sequester non apponitur quando lata est sententia super attentatis.
- 81 Remedium attentatorum favorabile ne sit, an potius odiosum quadruplex consideratur opi. de quibus infra, nu. 82. 89. 94. & 97.
- 82 Attentare est delictum, & sonat in malam partem, & melius infra, num. 104.
- 83 Penalis dicitur esse materia attentatorum.
- 84 Attentans dicitur offendere ius, iudicium, & partem eodem tempore.
- 85 Attentans dicitur odiosior, & detestabilior spoliante.
- 86 Odium principaliter considerari videtur in reuocatione attentatorum.
- 87 Favorabilis ne an odiosa aliqua dispositio censenda sit, inspicitur, quid principaliter fuerit in consideratione fauor, an odium.
- 90 Publica utilitas dicitur versari in reuocatione attentatorum.
- 91 Anima periculum concernere dicitur attentatorum reuocatio.
- 92 Appellari potest à sententia lata in causa attentatorum.
- 93 Item aduersus eam peti restitutio in integrum per minorem.
- 95 Diuerso iure censi eadem res eodem tempore non debet.
- 96 Nisi fauor, & odium commodam separationem recipiant.
- 98 Attentata (quatenus considerantur dum deducuntur in esse) dicuntur odiosa, postquam autem sunt in esse deducta, & instatur pro illorum reuocatione dicuntur favorabilia.
- 99 Pensio dum tractatur de illa imponenda dicitur odiosa, post impositionem verò (dum agitur de illius solutione) dicitur favorabilis.
- 100 Reuocatio attentatorum est favorabilis.
- 101 In dubio fauere debemus attentatorum reuocationi.
- 102 In dubio pro non attentatis facienda est interpretatio.
- 103 Interpretatio faciendâ, vt euitetur delictum.
- 105 Attentans dicitur offendere Ius, Iudicem, & partem.
- 106 Delictum requirit dolum, vt sit punibile.
- 107 Dolus etiam in attentatis consideratur.
- 108 Dolum arguunt gesta contra præceptum Iudicis, vel contra prohibitionem legis.

- 109 Alienatio facta lite pendente præsumitur dolo facta.
- 110 In dubio assumitur interpretatio, quæ minus præiudicat, & quæ tendit ad bonum.
- Diuisio totius tractatus.
- 111 In prima parte tractatur per quas personas attentari dicitur, videlicet ab Actore, à Reo, à Procuratore, à Iudice, à Tertio, ab habentibus causam ab eis.
- 112 In secunda quomodo attentata deditur in esse, & quando, & quibus casibus.
- 113 In tertia quomodo attentata tollantur, & de illorum reuocatione, & ibidem plenissimè tractatur de his omnibus, quæ materiam huiusmodi reuocationis respiciere videntur.



AT T E N T A T O R V M remedium t quæ sit æquum, & iustum ex eo maxime deprehendi potest, quod per illud non solum magistratum, & ius dicentium dignitas, & iurisdictio contra contemptores illæsa conseruatur, Verum etiam vnicuique litigantium (facto Iudicis, vel aduersarij in aliquo grauato) plenissimè succurritur, & tam Iudicium, quam partium tramites iuris excedentiù temeritas certis pœnis coercetur: Quod si tractatus de restitutione spoliatorum ab eius utilitate magnam semper apud omnes, qui de ea rescripserunt comendationem habere meruit maxima profectò Attentatorum tractatum ex hoc capite tribui debet, quippe qui non solum facile vtile, & priuilegiatum remedium appellatur, vt per Philipp. Franc. in c. bonæ. sub nu. 15. in fin. ext. de appell. Verum etiam magis vtile, & priuilegiatum quam sit præfatum remedium spoliij, vt tradit idem Franc. in c. consuluit. el. 2. nu. 8. de appel. & latius dabetur infra in tertia parte c. xxx. de priuileg. attentat. in prima Ampliat. numer. 6. & seq. vbi vndecim enumerantur differentie inter hoc remedium, & interdictum vnde vi: Quam uero sit frequens, ac quotidianum, & omnibus iuris professoribus (præsertim causarum patronis) scitu necessarium ij conuicere recte valent, qui quoti die in foro versantur, Nullus enim omnino causarum alicuius momenti processus (præsertim in curia) fabricari videtur, cui iste attentatorum articulus iure, vel iniuria non annectatur, & diu apud Iudices tractetur, ac ventiletur: sæpe enim eos ego qui de meritis suæ causæ parum considerent, vt ad uersarium sumptibus fatigarent, & causam quanto magis inuoluerent, sub prætextu præsentis appellationis, aut inhibitionis commissionem causæ attentatorum huiusmodi impetrasse, litemq; diu desuper sustinuisse vidi: Vnde non ab re esse duxi hanc materiam passim apud iuris vtriusque interpretes conspersam in vnum colligere, & ad communem omnium utilitatem in certam, & vsui aptam formam perstringere: sic enim fortasse fiet, vt litigantium ij, qui prætermisissis calumniis solum pro iustitia expeditum causarum exitum desiderant, sciant à quibus eos abstinere oporteat, ne ipso facto in huiusmodi anfractus incidant, & quomodo si facto aduersarium per huiusmodi circuitur calumniose circumducerentur ab illis se tueri valeant.

Sed proprius ad materiam ipsam accedendo ad faciliorem dicendorum intelligentiam nonnulla præmittenda sunt.

PRIMO quod iste terminus attentare, seu Attentatorum

Attentare, & attentari diuersimode accipiuntur.

- 4 tentatum diuersimode in iure accipitur. Vno modo pro conatu quodam, & nixu ad aliquem actum faciendum, vt in l. si quis non dicam rapere fed attentare. C. de episc. & cler. Alio modo dicitur, is attentare, qui blando sermone pudicitiam alicuius impetit. vt not. glos. in vers. affectatus in §. i. instit. de iniur. per litem labeonem. §. aliud. ff. de iniur.
- 5 Alio modo pro eo, quod fit lite, seu appellatione pendente in contemptum Iudicis, & præiudicium partis, & ita accipitur tot. tit. extra. in clem. & C. vt lit. pendent. Quæ vox quamuis in hoc significato apud Iureconsultos, probatòsque aucthores minimè reperitur, & propterea nec in præsentilibello admittenda videretur, Quia tamen quanto minus fuit iure còsultis cognita, tanto frequentius per iuris vtriusque interpretes (præsertim, qui ea quæ ad praxim pertinent, conscripserunt) fuit absque distinctione vsurpata, ita vt inde etiam certis causarum generibus propriam attentatorum denominationem ascripserint, cum & nos in hoc tractatu ea potissimum, quæ praxim præsertim Romanæ Curie respiciunt perstringere conati sumus, nefas esse non diximus, si pro facilio ri intelligentia hac attentatorum voce frequentius vteremur. Sic etiam iste terminus Innouare sumitur diuersimode in iure. Quandoque enim pro renouare, vt cum dicitur confirmamus, & innouamus, vt in c. innouamus extra de reug. & pac. & in extrauag. cum detestabile, de simon. in extrauag. commun. Quandoque innouare dicimus cautionem, id est non nouare, vel non extinguere, vt in leg. cum notissimi. §. immo, & illud, & ibi glos. in verb. innouata. C. de præscriptio. trigint. vel quadragin. anno. Quandoque innouare id est, nouum ius impetrare, vt exponit formaliter Inno. in ca. primo, in princ. vt lit. pendent. Quandoque innouare id est, beneficium impetrare, ita exponit Ioann. monachus in rubr. vt lit. pendent. in 6. Quandoque verò pro actu facto in contemptum, & c. Vt supra proximè diximus in attentato, & ita accipitur in rubricis, vt lit. pend. nihil innou. etiam apud Iureconsultos.

Sic & innouare.

Diffinitio seu potius descriptio attentati.

- 14 **ATTENTATUM**, seu innouatum t est omnis actus sine rationabili causa, lite, appellatione, aut his æquipollentibus, pendens à Iudice, seu à parte, aut ab habentibus causam ab eis in contemptum iurisdictiois, & præiudicium partis factus officio eius, cuius fuit lapsa maiestas in primis, & ante omnia reuocandus.
- Cuius descriptionis vis ex declaratione verborum singulorum, quæ sunt in ea apparebit. Dicitur in ea, quod est
- Actus, hoc verbum ponitur tanquam genus, nam actus puta alienationis, factus lite pendente est attentatum, & venit reuocandus, vt tot. tit. de litigios. & notat Afflic. decisio. 396. in causa comi-

16 tis. numero 10. Sic & actus præsentationis à patronis factæ lite pendente. Cassad. decis. 3. num. 2. in tit. vt lit. pendens: & Stepha. aufser. in addit. ad decis. cappell. Tolosan. 107. ad medium cum similibus.

17 Prout est etiam actus collationis beneficij, factæ per ordinarium ad not. in cap. si hi contra quos, vt lit. pend. in 6. & ceteri actus similes, de quibus infra, suo loco latius dicemus.

Sine rationabili causa. arg. d. cap. quamuis. de offic. ordin. vbi Gemi. in primo notat.

Lite: hoc vt excludat controuersias extraiudiciales. Verbum. n. lis designat ius in iudicio ductum, vt est glo. in verbo litis, & ibi Gemi. in cap. 1. §. libet. de procur. in 6. & declarat Alexand. in leg. postquam liti. colum. 1. C. de pact. & post eundem Alexand. in consil. 22. col. 1. in fin. in primo vol. tradit Maranth. in speculo suo in quinta parte principali. numero 63. foli. 72. & est decis. Afflic. 220. in causa. num. 19. Controuersia autem solet esse extraiudicium, & sine lite ad text. in l. Lucius. §. tres hæredes, & ibi not. Bart. ff. ad Trebell. not. Bal. in l. causas. C. de transact. & est com. opinio de qua testatur Marath. in d. specul. in 5. parte princ. num. 68. vbi & illud addit, quod controuersia dicitur fieri siue agendo, siue excipiendo, siue de iure, siue de facto, siue ante, siue post litem contestatam, quod & eleganter profequitur, & declarat (etiam de dicta commu. opi. attestando) Blanc. in tracta. de compromiss. q. prima num. 7. & seq. & nouissimè vltra prædictos, ac etiam latius Ioan. B. aptista. de Asinius in sua praxi Iudic. §. primo, cap. primo, in princip. & per tot. vbi eleganter declarat, quid sit lis, causa, quæstio, discordia, & controuersia. Et quamuis in extraiudicialibus controuersijs in certis casibus consideretur pendencia ad effectum attentatorum tilla tamen regulariter non inducit hoc vitium attentatorum, nisi gesta post appellationem in extraiudicialibus controuersijs interpositam sint, & post, & contra appellationem. c. ad audientiam, & ibi Franc. in 2. notab. sub numero 1. de appell. & idem in c. 1. numero 4. eod. tit. & dicitur latius infra in secunda parte, capi. 12. de attent. appell. pendens. in tertia limitatione principali Regulæ principalis. nu. 9. vers. primo quando huiusmodi actus.

21 An t autem pendente compromisso dicatur attentari dicemus latè in secunda parte. capitulo decimo quinto, de attent. pend. comprom. per totum.

Appellatione: vt tot. tit. ff. & C. nil nouar. appellatione pendens. & alii similibus.

Aut his æquipollentibus prout est inquisitio, seu accusatio, Recusatio Iudicis, Dilatio, Relatio, Petitio consilij sapientis, Auocatio causæ, & huiusmodi, de quorum singulis infra in secunda parte, capitulo 5. 6. 7. & de aliis successiue plenius tractatur.

22 Pendens, t quia si lis, aut appellatio fuisset aliquo modo finita (puta per transitum in rem iudicatam) actus postea gestus non diceretur attentatus: quia transitus in rem iudicatam tollit litis pendentiam. Paris. consilio 30. in causa. numero 36. libro 4.

23 A Iudice: t nam Iudex procedendo post inhibitionem, aut appellationem ab eo interpositam dicitur attentare, cap. non solum, de appellat. in 6. cum similibus.

4 **Sen à Parte.]** hoc exprimitur ad excluden-
 24 dum tertium, qui regulariter si lite inter me, &
 te pendente aliquid innouet, contra eum non po-
 test agi via attentatorum, sed debet via ordinaria
 coram suo ordinario conueniri, secundum Franc. in
 cap. bonæ. sub num. 9. vers. secundus intellectus, de
 appell. per rex. in c. Romana. §. in alium. de appell.
 in 6. & tradit Ruyn. in conf. 75. quantū. sub nu. 2. li.
 v. & dicemus latius infra in cap. 3. num. 2. & seq.
 25 Aut habētibus causam ab eis:] nā hoc casu e-
 tiam contra tertium datur remedium attentato-
 rum. Afflic. decis. 354. in causa. num. 21. & seq. & in-
 fra latius dicitur d. cap. 3. num. 14.
 26 In contemptum] quia attentata fieri dicuntur
 in contemptum iurisdictionis, præsertim quando
 est facta inhibitiō. Rot. decis. 26. aliās 307. nota
 quod ad fin. de appellat. in antiq. cum in attentat-
 is plus offendatur Iudex (cuius Iudicium contē-
 nitur) quam pars. Rot. decis. secunda. aliās 14. fuit
 dubitatum post princ. de restit. spol. in no. & decis.
 quinta. aliās 433. nota nunquid. num. 5. vt lit. pend.
 in antiq. Paris. conf. 41. num. 38. lib. 1. Franc. in cap.
 bonæ. col. 4. vers. 6. de appellat.
 27 Et præiudiciū partis:] & hoc t ea ratione, quia
 attentari regulariter non dicitur, quando actus,
 qui dicitur attentatus non tendit in præiudicium
 partis, ad no. per Innoc. in cap. 1. in verb. præiudicium
 extra vt lit. pendens. & ibi Collect. & etiam
 Ioan. Monach. in rubric. vt lit. pendens. in vj. & est
 decis. Rot. 25. aliās 310. si reus. vers. sed posito de re-
 scrip. in no. & tradit in notab. casu. Egid. decis. 529.
 si titius.
 28 Officio eius.] scilicet mercenario. Fran. in c.
 dilecti. numer. 3. de appellat. & tradit Egid. decis.
 72. lata: dum tamen talis reuocatio fiat ex officio
 29 ad instantiam partis, t quod si non ad instantiam
 partis, sed Iudex ex suo purō officio velit attenta-
 ta reuocare, tunc tale officium dicitur nobile, nō
 autem mercennarium, vt admonuimus infra in
 tertia parte cap. 21. quib. & quot mod. attent. re-
 uoc. numer. 17. vers. via extraordinaria, quæ fit mo-
 tu proprio. Hoc autē dictum est, vt excludat spo-
 lium simplex, cuius reuocatio licet fiat ante om-
 nia. l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Jul. de vi pub.
 30 Tamen fit iure actionis, & ad instantiam partis
 per interdicitum recuperandæ, aut per remedium
 cap. reintegranda. 3. q. 1. Et similiter vt excludat
 gesta per tertium, quorum reuocatio debet peti,
 & fieri. Via ordinaria, vt proximè dictum est.
 Cuius fuit læsa maiestas.] c. sollicitudinem &
 & ibi Franc. nume. 3. de appell. Nata conf. 568. qui-
 31 dam numer. 4. libr. 3. t cum enim attentans dica-
 tur contemnere iudicem ad no. in c. 1. de appell. in
 6. consequenter dicitur lædere eius maiestatem
 32 t quæ in honore consistit, vt declarat Aug. Bero.
 in conf. 165. in proposita. num. 19. lib. 3.
 33 Ante omnia.] vt d. c. nō solum, & vt excludat ge-
 sta per tertium, quæ non ante omnia, sed via ordi-
 naria reuocantur, vt dictum est: aliosque similes
 casus, in quibus attentata ante omnia non reuo-
 cantur: quos in vnum conuessimus infra in 3. par-
 te cap. 29. de priuileg. attent. in 25. priuileg. vbi vl-
 tra quadraginta casus enumerauimus, in quibus
 attentata ante omnia non reuocantur.
 34 Reuocandus.] t hoc secundum opinionem
 illorum, qui tenent, quod attentata non sint ipso
 ipso iure nulla, sed valeant, & propterea opus sit

reuocatione, moti ea ratione, quia quod nullum
 est, rumpi, aut reuocari non potest. l. nam & si sub
 conditione. ff. de iniust. rupt. irrit. testa. c. ad dissol-
 uendum, & ibi not. de despon. impub. Quamuis
 cōtrarium videatur verius, vt infra suo loco dice-
 mus in secunda parte cap. 12. de attent. appellatio-
 ne penden. in 16. ampliāt. principali, & tenet latus
 alleg. 2. numer. 10. vbi etiam dicto motiūo respon-
 dere videtur.
 35 Tertio præmittendum est t Quotuplex, sit
 attentatum: Et quamuis ex diuersis distinctioni-
 bus, quæ dantur à gloss. & docto, videatur etiam
 diuersa attentatorum genera posse considerari pro
 36 ut est illa, quod t aliud sit attentatum, quod fit à iu-
 37 dice, aliud, quod fit à parte. t Aliud sit licitum,
 38 aliud illicitum. t Aliud reuocabile, aliud irreuoca-
 bile, vt colligitur ex not. per gloss. & scrib. in cap.
 non solum de appell. in 6. vere tamen præmissæ
 differentiæ videtur potius verbales, quam quæ di-
 uersificent in substantia vnum genus attentato-
 rum ab altero, prout est, quādo à iudice, vel à par-
 te aliquid innouatur, quia quoad substantiam
 actus attentati regulariter nihil videtur interesse,
 Immo in certis casibus supradictarum distinctio
 num videtur, quod nec etiā possit vere dici, quod
 quid sit attentatum, prout est dum considerat at-
 tentatum licitum, nam quod licite fit, & lege per-
 mittente vere non potest dici attentatum, iuxta
 descriptionem supra positā. nu. 14. arg. l. gracchus.
 C. ad l. Iul. de adulter. cum simil. & eorum, quæ la-
 tius diximus infra in 2. par. cap. 4. de attent. Lite
 pendens. in 11. limit. principali, & iterum cap. 12.
 de attent. appell. penden. in 15. limit. principali per
 totam: Sic etiam & alia consideratio, quod atten-
 tatum aliud sit reuocabile, aliud irreuocabile, pa-
 rum confert ad propositum, de quo agimus: nam
 illa respicit actum reuocationis, non autem diuer-
 sificat attentatum, cum verè etiam attentatum ir-
 reuocabile (prout est regulariter exhumatio cor-
 poris humani, de qua infra in 2. part. capitu. 4. de
 attent. lit. pendens. in 13. limit. principali) dicatur
 esse attentatum secundum supradictam descriptio-
 nem, licet regulariter reuocari non possit, vt in di-
 39 cta 13. limit. t Vnde pro commodiori intelligen-
 tia propositæ materiæ, quotuplex scilicet fit attē-
 tatum, dicendum est, quod multiplex est, prout
 multiplex est causa ipsius attentati, videlicet Pen-
 dentia litis, Recusatio iudicis, Dilatio, Auocatio
 causæ per superiorem facta, Appellatio, & similes,
 de quibus infra, distinctè singulis capitibus, suis lo-
 cis plenè tractabimus, & erit verbi gratia, attenta-
 tum lite pendente vnum genus: Attentatum post
 auocationem causæ aliud genus: Attentatum post
 inhibitionem aliud genus, & sic de singulis, & erūt
 decem & septem attentatorum genera, prout to-
 tidem causas (ex quibus attentata videntur dedu-
 cti esse) singulariter in dictis locis considerauim-
 40 mus, & summam in limine dicte 2. partis, capi. 4.
 de attent. lit. pendens. enumerauimus, nam secun-
 dum diuersas attentatorum causas diuersa quoq;
 resultat in eis iuris dispositio, prout apparet in ge-
 stis appellatione pendente, & post inhibitionem,
 40 t quando quidem actus, qui ob solam appellatio-
 nis pendentiam non subiiceretur vitio attentato-
 rum, si tamen à iudice emanauit inhibitiō ex vi, &
 efficacia ipsius inhibitionis transit in attentatum,
 41 exemplum t in iudice dato cum clausula appella-
 tione

Quotuplex sit attentatum.

Quo iure fuerint inuenta attentata.

one remota, qui si ab eo de facto appelletur (licet
 possit pendente huiusmodi appellatione licite, &
 citra vitium attentati ad executionem suæ senten-
 tiæ deuenire ad not. per omnes in c. pastoralis de
 42 appell.) t si tamen iudex, cui fuerat dicta causa ap-
 pellationis commissa, illi inhibuerit, & post inhibi-
 tionē exequeretur, talis executio diceretur atten-
 tata, vt diximus infra in 2. part. capit. 12. de attent.
 appell. penden. in 8. limit. principali. nume. 9. & re-
 missiue per hæc, & alia multa exempla late dedu-
 ximus infra in dicta 2. part. capi. 20. de attent. post
 inhibitiō. in 1. ampliāt. principali reg. ibi positæ per
 totam.
 Q V A R T O præmittendum est. t Quo iure
 fuerint inuenta attentata: Quæ consideratio licet
 aliquibus forsā videri possit potius curiosa, quā
 utilis, (cum illa tunc videantur fuisse, & ab eo iure
 inuenta, quando per leges, & canones facta ge-
 neralis illa prohibitiō, vt lite, appellatione, vel re-
 stitutiōne in integrum pendente nihil innouetur,
 de quibus in rubro, & nigro. ff. nihil nouari ap-
 pell. penden. & ext. vt lit. pendens. nihil innouetur,
 & C. restit. in integrum postulata nihil innouari:
 44 Sicut t & aliās dicunt docto. de origine Nullita-
 tis, vt tradit Vant. in tractat. de nullit. capitu. 1.
 quid sit nullitas. nume. 14.) Vere tamen hæc inspe-
 ctiō potest esse admodum utilis: quando quidem
 si illa essent de iure ciuili positio, ita vt de iure
 gentium, vel naturali essent incognita, possent per
 45 itaturum, ac principis rescriptum tolli, & propte-
 46 rea si mandaretur procedi t sola facti veritate in-
 specta, t vel nulla iuris solemnitate seruata (per
 quas clausulas reducitur ad ius gentium, ita vt
 per eas censeatur sublatus omnis ordo cognoscen-
 di introductus à iure ciuili, & iudex eo casu tenea-
 tur seruare formam iudicij inductam de iure gen-
 tium, vel naturali, ad not. in clem. sæpe. de verbo.
 signif. & per Barto. in extrauag. ad reprimendum
 in verbo figura col. 1. ad fin. & latissimè per Brun.
 in tracta. de forma: quando censeat. form. vel so-
 lemn. remis. col. 5. versicu. & simile est de clausula,
 fol. 66.) possit videri sublatum etiam priuilegium,
 quod habent attentata, vt in primis, & ante om-
 nia reuocentur, qui ordo videtur inductus de iure
 ciuili, ad not. tot. titu. nil nouari appell. penden.
 & clarius de iure canonico in c. non solū. de appel.
 47 in 6. maximè, quia t sublata omni iuris solemnitate
 videtur sublatus omnis ordo in cognoscendo
 secundum Bald. in l. prolatam. col. fin. & ibi quo-
 que Saly. C. de sentent. & interlocut. omnium iu-
 dicum: prout in simili per præmissa (loquens in
 spolio) considerabat aliās (licet non firmauerit)
 48 Iaf. in conf. 162. pro parte in princ. lib. 4. dum quæ-
 rit an statutum remouens omnem iuris solemnitate
 censeatur auferre remedium spolij, & cano-
 nis reintegranda: quinimo non solum princeps
 non possit illa tacite tollere per clausulas supra-
 dictas, verum etiam nec expresse per clausulam,
 quæ quandoq; solet in commissionibus apponi vi-
 delicet, vt reiectis nullitatibus, & attentatis ad ex-
 peditionem causæ procedatur, nec etiam diceretur
 attentata purgare confirmando actū, qui præ-
 tenditur attentatus, prout per principis confirma-
 tionem illa purgari firmauimus infra in 3. parte ca-
 pitu. 29. de purgat. attentat. vers. Secundum, quod
 princeps confirmando & c. Minusq; verum esset,
 quod princeps (cum sit supra ius) non attentet, de

quo diximus infra in 2. parte capit. 4. de attent. lit.
 49 penden. in 12. limit. princip. per totam t cum prin-
 ceptis dicatur esse supra ius positium, non autem
 supra ius naturale vel diuinum, quæ dicuntur esse
 immutabilia. §. fin. in lit. de iure nat. gen. & ciuili.
 ius naturale 1. distinc. In quo articulo de origine
 attentatorum, licet Manfred. practic. conclu. super
 attent. libr. 2. conclus. 221. & post eum recentiores
 cap. 2. de atten. appell. penden. num. 10. dixerint at-
 tentata esse de iure positio, in id solum allegan-
 tes Iaf. in d. confil. 162. & Rub. alexandrin. in confi.
 4. (quæne verbum quidem de attentatis ibi pon-
 unt) pro veriori tamen illius resolutione dicen-
 dum est, quod plures possunt circa hoc considera-
 ri opin.
 50 Prima t quod attentata sint de iure ciuili posi-
 tium, quæ suadetur ex infra scriptis: Primo, quia
 prohibitiō, ne quid innouetur videtur inducta so-
 lum de iure ciuili, vt in rubro, & nigro de qui-
 bus supra, & attentatorum quoque reuocatio via
 priuilegiata eodem iure videtur inducta, maximè
 per c. non solū de appell. in 6. & l. appellatione. C.
 de appell. & ibi not. Secundo quia princeps ea so-
 lum tollit, quæ sunt de iure ciuili, non quæ sunt
 de iure naturali, vel diuino. d. ca. Ius naturale, & d.
 §. fin. sed princeps potest tam expresse, quam taci-
 te attentata tollere, prout supra proxime consi-
 derauimus, merito dicendum est quod illa sint de
 51 iure ciuili. Tertio t quia in attentatis & illorū reuo-
 catione contempta prætoris maiestas vindicari di-
 citur secundum Oldrad. in consilio 206. in causa
 52 Carnocen. post princip. t & in eis plus pondera-
 tur contemptus iudicis, quam ius agentis. Egid. de
 53 cif. 49. agens. hic autem contemptus iudicis: t &
 pœna aduersus tales cōtemnentes (præsertim alie-
 nando rem litigiosam) videtur inducta de iure ci-
 uili per leg. fin. C. de litigios. & de iure nouo secun-
 dum Barto. in l. 1. ad fin. ff. de litigios. & Angel. in
 authen. de litigios. post principium, & generaliter
 per l. 1. & tot. tit. ff. si quis ius dicen. non obtempe-
 rauerit.
 54 Secunda potest esse opinio t quod attentata sint
 de iure naturali, q̄ similiter suadetur. Primo quia
 attentata fundantur in præiudicio, & læsione par-
 tis, vt diximus supra in descriptione attentati in
 verbo præiudicium. numer. 27. & latius infra in se-
 cunda parte cap. 4. de attent. lite penden. in prima
 declarat. princ. regulæ ibi positæ. nu. 1. & per totam,
 vbi post Egid. & alios de quibus ibi deduximus,
 quod regulariter edictum nequid lite pendente
 innouetur, non procedit quando non adesset præ-
 iudicium partis colligantis: cum autem innoua-
 tur & attentatur (quia pars læditur,) proculdubio
 fit contra præceptum naturale, quod est honeste
 viuere, & alterum non lædere. i. iustitia. §. iuris præ-
 55 cepta. ff. de iust. & iur. Secundo t quia in attentatis,
 & illorum reuocatione videtur versari defensio il-
 lius, qui passus est attentata, cui temeritate atten-
 tatis oppresso per iudicis officium succurri, & con-
 sili videtur, & propterea (quatenus continent in
 se defensionem) videntur esse de iure naturali:
 56 t cum defensio de iure naturali sit inducta clem.
 pastoralis. de re iudic. leg. vt vim. ff. de iust. & iur.
 cū simil. Tertio pendentia iudicij, & litis causat at-
 57 tentata t quæ sine lite regulariter non datur. Cas.
 58 Iaf. decis. 6. num. 2. super regulis: t Iudicia autem
 sunt de iure naturali. primo, vt eleganter decla-
 ratur Tract. de Attent. a 3

Yat Marant. in spec. in tertia parte, nume. 133. in cri-
to, &c.

59 Tertia, potest esse opinio, quod inmo prohi-
bitio, ne quid lite pendente innouetur (& conse-
quenter attentata) nedum sint de iure naturali, ver-
rum etiam de iure diuino, quod ex eo satis primo
60 loco concludi videtur, quod legitur in lege Mo-
saica (quæ etiam hodie ad decisionem causarum
allegari potest, secundum Cald. in conf. 30. in titu.
de testa. Io. de Imol. in l. stipulatio hoc modo con-
cepta. ff. de verbor. oblig. & in l. 3. ff. de testa. & Iaf.
in l. i. col. 8. ff. si cert. pet.) in libro Numeri, cap. 35.
In quo infra scripta habentur,

*Propinquus occisi homicidam interficiet statim, vt
eum apprehenderit eum interficiet.*

Deinde in eodem loco subditur,

*Quando transgressi fueritis Iordanem in terram Ca-
naam, decernite, quæ vrbes esse debeant in presidium fu-
gitiuorum, qui nolentes sanguinem fuderunt: in quibus,
cum fuerit profugus cognatus occisi non poterit eum oc-
cidere, donec fiat in conspectu multitudinis, & causa il-
lius iudicatur.*

Ex quibus verbis clare colligitur, quod occisio
homicidæ, (quæ per superiora erat permissa) pro-
hibetur donec causa illius iudicatur, & sic (cum
lite pendente, eo casu illa innouatio prohibeatur)
potest probabiliter dici, quod prohibitio, vt lite
pendente nihil innouetur etiam de iure diuino sit
61 cognita per supradicta. Secundò, quod obedientia ex-
hibenda magistratibus, & iudicibus est de iure di-
uino, testante diuo Paulo ad Romanos, capitu. 13.
quod omnis anima potestati sublimioribus est
subdita, & quod qui potestati resistit Dei ordi-
nationi resistit, cum Dei minister sit, & non sine
causa gladium portat, Vnde cum in attentatis ad
fit contemptus, & inobedientia iudicum, & magi-
stratum, vt supra proximè diximus nu. 51. sequi-
tur, quod attentans dicatur etiam transgressor iu-
ris diuini.

62 Quarta, sit opinio quod attentata sint cognita
63 de iure ciuili, naturali tamen ratione dictante, si-
cut aliàs dicimus, de recusatione iudicis, quæ licet
à iure ciuili (quoad formam, & modum procedendi)
sit inducta, vt in l. apertissimi, & ibi not. C. de Iud.
quia tamen in se continet defensionem (quæ est
de iure naturali, dicta clemens. pastoralis. de re
iudic.) dicitur fuisse inducta dictante ratione na-
turali, vt est text. in capit. secundo, requirit. §. pri-
mo, in fin. ibi ipsa namque ratio dictat &c. de ap-
pell. §. Sicut etiam dicitur aliàs de legitima filius
debita iure naturæ. §. aliud quoque capitulum.

64 in auth. vt cum de appell. cognosc. quæ quia rati-
one naturali dictante fuit inducta, appellatur
portio debita de iure naturæ, & quia per leges,
& ius ciuile fuit quod quantitatem, & mo-
dum formata non immerito à lege legitimæ de-
nominationem assumpsit, vt post alios eleganter
declarat Pet. Rebus. in tract. de recusat. quæstio. 2.
& 3. nume. 5. & seq. in cõmentar. regis tom. tertio.

Quæ opinio sanè videtur tanquam verior ample-
65 ctenda, tum quia in dubio illa est interpretatio
attendenda, quæ opiniones conciliat, vt post Saly.
in l. filio. ff. famil. hercis. tradit Grat. in consil. 30. vi-
fis. numer. 33. libro primo, & Soci. Iun. in consil. 39.
num. 68. & in consil. 121. in fi. lib. secundo. Tum, quia
(dato etiam quod quoad originem, inuentionem,
& essentiam attentatorum, illa essent de iure gen-

tium, Naturali, aut etiam Diuino (secundum di-
uersitatem opinionum supra relatarum) negari
tamen non potest, quin quoad ordinem, & mo-
dum procedendi priuilegiatum, (vt scilicet ante
omnia reuocentur) sint de iure ciuili, vel canonico
per iura supra pro prima opinione allegata. Et
si dicatur, quod inmo, etiam quoad essentiam
sint de iure ciuili, quod ex eo patet, quia princeps
potest decernere, vt actus etiam lite pendente fa-
ctus non sit attentatus, per clausulam citra vitium
attentatorum &c. putà quando, stãte alicuius benefi-
cij reseruatiõne cõcederet Breue, quod etiã lite
pendente, & citra vitium attentatorum capiatur illius
beneficij possessio nomine Camera, illi postmodum
restituenda quilibet super dicto beneficio ex-
peditas presentauerit, de quo latius dicemus in-
frã in secunda parte, cap. quarto. de attent. lit. pen-
den. in prima illat. in vltima limit. regulæ ibi posi-
tæ. Et potest etiam princeps illius substantiã, & es-
sentiam tollere confirmando actum, qui præten-
ditur attentatus, vt tetigimus supra proximè nu.
48. quod vtique facere non posset, nisi etiam quoad
essentiam essent de iure ciuili, cum iura natu-
ralia, vel diuina sint immutabilia per supradicta:
potest responderi, quod licet princeps tollere non
66 possit iura diuina, vel naturalia, ea tamen quæ
sunt inducta per ius ciuile (naturali ratione dictante)
inmutare, & tollere potest, vt patet in re-
67 cusatione iudicis, quæ per principem tolli po-
test si causam committat, cum clausula recusatione
remota, vt not. doct. in c. cum inter. de except.
Dec. in consil. 175. in causa. col. 2. & est communis
opinio, de qua testatur Rebus. in d. tracta. de recu-
fat. in præfat. quæst. 3. nu. 9. Secundò, quod quamuis
princeps nõ posset per legem vniuersalem tollere
attentata, & statuere, quod actus facti lite, vel ap-
68 pellatione pendente, non essent attentati, quod pos-
set tamen in aliquibus casibus, ex causa illud ius
naturale, vel diuinum distinguere, limitare, vel

69 declarare, putà quod quando essemus in adeptione
possessionis alicuius beneficij reseruati, quia tunc
solet dari illa clausula citra vitium attentatorum, vt
per Stafil. de lit. grat. & iust. in vltima part. capi. de
rescript. in forma breuis: cum nõ sit nouum, quod
princeps ex causa potest ius gentium, atque etiam
diuinum distinguere, & limitare in aliquo eius
capitulo, licet non in totum, vt tradit plenè Fely.
in cap. quæ in ecclesiarum. colum. 10. & sequet. ext.
de consil. & post eum Marant. vbi supra, num. 45.
& 46. Sicut videmus exemplum in legitima, quæ
cum sit de iure naturæ, per statutum non in totum
tollit, sed diminui potest, vt not. doct. in auth.
70 nouissima. C. de inoff. testa. & in decimis, quæ li-
cèt sint de iure diuino, capitul. primo, de decim. &
Deo in recognitionem vniuersalis dominij re-
seruatæ, vt ibi not. scribentes, & propterea prin-
ceps non posset legem vniuersalem condere,
quod decimæ non soluantur, potest tamen in cer-
tis casibus ex causa alicui concedere exemptionem
à solutione decimarum, vt in capit. ex parte.
& in cap. ad audientiam. de decim. cum simil. qui-
nimo etiã partes inter se possunt super solutione
decimarum deuenire quandoque ad compositionem,
& huiusmodi conuentio non improbat, vt
in capit. ex multiplici, de decim. cum simil. Mi-
nus obstant, quæ supra pro tertia opinione alle-
gabatur, quod attentans videatur transgressor
præcepti

71 præcepti naturalis quod est alterum nõ lædere: quo-
niam potest responderi, quod (cum de illo iure cõtra
transgressores non appareat imposita hoc casu ali-
qua ex pœnis, quæ militant contra attentantes,
de quibus latius infra in tertia parte capit. vltimo
de pœn. attent. per totum, sed illa videantur indu-
72 ctæ à iure ciuili, vel canonico, non sequitur, quis
est transgressor iuris naturalis, ergo pœna, &
modus ipsius pœnæ est etiam de iure naturali, aut
diuino, vt patet in furto, cuius prohibitio, licet
sit de iure diuino, vt in præcepto decalogi, Non
furtum facies, suspensio tamè furis (quæ hodie est
illius pœnæ) fuit à iure ciuili, etiam nouissimo in-
troducã: Eodem modo ad illud de defensione
respondetur, quod quamuis per principem tol-
latur modus procedendi priuilegiatus, vt ante om-
nia attentata reuocentur, non tamen sibi aufertur
omnino defensio, cum pro illorum reuocatione
possit ordinariè, & multis modis per viam actio-
nis, appellationis, nullitatis, atque etiam quærelæ
agere, vt latè declarauimus infra in tertia parte
capit. 21. numer. 20. & seq. versicu. via autem ordi-
naria: quibus remediis videtur mederi, & succur-
ri læsioni partis, & quodammodo reparari etiam
violatio illius præcepti naturalis, de quo supra, &
saluis sibi remanentibus aliis remediis nõ multum
sibi præiudicatur, vt considerat aliàs Rota apud
Bisign. decif. 4. vtrum. sub numero tertio. de ap-
pellat. Authoritati autem ex lege Mosaica defum-
ptæ in lib. Numeri capitu. 35. potest facile respon-
deri, quod, cum illud fuerit præceptum iudiciale,

73 quod non sequitur, quod tanquam præceptum diu-
inum hodie nos obliget, cum iudiciales Moysis le-
ges hodie nos regulariter non obligare satis vi-
deatur diffinitum per ea, quæ ex probatis auctori-
bus, atque etiam theologis latè tradit Tiraquel. in
tract. de vtroque tract. num. 8. & multis seq. præ-
fert in num. 11. in præfatione.

74 Quinto est præmittendum, cuius naturæ, &
qualitatis sit iudicium hoc, & remedium attenta-
torum, & quamuis multæ sint distinctiones iudicio-
rum, quæ solent per docto. considerari, prout vi-
gintieleganter enumerat Marant. in suo specul.
in 4. parte princ. tamen ad propositum nostrum

75 sciendum est, quod iudicium attentatorum, de
quo agitur, participat, & cadit sub tribus ex distin-
ctionibus, quæ solent per docto. dari, quia in pri-
mis test summarium, cum iudicium hoc reuoca-
tionis attentatorum habeat particulariter hoc pri-
uilegium, vt in eo summarie procedatur, vt est
decif. Egid. 101. si constat, & Afflic. decifio. 351.
bis fuit dubitatum: in princ. cum concord. addu-
ctis infra in tertia part. capit. 25. de process. in cau-
sa attent. nume. 27. versic. quarto quia in causa at-
tentatorum. Item est iudicium extraordinarium

76 vt dicit Afflic. d. decif. 351. num. 2. & merito, quia
de iure omne iudicium, in quo proceditur per im-
plorationem officij iudicis (prout est istud) solet
appellari extraordinarium. ad l. 1. ff. de var. & ex-
traord. cognit. l. quintus. ff. de annuis leg. Bart. in l.
si cui legatum. ff. de condit. & demonstr. cum simil.
de quibus per Marant. in speculo suo in quarta
77 parte princ. distinct. decima. Item dicitur esse
iudicium possessorium, in directè tamen, & inci-
denter, non principaliter propositum, vt per Ni-
col. Mil. in suo repert. in verb. possessorio recipi-
endæ agens habent necesse. fol. 281. & Egid. decif.

78

79 72. incipit: lata: Sententia quæ enim lata super at-
tentatis sapit naturam meri possessorij, vt per Mil.
in verb. executio sententia lata super attentatis.
fol. 129. Rot. decif. prima, aliàs decimatertia. si iu-
dex. in tertia addit. circa fi. vt lit. pendens. in no. &
decif. secunda. alias 113. tres sententia. de re iudi.
in no. & decifio. 28. alias 517. nota, quod tres. de
re. iud. in antiq. Licet autem sapiat naturam pos-
sessorij, verè tamen non dicitur iudicari super pos-
80 sessorio, quod propterea lata sententia super at-
tentatis non est apponendum sequestrum, ita in
vna Barchinonen. Sancti Bartholomæi 12. octo-
bris 1543. fuit resolutum, vt est in recollet. Putei
decif. prima. sequestrum. in titu. de sequest. poss. &
fruct. de quo tamen latius dicemus infra in tertia
parte, capitu. 28. de sentent. in causa attent. feren.
quæst. 3. nume. 116. versic. secunda opin. Quod vlti-
mum dictum, videlicet, quod iudicium attenta-
torum sit possessorium, est sanè intelligendum, quã-
do via attentatorum agitur pro recuperatione pos-
sessionis, lite seu appellatione pendente occu-
patæ, Secus si ageretur ad reuocationem alterius
actus lite pendens. gesti, puta processus per iudicem
à quo facti, vel similibus: quoniam hoc casu ridi-
culum videretur considerare, quod hoc iudicium
saperet naturam possessorij, vt in dictis decif.

Sextò, & vltimò necessario præmittendum
81 est, ac videndum an remedium attentatorum
favorabile, vel potius odiosum sit censendum
quod prima quidem facie omni prorsus carere
difficultate videtur, cum supra in principio hu-
ius præfationis numer. 2. diximus quod priuile-
giatum hoc remedium, ac spolio magis fauora-
bile appelletur. Verum quia quoad eum, qui pas-
sus est attentata, fauor videtur considerari, & quo
ad attentantem odium, & hæc consideratio, an
aliqua dispositio favorabilis sit, vel potius odiosa,
non nihil conferre videtur ad resolutionem, quan-
do essemus in aliquo casu dubio, non ab re est, vt
pro præmissorum clariori intelligentia hic aliqua
circa hoc subiiciamus: Quadruplex itaque in hoc
articulo potest esse opi.

82 Prima, quod tale remedium sit odiosum, quæ
83 ex infra scriptis suadet. Primò quia non est du-
bium, quod attentare est delinquere, & sonat in
malam partem, vt dicit Egid. decifio. 18. oneratio,
& latius adnotauimus infra in tertia parte cap. 31.
de pœnis attent. in princip. in delictis autem (tan-
quam in odiosis) sit stricta interpretatio. l. cum qui-
dam. ff. de lib. & posth. Bald. in l. non possunt. ff.
de legib. cum simil. Secundò huic proximè, quia
84 clarè iuris est, quod pœnalia sunt odiosa, materia
autem attentatorum pœnalè esse ex his apparet,
quæ latissimè posuimus in supra allegato cap. 31.
per totum, vbi decem & octo pœnas enumerauimus,
merito &c. Tertio, quia licet in attentatis possit cõsi-
derari (vt dictum est) fauor, & odium: principaliter
tamè videtur considerari odium ipsius attentantis,
85 quod eodè tẽpore dicitur offendere ius, iudicem, &
partem. ad no. in cap. cordi. de appellat. in 6. & per
Franc. in cap. bonæ. numer. 14. & numer. 39. de ap-
pellat. Rot. decifio. quinta. aliàs 25. ex quibus. de
86 restitut. spoliat. in no. quod propterea attentans di-
citur odiosior, & detestabilior spoliare, ad no. per
docto. præsertim Franc. in cap. an sit. num. 4. de ap-
pellat. Ripa in l. naturaliter. §. nihil comune. num.
67. & 68. ff. de acquir. poss. Sigismund. Loffred. in

*Iudicium
attentato-
rum cuius
signature,
ac quali-
tatis.*

*Fauorabi-
le, an po-
tius odio-
sum sit
censendum
quod prima
facie omni
prorsus care-
re difficultate
videtur, cum
supra in prin-
cipio hu-
ius præfationis
numer. 2. diximus
quod priuile-
giatum hoc
remedium, ac
spolio magis
favorabile
appelletur.*

conf. 21. quoniam, numero 6. Ioan. de Neuizzan. in 87 conf. 82. pro Hieronimo. sub nume. 12. † Et quod in attentatorum, reuocatione videatur principaliter odium considerari ex eo colligitur, quod in multis casibus, non ad instantiam eius, qui passus est attentata (& consequntur non considerato illius favore) illa reuocantur, in qua reuocatione (cum non habeatur ratio favoris prædicti) sequitur, quod remaneat sola ratio odij attentantis, prout quando notoriè constat, de non iure petentis attentatorum reuocationem, quo casu licet ad illius instantiam illa non reuocentur, ex officio tamen Iudicis fit reuocatio, vt declarauimus infra in tertia parte, capitulo 24. de reo, & except. sub. contra attent. compet. q. prima in secunda limit. reg. ibi positæ. num. 53. & fusius in eadem tertia parte, cap. 27. de Iudic. & per quem attent. reuoc. ver. circa primam inspectionem. numero 11. & seq. † Ad cognoscendum autem an aliqua dispositio sit fauorabilis vel odiosa (cum inspicendum sit, an fauor, vel potius odium sit principaliter in consideratione, vt post Alexand. in conf. 197. in causa vertente. col. prima libr. 7. tradit Tiraq. in tracta. de vtroque retract. in præfat. sub nume. 56. & latius ibidem. §. 30. glo. prima, nu. 5.) sequitur, quod remedium de quo agimus sit necessario odiosum censendum.

89 Secunda, sit opi. † Quod in iure sit fauorabile. Primò, quia ita per doctor. semper quasi pro adagio vsurpari videtur, vt attentatorum remedium facile, vtile, priuilegiatum, ac fauorabile dicatur, vt tetigimus supra, in princip. huius præfationis, & latissimè profecuti sumus infra, in 3. parte, capi. 30. de priuileg. attent. per tot. Secundò, † quia in attentatis, & illorum reuocatione, videtur versari vtilitas publica, quæ est fauorabilis, quia attentare est delictum, vt sapius dictum est, & rei publicæ interest, vt delicta non remaneant impunita. I. ita vulneratus. ff. ad l. aquil. atque etiã ne iudicia reddantur elusoria. l. si quis rem. ad fi. ff. de arbit. prout in his terminis publicam vtilitatem considerauit aliàs Rota decisio. 5. aliàs 433. nota nunquid reo ad fi. vt lit. pendent. in antiq. & Bisignet. decis. prima nunquid reo. sub nume. 6. eo. tit. Tertiò, huic proximè † quia attentatorum reuocatio cõcernit periculũ animæ attentantis, vt in dictis decis. fauorabile autem videtur eximere à periculo animæ, quæ cunctis rebus est preciosior. l. sancimus. C. de sacros. Eccles.

92 Quartò, † quia sicut à sententia lara in causa attentatorum appellari potest secundum communem opinionem docto. quos retulimus (licet secuti nõ fuerimus) infra in tertia parte, cap. 28. de sentent. 93 in caus. attent. feren. num. 44. & seq. ita etiam minori aduersus eam daretur restitutio in integrum, (cũ hoc non reperitur in iure prohibitũ) ex quo sequitur, quod huiusmodi remedium non censetur odiosum, aliàs minor hoc casu non restituere-tur, quo argumento in simili quæstione aliàs vtur docto. de quibus per Tiraq. de retract. in præfatio. num. 57.

94 Tertia, † Ex præmissis colligi posse videtur opi. vt distinguamus, quod respectu attentatis sit odiosum (& ita procedat prima opi.) respectu vero eius, qui passus est attentata sit fauorabile, & procedat secunda opin. & sic vnum, & idem remedium sit pro parte fauorabile, pro parte odiosum: Verum quia hæc opi. (distin. ponens in pposita q. favoris, & odij) nõ videtur absque difficultate procedere,

95 tunc non debeat vna, & eadem res eodem tẽpore diuerso iure censer. contra l. eum qui. ff. de vsucap. Nec possit quippiam extendi in fauorem alicuius, quod nõ vertatur in odium alterius, & eodẽ tra. nisi fauor, & odium recipiant inter se commodam separationem, vt post alios, quos allegat considerat eleganter Tiraq. vbi supra numer. 65. & 66. Commodior autem, & verior videtur odij, & favoris separatio, si ad diuersa tempora, quàm si ad diuersas personas referantur, propterea ego pro vera huius articuli resolutione dicendum cen-seo (& hæc erit

97 Quarta opin.) † Quod sit odiosum, atque etiã fauorabile, non tam personarum, quàm temporis habita ratione, cum non sit nouum, quod eadem dispositio respectu etiam diuersorum temporum diuerso iure censeatur, vt no. docto. in d. l. eum qui. 98 & dicamus, † quod attentata, quatenus deducuntur in esse (cũ simus in delictis, & in pœnalibus) censeantur odiosa, tam quoad attentatẽ, quàm quoad eũ, qui est passus attentata, quatenus verò sunt iam in esse deducta, & instatur pro illorum reuocatione dicantur fauorabilia: Sicut in simili in his 99 terminis videmus id cõtingere in Pensione, † quæ dum agitur de illa imponenda super aliquo beneficio, dicitur esse odiosa, quia peream videntur beneficia diuidi, & scindi contra dispositionẽ Rubricæ, & totius tit. vt ecclesiast. benef. sine dimin. cõser. postquam verò est per Papam imposita, & agitur de illius solutione censetur fauorabilis, vt eleganter declarat Hier. Gig. in tract. de pension. q. 96. in princ. & per tot. Quæ opin. omnino tenenda videtur, tum quia veritate nititur, tum quia diuersitatem opinionum conciliat, iuxta doct. Saly. in l. filio. ff. famill. hærcisc. Ex qua duæ resultant nõ inutiles conclusiones † Vna, quod attentatorum reuocatio est fauorabilis, & in dubio † fauere debemus reuocationi attentatorum, vt est decisio Bisignet quarta, vtrum innouata. sub numer. 6. de appellat. de qua reuocatione (cum latè dixerimus infra in tertia parte cap. 29. de purgat. attent. & illius veritas clare appareat ex tot priuilegiis, quæ à iure attentatorũ remedio indulgẽtur, de quib. fuse in dicta tertia parte cap. 30. per tot.) sufficiat le- 102 storẽ ad ibi dicta remittere. † Altera est quod, ex quo attentata (quaten. esse deducunt, sũt odiosa) in dubio sit faciẽda interpretatio pro nõ attentatis. 103 Quæ conclusio suadet. Primo † quia in dubio sumenda est interpretatio, vt euitetur delictum, & consequenter attentatũ. l. merito. ff. pro socio. Fely. in c. auditis. numer. 30. de præscrip. Ruyn. in conf. reuocatur. numer. 3. libr. 5. & in terminis vij. litigiosi Barto. in l. non solum. §. sed vt probari. sub nume. 3. ff. de nou. oper. nunc. Hippol. de Marf. in l. prima. numer. 68. C. ad l. Cornel. de sicar. cum aliis cumulatis per Gabriël. commu. cõclus. lib. 7. 104 de criminalibus conclus. 2. per tot. quia † attentata re est delictum, & sonat in malam partem. Egid. 105 decis. 18. oneratio, † cum attentans dicatur offendere ius, Iudicem, & partem, ad not. in c. cordi, vbi omnes, de appell. in 6. passimque adfirmat scribentes, & ponit Rot. decis. 5. alias 25. ex quibus. de restit. spol. in no. & post Lap. & alios. Alexan. in 106 conf. 99. visis. nu. 9. lib. 5. † & sicut in cæteris delictis (ad hoc, vt puniri possint) requiritur dolus, ad no. per Bart. in l. prima. §. non autem. ff. si quis testam. lib. esse. iuss. fuer. & per Bald. in l. non ideo minus

minus. col. 3. C. de accusat. & per Blanc. in sua præfatio. criminal. in cap. incip. visis indicis. nu. 124. † Ita etiam in attentatis consideratur dolus, vt dicit expresse Rota in d. decis. 5. & est etiam in recoll. A. 108 Augustini decis. 11. lib. 2. † Ea enim, quæ sunt, vel contra præceptum Iudicis, vel lite pendente contra prohibitionem legis (de qua in Rubro, & nigro, vt lit. pendent. nihil innou.) dolum arguere videntur secundum Aug. Bero. in consil. 120. conclusio. numer. 33. libr. 1. & propterea dicebat. aliàs 109 Paris. conf. 138. dico in causa. num. 28. lib. 4. † quod alienatio facta lite pendente præsumitur dolo facta. Secundo pro prædicta conclusione facit, quia nõ in dubio assumitur interpretatio, quæ minus præ iudicat, vt post alios tradit Dec. in cõf. 445. in casu. num. 44. & post eum, & alios Soci. Iun. in conf. 181. de duobus. num. 85. lib. 2. Tertio ex alia simili propositione, quæ habet, quod quando consilium potest se habere ad bonum, & malum interpretatio fit in bonum, vt post Bald. ibi deducit latè Iaso. in leg. 1. C. de seru. fugit. & sequitur Boss. in sua præx. crim. in tit. de mandat. ad homicid. nu. 49. ex quibus non immerito concluditur, quod in dubio inclinandum est pro non attentatis. Et ideo aliàs in vna Tirasonen. erectionis, siue attentatorum coram Reumano. xj. Ianuarij 1555. in qua, (cum medietas fructuum absolute spectaret ad capitulum dictæ ecclesiæ, alia vero medietas præterderet clerus ad se spectare, fuisset per clerum deductum, quod capitulum perceperat quosdam fructus, quos clerus prætendebat esse litigiosos, & propterea capitulum attentasse, & ad excludenda attentata allegaretur pro parte capituli, quod in dubio erat præsumendum capitulum per cepisse fructus suos, & ad se spectantes, non autem alienos, & litigiosos) Domini tenuerunt pro non attentatis: Et similiter in alia Messanen. prætorum attentatorum corã Gropperio 10. Martij 1563. In qua (cum dubitaretur an Gaspar. esset comprehensus in petitione, & consequenter in lite, de qua ibi, ad effectum, vt ille diceretur attentasse, & petitio esset dubia, & aliquam contineret difficultatem) Domini senserunt, quod non essent attentata, assumentes interpretationem petitionis ex quadam incusatione contumaciæ, (quæ ibi in facto præsupponebatur) quæ dubiam petitionem declarabat & erat sufficiens ad excludenda attentata secundum eos.

¶ Iste III Hic præmissis tota ista materia † diuiditur in tres partes principales. In prima (cum tractatus personarum præcedere debeat) tractabimus per 112 quas personas dicatur attentari. † In secunda de rebus, & consequenter, quando, & quibus casibus dicatur attentari, qui, quot, & quales sint in ipsis secunda partis limine summam enumerabuntur. 113 tur. † In tertia, & vltima agemus de illorum reuocatione: circa quam, quæ dicenda veniunt distincte in initio dictæ tertiæ partis similiter summam, & per capita proponemus.

Redeundo igitur ad primam, sciendũ est, quod attentata dicuntur ab infra scriptis personis fieri videlicet

- Ab actore
- A reo (seu ambob. vno vocabulo cõprehẽdẽdo)
- A parte
- A Iudice
- A tertio seu

Ab habentibus causam ab altero predictorum.

CAP. I. DE ATTENT. A PARTE.

SVMMARIVM.

- 1 PARS quomodo attentare dicatur.
- 2 Remediũ at. entatorum habet locum in attentatis a parte.
- 3 Procurator venit appellatone partis.
- 4 In commissione causa de consensu partium sufficit consensus procuratoris.
- 5 Procurator dicitur aduersarius.
- 6 Attentata a procuratore nõ veniunt reuocanda, nisi quatenus haberet speciale mandatum.
- 7 Mandatum generale non sufficit ad effectum attentatorũ.
- 8 Iulioradini olim sacre Auditorum Rotæ Decani commenda. i.
- 9 Ratio quare procurator sine speciali mandato non attentet.
- 10 Attentare est delictum.
- 11 Attentare verbum sonat in malam partem.
- 12 In generali mandato non censetur quæ mandasse procuratori, vt delinquat vel faciat id propter quod principalis suus incidat in penam, seu delictum.
- 13 Gestã per procuratorem generalem regulariter non sunt attentata.
- 14 Mandatum ad percipiendos fructus pertinentes ad constituentem non sufficit ad attentandum.
- 15 Ex mandato generali non dicitur constare de attentatis.
- 16 Procurator generalis non attentat, etiam si aliqua culpa posset domino ascribi in gestis per ipsum. Contrarium sentit num. 18. & seq. defenditur tamen prima sententia num. 25.
- 17 Dominus liberans debitorem sub certa pœna si procurator petat non incidit in penam conuentam.
- 19 Dominus non curtorando procuratorem cum possit, dicitur in culpa pro male gestis a procuratore.
- 20 Si dominus potuit monere procuratorem ne peteret, & non mouit, pœna contra ipsum committitur, si procurator peterit.
- 21 Defuncto non informantẽ heredem de rebus a se gestis, pœna committitur contra heredem contrauentem.
- 22 Pœna committitur contra dominum qui potuit monere, & prohibere procuratorem, & non prohibuit.
- 23 Procurator generalis non attentat culpa domini interueniente, si culpa sit leuis. S. cus si lata.
- 24 In attentatis habetur ratio doli.
- 25 Lata culpa non equiparatur dolo, quando delictum de sui natura importat dolum.
- 26 Sind. cus generalis communitatis non attentat quoad communitatem.
- 27 Citatio executã contra personam Sindici generalis non potest inducere libem contra communitatem. Præsertim si aderat Sindicus specialis in causa. num. 28. cum sequen.
- 29 Specialis & non generalis procurator citari debet.
- 30 Falsus procurator non attentat.
- 31 Gestã a falso procuratore sunt nulla, etiam si tendant ad eius fauorem.
- 32 Procurator specialis ad attentandum, dicitur attentare si illius vigore actum faciat.
- 33 Mandatum speciale & sufficiens diceretur, si in eo daretur facultas literas executoriales iniundi, illasque ad executionem deducendi.
- 34 Procurator ad intimandum & exequendum literas executoriales, si literis intimatis non reproba. xerit coram Auditore, qui illas relaxauit, sed corã alio sub executore per eum electo, & corã eadem processerit ad pro

- ad promulgationem censurarum dicitur attentasse.
- 35 Executoriales ad hoc ut processus earum vigore factus valeat post illa. um intimationem debent reproduci coram Auditore a quo emanarunt
- 36 Mandatum sufficiens ad attentandum dicitur quando in eo essent aliqua expressa per qua posset dominus incidere in penam cum clausula generali ad omnia alia quaecumque, qua speciale mandatum requirerent.
- 37 Procurator generalis cum clausula ad omnia quaecumque etiam requirentia speciale mandatum potest ea facere per qua dominus in penam incidat.
- 38 In mandato (expresso vno speciali cum clausula generali) veniunt, & comprehensa censentur alia specialia paria non autem maiora.
- 39 Mandatum speciale illud censetur, quod nominatim aliquid fieri continet & nominatim aliquid fieri dicitur quod sit proprio nomine vel vim proprii nominis habente expresso.
- 40 Procurator specialis ad attentandum dicitur attentare, nisi exceperit fines mandati. Quod limitatur, num. 44.
- 41 Procurator ad petendam, & obtinendam institutionem litigiosi beneficii ab Ordinario, si institutione obtenta possessionem beneficii adeptus fuerit, illius que fructus perceperit, mandati que fines excedat quoad possessionis acquisitionem, ac fructuum perceptionem dominus non conuenitur remedio attentatorum.
- 42 Dominus in criminalibus regulariter non tenetur de excessu sui procuratoris.
- 43 Mandans dari colaphum, vel baculo percuti si mandataris vulnerauerit non tenetur de excessu & sic de vulnere.
- 44 Procurator specialis excedens fines mandati dicitur attentare quando excedit sciente, & non contradicente domino.
- 45 Ratihabitio sufficit etiam in excedente fines mandati.
- 46 Ratificatio tacita, eius qui sciuit, & non contradixit sufficit etiam in his que requirunt speciale mandatum.
- 47 Procurator generalis attentat, quando dominus ratificat actum attentatum.
- 48 Ratum habens delictum puniatur sicut mandans.
- 49 Attentatorum remedium habet locum in gestis a procuratore etiam generali & a domino ratificatis.
- 50 Ratificans non cuitat penam attentatorum licet velit cedere acquisitis per actum attentatum a procuratore gestum.
- 51 Purgatio attentatorum ultra cessionem actus attentati continet penam refectionis expensarum, ac fructuum restitutionis, & ulterius suspensionis processus in negotio principali, num. 52.
- 53 Processus in causa principali non impeditur, praetextu attentatorum per procuratorem, non secuta ratificatione domini.
- 54 Ratihabitio, etiam tacita sufficit ad attentatorum remedium inducendum.
- 55 Ratificatio fit multis modis, & num. seq.
- 56 Dominus comparens in Iudicio (in quo procurator praetenditur attentasse) dicitur ratificare.
- 57 Per constitutionem procuratoris in illa causa (cuius processus praetenditur attentasse) inducitur ratificatio. Dummodo mandatum fuerit validum, & numero 58.
- 59 Dominus habens notitiam attentatorum, & non renuncians dicitur ratificare.
- 60 Inducitur quoque a tentatorum ratihabitio domini, si ipse potuit prohibere, & non prohibuit.
- 61 Subtentatione litis super attentatis introducta colligi etiam ratificationem domini.
- 62 Subtentatio litis non solum inducit domini ratificationem, sed ulterius ratihabitioem successoris, respectu eorum que per antecessorem fuerunt attentata.
- 63 Scientia attentatorum per antecessorem operatur, ut etiam successor teneatur ad reuocationem attentatorum.
- 64 Ratificatio domini facit attentata gesta per procuratorem si ille gessit nomine domini, secus alias: Contrarium, numero 65. Primatamen opinio ampliat, numero 67.
- 66 Ratificare nemo potest nisi quod suo nomine gestum est, quando tractatur de alterius prauidicio, secus si de ratificans damno agatur.
- 67 Ratificatio inducitur etiam ex sustentatione litis non sufficit ad inducenda attentata in gestis a procuratore, qui non gessit nomine domini ratificantis.
- 68 Ratihabitio domini non sufficit quando actus attentatus per procuratorem gestus est cum clausula omni meliori modo & c. & num. seq.
- 69 Dominus simplici: erratificans gesta per procuratorem cum clausula omni meliori modo & c. & cum declaratione excludente attentata censetur ratificasse facta ab eo cum illa declaratione.
- 70 Clausula omni meliori modo quo potest, operatur, ut actus gestus cum ea non dicatur attentatus, cum non dicatur quis id posse, quod sine delicto, & honeste non potest.
- 71 Per domini ratificationem non sunt attentata, quando dominus ratificauit generaliter, & ignorabat in gestis a procuratore existere attentata.
- 72 Ratihabitio ad hoc, ut operetur requirit scientiam ratificantis.
- 73 Ratificatio non extenditur ad ignorata.
- 74 Ratihabitio generalis non extenditur ad actum dolo initum, neque ad aliud illicitum.
- 75 In attentatis versatur dolo.
- 76 Ratificans ad hoc, ut ratihabitio non sit frustratoria non solum debet habere scientiam actus attentati in genere sed requiritur scientia in specie.
- 77 Scire non dicitur nisi qui certo scit.
- 78 Scientia domini gestorum a suo procuratore potest multipliciter haberi, & num. seq.
- 79 Scientia domini actus attentati colligitur si ex actu attentato aliquid in eius commodum & utilitatem conuersum est.
- 80 Delicti ratificatio elicitur ex utilitate, & commodo ex delicto proueniente.
- 81 Delictum commissum ad meam utilitatem praesumitur per petrarum mesciente, & mandante.
- 82 Domini scientia praesumitur ex eo quod actus attentatus a procuratore est de arduis, & talis, ut verisimiliter fieri non deberet ignorante domino.
- 83 Demolitio mœnorum Ciuitatis, vel Castris litigiosi per procuratorem, vel ministros facta praesumitur facta cum scientia, & consensu domini.
- 84 Possidentes beneficium nomine Titij (si spoliauerint, & nuncium Titium citare volentem vulnerauerint) censentur spoliasse, & vulnera intulisse cum scientia, ac notitia ipsius Titij.
- 85 In actu attentato per procuratorem scientia domini interuenisse praesumitur, si actus requirit talem impensam, quam non sit verisimile procuratorem de suo fecisse.

- 86 Scientia domini colligitur quando de attentatis per procuratorem constat in actis.
- 87 Ex lapsu longi temporis, ex grauitate actus, & ex qualitate personarum elicitur scientia domini in gestis a procuratore.
- 88 Scientia attentatorum per procuratorem in domino non praesumitur.
- 89 Dominus non praesumitur habere scientiam gestorum per suum procuratorem ad hoc, ut incidat in penam, si quis maior. C. de transact.
- 90 Per constitutionem procuratoris cum ratificatione generali gestorum ab eo non censetur dominus ratificasse attentata, nisi essent in actis.
- 91 Ratificatio circa attentata non debet plus operari, quam procuratoris constitutio.
- 92 Dominus etiam factio proprio contraveniendo litis pendente, seu inhibitioni (quas ignorabat) non dicitur attentare.

CAP. I. DE ATTENT. A PARTE.

- 1 **P**ARTE attentatur, ut in cap. I. extra de appella. cum simil. nam abfque dubio remedium attentatorum habet locum in attentatis ab ipsis partibus, ut dicit Franc. in cap. bonæ, col. 3. verfi. & ex his sub nu. 10. de appel. post glo. in c. non solum. eodem titu. in 6. Quamuis autem procurator veniat aliàs appellat. partis, ut not. Nic. de Mil. in verbo pars appellatione fol. 246. & est decif. Cassad. 3. sape, nume. 3. de rescript. Vbi post Mil. vbi supra & nota, per doct. in c. suborta de re iudic. refert Rot. pluries tenuisse quod commissa t alicui causa de consensu partium sufficiat hoc casu consensus procuratoris, quia censetur pars. Et procurator aliàs t dicatur aduersarius, ut post Mil. habetur in recollect. Guid. bon. decif. 40. voluerunt domini circa fin. sub rubri. de appell. Et propterea sicut attentata a parte reuocantur, ita etiam debent reuocari attentata a procuratore, qui censetur pars. Nihilominus nisi t procurator ad hoc habuisset speciale mandatum, non daretur hoc casu reuocatio: cum generale t mandatum nō sufficiat ad effectum attentatorum. Rot. decif. 7. alias 81. quoad reuocationem vt lit. pend. in no. & post eam Mil. in verbo attentata lite pendente per procuratorem, fol. 36. Lap. in c. eum qui. de præb. in 6. moderni in praxi Ro. cur. lib. 8. in c. vt lit. pen. & de atten. verfi. quod si agatur sub num. 18. & non sufficere generale mandatum, & quod ita seruat Rot. dixerunt domini in vna Maioricen. de Iuca de mense Decembris 1562. Coram r. p. & domino meo bon. me. I V L I O T O R A D I N O olim sacre auditorum Rotæ Decano meritifs. Cuius sicut in iure aliàs publice interpretando acumen ingenij, in iudicando scientiã, ac integritatem, ac (dū Perusine præfuit Ecclesiæ) Religionem, pietatem, ac prudentiam omnes admirati sunt, ita ego qui legentem, iudicantem, ac demum commissio sibi gregi inuigilantem sum expertus, non solum, qua potui semper sum maiori veneratione complexus, verum etiam ob summam eius erga me beneuolentiam (præsertim quoad hoc opus perficiendum) tantum me sibi debere ingenue fateor, quantum me nunquam persolueri posse confido. Is enim meum super hoc argumento scribendi propositum nunquam non vehementer adiu-
- 2
- 3
- 4
- 5
- 6
- 7
- 8
- 9
- 10
- 11
- 12
- 13
- 14
- 15

uit, non solum abhortationibus, & librorum (etiam non impressorum) copia, sed etiam (quod ego plurimi semper feci) quia se aliàs illud idem animo concepisit testatus est, & demum ad eum imprimendum, postquam in aliqualem, licet rudem formã redactum per capita percurrere (quæ sua fuit humanitas) nō est dedignatus, ita impulit semper, vt si quid ex his nostris lucubrationibus adiuti se aliqui senserint, id omne non tam mihi quàm illi debeant ferre acceptum. Sed vt reuerta mur vnde digressi sumus huius t dicti, quod procurator sine speciali mandato regulariter non attentat, ea ratio est, quia cum attentare t sit delictum arg. cap. primi vt lit. pend. in 6. & no. Franc. in dicto cap. bonæ. nume. 14. & num. 39. de appell. & sonet in malam partem secundum Egid. decif. 18. Oneratio, & latius diximus supra in præfatione num. 83. & 104. in generali mandato t non censetur quis mandasse procuratori, vt delinquat, aut faciat principalem suum in penam, aut delictum incidere l. si procurator, & ibi glof. docto. præsertim Iaf. nume. 4. & seqq. ff. de cond. indeb. Rot. dicta decif. 7. aliàs 81. Alex. consil. 105. magnifice prætor. nume. 27. libr. 3. vbi testatur hanc esse communem opinionem, & in consil. 17. in causa, & lite. nume. 2. lib. 6. & est decif. Tolof. in pulchro casu. 476. & ibi Stefan. aufser. in addit. Lap. alleg. 127. Anastasius. nume. 5. Roman. consil. 60. mandatum. nu. 2. & consil. 74. miror post princ. Ful. cōf. 219. super eo. num. 2. Imol. consil. 76. visis, & consil. 84. visis in fin. Late Fely. in cap. primo. num. 8. & seqq. ext. vt lit. non contestat. Deci. in l. si quis iniquus. §. si procurator. ff. quod quisque Iur. Paris. consil. 100. tritissimum est. sub num. 7. lib. 3. Io. Bapt. Ferrett. consil. 21. vacante ad fi. & Aug. Bero. qui similiter hanc commu. opin. dicit in consil. 25. visis. nume. 3. lib. 3. quinimo quoad terminos dictæ l. si procurator, sufficit quod huiusmodi damnū ex facto procuratoris domino contingere possit, licet non cōtingat, vt post Soci. in consil. 120. col. 3. lib. primo animaduertit nouissime magnæ lectionis, & eruditionis vir, & nunc Cardinalis Amplissimus Io. Hieronimus Albanus in consil. 7. requisitus. nu. 12. Verum quia ista conclusio nō est perpetua, sed nonnullas necessario recipit declarationes, & limitationes, idcirco pro faciliiori huius materiæ intelligentia constituenda negatiue est.

Regula quod gesta per procuratorem regulariter nō sunt attentata (& intellige de procuratore generali, quia specialis attentat, vt infra in prima limi. nu. 32.) per omnia supradicta, & præsertim per ratione d. l. si procurator, quod in generali mandato nō venit delictū, & propterea fuit alias resolutū in vna Tirafonen. erectionis siue attentatorū corā Achille de Grassis 6. february 1558. quod mandatū ad percipiendū fructus pertinentes ad cōstitutentē nō est sufficiens ad attentandū, quia donec procurator percipiendū fructus attentat non dicuntur fructus ad constituentē pertinere, vt est decif. in recollect. Caputaquen. primo 128. in cap. mandatum, & similiter in alia Boianē. iurisdictionis corā Capizucio 21. Iunij 1555. in qua (dum inter cetera allegaretur, quod gesta per quendam visitorem) lite inter metropolitanum, & episcopum Boianen. pendente (non essent subiecta vitio attentatorum ex eo quia ille visitator non habebat a metropolitana speciale mandatum) fuit per dominos resolu-

tum non constare de attentatis. Quam regulam Amplia.

- 16 Primò vt procedat t etiam si aliqua culpa posset domino ascribi (puta quia procuratorem non certiorauit) pone enim, quod prouisus in curia de beneficio constituerit procuratorem ad capiendū illius possessionem, & deinde fuerit super eodem beneficio in curia iudicialiter conuentus, & ita beneficium fuerit factum litigiosum, dominus autem non notificauit id statim procuratori, aut si notificauit saltem notificationem non probauit, vtrum attēta per procuratorem in partibus veniant contra principalem reuocanda? & aliās eueniant casu maior pars dominorum visa est tenere, quod non, ex quo dominus non deliquit, per ea quæ tradunt Bar. & alij in l. in illa stipulatione la secunda. ff. de verbor. obliga. dum dicunt dominum
- 17 t qui fecit quietantiam debitori sub certa pœna nō incidere in pœnam procuratore petente, vt est decis. in recollect. Gambari, secunda, incip. fuit dubitatum, secundum lecturam negatiuam (nam in quibusdam codicibus legitur affirmatiuè, & totū
- 18 contrarium) quæ opinio t affirmatiua licet in casu illo per dominos vere non fuerit tenta, sed negatiua, vt colligitur ex his, quæ ponit ibi in fine collector in ver. sed illa decisio facit in oppositum. in rei tamen veritate videtur probabilior, præsupponendo (prout vere negari non potest) quod
- 19 dominus t non certiorando post litem motam suū procuratorem, vt non debeat amplius possessionem capere dicatur esse in culpa. arg. l. fideiusfor. §. i. ff. mandati, cum etiam docto. in d. l. in illa. præsertim Alex. Paul. de Castr. Imol. & Iaf. videantur admittere, quod si dominus t monere potuit procuratorem ne peteret, & nō admonuit dicatur pœna committi, Sicut etiam vbicūque defunctus
- 21 t decessit iraprouisus, & non informauit hæredem de gestis per eum pœna committitur cōtra hæredem, vt post Iac. de Are. & Pe. Cy. & Angel. refert Imol. in d. l. in illa. sub nume. 3. & facit quod tradit Lap. allegat. 127. Anastasius numer. 5. & 6. dum voluit pœnam t in casu suo, committi, quando quis potuit procuratorem admonere, & prohibere, & non prohibuit. Quod si auctoritate supradictæ decisionis hæc ampliatio esset rētinenda, & necessario
- 23 forsan intelligenda t esset quando domino hoc casu leuis aliqua culpa posset ascribi, secus si esset lata culpa, puta si habuisset commoditatem loci, temporis, & personarum ad admonendum procuratorem, vt abstineret ab adeptione possessionis beneficij post illius cōstitutionē effecti litigiosi, & nō admonuit, quia (cum illa æquiparetur dolo, ad no. per docto. in l. quod nerua. ff. depositi. non im-
- 24 merito possunt hoc casu considerari t attentata, in quibus etiam habetur ratio doli. Rot. decis. 5. aliās 25. ex quibus de restit. spol. in no. & diximus supralatius in præfatione nu. 107. Nisi sustinendo decis. dicas, quod quando delictum de sui natura importat dolum (prout videtur esse attentatum) tunc lata culpa non æquiparetur dolo, & non sufficit, vt tradit Ruyn. in conf. 2. primo quæritur, nu. 6. libr. 5.

Secundò amplia, vt nec etiam gesta per syndi-

26 cum t communitatis generalem dicatur attentata, & ideo si post citationem, & inhibitionem factā alicui syndico communitatis idem syndicus obtinuerit, quod sententia mādaretur executioni

talibus executio respectu communitatis non dicitur attentata, vt dixerunt domini in vna Rauēnaten. prætenforum attentatorum coram Caputaquen. 25. Ianuarij 1553. ea ratione inter cætera, quia citatio t exequuta eo casu in personam syndici non potuit inducere litem quo ad communitatem ad no. per glo. in l. non potest dolo. de reg. iur. & Soci. in tract. de cit. in 17. artic. quæst. 7. præsertim ad effectū attentatorū, & inducēdi delictū, maximè t si ad illam causam aderat syndicus, & procurator

29 specialis in curia, quia ille t citandus erat. Card. in consi. 10. col. 2. num. 5. Franc. in cap. fin. col. antepenul. vers. vltimo quæritur, & col. fin. ver. iterum dubitatur de appell. Dec. in consi. 460. viso. nume. 31. Fel. in cap. cum contingat. col. 6. vers. 6. conclusio. & col. sequenti ver. an autem limitatio. de rescript. Aymo. in consi. 182. videtur. sub nu. 10.

Tertiò vt regula procedat & multo magis in eo

30 t qui verè non erat procurator, gesta omnia à falso procuratore non esse attentata voluerūt domini in vna Gerunden. coram A. Au. iustino, vt est decis. in recoll. Achill. de Grass. 28. attentata post sententiam, sub tit. de attent. quoniam si gesta per

31 t falsum procuratorem etiam, quæ tendunt ad illius fauorem non valent, prout est sententia per eum obtenta (de cuius inualiditate potest etiam vsque ad mille annos dici, vt per Bertrand. post alios in consi. 192. multa sunt. nume. 9. libr. 2.) multò minus debent valere ea per quæ dominus incidere in pœnam.

¶ Limita eandem regulam.

Primò, vt non procedat quando procurator

32 t haberet mandatum speciale ad attendandum, vt volunt doct. suprà in princ. allegati, dum omnes dicunt per procuratorem non attendari nisi habeat

33 speciale & sufficiens mandatum: sufficiens t autem diceretur mandatum quando quis fuisset cōstitutus ad intimandum literas executoriales, illasq; ad executionem deducendū, & ideo (si dictus

34 procurator literis intimatis illas non reproduxit in curia coram Auditore (qui illas relaxauerat) sed vigore dicti mandati illas reproduxit corā certo subexecutore per eum electo, & coram eo etiā ad promulgationem excōmunicationis (& censurarum processit) talem processum, & censuras attentatas fore & consequenter pro bono mandato inclinauerunt domini in vna Toletan. matrimonij coram D. meo Oradino 9. decembris. 1555. non obstante, quod allegaretur regula supradictæ l. si procurator, cum regulare sit quod ad hoc, vt

35 actus, & processus factus vigore t executorialium sit validus debent literæ post illarum intimacionem, coram Auditore reproduci, & seruari quatuor termini soliti, vt docet Cassad. decis. 6. gratia subrogationis num. 11. de caus. poss. & propriet. & diximus latius infra, capit. 4. de attenda. lite pend. in l. illatione in 3. ampliatur. regulæ ibi positæ. Eodem modo sufficiens t mandatum censendum esset, quādo in procuratorio fuissent aliqua expressa, per quæ posset dominus in pœnam incidere, puta quod possit opponere crimina, & defectus, redarguere de falso, & huiusmodi, per quæ in euentum nō probationis dominus pœnam incurreret, & deinde in mādato fuisset adiecta clausula generalis ad omnia alia quæcūq; quæ speciale, ac specialius mandatum requirerent: tunc enim, quia

37 procurator t dicitur habere sufficiens mandatum etiam

etiam ad ea per quæ cōstituens in pœnam incidere, vt post Lap. Gemin. Card. & alios per eum allegatos, latè & eleganter deducit Aug. Bero. in dicto consilio 25. visis. numero 15. & pluribus sequen. libr. 3. potest probabiliter hæc doctrina etiam ad materiam attentatorum adaptari, vt stante huiusmodi forma mandati per actum à procuratore attentatum censeatur dominus in pœnas attentatorum incidisse, de quibus dicemus infra, in tertia parte. cap. 31. ex quo cessat hoc casu ratio dictæ l. si procurator: Quæ omnia optimè comprobantur, ex his, quæ ponit Lap. alleg. 70. sæpe vidi. nume. 10.

38 dum vult, quod expresso in mandato t vno speciali, & subsecuta clausula generali, veniunt etiam alia specialia, quasi hæc clausula generalis adiecta specialitati, habeat vim specialis mandati, quoad alia specialia paria, licet non quoad maiora, de clarans, quod mandatum t illud censeatur speciale, quod nominatim datur ad aliquid faciendum per l. non solum. §. fin. & l. pomponius. in princip. ff. de procur. & leg. illud. §. si talis. ff. de minor. Nominatim autem dicitur fieri, quod fit vel proprio nomine expresso, vel eo, quod habet vim proprii nominis. cap. licet ex quadam, de testibus. l. nominatim. ff. de lib. & post l. vbi autem. ff. de verbor. oblig. l. certum. ff. si cert. pet. prout vim proprii nominis habere dicitur hoc casu, id quod expressis casibus specialibus continetur postea in clausula generali vltimo loco adiecta: Hæc autem, quæ de speciali mandato ad attendandum dicta sunt, sublimitāda

40 videntur, nisi procurator t fines mandati exceperit: Quidenim si lite in curia inter præsentatos pendente, alter constituat procuratorem, ad petendam, & obtinendam institutionem ab ordinario, & procurator non solum obtinuerit institutionem, verum etiam (excedendo fines mandati) possessionem beneficij litigiosi adeptus fuerit, illiusque fructus perceperit, an ratione excessus possit dominus conueniri remedio attentatorum?

41 & negatiuè t respondendum videtur, quia in eo, quod excessit non potuit domino præiudicare. cum olim, & ibi notat. de offic. delegat. l. diligenter. ff. mandat. cum simil. nam licet ratione obtentæ institutionis attentata dominus cogi possit ad purgationem, ista tamen purgatio facilius fieret, quā si teneretur etiam purgare attēta quoad possessionem, & fructus, quoniam illa fieret per cessionem, secundum ea quæ latius diximus infra, in tertia part. cap. 29. de purgat. attent. post princ. ista verò requireret, & dimissionem possessionis, & restitutionem fructuum, & interim processus in causa principali retardaretur, vt ibidem diximus, sicut videmus, quod etiam in criminalibus

42 t dominus regulariter, de excessu minimè teneatur, & ideo si dominus t mandauerit dari colaphum, vel percussorem cum baculo, ille verò vulnerauerit, dominus de tali excessu non teneatur, vt est commu. opi. de qua testatur Boss. in sua prax. crimin. in tit. de mandat. ad homicid. nu. 10. vers. quinto, est videndum, post Fely. Iaso. Cepoll. & alios per eum allegat. Hanc autem sublimitationem declara, nisi procurator t excessisset fines mandati sciente, & non contradicente domino, quia ex hoc resultaret tacita ratificatio, quæ etiam

45 in excedente t fines mandati sufficit. Rota, decis. 13. aliās 428. si habens. sub nume. 2. de concef. præb. in no. quæ loquitur in similibus terminis de domi-

no sciente, & percipiente fructus, in quibus procurator fines mandati exceperat: Et hæc tacita ratificatio t sufficit etiam in his, quæ requirunt speciale mandatum, vt post Alex. in consi. 80. viso. 99. 4. libr. 4. & consi. 84. super consultatione. col. 1. libr. 5. Deci. consi. 437. & consi. 672. quæritur. col. 1. & alios per eum congestos tradit Tiraq. de retract. §. 9. gl. 3. num. 13.

Secundò principaliter regula suprà posita limitatur, quando t dominus actum attentatum per procuratorem ratum habuit, cum regulare

47 sit quod ratum t habens delictum ita puniatur, sicut mandans, ad no. in capi. mulieres, de sent. excom. & in l. 1. §. quoties. ff. de vi, & vi arma. & docto. in l. non solum. ff. de iniur. & declarat eleganter Roma. in consilio 105. viso themate. numero 2. & in propriis terminis attentatorum est decis. Egid. 551. si procurator, & per Oldrad. in consilio 199. pro fundamento. col. 2. numer. 7. vers. ad istud respondetur, & faciunt, quæ ponit Crau. consilio 261. probatur. sub numero 3. vers. amplius ad fin. Et quoniam quoad hanc ratificationem sparsim multo docto. & non admodum ordinatè dixisse videntur, vt clarius, ac facilius appareant: non ab re est præsentem etiā limitationem per viam regulæ, & limitationum subordinare. Potest itaque in proposito formari REGULA, quod ratificatio t per Dominum facta, de gestis, ac attentatis per suum procuratorem operetur, quod cōtra dominum habeat locum remedium attentatorum, Quæ probatur per supradicta, & ex multis, quæ in similibus ponit eleganter, Lap. alleg. 127. Anastasius. num. 5. vers. sed his occurrit examinare.

50 Ampliatur prædicta regula. Primò, vt pœna t attentatorum resultantem ex huiusmodi ratificatione, dominus non dicatur euadere etiam si possessioni attentatæ per suum procuratorem, & per eum ratificatæ, cedere vellet: debet enim dominus possessioni per procuratorem lite pendente captæ statim habita notitia renuntiare, aliās si possessionem ratificasset, & post ratificationem vellet illi cedere non excusatur ab attentatis, nec super negotio principali potest procedi, nisi postquam cum effectu attentatæ fuerint purgata, vt fuit notabiliter dictum in vna Gerunden. Camerariæ coram Fabio die vltima Ianuarij 1547. & est decis. in recoll. Peregr. 91. aliās 33. incip. Domini dixerunt, & alia Put. 6. sub rubr. vt lite pendent. Nam ex huiusmodi approbatione, & ratificatione contrahitur vitium attentatorum, ita vt licet dominus velit suam approbationem actus per procuratorem attentati (illi cedendo) quodammodo reuocare, id tamen sibi non suffragatur, quominus cum effectu teneatur etiam

51 purgare attentata: quæ t purgatio (vltra cessionem possessioni, & actui attentato faciendam) continet in se etiam pœnam refectionis expensarum, ac restitutionis fructuum, vt diximus infra, in tertia parte. capit. 29. de purg. attent. post princ. nume. 28. vers. tertio, quod etiam & c. &

52 insuper suspensionem t processus in negotio principali ex priuilegio attentatorum, capit. non solum de appell. in 6. de quo etiam latius diximus infra, in tertia parte capitulo 30. de priuileg. attent. in vltimo priuilegio, & faciunt in simili multa, quæ de hac domini approbatione ponit Bero. in dicto consi. 25. visis. numero 23. libr. tertio aliās (si do

Tract. de Attent. b

53 minus t attentata per procuratorem non ratificasset nec litem super eis substinuisset, immo illis cessisset, & insuper negasset attentantem suum procuratorem esse) sub prætextu horum attentatorum non impediretur processus in causa principali, vt per dictam decif. Egid. 551. est in recollect. Chassanen. decifi. 6. incip. si attentatum: Secundo

54 Ampliatur, vt sufficiat etiam tacita t ratificatio, vt ponit expresse Egid. dicta decifio. 551. & Lap. dicta alleg. 127. & sensit etiam Roma. in consilio 105. vifo. numero secundo. Hæc autem tacita t ratificatio multis modis ad propositum nostrum

55 contingere potest. Primò, per t comparitionem domini in iudicio, in quo eius procurator prætenditur attentasse, quia dominus comparens in iudicio in terminis in quibus causa est agitata per procuratorem, videtur gesta per illum ratificare, ad no. per Bart. in l. bonorum. ff. rem rat. haber. & per Alexan. & Iaf. in l. Iulianus. ff. qui satifd.

57 cog. Secundo, per t constitutionem procuratoris in illa causa, cuius processus prætenditur attentatus, quia huiusmodi actus videtur inducius ratificationis gestorum in supradicta causa. arg. eorum, quæ ponit Oldrad. in consilio 329. has allegationes. sub numero 6. & sequent. vt tenuerunt etiam domini in vna Baren. attentatorum coram Sarmiento 31. Ianuarij 1569. (in qua cum dubitaretur an executio facta per Hieronimum Seniore in curia Neapolitana) lite in curia Romana antea pendente (esset attentata respectu Hieronimi iunioris) Domini tenuerunt, quòd tanquam facta, lite pendente esset attentata etiam respectu Hieronimi iunioris: quoniam ille die immediatè sequenti post dictam executionem constituerat procuratorem Hieronimum Seniore ad illam causam, in qua agebatur de consignatione, & perceptione fructuum captorum vigore dictæ executionis attentata ex qua procuratoris constitutione fuit dictum Hieronimum iunioris huiusmodi executionem attentatam tacitè ratificasse: non obstante, quòd pro illius parte allegaretur ignorantia litis in Romana curia, & executionis attentatæ, & quòd in præcedenti positione, quæ fuerat coram eodem Sarmiento sub die 30. Ianuarij 1568. maior pars inclinasset, quòd non constaret de attentatis ex eo, quia fundamenta (quæ siebant) habebant dubitationem in iure, & in facto: Præmissa tamen ibi visi sunt domini declarasse, vt procedant dummodo constitutio

58 t procuratoris sit valida, secus si mandatum esset nullum, prout idem in eadem causa coram eodem videntur deinde firmasse. sub die 28. Martij. 1569.

59 Tertio tacita t ratificatio induci dicitur per non renuntiationem, si dominus habuit notitiam eorù, quæ fuerunt attentata per procuratorem, & illis non renuntiauit: debet enim eis renuntiare aliàs censetur ratificare, vt diximus supra proxime nume. 50. Quibus adde, quòd id de nõ renuntiatione expresse videntur etiam tenuisse domini in vna Casaraugustana dignitatum coram Gropperio 15. Maij. 1564. in qua (secundum notas domini mei Oradini) fuit ad literam dictum: Domini sunt pro attentatis, si dominus principalis potuit scire possessionem captam, & non renuntiauit attentatis, & facit decif. in recoll. Cottæ. 141. incip. fiona Martij, dum ibi dicitur, quòd dominus teneatur purgare attentata per suum procuratorem

generalem, si illis non contradixit. Quarto eadem approbatio, & ratificatio t diceretur induci per non prohibitionem, id est si dominus, qui poterat admonendo, & certiorando procuratorem prohibere, (ne ultra procederet, & ne attentaret) non prohibuit, secundum ea quæ post Lap. diximus supra. numer. 22. in prima ampliatur. Quinto, & vltimo, per sustentationem t litis super attentatis introductæ, nam ex hoc manifesta apparet attentatorum per procuratorem ratificatio etiam si litem nõ per se, sed per procuratorem (alium ab eo qui attentauit) litem agat: cum non sit verisimile, quòd huiusmodi litem inconsulto domino sustineat, vt fuit dictum in vna legionen. iurisdictionis coram domino meo de Rubeis 10. Maij 1560. in qua ex hac ratione fuit ordinatum, quòd episcopus, qui per multos menses litem super attentatis in partibus a suo executore sustinuerat deberet attentatis cedere. Quæ litis t sustentatio non solum inducit ratificationem domini respectu attentatorum per procuratorem, verum etiã pari ratione induceret ratificationem successoris in dignitate, respectu eorum, quæ per prædecessorem fuissent attentata, vt (post Egid. dicta decif. 551. & alia supradicta) allegabatur aliàs in vna Abulen. iurisdictionis coram eodem domino de Rubeis 4. Iulij. 1565. in qua agebatur contra modernum Episcopum ad reuocationem eorù, quæ per Episcopum prædecessorem prætendebatur innouata ex eo, quia ille diu litè desuper sustinuerat. Quod omnino, & absque difficultate admitti potest cum ex tali sustentatione litis resultet necessaria scientia actus attentati, & litis pendentiæ, qua scientia

63 t præsupposita etiam successorem teneri ad reuocationem attentatorum regulariter firmauimus infra c. 20. de attent. post inhib. in 24. limit. principali. numero 17. Limitatur etiam regula presentis secundæ limitationis pluribus modis, & Primò, vt

64 procedat, quando t attentata per procuratorem, & per dominum ratificata gesta fuerunt nomine ipsius domini, secus si non fuissent facta ipsius nomine, per regulam l. si pupilli. §. sed si ego, & ibi gl. Bar. & alij. ff. de neg. gest. & capitul. cum quis. de sen. ex cõ. in 6. & cap. ratum, & ibi Dyn. de reg. iur. in 6. & in terminis de ratificatione delicti tradit Rom. in cons. 105. vifo themate. sub nu. 2. dum voluit, quòd ratum habes delictum suo nomine perpetratum ita puniatur, vt mandans: De qua tamè

65 t sublimitatione plurimum subsistendum videtur: nam licet regulariter ratificare quis non possit, nisi

66 si, quod suo nomine gestum est, id tamen t procedit quoad alterius præiudiciũ, secus quoad præiudicium ratificatis, quia hoc casu eius ratificatio valet. l. mater, & ibi gloss. & Bald. C. de rei vendic. Dec. in l. semper quinon prohibet. col. 3. vers. prædicta regula. ff. de reg. iur. & Ruy. in cons. 66. circa casum. in fine libr. 1. cum aliis congestis per Tiraq. in tracta. retrac. §. 1. glo. 9. nu. 245. Ea tamè retenta

67 illam intellige, vt procedat t etiam in ratificatione resultante ex sustentatione litis super attentatis, quia si illa non fuissent facta nomine ipsius, sustentatio litis non operaretur contra eum reuocationem attentatorũ, vt colligitur ex his, quæ fuerunt tenta per Dominos, in vna Caurien. iurisdictionis coram Domino meo Oradino de mense Decembris 1562. quod si quis recursum habuisset ad Metropolitanum, qui deinde per aduersarium

inhibitus,

inhibitus, occasione dicti recursus aliquos actus gesserit publicando césuras, & huiusmodi, quamuis Metropolitanus attétauerit, & videretur, quòd & recurrens, attétasset, ex eo, quia quicquid Metropolitanus fecit videretur in gratiam recurrentis fecisse, & maxime, quia recurrens (dũ daretur contra eum de attentatis) super illis in curia litem substinuit: attamen, quia ipse actualiter non instetit, sed omnia fuerunt gesta ad instantiam Fisci, ipsius Metropolitanus, fuit tentum pro non attentatis. Secundo potest notabiliter sublimitari arg. eorum quæ aliàs ad excusanda attentata fuerunt allegata in vna legionen. Archidiaconatus coram

68 Reumano 17. Nouembris 1553. vt non t procedat quando actus per procuratorem gestus lite pendente, & per dominum ratificatus fuisset factus cũ clausula omni meliori modo, quo potest, putã si procurator generalis (prout erat in casu illo) capiat lite pendente possessionem cum dicta clausula omni meliori modo quo potest, & paulo post declarat, quòd cepit illam animo continuãdi præcedem possessionem, nam licet dominus per sustentationem litis super præsentis attentatis, videatur certo modo illa approbasse, nihilominus potest dici, quòd hoc casu dominus veniat excusandus, vel quia ipse t censetur potius acceptasse, & ratificasse procuratoris declarationem quæ (præsupposita continuatione) excludit attentata, iuxta ea, quæ late dicemus infra, in secunda parte. capit. 4. de atten. lit. pend. in prima limit. principali. Vel quia ipsa adeptio t possessionis non sit attentata, stante clausula omni meliori modo quo potest, & c. attento, quòd non debet dici procuratorem potuisse id, quod honestè, & absque delicto non poterat. l. filius, & l. cõditiones. ff. de cõdit. instit. & no. in c. faciat homo. 12. q. 2. & in capitul. vt iuxta, & ibi Panor. in 1. notab. ext. de offic. ord. & multa ad id cumulat Barb. ibi in addit. Tertio

71 sublimitatur, vt non t procedat quando ratificatio domini fuisset generalis, & ratificans ignorasset extare attentata, quia ad hoc, vt ratihabitio

72 t vendicet sibi locum, oportet vt ille, qui vult habere ratum, sciat, & cognoscat, & comprobet quod factum est, aliàs nemo, quod ignorat approbat, aut ratum habet, vt declarat eleganter Oldr. in cons. 329. has allegationes. nume. 10. nam ratificatio t non extenditur ad ignorata secundum

73 Bal. in l. obseruare. §. proficisci. q. 4. ff. de offic. proconsul. & leg. & tradit Paris. in cons. 100. sub num. 71. libro 1. & post Bald. in dicto §. proficisci, in 2. lectu. & in l. mater. C. de rei vendicatione, & Iaso. in l. nec is, §. hæres institutus, in 5. not. ff. de acquiren. hæreditate. Bartol. & alios in l. Paulus, & in l. quo enim. ff. rem rat. haberi, fuit id resolutum in vna Augustana præposituræ coram Baren. 13. Martij 1551. vt ex decif. in recollect. Guid. boni 94. incip. in vna Augustana, qui loquitur de ratificatione litis ignoratæ, Et in terminis, quòd ratificatio t generalis non extendatur ad actum dolo initum nec ad aliud illicitum, & consequenter ad attentatum, tradit Crauet. in cons. 160. in hac causa. num. 5. lib. 1. vbi etiam. nu. 4. post Bald. in cons. 227. proponitur, quòd tutor. col. 2. lib. 2. & Curt. Iuni. in cons. 50. colum. 3. in fi. subdit, quòd actus dolosus non potest ratificari, nisi data scientia doli, & consequenter, attentata ratificari non possent, nisi data scientia ipsorum attentatorum, cum etiam ver-

75 setur t dolus in eis. Rot. decif. 5. aliàs 25. ex quibus. de rest. spol. in no. & diximus latius (post Paris. in consilio 120. numero 33. libro primo,) supra in præfatione. numero centesimo septimo, & propterea in vna Massanè. illegitimitatis coram Gropperio 25. maij. 1562. tenuerunt aliàs domini non constare de attentatis ex eo, quòd non constabat de scientia Ferdinandi, & Ioannæ: quorum ministri prætendebantur in partibus attentasse, cum autem ratificantem hoc casu oporteat habere scientiam a-

76 ctus attentati per supradicta, non sufficeret t eum habere scientiam præfati actus in genere sed debet habere scientiam in specie, etiam omnium qualitatum: aliàs quis non dicitur rei scientiam habere secundum gloss. singularem in c. concertationi, & ibi Gemi. Franc. & alij. de appel. in 6. Rom. in consilio 344. ex proposito, paulo ante finem. Alex. cons. 114. ponderatis. col. 2. vers. accedit ad

77 maiorem. libro 1. cum, & aliàs scire t non dicatur nisi is, qui certo scit. gloss. in l. de statu. ff. de testa. vt vtrumque declarat, & multis comprobat Tiraq. de retrac. §. 36. glo. 2. num. 30. & 31. Hæc autem do-

78 mini t scientia potest multipliciter, & vnde cunq; deduci, sed vt plurimum ex infra scriptis colligi

79 potest, & Primò quando t ex actu attentato aliquid in domini vtilitatem, & commodum con-

80 uersum esset: quia in pœnalibus t censetur quis delictum ratificare ex eo, quod commodum ad eum immediatè ex tali delicto peruenit, vt post Barto. in l. aut facta. §. fina. ff. de pœn. Ant. de Butr. in cap. cum ad sedem. colum. penult. de restit. spol. Paul. de Cast. in cons. 423. quia scio. colum. 3. ante medium. libro primo, Aret. in cons. 163. colum. 9. Afflic. decif. 82. numero 6. vers. item datur alia regula, tradit eleganter Crauet. in consilio 261. probatur mihi. sub num. 3. vers. amplius in pœnalibus,

81 libro primo. Nam & aliàs delictum t ad vtilitatem meam commissum præsumitur me sciente, & mandante commissum, ad not. in capitu. constitutus, de testibus, & est commun. opinio, de qua testatur (etiam ad propriam materiam nostram attentatorum hanc doctrinam extendens) Aug. Bero. in consilio 118. cum Alfonso. numero 22. libro tertio. Secundo, pariter scientia t in domino præsumeretur, quando actus attentatus per procuratorem esset de arduis, & talis, qui verisimiliter non soleret fieri domino ignorante, prout esset (verbi gratia) demolire mœnia alicuius oppidi:

83 quæ t demolitio, si fiat lite inter principem, & alium super oppido pendente (quamuis per principis ministros, & agentes actualiter illa fiat) præsumitur tamen quod id fecerint sciente domino, & principe: cum aliàs nemo id attentare auderet, vt eleganter in contingencia facti contra Dominum Ducem Ferrariæ consuluit Bero. in dicto consilio centesimo decimo octauo, cum Alfonso, per tot. & præsertim numero vigesimo tertio, pro quo facit decif. Egid. 577. incip. etiam si executio: dum

84 vult, quòd si aliqui possidentes t pro Titio beneficium, spoliassent, & vulnerassent nuntium volentem cum literis citatoriis Titium citare, citatio dicitur peruenisse ad illius notitiam: quia non est verisimile (inquit Egid.) quod illitalia fecissent,

85 nisi mandatum habuissent. Tertio scientia t etiam præsumeretur in domino, vt colligitur ex his, quæ ponit Bero. sub dicto numero 23. quando actus per

Tract. de Attent. b 2

procuratorem attentatus requisivisset talem impensam, quam non esset verisimile procuratorem, de suo fecisse, præsertim si cum impensa concurreret, quòd ad utilitatem domini attentatum fuisset conuersum, ut latius per eum ibi. Quarto, quòd do t de his, quæ dicuntur per procuratorem attentata, constaret in actis: quamvis enim ratificatio esset generalis, & dominus ad excusanda attentata allegaret, quòd ipse ignorabat actum per procuratorem suum gestum esse attentatum, per hoc tamen non videtur ab attentatis excusandus, quia non potest probabiliter dici dominum attentata ignorasse, si de illis constabat in actis, ut per doctrinam Paul. de Castr. in l. vnica. C. de furtig. tenuerunt domini in dicta Baren. attentatorum coram Sarmiento 31. Ianuarij 1569. Quintò ex cursu quoque t temporis posset in domino præsumi scientia actus per procuratorem attentati, si esse in notabili spatio temporis, puta sex mensium, & in actu alicuius momenti, & considerationis, puta in adeptione possessionis alicuius beneficij, vel alterius rei considerabilis, præsertim considerata qualitate personæ ipsius domini, quia præsumitur procuratorem illum domino intimasse, illi que desuper certionasse, ad text. in l. si quis forte. in princ. ibi nec enim debet magnam rem procuratorem tam diu retinere. ff. de pœnis, per quem tex. hanc conclusionem firmat Roma. in cons. 481. præsentis dubitationis. nume. 7. & tradunt Lap. & alij, in capitu. gratia. de rescript. in 6. & per dictum consi. Roma. & Inno. in conscript. ex parte decani. de rescript. & Egid. decisio. 551. est decis. in recolle. c. Chiffanen. 122. incip. procurator ex tempore. Quod si scientia domini secundum præmissa non probaretur, an in dubio illa præsumatur? videtur 88 t concludendum quòd non, sicut in simil. dicimus, quòd ad hoc, ut si procurator contra fecerit, dominus incidat in pœnam l. si quis maior. C. de trãfactio. non præsumitur t dominus habere scientiam eorum, quæ per procuratorem suum sunt gesta, ut fuit dictum in vna Rauenen. coram Crescentio, ut est in recolle. eiusdem decisio. 194. scientia, de procurat. Præsertim quia ignorantia regulariter præsumitur. l. verius. ff. de probat. cum simil. 90 & ideo si dominus t (ignorans aliquid fuisse attentatum per eum, qui eius nomine comparuerat) eundem procuratorem constituat cum ratificatione gestorum, non videtur, quòd per hoc dominus videatur attentata ratificasse, nisi de attentatis constaret in actis, ut diximus supra, numero 86. Tum, quia sicut ipsa constitutio procuratoris generaliter facta non se extendit ad attentata per d. 91. si procurator. ff. de cond. indebit. ita nec ipsa t ratificatio, ut per d. tex. (loquens de delicto) tradit Crau. consilio 160. in hac causa. numero quinto, libro primo. Tum, quia stante dicta ignorantia, 92 nec ipsemet dominus t contraueniendo litis pendentiæ, aut inhibitioni diceretur attentare, ut dicemus infra, in 2. parte. cap. 4. de attent. lit. pend. in præf. in materia citationis, in 6. ampliat. reg. ibi posita, & etiam in eodem capitulo 4. in 27. limitat. princip. regul. princip. ibi posita, & de appellatione ignorata aliquid infra, in 2. parte. capit. 12. de attent. appell. pend. in 15. ampliat. princip. in 2. limit. regulæ ibi posita, & similiter de inhibitione ignorata, in eadem 2. part. cap. 20. de atten. post inhibit. in 24. limit. principali, & sequen. Ex quibus

omnibus facile colligi potest quando, & quibus casibus procurator dicatur attentare, ita ut inde dominus ex facto ipsius remedio attentatorum conueniri valeat tanquam super attentatis a parte.

CAP. II. DE ATTENT. A IUDICE.

SVMMARIVM.

- 1 IVDIX post appellationem procedens regulariter attentat.
- 2 Idem si partem spoliat.
- 3 Sequesterium factum per Iudicem a quo post latam sententiam in possessorio dicitur attentatum.
- 4 Iudex sicut duplici. er. procedere potest, videlicet Iudicialiter, & extrajudicialiter, ita dupliciter potest attentare.
- 5 Iudex extrajudicialiter procedens censetur pars. Et potest contra eum agi tanquam contra quemlibet priuatum, ut infra nu. 9. Etiam spolio, & remedio attentatorum, ut numero 8.

6 Attentatum per Iudicem extrajudicialiter procedentem non est ipso iure nullum, sed annullandum.

7 Secus si Iudicialiter.

10 Turbari lite pendente quis dicitur non solum ex facto partis, verum etiam ex facto Iudicis.



IVDICE t attentatur, puta si post appellationem ab eo interpositam procedat, ut in c. ex insinuatione, & ibi Ant. de Bu. in 4. not. & Imo. extra de procurator. & post eos Dec. cons. 200. in casu. in princ. lib. 1. Vel postquam fuit inhibitus. Rot. decis. 20. aliàs 130. si post, de appell. in no. Vel si t partem spoliet, ut in capit. cum causa. de offic. deleg. Vel t si lata sententia in possessorio Iudex a quo sequestret possessionem, & sic possessorem spoliet, nã tale sequesterium dicitur attentatum. Afflict. decis. 98. pulchrũ est. in princ. Est et t aduertendum, quòd sicut a Iudice dupliciter procedi, & dupliciter ab eo appellari potest, ita etiam dupliciter potest dici quòd per illum attentetur. Quandoque enim iudex t iudicialiter procedit, quandoque verò non procedit ut iudex, sed extrajudicialiter, ut pars, & persona priuata, ut declarat Franc. in cap. dilecti. nume. 2. in vltim. not. & in cap. bonæ. numero 43. vers. decima conclusio. de appell. & est differentia: quia secundum opinionem Ant. in ca. dilectis. de appell. quem refert Franc. d. nume. 43. si

6 Iudex t post appellationem interpositam ab eo extrajudicialiter procedente aliquid attentet, tale attentatum non dicitur esse ipso iure nullum, sed annullandum: inter quæ (ut notum est) multum interest, secus si t attentet post appellationem interpositam ab eo iudicialiter procedente, quia tunc est ipso iure nullum: Quinimo retenta opi. Ant. potest in proposito attentatorum, & iudicis dupliciter procedentis vtiliter alia differentia considerari, sicut enim quando iudex extrajudicialiter, & ut pars procedit t potest contra eum agi spolio, ut per Mil. & ibi Henricum in addit. post Bar. & alios, de quibus ibi per eum in verbo possessorum recuperandæ principaliter, foli. 28. Ita & potest t contra eum agi tanquam contra quemlibet priuatum, ut post alios tradit August. Bero. in consi. 146. in causa. numer. 56. libr. 3. & tunc contra eum taliter procedentem habet locum regula, quòd spoliatus ante omnia debet restitui, quæ, si iudicialiter processisset, nõ vendicaret sibi locum, ut eleganter post alios declarat Sigism. Loffred. in consi.

7 Et licet etiam antequam attentauerit habuisset plenum ius in re, circa quam dicitur attentatum.

8 Cedens ius, quòd habebat in re (si post cessionem in ea aliquid attentet) non conuenitur remedio attentatorum.

9 Attentata a cedente post cessionem nõ nocet cessionario.

10 Attentata a tertio habente causam a Iudice, vel a parte reuocari debent remedio attentatorum, & num. seqq. In ellipse, ut num. 25. & 28.

11 Alienata ab appellante, vel appellato pendente causa appellationis reuocantur, etiam a tertio possessore.

in consi. 470. quatuor in hac. nume. 15. Et si præsupponamus eum ita extrajudicialiter processisse (lite tamen prius corã alio pendente.) potest non inutiliter dici, quòd contra hunc Iudicem etiam via attentatorum agi possit ea ratione, quia si hoc casu talis iudex reputatur quasi quilibet priuata persona, & contra eum datur actio spoliij, multo magis in eius odium debet dari remedium attentatorum, quòd est fauorabilius ei, qui agit pro reuocatione attentatorum, & deterius ac detestabilis ipsi attentanti, qui non solum ius, & partem prout in simplici spolio offendere dicitur, verum etiã, & ipsum iudicem. cap. 1. in fin. ut lit. pend. in 6. Franc. in cap. bonæ. num. 15. & seq. de appell. quoniam lite pendente dicitur quis turbari nõ solum ex facto partis, sed etiam ex facto iudicis iniusto, ut post alios tradit Bero. in consi. 45. in causa. num. 4. lib. 3. Cum & aliàs videamus, quòd & ipsi iudices (si attentando inhibitioni contraueniant) declarari possunt incidisse in pœnas inhibitione contentas, ut adnotauimus in 2. parte, cap. 20. de attent. post inhib. in 9. ampliat. reg. ibi posita per tot. Alia autem exempla, in quibus per Iudicem attentatur, multa adduci possent, Verum quia de iis in qualibet attentatorum materia per discursum tractatus agendum est, & particulariter de attentatis lite pendente, & appellatione pendente, vbi congruentius cadunt, idcirco consulto hic ommittimus.

CAP. III. DE ATTENT. A TERTIO.

SVMMARIVM.

- 1 ATTENTARI a tertio quomodo dicitur, & nu. seq.
- 2 Tertius in materia attentatorum quis sit.
- 3 Remedio attentatorum non proceditur regulariter contra Tertium attentantem ad reuocationem, sed via ordinaria coram iudice ordinario, & num. 4. Ampliatur tribus modis, ut num. 9. 12. & 13. Limitatur 1. modis, ut num. 16. 30. 37. 43. 46. 50. 63. 66. 69. & 90. Declaratur duobus modis, ut num. 147. & 152.
- 5 Litis pendentiæ afficit litigantes, non autem tertium.
- 6 Tertius nõ existens in lite, si capiat possessionem vacantem rei litigiosæ, non attentat.
- 7 Attentare non dicitur qui non est in lite.
- 8 Legatarij pendente Iudicio petitionis hereditatis possunt petere, & consequi legata.
- 9 A tertio attentata non reuocantur remedio attentatorum etiam si iudex illi inhibuisset.
- 10 Inhibitio aliàs operatur, ut gesta simpliciter lite, vel appellatione pendente, quæ nõ essent attentata, trãseant in attentatum.
- 11 Iudex datus cum clausula appellatione remota, etiam interposita appellatione, sententiam a se latam exequi potest, nisi fuerit inhibitus a iudice ad quem.
- 12 Attentata a tertio non reuocantur remedio attentatorum, licet ille ex lite aliquod commodum esset reportaturus.
- 13 Et licet etiam antequam attentauerit habuisset plenum ius in re, circa quam dicitur attentatum.
- 14 Cedens ius, quòd habebat in re (si post cessionem in ea aliquid attentet) non conuenitur remedio attentatorum.
- 15 Attentata a cedente post cessionem nõ nocet cessionario.
- 16 Attentata a tertio habente causam a Iudice, vel a parte reuocari debent remedio attentatorum, & num. seqq. In ellipse, ut num. 25. & 28.
- 17 Alienata ab appellante, vel appellato pendente causa appellationis reuocantur, etiam a tertio possessore.

18 Appellatio extendit suum effectum etiam contra eum, qui attentauit cum Iudice a quo est appellatum.

19 Permutatio beneficij facta a tertio cum Titio reo, & possessore lite pendente, etiam mortuo Titio reuocatur via attentatorum.

Etiam si tertius sit possessor cum titulo, & bona fide, ut num. 20.

Et etiam si spoliatus non probet dictum tertium in re vitiosa successisse. num. 21.

22 Littera executoria, seu brachium seculare obtentum contra eum, qui primo possidebat, potest exequi contra successorem singularem mediatum, vel immediatum, qui pendente lite rem litigiosam emit.

23 Condemnatio cum fructibus facta contra attentantem verificatur etiam in fructibus perceptis per tertium habentem causam ab attentante post inhibitionem.

24 Pendente lite super iure patronatus si alter ex colligatibus aliquem præsentet, præsentatus que instituitur, ac beneficij possessionem capiat, non solum præsentatio, & institutio respectu patroni, sed etiam possessio respectu instituti, dicitur attentata, præsertim si patronus nõ sit in quasi possessioe præsentati.

25 Attentata a Tertio habente causam a parte reuocatur, si possideat rem, super qua fuit attentatum, secus si aliam eius loco iudiciali adiudicatione subrogatã.

26 Si pendente appellatione a sententiã lata in fauorẽ vxoris repetentis suam dotem in pecunia numerata existentem fiat executio dictæ sententiæ in aliqua re stabili, quæ postea tradatur in dotem secundo Viri, non potest agi contra eum remedio attentatorum, quia non possidet rem super qua pendebat appellatio, aliàs secus.

27 Sed reuocatur beneficio iniustitia.

28 Attentata a tertio reuocatur si habuerit causam a parte, quando scilicet habuit causam postquam attentauit, secus si ante.

29 Tertius attentans, qui habuit causam a litigante an possit iuuari regula de triennali remissione.

30 Attentata a tertio succedente in re attentata, & vitio affecta reuocantur remedio attentatorum.

Etiam si succedat cum titulo & bona fide. num. 34.

31 Attentati vitium dicitur reale, & transit cum re in successorem in ea.

32 Hypotecaria datur contra successorem mediatum, vel immediatum in re obligata.

33 Spolij remedium competit contra succedentem in re circa quam est commissum spoliium, siue succedens habeat causam a detentore, siue non.

35 c. ex parte ad intelligitur a nonnullis in succedente in re attentata, etiam non habente causam ab attentante, Ab alijs verò intelligitur in succedente, & causam ab attentante habente. num. 36.

37 Attentata a Tertio pendente appellatione extrajudiciali generali veniunt reuocanda remedio attentatorum.

38 Tertius dici non potest, qui comprahenditur, sub generali appellatione facta contra omnes.

39 Attentata a tertio non solo, & de per se, sed vnacum parte, vel iudice remedio attentatorum veniunt reuocanda.

Dummodo inter tertium, & colligatẽ esset collusio. num. 40. Secus verò in tertio, qui non proprio, sed partis nomine attentauit. num. 42.

41 Canonici immixti in possessionem canonicatum collatorum ab Episcopo, qui post collationem illorum fuit inhibitus vigore commissionis obtenta per capitulum dicuntur attentasse, & possessio reuocabitur via attentatorum.

- 43 Remedio attentatorum reuocatur actus tertij impedire iurisdictionem Iudicis, quando sumus in iudice primæ instantiæ secundum aliquos.
- 44 Secus in secundainstantia.
- 45 Verius tamen videtur, vt hoc indistinctè procedat.
- 46 Attentata à Tertio, qui iuris præsumptione censeretur eadem persona cum ea, quæ litem substinet reuocari debent remedio attentatorum:
Limitatur num. 49.
- 47 Attentatum à patre etiam non habente mandatum reuocatur contra filium, qui statim illi non renunciauit, sed litem vltra substituit.
- 48 Representatio eiusdem personæ excusat ab attentatis.
- 49 Heres vniuersalis, vel gratiosè subrogatus litigiosè rei possessionem capiens, nõ dicitur attentasse, quia videtur potius continuare possessionem, quã de nouo adipisci.
- 50 Remedio attentatorum reuocantur in nouat. à tertio prætextu processus suspensæ per appellationem.
Declaratur, vt num. 52. & 53.
- 51 Offendens bannitum, qui appellauit dicitur attentasse, & subiectus esse pœnis attentatorum, & num. 54.
- 53 Attentata à tertio fundante se in iure causæ principalis à qua fuit appellatum, reuocantur.
- 55 Possessionem beneficii litigiosi capiens collitigans de manu tertij, qui non erat in lite pendente appellatione dicitur attentasse, si iudicialiter accepit, num. 60.
Secus si extraiudicialiter, num. 59.
- 56 Attentare non dicitur, qui aliquid facit contra eum, qui non est in lite.
- 57 Reuocari non debent gesta contra tertium lite pendente.
- 58 Possessionem accipiens ab eo, qui non est in lite non censetur attentare, si extraiudicialiter eã cepit, num. 59.
Secus si per viam Iudicij, num. 60.
- 61 Attentare dicitur tam collitigans, qui accepit à tertio, quam tertius, qui fundaret se in processu, & sententia per appellationem suspensis.
- 62 Subditi non possunt se subtrahere ab obedientia Episcopi ratione depositionis eiusdem, si Episcopus à depositione appellauit.
- 63 Attentatorum remedio reuocantur gesta à tertio appellatione pendente, qui appellationi per alium interpositæ adherere voluerit, & num. 65.
- 64 Adherens appellationi dicitur se facere partem.
- 66 Reuocantur attentata ab executore apostolico, qui attentata reservatione deputatur ad capiendam possessionem beneficii nomine cameræ, restituendâ alteri, cû præsentauerit litteras apostolicas, si fuerit mota lis super subreptione breuis, tempore, quo vult possessionem restituere, & restituat, num. 68.
- 67 Executor apostolicus vigore clausulæ absque vitio spoliij, & attentatorum, lite pendente potest beneficii possessionem capere, & non attentat.
Limitatur, vt num. seq.
- 69 Attentata à tertio intruso in re litigiosa reuocari debent via attentatorum.
Ampliat. iij. modis, vt num. 72. 73. 74. & 77.
Limitatur ij. modis, vt num. 82. & 87.
Declaratur, num. 89.
- 70 Intrusio est reuocanda via attentatorum.
- 71 Executoriales obtinere per collitigantem supersititè possunt absque vitio attentatorum exequi cõtra intrusum.
Etiam si ad eius instantiam esset commissa causa super iactationibus, & molestationibus.
Dummodo vigore commissionis non sit inhibutum.
- 72 Intrusi coguntur parere, inimicis sibi executorialibus.
- 73 Intrusus quoque dicitur, qui habet titulum ab eo, qui dare illum non potest, & gesta per eum via atten-

- tatorum veniunt reuocanda.
- 74 Intrusus est adeo odiosus, vt non solum repellatur ab agendo super fructibus, & rebus ecclesiæ, sed etiã prohibeatur contra petitorum dare obiectus.
- 75 Relaxatio brachij secularis contra intrusum pendente appellatione ab eo interposita à sententia lata contra interesse putantes, non dicitur attentata.
- 76 Immo neque Attentata dicitur relaxatio brachij secularis, etiã si eadẽ die, qua fuit lata sententia pro parte intrusi fuerit præsetata commissio super iactationibus, & hac lite pendente fuerit facta talis relaxatio.
- 77 Contra intrusum, etiã nõ citari potest exequi mādātū, neque per hoc ipse potest agere spolio, si intrusus habuit causam ab eo, contra quem lis fuit mota.
Secus alias, vt num. 78.
Item nisi intrusus cepisset possessionem vigore resignationis in eius fauorem ante litem cum clausula gratiosæ subrogationis, num. 79.
Item nisi intrusus possessionem adeptus fuerit ex causa necessariã, num. 80.
- 81 Intrusus, qui cepit possessionem ex causa necessariã (puta dationis in solutum) est citandus ad hoc, vt mādātum contra eum possit exequi, alias per executionem absque citatione diceretur spoliatus, & ante omnia deberet restituui.
- 82 Attentata à tertio intruso non reuocantur, quando intrusus fuisse in antiquissima possessione.
- 83 Intrusus non diceretur, qui fuisse in antiquissima possessione beneficii.
Et præsertim si possedisset per tātum tempus, vt iuri agendi super attentatis fuisse præscriptum, num. 84.
- 85 Nisi essemus in intruso contra dispositionem c. si hi contra quos, vt lit pend. in 6.
- 86 Intrusus aliàs quis dicitur, remissiuè.
- 87 Subrogatus gratiosè, etiam quoad possessionem, quam habebat cadens tempore suæ cessionis capiens possessionem pendente lite, non dicitur intrusus.
- 88 Etiam si talis subrogatio videretur inualida.
- 90 Attentata ab ordinario (qui pendente lite inter aliquos altero mortuo de beneficio prouidet) veniunt reuocanda remedio attentatorum.
- 91 Collatio, & prouisio beneficii litigiosi ab Ordinario facta per mortem alterius collitigantis via attentatorum reuocatur, & num. 92.
Ampliat. xv. modis, vt numer. 93. 94. 96. 101. 104. & 105.
Limitatur xv. modis, vt nu. 106. 110. 118. 119. 120. 121. 127. 128. 130. 132. 134. 135. 137. 144. & 146.
- 93 Etiam si essent tres, vel quatuor collitigantes, & vnus tantum ex eis moriatur.
- 94 Immo id videtur habere locum tam in petitorio, quam in possessorio: Verum in contrarium hoc casu est cõmunis opinio, vt num. 95.
- 96 Idem si beneficium vacauerit per mortem non naturalem, sed civilem: Contrarium num. 97. Defenditur prima opinio, num. 98. & seqq.
- 99 Mandatum censetur reuocatum per mortem civilem, quemadmodum per naturalem.
- 100 Mandatum per resignationem intelligitur reuocatum, sententiãque latam cum tali procuratore reuocato esse nullam.
- 101 Ordinarius non solum non potest conferre, sed nec aliquem subrogare in ius cadentis, vel decedentis lite pendente.
- 102 Nisi petitor fuisse mortuus, quia tunc Ordinarius possit subrogare in ius defuncti.
Quod declaratur habere locum, quando post mortem petito-

- petitoris nullus esset, qui litem prosequeretur.
Alias secus, vt num. 103.
- 104 Dispositio c. si hi cõtra quos, procedit etiã cõtra tertium.
- 105 Et etiam si lis esset coram Arbitro.
- 106 Collatio, & prouisio beneficii litigiosi ab Ordinario facta per mortem collitigantis nõ reuocatur remedio attentatorum, quando lis fuisse calumniosè, iniuste, & in fraudem mota, & num. 109.
- 107 Lis calumniosè instituta non solet causare attentata.
- 108 Attentata non dantur, quando restitutio in integrum calumniosè petita fuit.
- 109 Ab Ordinario prouisus de beneficio litigioso, potest dare de non lit. vel de calumnia sa lite.
- 110 Collatio beneficii litigiosi ab Ordinario facta non reuocatur, quando lis fuit mota per assertum procuratorem meum, & facta prouisione ab Ordinario per mortem aduersarij, ego velle ratificari e, quia nõ possum ad hunc effectum, & num. seqq.
- 111 Ratificari possunt gesta per assertum procuratorem.
- 112 Ratificatio domini de Citatione, & alijs actis gestis per assertum procuratorem, interrumpit pacificam possessionem annalis possessoris.
Hæc tamen non procedunt in attentatis, cum in eis tractetur de pena, num. 113.
- 114 Inhibitio obtenta per assertum procuratorem causat attentata.
- 115 Lis introducta per assertum procuratorem non causat attentata.
- 116 Inhibitio siue iusta, siue iniusta timenda est.
- 117 Ratificatio citationis obtenta per assertum procuratorem facit attentata regulariter.
Dummodo præcesserit actum qui dicitur attentatus.
- 118 Prouisio beneficii litigiosi ab Ordinario facta, non reuocatur, quando litigans superstes non expediuit litteras suæ gratiæ, quia tunc non dicitur lis pendere.
- 119 Idem dicendum est quando Melius litigat, vt titius aduersarij amoveatur à beneficio, & deinde Sempronio conferatur, non quod ipsi Menio iudicetur.
- 120 Minus quoque reuocatur prouisio (vt supra facta) quando lis (cuius sit beneficium) non est principalis, sed incidens in alia lite, & causa principali.
- 121 Et idẽ etiam si prouisio Ordinarij esset facta lite finita per sententiam.
Ratio assignatur, num. 125.
- 122 Lis finiri per sententiam dicitur regulariter: limitatur, vt num. 124.
- 123 Exceptio, quod lis esset finita, potest opponi in iudicio possessorio, quod ratione priuilegij litis pendens excludat processum in causa riminali.
- 124 Lata sententia super possessorio, que transitum fecit in iudicium (licet videatur lis finita) tamen remanent tales reliquæ, quod non potest beneficium resignari in manibus Ordinarij, vel Nunciij.
Et ratio allegatur, num. 25.
- 126 Ordinarius potest conferre beneficium litigiosum lite finita per sententiam quando scilicet sententia est legitime demandata executioni.
- 127 Prouisio, & collatio beneficii litigiosi ab Ordinario facta non reuocatur, quando lis esset inter electum, & eos ad quos spectatus eligendi.
- 128 Idem quando Ordinarius velle transiit beneficium conferre collitiganti superstiti.
- 129 Attentata non dantur, que tendunt in faciliorem exitum appellat. ouis.
- 130 Pariter prouisio ab Ordinario (vt supra) facta non reuocatur, quando impetrans post annum non fuerit secunda pars regula de annali possessore, quia tunc lis dicitur extincta.
- 131 Per citationem possessoris factam infra sex menses à die præstiti cõsensu cõputandos, etiam nõ super petitorio, sed possessorio, dicitur satisfactum Reg. de annali possessore.
- 132 Collatio beneficii litigiosi, vt supra ab Ordinario facta non reuocatur, quando litis pœdicia esset vigore app. extraiudicialis, causa nõ cõmissa secus si esset cõmissa.
- 133 Lis pendere non dicitur per appellationem extraiudicialem causa nondum commissã.
- 134 Collatio Ordinarij facta (vt supra) non reuocatur de consuetudine Franciæ.
- 135 Item si lis esset solum super possessione, non autẽ super beneficio.
- 136 Lis super possessorio non facit rem litigiosam.
- 137 Collatio ab Ordinario facta non reuocatur præ exitu litis pendens, & attentati, quando tempore vacationis nulla aderat lis, sed postea superuenit.
- 138 Dispositio c. si hi contra quos procedit etiam cõtra Tertium, qui vigore prouisionis Ordinarij cepit possessionem lite pendente.
Limitat vt procedat quando beneficium vacat per mortem alterius collitigantis, secus vero quando lis mouetur post vacationem, per mortem pacifici possessoris, num. 39. & seqq.
- 140 Lis superueniens i beneficio post eius vacationem nõ impedit, quominus Ordinarij possit beneficium illud cõferre.
Ampliat. vt num. seqq.
- 142 Clausula decreti irritantis regulariter solet inficere, necdum titulum, sed etiam possessionem.
Non tamen inducit litem & consequenter nec attentata, vt num. 143.
- 144 Ordinarius licet beneficium litigiosum cõferre nequeat, illius tamen resignationem in eius manibus factam potest recipere.
- 145 Ordinarius licet conferre non valeat beneficium reseruatum, illius tamen resignationem admittere potest.
- 146 Prouisio beneficii litigiosi ab Ordinario facta tanquam attentata non reuocatur, quando postmodum prouisus obtinuit nouam prouisionem à se apostolica, cum clausula gratiosæ subrogationis & mentione litis, & quod tituli etiã infecti exprimi possint.
- 147 Tertius pendente lite potest attentare absque eo quod tale attentatum reuocetur via priuilegiata attentatorum, & num. seqq.
- 148 Lis mota contra alterum ex duobus reis debendi non impedit, quominus ea pendente possit alter conueniri & talis conuentio non reuocatur.
- 149 Sententia lata contra vnum ex duobus reis non nocet alteri.
- 150 Lita mota, & sententia lata contra fideiussorem, vel principalem, & per eum appellatione interposita, & pendente nõ obstant potest alter, vel fideiussor, vel principalis non conuentus conueniri ab eodem neque inhibito facta vni nocet alteri.
- 151 Pendente iudicio contra fideiussorem potest fieri executio contra reum, & id limitatur remissiuè.
- 152 Tertius sicut non attentat, ita nec potest dare cõtra alium de attentatis.
- 153 Lis mota ab altero ex duobus reis credendi an impediatur alteri reuocari potest eundem debitorem conuenire?
Quod non possit, num. 154.
Contrarium tamen verius, num. 155.
- 156 Processus factus coram secundo Iudice pendente eadẽ causa coram primo (nisi opponatur coram secundo de litis pendentiã coram primo) regulariter valet & tenet. Declar. omnia remissiuè, vt hic.

- I** **TERTIO** attentari dicitur, ut in c. cū teneamur & ibi not. doct. de app. cum si. Et tertium in proposito regulariter intellige omnem alium excepto Iudice, corā quo causa pendet, vel à quo est appellatū, & exceptis actore, & reo litigantibus, adeo quod tam ordinarius, qui lite pendente beneficium alicui confert contra dispositionem c. si hi contra quos. ut lit. pend. in vj. quā prouisus ab eo, qui similiter lite pendente in beneficio se intruserit sub tertij appellatione comprehenditur, & per cōsequēs in limitationibus, quę veniunt dandæ ad regulā, quę infra ponetur in ista materia attentatorum à tertio, congruenter attingemus aliquid in materia d. c. si hi contra quos, & materia intrusio- nis. Et licet tertius possit facere actum lite, vel appellatione pendente, qui secundum descriptionē supra positam, sit verē attentatum (puta si alterum ex litigantibus lite pendente spoliat, ut in dicto c. cum teneamur. secundum vnum intelle- ctum) nihilominus contra tertium t̄ attentatē, vel innouantem regulariter non proceditur ad reuocationem via attentatorum, sed via ordina- ria coram Iudice ordinario. c. romana. §. in aliū. de appellat. in vj. & Franc. in dicto c. cum teneamur. num. 15. & seq. & in dicto c. bonę. col. 2. vers. secundus intellectus. eo. tit. quamuis enim regu- lariter tertius admittatur pro suo interesse. c. veniens. el. 2. de testi. l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re Iudic. nunquam tamen purganda esse attē- tata per tertium facta dixit generaliter aliās Ro- ta, ut est decis. in recollet. Achill. de grass. 26. At- tentata vbluerunt Domini & c. in titulo de Attē- tentatis: & ista sit
- 4** Regula, Quod remedium t̄ attentatorum re- gulariter non datur contra tertium, & ad reuo- cationem attentatorum per tertium regulariter non proceditur hoc remedio attentatorum, pro qua (vtra supradicta) est decis. Rot. 2. aliās 58. Nota quod vbi auditor, ut lit. pend. in antiq. & alia decis. Afflic. 354. in causa. num. 26. vers. & dicunt docto. & ratio est quia litispendentia t̄ afficit litigantes non tertium, ut dicebat Mil. in verbo lite pendente quoad litigantem. fol. 213. post Archid. xj. q. prima. c. quia res. in prima glo. Rot. dicta decis. 2. aliās 58. & decis. 3. aliās 56. si lite pendente, & ibi addit. in fi. ut lit. penden. in no. & ex recentioribus tradit Didac. practic. quæstio. cap. 24. num. 4. & nouissimē Menoch. de recu- per. possessione. Remed. xvij. num. 44. vers. quæro decimoquarto: vbi post Felyn. in c. super eo. sub numer. 3. de off. deleg. & Ang. in l. per hanc. col. 8. C. de temp. appell. dixit titulum nil nouari appellatione pendente non habere locum quo ad tertium: Quibus cōcordat nouissimē decis. in recoll. Mohed. 205. & si, & c. sub rubr. de alleg. Lap. vbi refert de mense Nouembris. 1544. in vna Salamantina portionis fuisse tentum, quod
- 6** tertius, qui non fuit in lite, capiens t̄ possessionem vacantem non dicitur attentare, post Egid. decis. 102. & 749. & inter cætera fuisse resolutum, quod lis existens inter alios non impedit, quo- minus tertius qui non fuit in lite possit vt̄ alle- gatione Lapi, & hoc, postquam hoc fuerat sæ- pe disputatum, etiam duplicatis aduocatorum

informationibus, & eueniente casu ita debere iu- dicari. Pro qua regula facit alia decis. in recoll. eiusdem Mohed. 150. Papa contulit. sub rubr. de præben. vbi circa fin. formaliter dicit, quod non existens t̄ in lite non dicitur attentare, & in recoll. Peregri. decis. 97. & Achill. decis. 6. aliās 26. sub rubrica de attent. facit etiam, quod aliās habetur, quod legatarij t̄ non obstante, quod pendeat iudicium petitionis hereditatis possunt petere, & consequi legata, ad not. in l. fin. C. de petit. hered. Crauet. conf. 164. Nobilis. nu. 2. lib. primo. & tradit in terminis nostris Ruyn. conf. 65. quantum. sub numer. 2. lib. quinto.

AMPLIATUR Regula.

- 9** Primò vt procedat t̄ etiam si Iudex illi tertio inhibuisset, & post inhibitionem attentasset, ut est tex. in dicto c. Romana. §. in alium. de ap- pell. in vj. & per illum tex. notant ibi omnes, & Franc. in c. cum teneamur. num. 15. & seq. de ap- pell. & facit decis. Rot. 2. aliās 58. nota quod: vt lit. penden. in antiq. & vis huius ampliacionis con- sistit in hoc, quia aliās videmus in multis casibus, quod inhibitiō t̄ operatur hunc effectum, quod actus, qui simpliciter lite, vel appellatione pendente factus non fuisset attentatus, si tamen interuenit inhibitiō transit in attentatum. Exem- plum in Iudice t̄ dato cum clausula appellatione remota, qui (si ab eo appelletur) potest ap- pellatione pendente exequi sententiam, quod tamen non potest, si sibi per Iudicem à quo sit inhibitiō, vt tenet Imol. in c. pastoralis. col. 3. in princ. & ibi Franc. num. 5. vers. quarto operatur. de appell. vbi dicit ita esse tenendum, post doct. in c. pastoralis. §. præterea. de offic. deleg. & in aliis pluribus casibus, de quibus dicemus latius infra in secunda parte, cap. xx. de attentatis post inhibitionem, in prima Ampliat. regulā ibi positę per tot.

12 Secundò etiam si t̄ iste Tertius, qui innouauit esset in consequentiam ex lite aliquod com- modum reportaturus, vt colligitur ex traditis per Ruyn. conf. 75. Quantum. num. 8. & sub num. 14. libro v. Et quamuis hoc non firmet, pro ea ta- men plurimum facit, quod fuit dictum in vna Caurien. iurisdictionis coram D. meo Oradino de mense Decembris 1562. quod si Ferdinan- dus sit carceratus, & metropolitanus (ad quem fuerat per eum antea habitus recursus) contra Iudicem (quia Ferdinandum non excarce- rat) etiam post inhibitionem Rotalem publi- cauerit censuras, & interdictum, quamuis illa respectu metropolitana videantur attentata, & in illis tractaretur de commodo Ferdinandi, & de eius excarceratione, tamen respectu Ferdi- nandi gesta per illum tertium non dicuntur attentata, licet illi commodum inde resul- taret.

- 13** Tertio amplia, vt procedat, etiam si t̄ iste tertius antequam attentauerit habuisset plenum ius super re, circa quam dicitur attentatum: nam si illud alteri t̄ perfecte cessit, ita quod ab eo per- cessionem sit ius abdicatum, si postmodum at- tentet (puta possessorem spoliando) non datur contra eum remedium hoc attentatorum, quia licet quandoque ius habuerit, hodie tamen tem- pore attentati est merè tertius, vt est decis. in recoll. Paleot. 106. incip. Gutterius in vna Cau- rien. Archi

rien. Archidiaconatus sub die 13. Nouembris. 1558. Nec huiusmodi attentata t̄ facta per cadentem post cessionem nocent ipsi cessionario, vt est in re- collect. Cottę decis. 139. aliās 142. incip. duodecima Nouembris.

Limitatur nunc supradicta Regula pluribus modis, & Primò, vt p̄cedat t̄ in tertio habente causam à Iudice, vel à parte, ad not. in l. chirogra- phis. §. 1. & ibi Barto. ff. de administr. tuto. vbi alie- nata t̄ per appellatum, seu appellantem pendente appellatione reuocantur etiam à Tertio posses- sore, ex quo habuit causam ab eis, & in c. cum M. in fin. de constit. ita dicit Franc. post Imol. col. 4. & Panor. col. 6. in dicto c. bonę. num. 11. & seq. vers. tertius intellectus. de appell. & ibi quoq; Pra- post. numer. 18. vers. aliter potest solui, vbi dicit,

18 quod appellatio t̄ extendit effectū suum etiā con- tra eū, qui attentauit cū Iudice à quo est appella- tum, per tex. in dicto capitu. cum M. Quibus adde Afflic. decis. 334. numer. 21. & seq. incip. in causa re- uocacionis attentatorum, & post Afflic. habetur in recollet. Thom. de Tanis decisio. 73. aliās 76. at- tentata per Tertium: facit etiam decis. Rot. 3. aliās

19 56. si lite pendente. in no. vbi si tertius t̄ permutat beneficium cum Titio reo, & possessore lite pen- dente, etiam mortuo Titio contra illum tertium, qui habuit causam ab eo reuocabitur dicta permu- tatio via attentati. & post Rotam vbi supra, ita fuit tentum per dominos in vna Albarizen. parro- chialis coram A. Augustino. 15. Ianuarij. 1546. vt est decisio in recollet. eiusdem prima, incip. lite pendente. libro primo. Quod potest ampliari,

20 vt procedat t̄ etiam si ille tertius sit possessor cum titulo, & bona fide, vt ibidem per Franc. quod etiam dixit post Barto. & alios per eum allega- tos Bald. Nouell. in tracta. de dote. in xij. & vltima parte, quæstio. 23. sub numer. 69. vers. potest respon- deri: Et idem sensit nouissimē Menoch. de recupe- rand. possessione. Remed. xvij. numer. 27. vbi iun- cto vers. declaratur primò, ita tenet quod contra

21 successorem t̄ hunc agi possit, etiam si spoliatus li- te pendente non probet eum scienter in re vitiosa successisse. Hinc videmus, quod literæ executoria les, seu brachium sæculare obtentum t̄ contra eū, qui primo possidebat potest exequi contra eius successorem singularem mediatum, vel immedia- tum, qui lite pendente rem, super qua litigabatur emit, absque nouo iudicio, ad not. per Bar. in l. Cre- ditores. C. de pignor. col. 9. per tex. in c. Eccle- sia sancta Mariæ, vt lite pendente. ita in vna Roma- na Vineę. 20. Decembris. 1537. fuit dictum, vt est de- cis. in recollet. Mohed. 12. quæ incipit in eadem, sub tit. de excut. rei iud. de quo aliquid etiam di- cemus infra in secunda parte, cap. 4. de attent. lit. pendente in tertia illat. in quinta ampliacione regu- læ in dicta illatione positæ de attent. à part. nume. 459. Quinimmo & condemnatio de fructibus fa-

23 cta t̄ contra attentantem verificatur etiam in fru- ctibus perceptis per tertium habentem causam ab attentante post inhibitionem, ita in vna Perusin. bonorum, seu attentatorum coram Puteo fuit tē- tum, vt est decis. in recollet. Achill. de grass. 140. fructus perceptos. sub tit. de fructibus. Sic etiam

24 videmus, quod lite pendente t̄ inter duos præten- dentes se esse in solidum patronos, si alter eorum aliquem præsentet, præsentatus instituitur, & de-

inde possessionem apprehendat non solum præ- sentatio, & institutio respectu patroni præsentan- tis, verum etiam, & ipsa possessio respectu ipsius præsentati dicitur esse attentata, præsertim si pa- tronus non esset in quasi possessione præsentandi: earatione, quia præsentatus habet causam à pa- trono litigante, ita in vna Tuden. parrochialis de Tabucchia corā Grato vbi sunt inclinasse Domi- ni sub die 29. Nouembris 1566. Hæc autem omnia duobus modis intelligenda sunt.

25 Primò de eo t̄ qui causam habet à parte, & pos- sidet rem super qua pars attentauit, secus si possi- det aliam eius loco mediante iudiciali adiudica- tione subrogatam: Exemplum si mulier t̄ mortuo viro egit contra hæreses viri pro dote sua (quæ erat in pecunia numerata) & lata pro ea sententia (licet hæreses appellauerint) fuit tamen facta sen- tentiæ executio non in pecunia (quam hæreses non habebant) sed loco pecuniæ fuerunt sibi bona stabilia adiudicata: quæ bona mulier deinde in do- tem dedit secundo viro. Demum in causa appella- tionis fertur sententia in fauorem hæredum infir- matoria primæ. Quo casu licet executio per mulierem facta veniat remedio attentatorum reuo- canda, & secundus vir videatur ab ipsa muliere causam habere, nõ potest tamen cõtra eum agi, quia scilicet non possidet rem, super qua pende- bat appellatio, & super qua fuit verè petita execu- tio, & consequenter fuit attentatum, sed aliam eius loco subrogatam, nisi in subsidium, quādo mulier non haberet alia bona, vt fuit notab. considera- tio Bal. Nouell. in tracta. de dote, in xij. parte, quæ- stio. 23. numer. 70. licet super hoc cogitandum re- liquerit. Quæ consideratio licet forsan prima facie satis ad propositum materiæ, de qua agitur fa- cere videatur: re tamen vera est extra terminos nostros attentatorum: Siquidem quando hic, & in discursu dicimus contra tertium dari remediū attentatorum, intelligimus de remedio privilegia- to, quo attentata ante omnia reuocantur: non de reuocatione t̄ beneficio iniustitiæ, prout est illa, quam Bald. ibi considerat: quamuis enim ille ibi semper dicat pro reuocatione dari remediū at- tentatorum, in rei tamen veritate illa est reuoca- tio beneficio iniustitiæ, & pendet à futuro euentu. Quæ potest in multis casibus contingere, de quibus dicemus suo loco infra latius in tertia parte, cap. xxj. quib. & quot mod. attent. reuocen. num. 22. vers. ordinaria autem.

28 Secundò intelligenda sunt de eo t̄ qui cau- sam habet à parte postquam attentauit, secus si ante, vt colligitur ex dicta decis. Paleot. 106. vt pro- ximè dictum est in tertia ampliati. pro qua de- claratione facit, quod aliās fuit dictum in vna Sa- lamantina portionis coram Accorambono xvj. Nouembris 1546. quod si Didacus resignauit be- neficium in fauorem Petri, & post resignationem ante apprehensionem possessionis Didacus fue- rit spoliatus à Thoma, & commissa causa spoliij quidam Beltramus fuerit admissus ad causam pro suo interesse, & in fauorem Didaci fuerit de- cretum (sed malè) mandatum executiuum, li- cet si ille vigore dicti mandati capiat possessionem dicatur attentare, Petrus tamen, qui dein- de post nonnullos dies cõperat possessionem vi- gore sui proprij tituli non dicitur attentasse, quia- uis

uis videatur habere causam à Didaco, cuius possessio erat vitiosa, & attentata, tamen quia habet causam ab eo antequam attentauerit, Petrus excusatur ab attentatis, & eius successor iuuatur regula de triennali: Præsertim, quia possessio vitiosa Didaci non transiuit in Petrum, quoniam præsupposita resignatione Didacus dimiserat omnem possessionem, & solum fuerat restitutus ad detentionem, cui incubuerat, adeo quod verè Petrus acceperat possessionem vacantem, & non habuit causam ab eo quoad possessionem vitiosam, & postquam ille attentauerat, sed ante, vt est decis. in recollet. Peregri. 97. aliàs 14. incip. Didacus, vbi ita postquam fuit sepissimè per excellentes aduocatos informatum (& multum reclamante Puteo) fuisse conclusum refert: Et melius supradictam conclusionem videntur declarasse domini in alia Salamantina sancti Pauli coram domino meo Oradino. 15. Decembris 1568. in qua sub his verbis dixerunt, Veram esse conclusionem allegatam pro parte Petri, quod regulariter tertius non attentat, & quod illa limitatur, vt non procedat quando tertius habet causam à colligante, per allegata ab vtraque parte, sed quod ista limitatio sublimitatur, vt non procedat, quando tertius habet causam à colligante ante litem, quia tunc capiens possessionem non dicitur attentare. Vnde cum Petrus habuerit possessionem de anno 1543. (& sic ante litem) quæ fuit de anno 1545. non videtur attentasse: Et ex dicta decisio. comprobatur etiam id, quod supra diximus contra hunc habentem causam à parte dari hoc remedium, siue sit mediatum, siue immediatus successor, vt erat in facto in casu dictæ decisio. in quo beneficium iuerat per plures manus. An autem iste tertius habens causam à litigante iuari possit regula de triennali, habes per Pereg. dicta decisio. 97. & apud Paleott. decisio. 215. dubitavi in vna Vicen. de papiros, vbi post multas relatas decisiones, & auctoritates inuicem repugnantes, inquit, quod Rota super hoc noluit aliquid firmare, sed aliqui ex senioribus attestati sunt dominos super hoc semper variasse.

30 Secundò limita, vt non procedat in tertio succedente in re attentata, & vitio isto affecta, (dato quod à Iudice, vel à parte causam non habuerit) quia contra hunc agitur etiam via attentatorum, tex. est in capit. ex parte Adæ, vbi Imol. de testi. quem singularem, & vnicum in iure dicit Franc. in dicto capit. bonæ. numer. 12. vers. tertia, & vltima conclusio: pro qua allegat quod habetur in cap. ex parte S. de rescript. & c. in primis. 2. quæst.

31 1. & rationem hanc, quia scilicet tale vitium censetur reale, & per consequens transit ad quemcumque successorem, & latè hanc limit. comprobatur, & extollit: Et hac etiam ratione motus idem tenet Soci. Iun. in consilio 52. in præsent. numer. 11. libr. 2. post Oldrad. in consilio 199. & alios per eum allegat. & post Soci. & Oldrad. vbi supra idem ponit nouissimè Menoch. in tract. de recuperand. possessione, Remed. 17. numero 26. vbi (licet ad propositum huius limitationis loquatur de successore simpliciter) idem tamen ibidem sub numer. 28. vers. declaratur primò. videtur materiam confundere, dum vult supradicta per eum declarari, vt procedant in suc-

cessore habente causam à Iudice, vel à parte, quod reincident in id quod proximè diximus in prima limit. Magis autem ad propositum faciunt ea, quæ latè ponit Negufant. in tracta. de pignor. in tertia parte 8. partis princip. numer. 12. & seq. vbi per multa deducit in simili, quod hypothecaria

32 † datur contra succedentem in re obligata mediatum, vel immediatum, & tradit Ruyn. in consilio 107. numero 4. libro 4. Quibus potest addi, quia si

33 remedium † spolij datur contra succedentem in re circa quam est commissum spoliolum siue successor habet causam à detentore, siue non (puta quia rem propria autoritate occupauit) vt per Mil. in verbo possessorium recuperandæ, post Ant. de Butr. in cap. quia, de iudic. & latius per Menoch. in tracta. recuperandæ, remed. 15. numero 73. vers. tertius casus, & numero 77. vers. quartus casus. numer. 78. multò magis remedium attentatorum, in quo viget maior ratio odij, sicut dicimus esse maius delictum, ad not. in cap. 1. vt lit. penden. in 6. Quam limit. Amplia similiter secundum

34 Franc. vbi supra, vt procedat † etiam contra succedentem cum titulo, & bona fide: quod etiam affirmauerunt nouissimè moderni in tracta. commissionum. in 14. formula commissionis attent. in verb. causam, & causas. colum. 3. vers. circa secundum priuilegium: Illud tamen circa hanc limitationem non est omittendum, quod licet docto. supra allegati intelligant d. c. ex parte Adæ.

35 † in succedente in re attentata, etiam si ab attentante causam non habuerit (prout vltra præallegatos) id sensit ab initio etiam Bal. Nouell. in tracta. de dote, in duodecima, & vltima parte. quæst.

36 23. sub numer. 69. non defunt † tamen, qui illum textum intelligendum dicant in succedente, & causam ab attentante habete, prout asseuerat Didac. Practic. Quæstio. cap. 24. sub num. 4. & tandem vltimo loco sensit etiam Bald. Nouell. vbi supra, vt etiam Didac. idem aduertit.

37 Tertio quando † effemus in appellatione extraiudiciali sed generali: exemplum in dicto cap. bonæ, iuxta secundum intellectum, de quo ibi per Franc. & alios: Abbas quidam præterdens Ecclesiam ad se pertinere, & timens super illa, & eius possessione molestari, putà à Titio extraiudicialiter appellauit à turbatione, quam timebat non solum contra Titium, sed generaliter contra omnes eum molestare volentes: interposita appellatione Abbas spoliatur, & possessio Ecclesiæ legitime peruenit ad manus cuiusdam Archidiaconi, qui re vera nullum negocium habebat cum dicto Abbate tempore interpositæ appellationis, & sic erat merè tertius, & tamen contra eum datur remedium attentatorum, & ab eo auocatur possessio, & reuocantur omnia in eum statum, in quo fuerant tempore remissæ appellationis, vna etiam cum restitutione fructuum, vt in tex. ibi circa fin. & ratio est, quia † licet prima fronte videatur esse tertius, tamen quia illa appellatio fuit generalis contra omnes, propriè non potest dici tertius, qui sub illa generalitate comprehenditur, vt latius per Franc. ibi post gloss. magnam in cap. non solum. de appellat. in 6. qui verum, & notandum intellectum esse dicit ad illum tex. quem videtur etiam tenere Rot. decisio. 23. aliàs 407. si expectans,

etans, de præbend. in no. de qua latius infra in secunda parte, cap. 12. de Attentatis appell. penden. in 17. ampliat. princip.

39 Quarto quando † effemus in tertio, qui non solus, & de per se, sed vna cum parte, vel Iudice attentauit, ad not. per gloss. mag. in dicto cap. non solum, & est in terminis decisio. Bisignet. 30. numero quarto. vers. Vtrum innouata per tertium, aliàs quarta de appell. quoniam hoc casu etiam contra tertium agitur via attentatorum, vt residet Bisignet. in dicto loco, qui eleganter, & latè disputat hanc limitationem ad partes, & demum eam tenere videtur, præsertim cum vltimo etiam loco eam ponat, ad not. l. cum filius. §. fabinus. ff. ad Trebell. & per Cassad. decisio. prima. numero 8. de acquirend. rer. dom. super regul. cum simil. quam decisio. Bisignet. refert, & in effectu sequitur nouissimè Mohed. & in recollet. eius, est decisio. 205. & si, & c. sub rubrica de allegat. Lap. post Felyn. in capitu. cum super. colum. penultim. de re iudic. illam intelligendo, quod tunc facta per tertium † vna cum parte veniant reuocanda tanquam attentata, quando inter litigantem, & tertium esset fraus, & collusio: Et pro hac limit. quarta optimè facit, quod fuit aliàs per dominos decimum in vna Camerinen. aggregationis canonicatum coram

41 Iunio 29. Martij 1557. quod si Episcopus † creauit duos canonicos, & capitulum contra eum causam commisit, & lite hac pendente, ac post inhibitionem Episcopus illos immittat in possessionem, talis possessio (etiam respectu illorum canonicorum) dicitur attentata, ex eo quia (vt colligitur ex allegatis in dicta causa) illi duo canonici per actum immisionis in possessionem videntur vna cum parte attentasse, & eo & magis, quia præsupponebatur in facto ibi quod illi canonici substinissent etiam litem in curia super dictis attentatis: Non tamen diceretur † attentasse vna cum parte ille, cuius nomine nihil fuit factum, sed tantum nomine partis attentantis, vt potest poni exemplum in eo, qui habuit recursum ad Metropolitanum, & deinde aduersarius Metropolitanus inhibuerit, & post inhibitionem Metropolitanus (occasione recursus ad eum antea habitæ) aliquos actus gesserit publicando censuras, & huiusmodi, quamuis enim Metropolitanus in contemptum inhibitionis videatur attentasse, ille tamen, qui recurrit non dicitur attentasse. Et licet esset aliqua coniectura, quod quicquid fecit Metropolitanus fecerit in gratiam recurrentis, & maxime quia recurrens dum daretur contra eum de attentatis, super illis in Curia litem substinuit: Attamen quia ipse actualiter, & specialiter non instetit, sed omnia fuerunt gesta ad instatiam fisci ipsius Metropolitanus, fuit tæm pro nō attentatis vt dixerunt domini in vna Caurien. iurisdictionis coram domino Oradino de mense Decembris 1562.

43 Quintò nisi tertius † per actum, quem faceret lite pendente impediret iurisdictionem Iudicis, nam hoc casu etiam contra tertium agitur ad reuocationem eius, quod attentauit lite pendente, ad not. in capitu. 1. & c. sane, & c. pastoralis, de offic. deleg. Hanc limitationem ponit originaliter glo. in dicto cap. non solum, in glo. magna,

post princip. vers. nisi ille tertius. de appell. in sexto, & similiter ponit (licet cogitandum reliqueris) Franc. in c. cum teneamur. sub numer. 115. & seq. in vers. in eadem gloss. ibi reformare de appell. pro qua adde Rot. inter decis. Fastol. causa quinta. numer. 5. in dubio 19. in vers. quintum dubium. Et tenendo eam declara, vt procedat

44 † in Iudice primæ causæ, & primæ instantiæ, qui etiam contra tertium impediendum exercebit iurisdictionem, secus in Iudice appellationis, qui regulariter habet limitatam iurisdictionem solum super articulo appellationis, nisi ad eum fuerit deuoluta cognitio totius causæ principis

45 lis, vt considerat ibidem Franc. de hac † tamen consideratione subsistendum videtur, quia ratio huius limit. videtur esse contemptus Iudicis, & impedimentum quod tertius præstat iurisdictioni, quæ ratio militare videtur etiam præsupposita limitata iurisdictione.

46 Sextò notabiliter limita nisi † esset tertius qui præsumptione iuris censeretur eadem persona cum ea, quæ litem substinet, vt est pater, & filius, ad l. fin. C. de insti. & subst. si enim pater

47 † etiam non habens mandatū aliquid attentet illud reuocatur, si filius statim, quod illud sciuit illi non renuntiauit, sed vltra litem, substinuit, vt per Egid. decisio. 551. si procurator, & Oldrad. consilio 299. colum. 2. quorum autoritate ita in vna Cesaraugustana Archipræsbyteratus coram Sarnen. 15. Februarij 1545. fuit decisum, vt est decisio in recollet. Putei. 5. attentata vt lit. penden. Quæ limitatio ea etiam ratione suaderi potest, quia sicut ista † representatio eiusdem personæ sæpe solet excludere, & tueri aliquem ab attentatis, etiam (vt contrariorum sit eadem disciplina) videtur dicendum, quod quandoque attentata includat, vt hic: Excludit autem hæc representatio attentata, quando effemus in hære-

49 de † vniuersali, vel in gratiose subrogato, quoniam cum hi censeantur eadem persona cum defuncto, si lite pendente rei litigiosæ possessionem capiant potius dicuntur possessionem cōtinuasse, quàm attentare, vt admonuimus infra in 2. parte, capitu. 4. de attent. lit. penden. in 1. illat: & in 1. limit. princip. in 5. ampliat. in quibus locis de hærede, & latius de subrogato locuti sumus.

50 Septimò limita, nisi † innouatio tertij fieret prætextu processus suspens per appellationem, vt si offendatur Bannitus † qui appellauit, vt post Bald. in l. qui à latronibus. §. 1. & ibi Imol. colum. pen. vers. tangit hic Bal. ff. de testam. & eundem Imol. in l. si quis filio. §. hi autem. ff. de iniusto testam. tradit sub prædicta verborum conceptione Felyn. in c. cū super. sub nume. 5. de re iudi. Verum quia hæc limitatio videtur in se valde ob-

52 scura, indiget aliquali declaratione, & illa † quam clarius ponit idem Felyn. in cap. super eo. sub numer. 3. extra de offic. deleg. & quam dederunt etiam nouissimè domini in infra scripta Nursina prioratus coram Sarmiento. 2. Martij 1562. & iterum 22. Maij eiusdem anni: Fely. enim ibi post Bald. in dicta l. qui à latronibus. §. 1. & ibi quoque Imol. dixit quod licet titulus nil nouari appell. pendente, non haberet locum quoad tertium, id

53 tamen † non procedit, quando vellet aliquid innouare fundando se in iure causa principalis à qua

qua fuit appellatum: Exemplum de volente impunè t̄ offendere bannitum, quia hoc casu fundat se in iure causæ principalis, hoc est in sententia banni, à qua cum sit interposita appellatio, ea pendente (si tertius aliquid faceret) attentaret. & Fely. vbi supra, sequitur nouissimè etiam Menoch. de recuperand. poss. in xvij. Remed. numer. 44. & numer. 45. versic. quæro decimoquartò: Domini autem dum dubitaretur in dicta Nursina Prioratus an collitigans t̄ capiens possessionem beneficij, de quo agebatur de manu tertij, qui non erat in lite (pendente tamen appellatione per collitigantem interposita) diceretur attentasse, licet ad excludenda attentata allegaretur, quod possessio, quæ erat apud tertium, qui non erat in lite poterat per collitigantem capi absque vitio attentatorum (quia quoad tertium non considerantur regulariter attentata) vt in regula supra posita, & faciens aliquid t̄ contra eum, qui non est in lite non attentet, secundum Egidium decif. 749. in fi. versicu. secundo quia hoc casu, & adderetur, quod nulla est lex, qua caueatur, quod gesta t̄ contra tertium lite pendente reuocentur. Achill. decifio. 6. de attent. Pereg. fab. decifio. 96. circamed. qui dicit, quod qui accipit possessionem t̄ ab eo, qui non est in lite non attentat, & in terminis allegaretur etiam decifio Mohed. 344. in fin. & ratio horum omnium assignaretur, quia scilicet cum possessio esset plena, & apud tertium, non intererat appellantis, quod fuerit per collitigantem acquisita ab illo tertio: Nihilominus pro clariori intelligentia materia considerauerunt domini ibi plures casus, & ommissis cæteris, ad propositum, de quo agimus adhibuerunt hanc distinctionem formaliter, quod aut collitigans t̄ adipiscitur possessionem extrajudicialiter, vel aliquod ius à tertio, & tunc factum non reuocatur per viam attentatorum, & ita procedunt allegata pro Episcopo, videlicet decifio Egid. 102. & 749. Aut iste collitigans t̄ nascitur possessionem à tertio vigore iudicij pendente inter Episcopum, & collitigantem, vt in isto casu, in quo præsupponitur, quod pendente appellatione per Iulium interposita, Episcopus vigore sententiæ, seu mandati de immittendo in sententia decreti acceperit possessionem à Ludouico, & tunc videtur attentatum propter regulam, quod pendente appellatione nihil est innouandū, & facit decifio Rot. 29. vt lit. penden. in no. & Mohed. 314. Et durum esset, quod reuocata in dubiū sententia per appellationem ea, quæ ab illa dependet sortirentur effectum: Et non obstat decif. Bifignet. 4. de iudic. quia ibi sententia exequitur contra victum contra quem est lata, & non est suspensa: & ex hac distinctione responderetur ad omnia allegata pro Episcopo: Placuit tamen dominis (quia materia est difficilis, & implicita,) & quod dubium restringatur ad huc vltimū casum, Prout ita restrictum fuit, deinde disputatum in dicta secunda propositione, in qua eadem distinctio fuit per dominos confirmata. Ex quibus omnibus potest vtiliter firmari hac conclusio, quod t̄ tam collitigans quia aliquid consequitur à tertio, quam ipsemet tertius dicatur attentare, quando fundant se in processu, & sententia, quæ fuerat suspensa per appellationem, vt in exemplo tertij ad effectum occidendi Bannitum fundantis se in sententia

Banni, & in collitigante capiente possessionem de manu tertij fundatis se in mandato de immittendo in possessionem decreto in sententia, quæ fuit suspensa per appellationem per supradicta. Quæ conclusio ex eo etiam videtur posse comprobari, quod ponit Deci. in c. dilecti. numero 5. de appell. dum vult, quod lata sententia contra Episcopum per quam fuit depositus, si ille à dicta sententia appellauerit non possunt t̄ subditi sub prætextu dictæ depositionis subtrahere se ab obedientia Episcopi pendente appellatione, & sic tertius (pro ut est subditus ibi) non posset in præiudicium appellationis subtrahere se ab Episcopo, & alterius obedientiæ se subiicere, quia præsupposito, quod super huiusmodi subiectione inter illum, & Episcopum esset lis, diceretur attentare secundum præmissa: cum natura appellationis ea sit, vt per omnia conferuet statum appellantis, vt dicimus infra in secunda parte cap. 12. de attent. appell. pend. in præfat.

62 Octauò limita, nisi t̄ tertius appellationi per alium interpositæ adhærere voluerit, Cum enim per huiusmodi t̄ adhæsiōnem dicatur se facere partem, vt est decif. Rot. 52. aliàs 381. fuit dubitatum. de appell. in no. contra eum habet locum Regula nil nouari appellatione pendente, vt per Bal. in l. qui à latronibus. §. 1. ff. de testam. & in l. prima. C. si à nō competen. Iudice, vt post eum tradit Vital. in tracta. de clausul. sub clausula nil nou. appellatione pendente. num. 20. quem referunt, & sequuntur Modern. libr. 2. practic. conclus. super attent. conclus. 114. Quibus adde Fely. in cap. super eo. sub numer. 3. de offic. deleg. vbi post Imol. in d. l. qui à latronibus dixit, quod licet tit. nil noua. appell. pend. non habeat locum quoad tertium, id tamen non procedit, quando t̄ tertius vellet aliquid innouare fundando se (& sic adhærendo) in iure causæ principalis à qua fuit appellatum, quos in hoc sequitur nouissimè Menoch. de recuper. possel. Remed. 17. nu. 44. & 45. versic. quæro decimo quartò, & faciunt ea omnia, quæ de huiusmodi ad hærente diximus latius infra in 2. parte, cap. 12. de attent. appell. pend. in 12. ampliati. princip.

66 Nonò fallit t̄ in executore apostolico, quia at teta referuatione alicuius beneficij deputatur ad capiendum illius possessionem nomine Cameræ restituendam Titio cum præsentauerit literas apostolicas expeditas, qui t̄ licet vigore clausulæ, quæ ibi solet apponi (videlicet absque vitio spolij, & attentatorum) possit lite pendente super beneficio possessionem capere, & non attentet, secundū ea, quæ latius dicemus in 2. parte cap. 4. de attent. lit. pend. in præfatione in prima illat. si tamē fuit rit lis mota super subreptione breuis tēpore, quo vult possessionem Titio restituere, licet videretur dicendum, quod talis restitutio (tanquam facta à Tertio, & ab eo, qui non est in lite) non est censenda attentata, & similiter si ille lite huiusmodi pendente vellet de nouo possessionem capere, vtique posset, quasi sit tertius, qui regulariter non attentat per supradicta. Nihilominus & noua adeptio, & etiam restitutio per eum facta censetur attentata, vt tenuerunt domini in vna Auerfana beneficiorum coram Quiroga 9. Decembris 1556. ea ratione moti, quia executor hoc casu non est omnino tertius cum capiat possessionem restituendam collitiganti.

Decimò

Decimò, Regula principalis, quod contra tertium non agitur via attentatorū limitatur, vt nō procedat t̄ in tertio, qui lite pendente intruderet se in possessione rei, de qua litigatur. Nam talis intrusio t̄ est via attentatorum reuocanda, vt est decif. Cassad. 9. numer. 5. de cau. poss. & propr. & Bifignet. decifio. 1. aliàs 20. incip. Nunquid reo, vt lit. pend. & decif. 5. aliàs 433. nota nunquid reo, vt lit. penden. in antiq. Et ideo executorialia obtenta per superstitem collitigantem possunt contra huiusmodi intrusum exequi absque vitio attentatorum non obstante, quod ad instantiam intrusi esset commissæ causa iactationis contra illum superstitem, dummodo vigore illius commissionis non sit inhibitum, vt fuit aliàs resolutum in vna Senogalien. parrochialis de mondulfo coram domino meo Oradino. 9. Iunij 1559. nam regulariter intimatis sibi literis executorialibus intrusi t̄ coguntur parere, vt fuit dictum in vna Florentin. sancti Pancratij coram Paleotto. 6. Iunij. 1558. Quam nonam limitat.

Amplia. Primò, vt non solum t̄ procedat quando quis sine titulo aliquo, & propria auctoritate intruderet se in beneficio, verum etiam si titulum habeat, sed ab eo, qui illum non potest dare: nam etiam hoc casu is dicitur intrusus, & intrusio via attentata veniret reuocanda. Rot. dicta decif. 5. aliàs 433. & decif. 13. aliàs 415. Nota quod intrusus. de cau. poss. & propr. in antiq.

Secundo, vt in tantum talis intrusio sit nulla, inualida, reiicienda, & omnino reuocanda, vt talis t̄ intrusus non solum repellatur ab agendo superfructibus, & rebus Ecclesiæ, vt est decif. Capit. 6. num. 11. & 12. verum etiam prohibeatur contra petitorum dare obiectus, vt dicta decif. Bifignet. 1. aliàs 20. numer. 4. & dicta decif. 5. aliàs 433. vt lit. pend. in antiq. quod est maximè notandum, quia si petitor ob aliquod crimen posset remoueri à iudicio, & per consequens ius non haberet, possessor veniret ab eo absoluendus, quod tamen locum non habet quando possessor est intrusus.

Tertio quod intantum intrusus sit odiosus, vt t̄ si mortuo collitigante superstes prosequens litem contra interesse putantes per audientiam litterarum contradictarum obtineat sententiam à qua intrusus appellet, & appellatione pendente Iudex relaxat brachium sæculare, talis relaxatio non possit dici attentata, vt fuit resolutum in dicta Senogalien. parrochialis de mondulfo coram domino meo Oradino. 12. Maij 1559. Quinimo etiam si t̄ eadem die, qua fuit lata sententia fuerit pro parte intrusi præsentata commissio super iactationibus, & hac lite pendente relaxetur brachium sæculare, talis relaxatio non censetur attentata, vt fuit dictum in eadem causa eodem Oradino proponente dicta die. 1559. rationes autem dominorum fuerunt, quia cum ille fuerit prouisus ab Ordinario contra formam. cap. si hi contra quos, vt lit. penden. in 6. vigore decreti irritantis, de quo ibi, talis prouisio fuit nulla, & propterea contra eum tanquam contra intrusum poterat brachium sæculare exequi, vt proximè dicemus num. seq. Vnde ex his patet, quod in fauorem intrusi neclitis, nec appellationis pendentiæ facit attentata, nisi emanauerit inhibitiō, quia ea stante multi domini ibi censebat brachium sæculare esse

attentatum.

77 Quartò amplia, vt t̄ contra talem intrusum, etiam non citatum possit exequi mandatum, ita vt per hoc non possit agere spolio, vt fuit tentum in vna Senen. sancti Martini. 9. Martij 1554. per decif. Egid. 709. & Fely. in cap. cum olim. numero. 11. de re iud. & aliàs decisiones supra in principio huius decimæ limit. citatas, vt est in recoll. Caputaquen. in prima parte decif. 282. incip. contra intrusum, & est decif. Crescent. 142. incip. Executorialia les: Quod tamen videtur t̄ intelligendum.

Primò, dummodo intrusus habuerit causam ab eo, contra quem lis mota fuerat, vt post Bar. in l. 1. §. 1. de litigios. & in l. creditores. de pignor. & Butr. in c. quia G. num. 13. de iud. notat nouissimè Hier. Gab. in cons. 52. putò. sub num. 8. versic. quarto quia, & melius num. 9. & 10. versic. quinto quia. lib. primo. & fa. quod diximus supra. num. 16. & seqq. in prima limit. huius regulæ.

79 Secundo intellige nisi t̄ is, qui prætentitur intrusus cepisset possessionem vigore resignationis in eius fauorem ante litem cum clausula gratiosæ subrogationis, quia tunc contra eum mandatum non potest exequi, vt fuit resolutum in vna Gebennen. spolij coram A. Augustino. 17. Februarij. 1553.

80 Tertio intellige, nisi t̄ ille, qui lite pendente prætentitur intrusus possessionem consecutus fuerit ex causa necessaria, puta dationis in solutum: tunc enim ille esset t̄ citandus, & si sine citatione per executionem mandati prædicti spoliaretur, esset restituendus, vt fuit dictum in vna Senogalien. præfensi spolij domus coram A. Augustino. 19. Nouembris. 1557. aliàs autem non præsupposito, quod translatio possessionis fuerit ex causâ necessaria videtur esse difficultas (vt domini ibi considerabant) cum aliqui ex eis tenerent citationem esse necessariam per decif. Afflic. 396. numer. 9. & Capit. decif. 128. & quia licet (aliàs docto. dicant posse contra hunc executionem fieri sine nouo processu) tamen hoc intelligitur sine nouo processu causæ principalis, sed quod bene requiratur citatio, vt constet an datio in solutum fuerit facta pendente lite, & an necessario, vel voluntarie per doctri. Bal. in l. vnica in fin. C. de alien. iud. mut. causa fact. & Paul. de Castr. in l. à diuo Pio. §. si super rebus. de re iud. Aliqui vero tenerent non requiri citationem fauore vltimæ voluntatis (prout erat casus ibi) per doctri. Barto. in d. §. si super rebus, cum quo transeunt cōmuniter alij secundū Alex. ibi, vt latius ibi per dominos (iuxta notas Oradini) qui circa illud factum multa alia considerant, quæ ad materiam nō faciūt, de qua agimus.

Sublimitari potest eadem decima limitatio.

82 Primo quando t̄ is qui propria auctoritate lite pendente se intrusit fuisset in antiquissima possessione beneficij: is enim, cum non dicatur t̄ intrusus, vt per Mil. in verb. intrusus, non dicitur habens antiquissimam possessionem, quem in hoc secutus est nouissimè Hieron. Gigas in tractat. seu Epithomate de intruso. nume. 80. versic. nec minus comprehenderetur, per consequens non videtur quod cadat sub ista Regula: Præsertim si t̄ fuisset in possessione per tantum tēpus, vt iuri agendi super attentatis fuisset præscriptum, de quo infra in 3. parte cap. 23. quando & intra quæ tempor. attent. reuoc. peten. q. 3. princ. per tota. Quod

Tra& de Attent.

dictum intellige, & declara, vt non procedat
 85 † quando effemus in intruso contra dispositio-
 nem. c. si hi contra quos. vt lit. pend. in vj. propter
 decretum in eo appositum, quod inficit etiã pos-
 sessionem, vt clarum est, & est decis. Cassad. r. de
 86 restit. spoliat. Aliàs autem quis dicatur † intru-
 sus vltra supra allegatos vide apud Dec. in consil.
 121. in causa. numer. 4. libr. 1. & per Franc. Marc. in
 decis. delphinat. decisio. 1023. numer. 10. Ruyn. in
 consil. 128. quantum. numer. 2. & seqq. libr. 5. Paris.
 conf. 47. videtur. nume. 4. lib. 4. & nouissime post
 Gemini. & alios per Mandos. super regul. de sub-
 rog. collitig. q. 4. num. 2.
 87 Secundo limita, nisi † quis fuisset gratiose sub-
 rogatus etiã, quoad possessionem, quã habebat cæ-
 dens tempore suã cassionis, quia is capiens lite
 pendente possessionem non dicitur intrusus, vt
 fuit tentum in vna Senen. sancti Martini. 24. Fe-
 bruarij. 1553. vt est in recollet. Caputiaquen.
 in prima parte decis. 282. incip. contra intrusum
 in fin. & in alia Oueten. Archidiaconatus coram
 Aldobrandino. 12. Nouembris 1563. & in alia Nul-
 lius, siue Giennen. beneficij coram A. Augusti-
 no. 2. Decembris 1556. cum quibus concordant
 etiã aliã decisio. quas citauimus infra in secun-
 da parte capitu. 4. de attent. lite pendente, in pri-
 ma illatione regulã ibi positã. numer. 339. versicu-
 septimo vt non procedat in gratiose: Et ex ea-
 dem ratione fuit resolutum in vna Vlixbonem
 quartanariã, coram Accorambono. 13. Iunij. 1554.
 quod taliter subrogatus non dicatur intrusus:
 Quod ex his quã in eadem causa dicta sunt. 24.
 Februarij. 1556. coram eodem, ampliari potest,
 88 vt procedat † etiã, si talis subrogatio videret-
 ur inualida ex eo quia per resignationem (cu-
 ius vigore fuit facta subrogatio) non esset abdi-
 catum ius à resignante, qui resignabat reserua-
 ta sibi pensione, & non aliter, & pensio non fuit
 sortita effectum (vt erat in casu illo) in quo ta-
 men fuit resolutum pro non intrusione: Quã om-
 89 nia de intrusione necessario † declara, quod si
 lite inter Titium, & Meuium pendente moria-
 tur Titius possessor post cuius mortem ex Or-
 dinarij prouisione Sempronius in beneficio se
 intruserit, & sic attentauerit, & deinde per Pã-
 pam Gaius in ius, & litem Titij fuerit gratiose
 subrogatus (licet contra istum tertium qui at-
 tentauit) possit agi via attentatorum, vt supra
 proximè conclusum fuit, agere tamen non po-
 test Gaius subrogatus, sed solum Meuius super-
 stes non obstante, quod soleat dici, quod subro-
 gatus debet esse eiusdem conditionis, cuius erat
 is, in cuius locum surrogatur, ad regulam l. eum
 qui. §. qui iniuriarum. ff. si quis. aut. cum simil. vt
 est decis. Rot. 10. aliàs 411. incip. si lite pend. col. fi.
 vers. si vero non actor. sub tit. vt lit. pend. in no. &
 post eam. Mil. in verbo attentata autem per ter-
 tium. fol. 30.

Vndecimo & vltimo regula ista principalis de
 90 tertio attentante limitatur, vt non procedat † in
 Ordinario, qui lite pendente inter aliquos su-
 per aliquo beneficio altero mortuo de beneficio
 prouidet: Nam licet Ordinarius, quoad illam li-
 91 tem sit tertius, tamen eius † collatio, & prouisio
 lite pendente facta via attentatorum reuocatur.
 c. si hi contra quos, vt lit. pend. in vj. & clem. r.
 eod. tit. & in dictis locis per omnes scribentes: Sed

plenius attingendo materiam dicti c. si hi contra
 quos. breuiter in hac vltima limitatione fit.

92 Regula. Quod † collatio, & prouisio facta per
 Ordinarium contra dispositionem dicti capitu. si
 hi contra quos, lite pendente, venit via attentato-
 rum reuocanda, vt dictis iuribus, & est decisio
 Rot. 10. aliàs 411. si lite. sub nume. 2. vt lit. pend.
 in no. & decis. Cassad. v. incip. Agebat in princ. su-
 per reg. Canc. & facit decis. Egid. 94. si causa: ratio
 autem quare ordinarius non potest prouidere
 non ea sola est, quia scilicet non debent possesso-
 ribus, & litigantibus noui aduersarij dari, verum
 etiã, & alia potissima, videlicet fauor Ecclesia-
 rum, ne lites fiant immortales, vt considerabat
 Mohed. in recoll. suis decis. 180. vacante. sub rubri.
 vt lit. pend. Quã Regula
 Ampliatur.

93 Primò etiã si † essent tres, vel quatuor litigã-
 tes, & vnus tantum ex eis moriatur, nam idem ser-
 uatur. Lap. in dicto c. si hi, & post eum Domi. ibi
 post princip. & Fran. ibidem col. pen. in fin. per tex.
 in clem. prima eod. titu.

Secundò ex intentione aliquorum, vt proce-
 94 dat † tam si sitis super petitorio, quã si super
 possessorio secundum opin. Lap. & Domi. ibidem:
 95 quamuis in contrarium † videatur commu. opi-
 nio, vt dicemus infra in xij. limitat. huius reg. num.
 135. post Cassad. decis. 4. incip. maior pars, in princ.
 & etiã in final. verb. vt lit. pend.

96 Tertio etiã si † beneficium vacauerit per
 obitum non naturalem, sed ciuiler, & interpre-
 tatiuè, puta per translationem ad aliud benefi-
 cium, cum tunc fortius habeat locum ratio. capi.
 si hi contra quos, secundum opinionem Archi-
 diaconi ibi, quã licet habeat æquitatem, tamen
 97 non videtur † ad hunc casum extendenda dispo-
 sitio illius text. cum fundetur super æquitate con-
 tra rigorem scriptum, secundum Io. And. ibi, Nisi in
 vno casu secundum Imol. ibi quando scilicet talis
 translatio, & mors interpretatiua fuisset malitio-
 se procurata ad finem, vt Ordinarius posset alteri
 cõferre, vt hæc omnia refert, & sequi videtur Fran.
 in d. c. si hi contra quos. col. 1. in fin. Pro opi. tamen

98 † Archid. facit illa propositio, quod sicut manda-
 99 tum † reuocari censetur per mortem naturalem,
 clem. fin. de procur. ita per mortem ciuilem, puta
 per resignationem beneficij, per quam resignans
 dicitur mori respectu beneficij resignati. c. verita-
 tis. de dol. c. 2. de pen. in 6. Rot. decis. 28. aliàs 376.
 fuit dubitatum de procur. in no. quã dispositione
 dictã clem. extendit ad renuntiationem, vel aliam
 mortem ciuilem, secundum quam fuit aliàs tentu
 per dominos in vna Caurien. Archidus. coram Ca-
 putiaquen. 20. Maij 1562. quod scilicet per resigna-
 100 tionem † mandatum dicatur reuocatum, & sen-
 tentiam latam cum tali procuratore reuoca-
 to esse nullam, & ad propositum huius mortis ci-
 uilis nonnulla eleganter ponit Papazzo: in addit.
 ad dictam decis. 28. per totam.

101 Quartò ampliã, vt † Ordinarius non solũ non
 possit beneficium conferre, sed nec aliqũ subroga-
 re in ius cãdentis, vel decedentis lite pendente vt
 per Franc. in dicto c. si hi: in 2. notab. & propterea
 aliàs in vna Posuanien. parrochialis coram Serafi-
 no. 14. Ianua. 1572. (in qua cum lite inter duos præ-
 sentatos pendente, & neutro in possessione existẽ-
 te, alter deceisset, & superstes fuisset per Ordina-
 rium

rium in locũ prædefuncti subrogatus, atq; etiã in
 possessionem immisus, & tã per patronos, qui de-
 iunctũ præsentauerãt, quã per nouiter præsentatũ
 præterderetur præmissa esse attentata, & reuocan-
 da, vel saltem possessionem beneficij sequestran-
 dam) domini tenuerunt locum esse sequestro: am-
 102 pliã. limita, vt † non procedat quãdo petitor fuis-
 set mortuus, tunc enim Ordinarius posset subro-
 gare ad ius defuncti, vt per eundem Franc. in d. c.
 si hi, col. 2. in prin. vers. & prædicta procedunt. & c.
 secundum opi. Ioannis Andr. ab eo ibi relata,
 103 Quã tamen limitationem declara, vt † proce-
 dat quãdo post mortem petitoris nullus esset, qui
 causam prosequeretur, tunc enim Ordinarius pos-
 set subrogare (vt dictum est) aliàs secus, vt per
 Franc. in proximè citato loco.

104 Quintò Ampliã, vt procedat † dispositio dicti
 cap. etiã contra tertium, vt no. docto. ibi præser-
 tim Domi. & Franc. post princ. In tantum, vt prou-
 isus ab Ordinario contra formam dicti ca. si hi:
 fit etiã de facto amouendus à possessione, vt est
 decis. Rot. 3. aliàs 16. si contra. in secunda addit. de
 restit. spol. in no. ita vt si ita prouisus ab Ordina-
 rio spoliatur sibi non competat restitutio, vt est
 decis. Cassad. 9. incip. Rota in antiq. num. 4. de cau-
 sa poss. & propr. declarando tamen, vt infra in 13. li-
 mit. num. 139.

105 Sextò potest ampliari, vt procedat † etiã si
 lis esset coram arbitro, secundum opin. Franc. qui
 post Hostien. & Imol. in cap. ex parte, de verbo. si-
 gnif. dicit formaliter in cap. 1. sub num. 4. in glo. in
 verb. mori, vt lite pendente in 6. quod. d. cap. si hi
 contra quos, habet locum non solum quando lis
 pendet coram Ordinario, vel Iudice delegato,
 verum etiã coram Arbitro, quod est notandum
 secundum eum ad propositum l. si quis rem. ff. de
 arbit. Quã opi. ex his comprobari potest, quã la-
 tissimè posuimus infra in secunda parte, cap. xv. de
 attent. pend. comprom. præsertim nume. 121. &
 129. & seqq. vbi firmauimus, quod regulariter etiã
 lite coram arbitro pendente dantur atten-
 tata.

Limitatur prædicta Regula huius xj. limit.

106 Primo nisi † lis fuisset calumniose, iniuste, &
 in fraudem mota, vt est decis. Cassad. 7. conclusit
 Rota: in titu. de dol. & contum. numer. 1. cum &
 aliàs generale sit, quod lis calumniose instituta
 107 † non solet causare attentata, vt dicemus infra
 in secunda parte cap. 4. de attent. lite pendente in
 108 4. limit. princ. Sicut nec quando restitutio † in in-
 tegrum est calumniose petita (cum nec eo casu
 dentur attentata) vt in dicta secunda parte, cap.
 xij. de attent. restit. in integr. pend. in prima limi-
 ta. regul. ibi posit. numer. 56. & quod prouisus ab
 109 Ordinario † possit dare de non lite, id est, quod lis
 erat calumniosa, fuit aliàs tentum in vna Hispa-
 len. coram Acchil. de grassis, vt est decis. in recol-
 lect. ipsius. 189. litem. sub rubrica de lite.

110 Secundo † quando lis super beneficio fuisset
 mota per assertum procuratorem meum, & mor-
 tuo aduersario meo Ordinarius prouidisset, & de-
 inde ego vellem ratificare gesta per assertum pro-
 curatorem ad effectum excludendi prouisum ab
 Ordinario vigore dicti cap. si hi, & regulã de sub-
 rogandis: nam hoc ego non possum facere, &
 Ordinarius hoc casu potuit prouidere, vt est de-
 cis. Cassad. 40. introducta. per totam, super Reg.

Cancel. sub titu. de subrogat. collitig. quã post
 Sarnen. & Rebuff. tenet etiã Mandos. super Reg.
 de subrogand. collitig. quãst. 10. sub numer. 3. vers.
 pro parte negatiua. Non obstante, quod in con-
 trarium videatur communis opin. quod gesta per
 111 assertum procuratorem ratificari † possint, cui
 ille ibi (præsertim attento stilo dominorum) suf-
 ficienter respondere videtur: Et quãuis idem
 super Reg. de annali. q. 39. videatur tenere, quod
 112 citatio, & alia facta per assertum procuratorem
 subsecuta domini ratificatione, interrumpant pa-
 cificam possessionem annalis possessoris, & ita
 resolutum fuisse in vna Oxomen. beneficij coram
 Guidobono. 3. Decembris 1554. & consequen-
 ter quod contra præmissa posset opponi, quod
 ita etiã ratificatio in casu nostro debet indu-
 cere litem ad effectum attentatorum: potest ra-
 113 men † replicari, quod non est eadem ratio,
 quoniam in casu nostro tractamus de facien-
 do per hanc ratificationem aliquem incidere in
 pœnas attentatorum, de quibus latius infra in ter-
 tia parte capit. 31. de pœnis attent. & consequen-
 ter sumus in odiosis, quã ratio videtur cessare in
 casu annalis possessionis: Verum tamen præ-
 missis ob stare videtur, quia videmus, quod inhi-
 114 bitio † obtenta per assertum procuratorem cau-
 sab attentata, vt dicemus in secunda parte. ca. 20.
 de attentat. post inhib. in 5. ampliã. numero 2. &
 115 tamen lis † introducta per assertum procura-
 torem non videtur causare attentata, vt hic: Nisi
 dicas, quod ideo inhibicio causat attentata, quia
 116 † siue iusta, siue iniusta est timenda. Rot. de cis. 28.
 aliàs 302. nota quod audientia. de appell. in antiq.
 & dicemus latius dicto capitu. 20. in 11. ampliã. prin-
 cip. quã ratio videtur cessare in lite, quã cum
 sit nulla nullum quoque operatur effectum, &
 consequenter non videtur ita, sicut inhibicio ti-
 menda: Vel dicas, & melius, quod vis præsen-
 tis limitationis non est in hoc, quã ratificatio lit-
 tis non sublineat litem, etiã ad effectum atten-
 tatorum, quoniam immo regulariter etiã rati-
 117 ficatio † citationis obtenta per assertum procura-
 torem facit attentata, vt dicemus infra dicto cap.
 4. de attent. lit. pend. in præfation. & quãd. lis di-
 cit. pend. in materia citationis, versicu. sexto, & c.
 numer. 56. sed consistit in hoc, quã talis ratifica-
 tio non censetur facta in tempore, quia ad hoc,
 vt operetur suum effectum debet præcedere acti,
 qui prætenditur attentatus, non autem subsequi,
 prout verè loquitur dicta decisio Cassad. & post
 Imol. in consil. 132. in causa. num. 8. in fin. & Crescent.
 decis. 229. incip. annali: declarauimus etiã in di-
 cto cap. 4. in præallegato loco.

118 Tertio limita. Quando † litigans super benefi-
 cio non expeditisset literas suã gratiã, quia cum
 litteris non expeditis, non dicatur lis pendere ob-
 stante reg. Canc. 29. in ordine quod causatum cõ-
 missiones nullius sint momenti litteris non expẽ-
 ditis, potest Ordinarius eò casu prouidere, vt vi-
 detur esse decis. Cassad. 5. super reg. Cancell. incip.
 agebat. per tot. præsertim in fin. cum regulã
 ad excusanda attentata opponi posse exceptio-
 nem de litteris non expeditis firmauerimus infra
 in tertia parte capit. 24. de Reo & exceptio. sibi
 competen. q. 10.
 119 Quarto. Quando † litigatur contra Titium
 super beneficio ad effectum, vt ille amouatur à
 Tract. de Attent. c. 2

beneficio, & deinde alteri conferatur, non autem, quod colliganti adiudicetur, qui diceret in eo se ius habere, vt est decif. Tolof. 436. Item fuit quæ fitum, & tradit Franc. in dicto c. si hi contra quos. colum. fin. verficu. si vero cædit & c. Quibus adde Rot. decif. 3. aliàs 56. si lite pendente, vt lit. pend. in no. & Paris. confilio 47. videtur. numero 42. libro 4. & post dd. decif. Alciat. in confilio 11. pro more. numer. 25. & seqq. verficu. quarto quia. libro 1. vbi subdit, quod nescit quis viuentium fit tantæ authoritatis, qui aueret contrarium dicere, & se authoritati dominorum de Rota præponere, cum nullum habeant contradicentem: quod etiam tradit Ioannes Baptista Ferret. in confilio 13. pro resolutione. num. 2. vbi dicit, quod oppositio de incompatibilitate plurium beneficiorum non facit beneficia litigiosa.

Quintò vt procedat, quando agitur, & litigatur, & est quæstio principaliter cuius sit beneficium, secus si t incidenter, secundum Mil. in verbo, litigiosa res fit quando agitur. ad med. fol. 214. vbi post Ioan. Andr. Paul. & Franc. dicit ordinariam collationem non impediri, nisi quando est quæstio principaliter, cuius sit beneficium: idem tenet Archid. in d. capit. si hi contra quos. in verbo litigatur. & Domi. post princip. & Franc. nume. 3. & est decif. Cassad. 4. maior pars. in princ. vt lit. pend. quod etiam expressè affirmavit Alciat. in d. confilio. 11. & post Franc. vbi supra, & Bonifac. de Vitalin. sequitur Mandos. super reg. de subrog. collitig. q. 13. sub numer. 4. & ista est vera, & communis opin. de qua post Cassad. d. decif. 4. testatur Io. Baptista Ferret. in conf. 12. tota controuersia. nume. 4. lib. primo. vbi in id citat etiam Cyn. Barto. Bald. in l. 2. C. de litigio. Inno. & Butrig. in c. cum M. Ferrarien. de constit. Io. Andr. & Abb. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ, & in cap. si. vt lit. pend.

121 Sextò, Quando t Ordinarius contulisset lite finita, puta, quia sententia transiisset in rem iudicatam, vt per glos. in dicto c. 2. in verb. finita: Idem dici potest si esset finita renuntiatione, vt no. Mil. in verb. litigiosum beneficium, & Crauet. post alios in confilio 182. Videtur. numer. 4. lib. 1. Vel. transatione, vt est consili. Paris. 47. videtur. nume. 43. lib. 4. Seu tempore, puta si per 18. annos stetit, quod nihil factum fuisset in causa, adeo, quod poterat præsumi habita pro derelicta, vt est decif. Cassad. v. vt lit. pend. tunc enim collatio valet, Franc. in dicto c. si hi. in glos. in verbo finita, quam decif. Cassad. tenuit aliàs etiam Rota in vna Hispalen. Canonicatus coram A. Augustino 16. Maij 1547. vt est in recollet. Peregr. decif. 10. aliàs 86. incip. proponente: & fa. aliàs decifio. quas citauimus infra in 2. parte capit. 4. de attent. lit. pend. numer. 275. verficu. circa quartum de tempore. Pro qua facit, quia per sententiam

122 t dicitur regulariter lis finiri: Rot. decif. 10. aliàs 41. si lite. vt lit. pend. in no. & latius infra in secunda parte, capit. 4. de attentatis lite pendente. limit. vj. princip. Et quod prouisus ab Ordinario possit dare de non lite, id est, litem esse extinctam, est decif. recollet. Achil. de Grass. 189. litem. sub rubric. de lite: Ad quod facit quod eleganter in casu suo considerat Sigismund. Lossred. in conf. 6. dubitatur. sub numer. 11. quod contra agentem

123 t possessorio iudicio, qui ratione priuilegij pen-

dentia huius iudicij volebat excludere processum in causa criminali occasione superuenientis falsitatis inchoatum, potest opponi (& valide) hæc exceptio, quod illud iudicium non est iudicium, cum fuerit finitum vigore cuiusdam regie pragmaticæ, de qua ibi per eum: Aduertendum tamen est, quod contra hoc nouissimè videtur esse decifio in recollet. Putei 4. lata sententia. sub rubr. vt lit. pend. cum qua concordat in recollet. Mohed. in eadem causa. decifio. 180. Vacante. sub eadem rubric. & quod fuit dictum in alia Caurien. Archidiaconatus coram Grato 28. Aprilis 1564. de quibus latius infra dicto capit. 4. in præfatione dum tractatur quibus modis lis dicatur finiri. numer. 230. verficu. circa primum. limit. 4. in quibus voluerunt domini, quod lata sententia contra possessorem, quæ transiit in rem iudicatam (licet videatur lis extincta)

124 remanet tamen talis lis, quod non potest beneficium resignari in manibus Ordinarij, vel Nuntij, & ita fuisse tentum in vna Calaguritana Heremitorij coram Auen. 18. Octobris 1545. Nisi

125 consideres t rationem diuersitatis inter causam, quando possessor vult resignare (& per consequens dare suo aduersario nouum colligantem) & quando Ordinarius iure suo vult conferre, quia in resignatione videtur considerari quoddam factum resignantis, quod sibi non debet concedi, ne ex sua culpa in non appellando consequatur commodum. arg. leg. itaque fullo. ff. de furtis: quæ ratio cessat in Ordinario (vt supra) conferente: Verum quia ista consideratio non videtur vniuersalis ad omnes casus de quibus ibi, sed restricta ad rem iudicatam resultantem ex facto non appellantis, aut non prosequentis appellationem & potest dari res iudicata ob tres conformes, vt erat in dicta Caurien. & in aliis casibus ex dictis decifio. quæ sunt pro contrariis allegata potius est colligenda declaratio ad præsentem limitationem, vt Ordinarius t possit lite finita per sententiam conferre, quando scilicet sententia est debite, & legitime demandata executioni per ademptionem possessionis, vt latius declarauimus dicto verficu. circa primum. in quarta limit.

127 Septimò quando t lisset inter electum, seu prouisum, & eos, ad quos spectat ius eligendi, seu prouidendi: nam tali lite pendente alia electio, seu prouisio non impeditur: Franc. ibi. sub nume. 5. verficu. ex quibus inferitur. col. fin. & faciunt, quæ tradit Vital. in tracta. de clausul. in claus. nil noua. accusatione pend. nu. 7. post Inno. in c. dudù. extra de elect. Et quamuis cõtra præsentem limit. videatur decif. Peregr. 96. incip. vtrum sit procedendum. ad si. in qua videtur fuisse tentum, quod si capitulum lite inter eum, & electum pendente alium eligat, talis electio censeatur attentata, quia tamen illa decif. non videtur omnino tuta, vt admonuimus infra in secunda parte, c. 4. de attent. lit. pend. in 22. limit. princ. in v. sublimit. regulæ ibi posita, à præfenti limitatione nõ videtur recedendù.

128 Octauò. Quando t Ordinarius (mortuo vno ex litigatoribus, vellet beneficium conferre superstiti: nam talis collatio non prohibetur, cum cesset ratio dicti c. si hi. secundum Franc. ibi in glos. pen. qui licet cogitandum reliquerit, tamen videtur limitatio satis notabilis, & admittenda: pro qua facit illa

129 cit illa ratio, quod sicut ea t quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis non dicuntur atenta, vt infra in secunda parte c. 12. de attentatis appellatione pendente limit. quarta princ. ita dici potest, quod (cum hæc collatio facta superstiti tēdat in faciliorem exitum, immo in extinctionem litis respectu negocij principalis) non debet reputari attentatū: Et id, quod in simili dicebat aliàs Rochus de curte in tract. de iur. patro. in verb. honorificu. q. 23. sub nu. 53. quod licet regulariter patronus (vno ex præsentatis lite pend. mortuo) alium præsentare nõ possit (obstare. c. 1. vt lit. pend. in 6.) superstitem vero (secundum eum) potest præsentare: quia tunc videtur cessare ratio dicti c. primi.

130 Nonò. Quando t impetrans post annum non seruauit secundam partem regulæ de annali possessore, quia tunc lis dicitur extincta, & Ordinarius prouidet, vt fuit aliàs tentum in vna Gebenen. parrochialis seruallis coram Puteo. 8. Nouembris 1540. vt est in recollet. eius decif. 11. lis dicitur 131 extincta. sub Rubr. vt lit. pend. Et diceretur illam seruasse si citauit possessorem infra sex menses à die præstiti consensus computandos vt sepius fuit resolutū, & etiam si citatio esset non super beneficio (& sic petitorio) sed solum super possessorio ad videndum impetratem immitti in possessione è beneficij, & in illa immisum manuteneri, vt fuit dictum in vna Taurinen. Archipresbiteratus coram Robusterio 31. Ianuarij 1569. in qua (cum ex aduerso daretur de defectu citationis, ex eo, quia illa solum erat in possessorio) domini tenuerunt non ob stare allegatum defectum citationis.

132 Decima limita. huius materiae c. si hi. fit, vt t nõ procedat quando litis pendente, quæ allegatur esse vigore appellationis extraiudicialis, etiam intimata, dummodo appellationis causa, non esset commissa, quia non præsupposita commissio- 133 ne, lis t verè non dicitur pendere, & Ordinarius potest conferre, vt not. in recol. Achil. de grass. decif. 3. appellatio extraiudicialis. sub tit. de appel. circa medium: post Præposit. in c. bonæ. num. 32. verficu. succedit quæstio. de appel. & alios de quibus ibi per eum, Et in propriis terminis, quod appellatio extraiudicialis non inducat talem litem pendentiam, vt Ordinarius conferre prohibeatur, fuit aliàs resolutū in vna Casalen. prioratus coram Grato. 17. Februarij 1567. per decif. Rot. 69. aliàs 764. sciendum. de appell. in antiq. & faciunt, quæ latius diximus infra in secunda parte, cap. 4. de attent. lit. pend. in præfatione, & quando lis dicat. pend. dum locuti sumus, an per extraiudicialem appellationem lis inducatur in secunda opin. num. 195.

134 Vndecimò limita vt non t procedat de consuetudine Franciæ, vbi vno colligante mortuo Ordinarius confert, & dictum c. si hi. nõ seruatur, vt testatur Rebuff. in sua praxi benef. in tit. de forma signaturæ, in prima par. in verficu. litigiosu. fol. 113.

135 Duodecimò. Quando t lis esset solum super possessione, non autem super beneficio, quia hoc casu Ordinarius nõ impeditur, vt per Cassad. decif. 4. incip. maior pars: vt lit. pend. vbi testatur hanc esse veram, & communem opinionem: pro qua

136 facit, quod lis t super possessorio non facit rem litigiosam, idem Cassad. decif. 6. Palatium. nu. 2. de rescript. de quo dicemus infra in secunda parte: cap. 4. de attent. lit. pend. in 2. limit. princ. verficu. quo ad primum, & latius in dicto capit. 4. in tertia illa-

tion. princip. verficu. decimoquintò limita.

137 Decimotertiò, & notabiliter limita, vt non t procedat, quando tempore vacationis beneficij nulla erat super eo lis, sed vacauit per obitum pacifici possessoris, & lis superuenit post obitum, puta inter eum, qui illud in curia impetrauit, & aliū, qui habebat ad illud regressum: quoniam hac lite pendente potest Ordinarius tale beneficium tertio conferre, & prouisus ab eo possessionem capere, nec dicuntur attentare, per regulam suprapositam, quod Tertius non attentat: Nec obstat dictum c. si hi contra quos, & quod notant ibi docto. præsertim Dominicus, & Franc. post princ. 138 (quod illius dispositio procedat t etiam contra tertium, qui vigore prouisionis Ordinarij possessionem lite pendente caperet, qui est à possessione amouendus. Rot. decif. 3. aliàs 16. in 2. addit. de restit. spol. in no. & diximus supra in 5. ampl. huius

139 regula. num. 104.) quia illud t procedit, quando tertius prouidetur ab Ordinario, & nascitur possessio beneficij vacantis per mortem vnius ex colligantibus, quia tunc Ordinarius colliter prouidet, & possessio ab eo capta est attentata, & ista fuit noua dispositio dicti c. si hi contra quos, ex rationibus ibi consideratis, Secus verò est, quādo beneficium vacat per obitum pacifici possessoris, nulla lite existente, quia licet post vacationem

140 oriatur lis inter aliquos, illa t non impedit, quin Ordinarius possit tertio conferre beneficium, & prouisus capere possessionem citra vitium attentatorum, quia dispositio dicti cap. si hi (quæ est exorbitans) non debet extendi extra suum casum, in præiudicium ordinarij, qui ex hoc excluderetur à iure conferendi, vt fuit ferè his formaliter verbis dictum, & resolutum in vna Nursina Prioratus inter Ludouicum Anastasium, & Venturam de Bufalinis: coram Sarmiento 4. Februarij 1564. Quam ampliando (dixerunt ibi domini) procede

141 re t non obstante, quod dicta possessio per tertium ab Ordinario prouisum capta, videtur ex alio nulla, & attentata, quia scilicet in regressu (qui ibi allegabatur) aderat clausula decreti irritantis, 142 quæ t solet regulariter inficere nedum titulum, verum etiam possessionem. Rot. deci. 10. aliàs 475. nota, de causa possess. & propr. in anti. Egid. decif. 342. cum similibus. Nam respõdebat (& bene) quod 143 licet inficiat, vt supra, tamen t non inducit litem, & consequenter non facit attentata, quæ regulariter præsupponunt litem. Cassador. decif. 6. incip. voluerunt. num. 2. super regul.

Decimoquartò limita, seu magis declara, vt 144 t quamuis Ordinarius beneficium litigiosum conferre non possit, vt in regula, illius tamen resignationem in manibus suis factam recipere, & admittere non prohibetur: Bonifac. de Vitellin. in clein. prima. q. 4. num. 54. vt lit. pend. Franc. in c. nõ potest. §. si. de præben. in 6. sicut etiam in simili dicitur, quod licet Ordinarius t conferre non possit beneficium reseruat, resignationem tamen illius admittere potest. Aeneas de Falcon. de reseruat. q. 14. in tertio effectu. col. 3. post Rot. decif. 1. aliàs 23. fuit dubitatum. de rerum permutat. in no. & ita fuit resolutum in vna Caurien. Archidiaconatus coram Caputaquæ. 20. Maij. 1562.

Decimoquintò, & vtiliter præmissa intellige, 146 quod t licet prouisio Ordinarij de beneficio litigioso regulariter sit attentata, hæc tamē attentat. de attent. c. 3

tata non reuocantur, quando postmodum prout obtinuerunt nouam prouisionem à Papa, cū clausula gratiosæ subrogationis, & mentione litis, & quod possint exprimi tituli etiam infecti, ut fuit resolutum in vna Pisana Canonice coram D. de Rubeis 30. Octobris. 1560. quia noua prouisio (re per Papam intellecta) purgat vitia præcedentia, & mente Cassad. decis. 6. de præben.

Declaro nunc Regulam principalem, & totam hanc materiam loquentem de Tertio notabiliter
 147 quod sicut Tertius lite inter duos pendente regulariter potest attentare absque eo, quod conueniatur iudicio attentato, ita etiã Iudex, & pars potest quandoque contra tertium procedere & attentare absque eo quod tale attentatum via at
 148 tentatorum reuocetur: Exemplum sunt duo tri debendi, agitur contra vnum, & hac lite pendente volo agere contra alium, an possim, & non obstante quod videatur eadem lis (quia est idem actor, idem Iudex, eadem res quæ petitur, & ratione eiusdem obligationis, etiam idem reus in effectu) nihilominus possim, nec talis conuentio contra secundum facta tractatur. ad no. in l. creditor. ff. mandati: per quem tex. id dixit notabiliter Bar. in l. 3. §. vbi duo. ff. de duobus reis: quem sequitur Maranth. in specul. in tertia parte sextæ partis princ. q. 2. num. 163. quibus adde Capit. decis. 119. num. 7. & Ant. Corf. in singul. suis in verb. appellatio. incip. Regula est. ver. limita 4. & Vital. in tracta. de clausul. in clausula nil nouari appellatione pendente. in princ. per tex. in dicta l. creditor. quod etiam sensit Didac. practicum quæst. cap. 24. nu.
 149 4. & ratio esse potest, quia sententia lata t̄ contra vnum ex duobus reis non nocet alteri, ut post alios tradit Bero. conf. 96. vertitur. num. 6. lib. tertio. Aliud exemplum potest poni de principali, & fideiussore: nam altero t̄ ipsorum conuento, & condemnato, & appellante, potest appellatione pendente, & illa non obstante contra alium procedi: quoniam in iudicio facta ab Episcopo, quod nihil in nouetur contra talem fideiussorem, non prodest ipsi principali, nec e contra, ut per dictam l. creditor. dixit Bald. in l. prima. in fin. C. de diuers. rescript. quem refert, & sequitur Franc. in dicto c. cum teneamur. ver. & adde quod sicut inhibitio. de appel. quibus adde, quæ ponit Petr. Duen. lib. primo regulari in verb. Executio. reg. 276. & post eum Io. Baptista de Afin. in sua praxi Iudic. §. 31. cap. 2. in prima ampliatur. atque etiam in quatuor limitationibus vigesimæ secundæ ampliatur. princ. regulæ ibi per eum positæ, præsertim num. 12. vbi post Bal. in l. fin. num. 2. C. de fideiussor. & in c. contingit. numer. 20. de dol. & contum. & Hippol. de Marfil. in l. vnus. §. custodia. num. 31. ff. de quæstio. & in repetitione Rubr. ff. de fideiussor. num. 380. &
 151 in sing. 398. ponit Regulam, quod pendente t̄ iudicio contra fideiussorem potest fieri executio contra reum, quam tamen limitat quatuor modis, de quibus ibi per eum: de qua q. latius dicemus infra in secunda parte cap. 20. de attentat. post inhibiti. in vj. limit. regulæ ibi positæ.

Secundò declaro, quod sicut Tertius regulariter non attentat per supradicta, ita nec ipse t̄ potest cōtra alium dare de attentatis lite inter alios pendente, ut fuit dictum in vna Pacen. fructuum coram D. meo Oradino. 20. Octobris. 1570. in qua

cum fructus Archidiaconatus illius Ecclesiæ fuissent per plures annos percepti à capitulo dum super dicto Archidiaconatu inter diuersas personas fuisset litigatum, & vnus ex illis vltimo loco illum obtinuerat, & peteret fructus annorum decursorum sibi per capitulum restitui, & ad effugiendā huiusmodi restitutionem capitulum daret cōtra eum de attentatis, quia ille possessionem lite pendente fuerat ingressus, & dubitaretur, an per hoc venerit excusandum, Domini tenuerunt non excusari, ea ratione inter aliās, quia capitulum tanquam Tertius sicut non attentat, ita nec potest dare de attentatis. Ad quod facit, quod fuit dictum in alia Hispalen. professionis coram D. de Rubeis. 14. Octobris 1560. in qua cum lite inter Monasterium ex vna, & Monialem ex altera pendente, Monialis exeundo monasterium prætenderetur attentasse, & deinde Didacus venisset ad litem, & ipse postquam monasterium liti cesserat instaret pro reuocatione dicti attentati, Domini ordinarunt, quod ipse deueniret ad negotium principale, tum quia attentata erant dubia, tum etiam quia (ut allegabatur pro moniali, & domini tacite videntur admisisse) monialis exierat monasterium antequam ille fuisset in lite, & ipse petebat reuocari attentata lite pendente cum monasterio, quod iam cessaret, & consequenter non potuit ibi Didacus dare de attentatis lite inter alios pendente.

Sed hic probabiliter quæritur, an id quod diximus habere locum in duobus reis debendi, habet locum in duobus reis credendi, Pone, Titius, & Meuius sunt insoluidum rei credendi Sempronij in centum, Titius conuenit eum Romæ ad centum, Meuius vult lite pendente conuenire eundem ad eadem centum Perusiæ, an sibi obstat litis pendente in Vrbe? & licet videretur dicendum, quod t̄ sic: quia vbi cœptum est Iudicium ibi terminari debet. l. vbi cœptum. ff. de Iud. nec debeat quis coram diuersis Iudicibus vexari. c. dispendia. de rescript. in sexto. & no. in l. prima. C. de quibus cau. apud eundem Iudicem eat. & per Inno. in c. cum M. ad fi. de constit. præsertim cum continentia causæ diuidi non debeât. l. nulli. C. de Iudi. de quo latè per Menocch. in tracta. de arbit. Iud. libro secundo, centuria 4. casu 371. per totum, nec duplici expensarum onere debitor grauari debeat, ad no. in l. properandum. C. de Iudic. Contrarium t̄ tamen verius esse colligi potest ex his, quæ latius posuimus infra in secunda parte capit. 4. de attent. lit. pend. in secunda limit. princ. num. 61. ver. quoad secundum, dum ibi pro regula t̄ firmauimus processum secundi Iudicis, etiam factum lite pendente coram primo (nisi opponatur coram secundo Iudice exceptio litis pendentiæ coram primo) regulariter validum reputari: declarando, ut ibi.

Tractatus de attentatis, & innovatis lite, seu appellatione pendente, Prima partis,

F I N I S.



TRACTATUS DE
 ATTENTATIS ET
 INNOVATIS.

Secunda pars,

In qua plenissimè tractatur de causis Attentatorum, id est, quibus & quot modis illa fiant, & deducantur in esse.

P R Æ F A T I O.

EX P E D I T A prima parte Tractatus personarum, per quas attentatur, Videndum nunc est, iuxta præmissum ordinem, quando, & quibus casibus attentetur: Et certè (si attendamus ordinem compilatorum vtriusque Iuris) duas tantum, aut ad summum tres Rubricas ponere necessarium esset, videlicet de Attentatis, quæ Lite, Appellatione, & Restitutione in integrum pendente fiunt, prout per eos factum videmus, ut in Rubrica, & toto tit. in Decretal. & in 6. & in clem. & in C. ut lite pendente. & in rubric. ff. nil nouari appellatio. pendente. & in rubr. C. in integrum restituit. postul. ne quid noui fiat. Verùm quia Doctores, tam antiqui quàm moderni supradictos tres casus, & rubricas extendunt ad quàmplures alios casus, quos ex dispositione dictarum Rubricarum & Legum sub eis sitarum decidunt, prout sunt gesta Dilatione, & Relatione pendente, & similiter gesta Compromisso, & illius Reductione, ac Nullitate pendente, & his similia, de quibus fufius infra suo loco oportune tractaturi sumus (ut lector de facili & reperibili modo distinctè singulas materias in promptu habeat) duximus, prout singuli casus à Doctorebus considerantur inter se sæpè differentes, singulas Rubricas ponere, illasque sub breui compendio, per modum Regulæ & Limitationum, suis locis explicare, easque hoc loco ante oculos ponere, quo facilius quisque intelligere valeat, quot, & quibus casibus attentata dicantur fieri, & in esse deduci, qui principaliter videntur esse decem, & septem: & sunt infra scripti: Attentari enim dicitur:

- Lite pendente. In cuius initio Præfationis loco inter cetera latissimè differitur;
 - Quando lis dicatur pendere.
 - Quando lite pendente possessio capi, aut transferri in alium possit citra viuum attentatorum.
 - Quando res litigiosa alienari valeat.
 - Quando lite pendente Patronus præsentare, Ordinarius instituere, & Præsentatus possessionem capere possit.
 - Quando rescriptum lite pendente (non facta litis mentione) impetratum valeat.
- Tota huius Cap. materia. 12. Ampliat. 30. Limit. ac 4. Declarat. concluditur.
- Accusatione, seu inquisitione pendente. CAP. IIII.
- Post recusationem Iudicis. Vbi plenè tractatur an & quando processus iudicis recusati sit nullus. CAP. V.
- Dilatione pendente. CAP. VI.
- Relatione pendente. CAP. VII.
- Consilio sapientis pendente. CAP. VIII.
- Post auocationem causæ. Vbi plura de clausula, quatenus causa non sit instructa, non inutiliter explicantur. CAP. IX.
- Pendente tempore ad appellandum. CAP. XI.
- Appellatione pend. Cuius materia, quamuis latissima sit, vna tamen, & viginti Ampliat. & tribus supra 50. Limitat. concluditur. Et in 50. diffusè demonstratur ex quibus causis appellatio fiat nulla, & inualida, præsertim ex eo, quod intra 10. dies non fuerit interposita. CAP. XII.
- Pendente tempore apostolorum petendorum. CAP. XIII.
- Pendente restitutione in integrum ad appellandum. CAP. XIII.
- Compromisso pendente. CAP. XIII.
- Reductione ad arbitrium boni viri pendente. CAP. XVI.
- Nullitate pendente. CAP. XVII.
- Restitutione in integrum pendente. CAP. XVII.
- Rekursu, seu reuisione causæ pendente. CAP. XVIII.
- Post inhibitionem: Vbi præfationis loco ponitur:
 - Quid sit inhibitio.
 - Quis inhibeat.
 - Cui inhibeatur.
 - Quando inhibendum.
 - Quomodo inhibendum. Et deinde subiicitur Regula, cum septem & viginti Ampliat. ac octo supra 20. Limit. & sex Declarat. omnem inhibitionis materiam complectens. CAP. XIX.

3-2 2.pars Cap.4. De atten. Lite penden:

CAP. 4. DE ATTENTATIS LITÆ PEND. Præfationis.

S V M M A R I V M.

- 1 Lis pendere dicitur quinque modis secundum opinionem quorundam.
- 2 Lit. m pendere septem modis secundum aliam opinionem.
- 3 Lit. m pendere de iure Canonico per simplicem citationem, de iure vero civili per libelli oblationem, & litis contestationem secundum tertiam opinionem.
- 4 In tempore duo extrema considerantur.
- 5 Lis quando dicitur pendere, cognosci ex principij, & finis ipsius inspectione.
- 6 Lis incipere quando dicitur, recensentur plures opiniones.
- 7 Lis regulariter initium sumit à litis contestatione.
- 8 Litis verbum à lege prolatum intelligitur post litis contestationem.
- 9 Litis principium (quoad effectum attentatorum) oritur ex modis remissionis.
- 10 Lit. m pendere (quoad effectum attentatorum) per libelli oblationem principi factam. Contrarium verius. num. 12. cum seqq. Limit. 3. modis vt num. 24. 25. & 26.
- 11 Attentata illa dicuntur, quæ sunt in contemptum iudicis, qui lædi dicitur.
- 12 Oblatio libelli principi facta, ubi requiritur citatio non de dicit rem in eum statum, vt quis propterea dicatur in penam incidere.
- 13 Libertas per solam præcæ oblationem factam principi, si plerius non citet, non incidit in penam.
- 14 Libelli oblatio super immisione in possessionem nedum principi, sed etiam iudici facta non inducit litem, neque attentata si non appareat certus contradictor.
- 15 Lis per solam commissionem non dicitur pendere.
- 18 L. i. C. quand. libel. prim. oblat. declaratur.
- 19 Doctores asserentes per libelli oblationem principi factam litem pendere intelligendi sunt de precibus oblati in 2. instantia.
- 20 Lis, licet muretur instantia, eadem esse dicitur.
- 21 Resignatarius beneficii, quod resignatum fuit ab illo qui ià commisit causam super eo, si per triennium possederit dicitur pacificus possessor, & non tenetur iustificare titulum sui auctoris.
- 22 Ad resignatarium non transit possessio litigiosa.
- 23 Per solam commissionem ab asserto procuratore impetrata non inducuntur attentata.
- 24 Per solam commissionem actoris, lis dicitur inducta, quando reus, vt illam auocaret, commisit causam alteri, Item quando sumus in causa nullitatis. num. 25. Item quoad effectum reddendi privilegium nullum. n. 26. Intellige prædicta, quando impetrans fuit vsus commissione. secus alias. num. 27.
- 28 Litis pendentiam induci per solam citationem quoad attentata, & num. 30. cum seqq. Ampl. 9. modis, vt num. 35. 48. 49. 54. 55. 56. 78. 80. & 81. Limit. 12. modis. num. 82. 90. 95. 112. 113. 131. 132. 133. 137. 138. 139. & 141. Declar. 2. modis vt num. 145. & 146.
- 29 Citatio, ad hoc vt sit bona, quas debeat habere qualitates.
- 31 Citationem transmissa statim contrahi vitium litigiosi.
- 32 Citatio dicitur fundamentum ordinis Iudiciarij.
- 33 Citatio principium omnium actionum instituendarum.
- 34 Citatio facit, rem desinere esse integram.
- 35 Citatio ad hoc, vt operetur quoad attentata respectu rei, debet esse executata.

- 36 Citatio respectu actoris facit litis pendentiam statim ac est à iudice decreta, licet contra reum non sit executata. Ampl. vt num. 41. Declar. 3. modis, vt num. 42. 43. & 47.
- 37 Citatio decreta, & per edictum executata vigore clausulae constituto de non tuto accessu licet non sit plene probatus non accessus, dicitur inducere litem quoad actorem.
- 38 Citatio solum decretata respectu actoris operatur, vt ipse non possit effici triennialis possessor beneficii. Item nec annalis possessor. num. 40.
- 39 Cessio beneficii ab eo facta, qui super eo obtinuit Citationem absque mentione litis est nulla.
- 41 Citatio obtenta per assertum procuratorem cum cautione de rato etiam non executata facit litem quoad actorem, si fuerit ratificata.
- 42 Citatio obtenta contra Petrum, omnesque alios intrusos si contra Petrum non fuit executata, sed contra Ioannem verè intrusum, non operatur litis pendentiam quoad Petrum. Idem si appareat, actorem ante executionem penituisse. num. 43. Idem quando commissio originalis, cuius vigore fuit commissio Citatio, esset deperdita. n. 47.
- 44 Citationem obtinens antè illius executionem potest desistere, & penitere.
- 45 Non vsus Commissionis & Citationis obtenta facit non esse litem.
- 46 Commissio ab vna parte obtenta, secuta legitima citatione, efficitur communis.
- 48 Litis pendentia in curia Romana inducitur per simplicem citationem ad dicendum contra Commissionem etiam si non sit talis, vt per eam possit reus instrui ad quid citetur.
- 49 Citatio emanata à iudice etiam incompetenti facit litem quando citatus tenetur ire ad allegandum privilegium.
- 50 Lis pendere minimè dicitur per actus gestos coram iudice incompetenti regulariter.
- 51 Citatio, ad hoc vt suum effectum operetur, in terminis clem. 2. vt lite penden. debet emanare à iudice competentem.
- 52 Lis coram iudice incompetenti non facit attentata.
- 53 Iudices competentes, episcopali sede vacante, sunt prouisorum in ecclesia Calaguritanæ.
- 54 Citatio emanata vigore rescripti impetrati etiam ab excommunicato facit litem.
- 55 Immo etiam emanata vigore rescripti subreptiij.
- 56 Citatio etiam obtenta per assertum procuratorem facit litem, si promisit de rato, & num. seqq. Dumodo secuta sit ratificatio principalis. n. 60. & 61. Ampl. 2. modis, vt num. 63. & 64. Limit. 2. modis. num. 69. & 74. Declar. 3. modis, vt num. 75. 76. & 77.
- 57 Contra assertum procuratorem de rato promittentem semper potest opponi quod non sit procurator.
- 58 Per citationem obtentam ab asserto procuratore causatur lis ad effectum excludendi habentes gratias expectatiuas.
- 59 Inhibitio obtenta per assertum procuratorem facit attentata.
- 61 Præiudiciu non inferitur per actum nomine alterius gestum.
- 63 Citatio obtenta à falso procuratore, & à domino ratificata, facit litem, etiam si reproducatur in iudicio post mortem principalis.
- 64 Quod procedit, etiam si ratificatio fuisset tacita.
- 65 Immo licet ignoraretur per quem commissio & citatio impetrata fuerit, si dominus erat præsens in curia. Contrar.

- 66 Notitia clara requiritur, nec sufficiunt coniecturae, ubi agitur de priuatione.
- 67 Non sufficit scientia generalis litis motæ, sed specialis requiritur.
- 68 Scientia legitime, & clare probari debet, ubi agitur de ammissione iuris acquisiti, nec sufficit fama, aut scientia præsumpta.
- 69 Citatio obtenta à falso procuratore non facit litem, si ratificatio sequeretur post actum, qui attentat prætenditur.
- 70 Ratificatio litis cepta per assertum procuratorem, facta per dominum post mortem colligantis, & collationem beneficii per eius obitum factam ab ordinario non operatur, vt collatio ordinarij sit nulla.
- 71 Scientia, & ratificatio domini generalis (quæ aliàs non facit litem causaret attentata, sed in specie ratificaretur actus, qui dicitur attentatus.
- 72 Ratum habens delictum ita punitur, sicut mandans.
- 73 Ratificatio specialis actus dolo gesti valet, licet generalis nihil operetur.
- 74 Citatio obtenta à falso procuratore non facit litem, quando ratificatio domini interuenit post latam sententiam.
- 75 Ratificatio veri procuratoris tacita (de actu gesto à falso procuratore) non facit litem.
- 76 Ratificatio actorum à falso procuratore gestorum ad effectum inducendi litem non inducitur per confessionem domini.
- 77 Dominus vtens inhibitione emanata vigore commissionis impetratæ à falso procuratore quauis videat approbare commissionem, & in ea contenta, tamen talis ratificatio cõprehendit solū ea, quæ dispositiue habentur in commissione, non quæ per modum narrationis, & enuntiationis.
- 78 Citatio etiam vnica (inducit litis pendentiam, quauis citatus tempore citationis nullū haberet interessè in beneficio.
- 79 Et ideo si talis citatus decederet, actor gauderet beneficio regulæ de subrogand. collig.
- 80 Citatio etiam executata contra generalem procuratorem citandi facit litem ad effectum attentatorum.
- 81 Litis pendentia ad effectum attentatorum induci per citationem, quæ verisimiliter peruenit ad notitiã citati.
- 82 Citatio nulla non facit litem.
- 83 Citatio executata contra actorem pupilli finita tutela per pubertatem, vel in valuis ecclesiæ affixa (non apprehensa semel persona) non inducit litem.
- 84 Iudicium motum coram iudice incompetenti non inducit litem ad effectum, vt res tanquam litigio sa alienari nequeat.
- 85 Processus nullus non facit rem desinere esse integram.
- 86 Citatio nulla non perpetuat iurisdictionem.
- 87 Citatio nulla non interruptit pacificam possessionem, vt quis per eam desinat esse annalis possessor.
- 88 Citationem nullam, & generalem non perpetuare iurisdictionem. Non inducere præuentionem: Non interruptere præscriptionem. Neque inducere litem.
- 86 Nullitatem citationis ex pluribus provenire.
- 90 Citatio licet legitime decreta, non tamen executata contra reum non inducit litis pendentiam. Etiam si citatus haberet aliqualem notitiam citationis prædictæ. num. 92. Limit. vt num. 93.
- 91 Inhibitio licet decreta à iudice, si non exequatur contra inhibitum, nihil operatur.
- 93 Citatio legitime decreta, & non executata contra reum, facit litem quando per citandum stetit, quominus exequi possit.
- 94 Pro impleto habetur, quando stat per partem, quo minus

- illud adimpleatur.
- 95 Citatio ratione iudicis, temporis vel loci valida, sed male per Nuncium intimata non facit litem. Quod intellige de citationibus, quæ sunt in partibus, secus de factis in curia. num. 96.
- 97 Citationem male intimasse dicitur Nuncius, qui tantum eam affixit, & non aliter legit contra formam eiusdem, quæ erat, vt deberet affigere publicare, & exequi.
- 98 Citatio contra Abbatem, & Monachos decreta, male intimata dicitur à Notario, qui non Abbati, sed nonnullis Monachis in loco capitulari, sed non capitulariter congregatis, nec etiam, vt capitulariter congregarentur, requisitis intimauit.
- 99 Citatio per edictum ob non tutum accessum male dicitur executata, si Notarius in locis in citatione expressis, & tempore congruo citationem originalem in valuis ecclesiæ affixit, copiam vero affixam non dimiserit.
- 100 Citatio male dicitur executata, si non fuerit seruata forma.
- 101 Etiam si talis forma esset contra ius. (rescripti.)
- 102 Citatio minus sufficiens dicitur, quæ non fuit lecta à nuncio, aut saltem citato non ablata copia. Limit. primo, vt non procedat, quando notarius asserit, se eam legisse non aliter data copia citationis. n. 105. Lim. 2. quando propter absentiam citati citatio fuit executata domi illius habitationis, vel in ecclesia parochiali, quia etiam non data copia dicitur bona citatio. num. 107. Lim. 3. non procedere, quando citatus intulisset metum nuncio volens eum verberare. num. 108.
- 103 Citationis primæ copia offerenda, & danda est citato expensis citantis. In alijs vero citationibus vltra primam danda est expensis citati. num. 104.
- 106 Creditur notario, & nuncio asserentibus se publicasse seu affixisse citationem, quæ taliter executata valet.
- 109 Citatio habetur pro legitime executata, quando dominus temporalis citandi se nuncio opposuit, & noluit, vt citationem præsentaret, sed minis eum de loco eiecit.
- 110 Citatio substituitur quando copia citationis de qua supra, est data amico citati, qui dicat se citato illam dedisse, & pro hoc aliquid impendisse.
- 111 Citatio dicitur valide executata, quando notarius (facta diligentia de reperienda persona, & habitatione citandi, & illa non inuenta) citationem fuit executus in parochiali, de qua agebatur, & in cathedrali, data copia asseritis procuratoribus eiusdem.
- 112 Citatio non dicitur facere litem, si nuncius facta executione sufficienter non referat.
- 113 Litis pendentia non inducitur citatione, quam nuntius sufficienter intimauit, & iudici retulit, sed relatio, in scriptis redacta non extitit.
- 114 Ad inducendam litis pendentiam non sufficit reum fuisse citatum, nisi hoc constet iudici. Fallit hoc 1. quando citatus in iudicio cõparuerit. n. 115. Fallit 2. quando constituerit specialem procuratorem ad illam causam, & præsertim si in mandato asserat se fuisse citatum. num. 118. Itē fallit tertio, quando cõfiteretur se fuisse citatum. n. 128. Sublimit. ista fallit, procedere, quando comparens, vel constituens fuisse aliqualem (licet male) citatus, & constitutio esset specialis. secus alias. num. 121. Item procedere à die comparitionis, ac constitutionis non autem à die executionis nulliter citationis. n. 126. Item habere locum in constituente procuratorem aliter, quam vigore Eugenianæ. num. 127. Item talem confessionem præiudicare consentienti, non successorij. num. 121.
- 116 Citationis defectus omnis purgatur per comparitionem. Etiam si

- 117 Etiam si comparatio facta sit solum ad effectum excipiendi de illegitima citatione.
- 119 Citatio (de cuius executione apparet per constitutionem procuratoris specialis ad illam causam à citato factam) interrumpit effectum reg. de trimal. possess.
- 120 Item induci litem ad effectum attentatorum.
- 122 Citatio nullo modo facta, non validatur (ad inducendam litem pendentiā) per generalem constitutionem procuratoris factam ab eo, qui debebat citari.
- 123 Citationis scientia non colligitur ex generali mandato, ante præsentiam citationis executionem facto.
- 124 Lis non inducitur ex citatione decreta in actis, non autem executam, licet citandus in mandato assereret adesse litem, & num. seq.
- 130 Lis inducitur per citationem legitime decretam, & executam, non autem reproductam, nisi post mortem citantis, quando vivens aliqui liter ratificavit.
- 131 Citatio per iudicem circumducta non facit litem.
- 132 Citatio facta ad respondendum petitioni porrigenda, si in termino, non fiat petitiō non facit litem.
- 133 Citatio, quæ sapit potius cōmonitionem, quā inhibitionem, vel præceptum non inducit litem.
- 134 Is, cui factum est monitorium ab Auditore Camera, de non molestando aliquem in sua possessione, si (monitorio non obstante) adversarium eiciat de possessione dicitur solum spoliare, non autem attentare.
- 135 Citatio Auditoris Camera emanata a vigore Eugénianæ, non facit beneficium litigiosum.
- 136 Neque prorogatur iurisdicção Auditoris Camera ad effectum faciendi beneficium litigiosum, licet citatus constituat procuratorem, qui mandatum producat coram eodem Auditore protestando nihil fieri, nisi ipso citato.
- 137 Citatio emanata a vigore cōmissionis, restitutionis in integrum, cum clausula parito iudicato, ante partitionem, non facit litem pendentiā.
- 138 Lis vera non inducitur ante expeditionem literarum, ex citatione emanata a vigore cōmissionis super aliquo beneficio, literis d. super non expeditis.
- 139 Citatio contra uniuersitatem decreta, & solum contra Syndicum generalem executam non facit litem, quia talis executio non est legitima.
- 140 Quem admodum, neque legitima dicitur, si esset executam contra Prætores, & officiales eiusdem uniuersitatis, nisi eos ulterius requisierit notarius, ut conuocarent consilium uniuersitatis aliorum.
- 141 Citatio contra aliquem facta (quatenus sua putauerit interesse) non inducit litem nisi cōparuerit. nu. 144.
- 142 Citatio (quatenus sua putauerit interesse) non ardeat ad comparandum, nec facit reum necessarium.
- 143 Et dicitur potius monitoria, quā ardeatoria.
- 145 Citatio inducit litem pendentiā, quando est actualis, seu si sit præsumpta, & ex aliquo actu resultans.
- 146 Citatio emanata à iudice delegato ante præsentationem cōmissionis sibi facta non facit litem.
- 147 Iudex delegatus ante præsentationem cōmissionis sibi facta nullam habet iurisdiccionem.
- 148 Processus factus coram delegato ante præsentationem cōmissionis est nullus, licet sciret se delegatum.
- 149 Amplia, ut ad probandam præsentationem non sufficiat, quod cōmissio reperitur inserta in literis citationis per ipsum Auditorem Camera subscriptis. Nisi cum dicta qualitate concurrerent alia adminicula, num. 150.
- 151 Litem pendentiā induci per litem contestationem.
- 152 Quod adeo verum est, ut visum fuerit nonnullis, per ipsam tantum litem contestationem induci litem.
- 153 In iudicio attentatorum attenditur, si quid post litem contestatam sit inuolutum, secundum aliquos.
- 154 Lis non dicitur esse in aliquo statu, aut e litem cōt. stati. mē.
- 155 Baldi attestatorem de obseruariā circa illud de litem cōt. testatione falsam esse demonstratur.
- 156 Litem pendentiā inducitur per subrogationem. Intellige de subrogatione gratiosa, secus si esset mandatum de subrogando, & num. 157.
- Declaratur 8. modis, ut num. 162. 164. 166. 172. 174. 175. 176. & 177.
- 158 Subrogatio Papæ operatur effectum litem pendentiā per illa verba in subrogationibus, apponi solita, videlicet. Et quod admittatur ad prosecutionem iuris, litem, & causam in eo statu, in quo defunctus deberet admitti.
- 159 Differentiam magnam esse inter subrogationem gratiosam, & mandatum de subrogando.
- 160 In subrogatione rigorosa non datur possessio, nisi prius discussio iure autoris in cuius locum fit subrogatio, illiusque executor debet audire partes, ac iura, & cōtra eam plures exceptiones opponi possunt.
- 161 Subrogatus censetur assumere nouam personam, eius sci licet, in cuius locum subrogatur.
- 162 Subrogatio inducit litem, quando quis subrogatur quoad litem, secus quoad possessionem absque lite.
- 163 Subrogatio quoad possessionem potest fieri etiā absque lite.
- 164 Subrogatio facta ad ius quomodolibet defuncto competens comprehendit etiam litem, si in narrativa fit mentio de lite, & ius cessum erat litigiosum.
- 165 Subrogatus ad rem censetur etiam subrogatus ad qualitatem adherentem ipsi rei.
- 166 Subrogatus volens prosequi litem cum procuratore superstitis, debet illi subrogationem intimare.
- 167 Executoriales principali (dum viueret) intimata (si in eius demortui locum alius subrogetur) non iterū domino sunt intimanda, sed sufficit procuratori.
- 168 Subrogatio non est intimanda intruso.
- 169 Subrogatus capiens possessionem vacatam impedit executionem vigore sententiæ obtentæ à superstiti, dum impetraretur commissio ad fauorem subrogati, secus si possessio non est vacans.
- 170 Sententiā à subrogato obtenta per audientiam literarū contradiccorum absque subrogationis intimatione est nulla, sufficeret tamen intimatio facta procuratori per contradiccoras.
- 171 Quicquid fieri potest cum procuratore presente eo absente per contradiccoras expediri potest.
- 172 Subrogatus non dicitur quis vigore verborum in supplicationibus apponi solitorum, videlicet quod litera in forma gratiosa subrogationis expediri valeant, antequam litera sint expeditæ. Quod procedit in ipso subrogato, secus in habente ius per cessionem ab eo, & num. 173.
- 174 Subrogatio proprie non dicitur in qua Papa in locum demortui colligantis subrogat unum, qui nunquam fuit in lite.
- 175 Colligans (quoad effectum subrogationis, & excludendi prouisum apostolicum) dicitur etiam ille, qui semel tantum fuit citatus super beneficio, in quo tunc nullum ius habebat; sed inde ad quatuor annos ius acquisiuit.
- 176 Subrogatus dicitur, & beneficio subrogationis gaudet etiam ille, qui vivente colligante ius illud impugnavit.
- 177 Subrogatio per sententiā dari non solet.
- 178 Litem pendentiā induci per ADMISIONEM tertij ad causam quoad effectum attentatorum. Quod procedit non solum si Papa iubeat admitti, verum etiam si iudex eum per simplicem comparationem

nem admisit, & num. 181.

Intellige 1. si una cum admissione iudex ad tertij instantiā commiserit citationem, secus alias, ut num. 182.

Intellige 2. quando admissio fit lite pendente, secus si ea penitus extincta, & num. 183.

Intellige 3. nisi quis petat se admitti ad causam vigore cōmissionis in qua signatura respondet. Et constituto de interesse admittat & c. & f. cerit partem citari ad dicendum contra, & iudex non deuenit ad actum admissionis, & ipse non docuerit de suo interesse, nisi cōmissio haberet clausulam, quam & quas, & num. 184.

Intellige 4. ut adeo inducatur lis per huiusmodi admissionem, ut omnes probationes factæ inter primos col litigantes efficiantur communes dicto tertio admissio, & num. 186.

179 Admissio tertij ad causam non minus operatur, quā citationi legitime executam.

180 Tertius admissus in secunda instantia potest petere reuocari attentata commissio à iudice per reuocationem sequestri iam commissi vigore primæ sententiæ, iuxta clem. 1. de sequestrat. poss. & fruct. & de partium consensu reuocati.

185 Productio sola mandati, & substitutio procuratoris non facit litem.

187 Lis non inducitur per Appellationem Extraiudicalem, plures sunt opiniones, & Prima affirmatiua, quod inducatur nu. 188. quæ opinio reijciatur num. 190.

Secunda negatiua num. 195.

Tertia, ut in beneficiabilibus inducatur lis, & causis vero profanis non inducatur num. 195.

Quarta, ut si causa sit commissi, & pars citata, lis inducatur, secus si non adsit Commissio, & citatio. nu. 197.

Contrarium nu. 198. Præter omnino ampliatur n. 201.

Quinta opinio, ut si causam appellatione expressa sit probata, vel oblata illius probatio lis inducatur, secus alias, & hanc approbat num. 200.

189 Appellatio extraiudicialis intimata habet vim citationis, Non tamen est proprie citatio cuius vigore quis teneatur comparere, & num. 191.

192 Appellatio extraiudicialis interposita à Capitulo, in quo sit præfens is contra quem appellatur, non habet vim citationis.

194 Appellatio nihil aliud est, quā quædam prouocatio ad cām

195 Dispositio loquens de appellatione à sententiā non comprehendit appellationem extraiudicalem.

199 Attentata non dantur sine litem vel appellationis pendentiā.

201 Litem induci per appellationem extraiudicalem causa commissi, & parte citata, etiam si commissio non fuerit vigore specialis & scripti, sed solum admissa per Auditorem Camera.

Intellige hoc in his in quibus Auditor Camera habet iurisdictionem, secus alias num. 202.

Intellige secundo, si lis commissio fuerit intimata, numero 204.

203 Inhibitio ab Auditore Camera emanata, a vigore appellationis extraiudicialis per cum admissa super beneficio Ecclesiastico non facit attentata, quia in eo Auditor non habet iurisdictionem.

205 Appellatio extraiudicialis an faciat litem, necne, triplex considerari potest effectus, & Primus quoad attentata, prout supra. Secundus quoad hoc, ut appellatus (non intimata sibi huiusmodi appellatione) possit litem prof. qui. num. 206. Tertius, ut appellans non dicatur pacificus possessor in terminis regu. de Annali.

numero 207.

208 Lis inducitur per capturam personæ, & per sequestratorem bonorum secundum aliquos.

Contrarium quoad capturam. num. 209.

Et etiam quoad sequestrationem bonorum. num. 210.

211 Litem finem multis modis contingere posse, & plures modi remissive enumerantur num. 212.

213 Lis finitur per sententiā quæ transit fecit in rem iudic. Ampliatur duobus modis num. 215 & 216.

Limitatur octo modis. nu. 217. 220. 226. 230. 238. 239. 241. & 242.

214 Vitium litigiosi cessat per sententiā, quæ transit in rem iudicatam.

215 Lis extinguitur per sententiā, à qua non potest appellari, & quæ transit in rem iudicatam, etiam si ab ea petitus fuisset recursus.

216 Lis adeo per rem iudicatam extinguitur, ut si sententiā lata sint in fauorem possessoris, & iudex absque noua commissione admittat in causa tertium pro suo interesse, & in illius fauorem proferat sententiā, utique dicta sententiā veniat reuocanda.

217 Lis non extinguitur per rem iudicatam, contra quā fuit petita restitutio in integrum. Contrarium iur. 218.

218 Unde si sententiā interim exequeretur, executio esset tantum attentata reuocanda.

220 Lis non dicitur finita per rem iudicatam, contra quam fuit petita ac obtenta restitutio in integrum.

221 Restitutus in integrum aduersus rem iudicatam potest infra mensem gaudere beneficio regule de subrogandis.

222 Executio sententiæ retardatur per concessionem restitutionis in integrum, cum clausula, prout de iure, etiam si adhuc non fuisset obtenta.

Limita nisi fuerit præfixus terminus ad descendendum de causa restitui, & eo durante nihil fuerit doctum. nu. 223.

Limita secundo, nisi in commissione esset appositam clausula, parito iudicato. num. 224.

225 Litem pendentiā & attentata, quando dicantur induci per commissionem restitutionis in integrum, remissive.

226 Lis non finitur per sententiā absolutoriam ab obseruatione iudicij. Declaratur, ut num. 228. cum seq.

227 Sententiā absolutoria ab obseruatione iudicij dicitur esse interlocutoria, non diffinitiva.

229 Litem & litigiosi vitium cessare per absolutoriam ab obseruatione iudicij ob preceptam iustitiam.

230 Lis per rem iudicatam non adeo extinguitur, ut possessor, contra quem adest, res iudicata possit resignare in manibus ordinarij, vel Nunciij.

Declaro primo procedere, quando sententiā non fuit debitis modis mandata executioni, secus alias num. 236.

Declaro secundo nisi stetit per adversarium, quo minus sententiā legitime exequeretur. num. 237.

231 Lis durare dicitur (tam respectu actoris, quā rei, ad effectum, ut ordinarius non possit prouidere) donec res iudicata habuerit effectum per ademptionem possessionis.

232 Lis durat etiam post executoriales obientas ab actore, secus si à reo, & possessore.

233 Litem reliquæ talis remanet post sententiā non ad executionem mandata, quæ impediunt cursu in actualis possessoris.

234 Litem finiri per sententiā videlicet executioni demerdat.

235 Beneficium remanere litigiosum adeo quod ordinarius de eo prouidere nequeat, etiam post decretas executoriales vigore rei iudicatæ.

238 Lis non finitur per rem iudicatam, quando fuit appellatum ab executorialibus decretis, & causa commissa, tam super nullitate, & iniustitia executorialium, quā sententiæ, & processus.

239 Lis non extinguitur per sententiā interlocutoriam, sed tantum per diffinitiuam, Nisi in interlocutoria

iudex

- iudex pronunciaret se incompetentem. numero 240.
- 241 Lis extinguitur per sententiam diffinitivam latam in favorem rei, secus in sententia lata pro actore.
- 242 Lis non tollitur per sententiam appellacione suffensam.
- 243 Litem finire per renunciacionem, seu cessionem liti, & causæ.
- Ampliatur tribus modis, vt num. 248. 250. & 251.
Limitatur tribus modis, nu. 253. 254. & 256.
Declaratur quinque modis num. 257. 258. 299. 260. & 261.
- 244 Lis pendere non dicitur, quando fuit renunciatum liti, & causæ.
- 245 Res non dicitur amplius litigiosa post cessionem liti, & causæ.
- 246 Lis extinguitur etiam transacione.
- 247 In tantum, vt sine noua citatione in causa procedi non possit post transacionem, & probata absentia procuratoris non possit procedi per audientiam contradicturum.
- 248 Lis finitur per renunciacionem, non solum in causis profanis, verum etiam in beneficiabilibus.
- 249 Cessio facta liti in beneficiabilibus, licet non inducat cessionem iuris, tamen habet vim pacti de non petendo.
- 250 Lis per renunciacionem litis adco extinguitur, vt sententia postmodum lata non valeat, etiam si renunciatio non sit facta à domino, sed à procuratore speciali.
- 251 Litem extinguere per cessionem factam, etiam coram notario in absentia iudicis, etiam si non sit notarius actuarius.
- 252 Immo etiam si à iudice non fuisse admissa.
- 253 Lis non finitur per cessionem, cuius vigore non est secuta possessio.
- 254 Item quado in cessione non est facta mentio de lite, quia tunc cessio est nulla.
- Ampliatur, etiam si lis esset inducta ab actore tantum per commissionem causæ nu. 255.
- 256 Lis non extinguitur cessione conditionali conditione non adimpleta.
- 257 Lis finitur per renunciacionem, quæ fit liti, & causæ non autem quæ fit instantiæ.
- 258 Executoriales denegandæ non sunt actori pro expensis factis ante cessionem.
- 259 Lis non censeatur extincta per illa verba, nolo alterius litem prosequi.
- 260 Lis extinguatur solummodo quoad cadentem, quado ex pluribus collitigantibus vnus cedit ad favorem alterius, non autem quoad tertium.
- 261 Lis non extinguitur per cessionem factam iuri, & beneficio.
- 262 Clausa appellacione remota in rescripto conquestus appositam attenditur.
- 263 Lis finitur per mortem vtriusque litigantis, vel actoris tantum, non autem rei, vt nu. seq.
- Ampliatur duobus modis nu. 266. & seq.
Limitatur duobus modis, vt nu. 268. & 269.
Declaratur, vt num. 271. & 274.
- 265 Lis quoad effectum attentatorum per mortem solius rei non extinguitur.
- 266 Lis extinguitur etiam morte civili.
- 267 Lis finitur etiam si alter collitigans decedat, alter vero renunciet.
- 268 Lis non finitur morte actoris, quado Papa alium in ius, & litem subrogasset.
- 269 Item quando reus superstes vellet prosequi litem.
- 270 Reus mortuo actore, non inciperet esse triennialis, nisi constaret, eum cessisse iudicio, vel suos procuratores reuocasse.
- 271 Lis in casu, quo morte extinguitur, finitur morte actoris, quoad reum, secus vero de morte rei quoad actorem,
- quia non sequitur reo amplius non debetur, ergo actore debetur, vt num. seq.
- 273 Innouatur ab actore post mortem rei tanquam attentata veniunt reuocanda.
- 274 Lis extinguitur per mortem actoris in prima Instantia, secus in secunda.
- 275 Ad lites finie idas de iure Canonico nullum esse determinatum tempus.
- 276 Litem finire tempore, videlicet spatio 18. annorum secundum aliquos. Intellege si concurrant coniecturæ quod nihil penitus constet de aliquo iure actoris, secus si constaret de aliquo iure. numer. 277. & 283.
- 278 Ius mouentis litem sufficit apparere ex coniecturis.
- 279 Litem finire per decennium, si constet de non iure. Etiam si decennium non esset completum, sed deessent nonnulli dies. num. 280.
- 281 Litem censeri neglectam, si per spatium 29. annorum nihil fuerit dictum.
- 282 Litem penitus extinctam, si per 37. annos causa non fuerit prosecuta.
- 283 Litem per spatium 22. annorum, (quibus à lite cessatum fuit) finiri.
- 285 Etiam per spatium 11. annorum, quando non constat de bono iure.
- 286 Lis autem in causis fiscalibus, (licet per 30. annos cessatum esset,) non extinguitur.
- 287 Litem finire etiam desertione secundum aliquos. Contrarium per nonnullas rationes num. 288. Prima opinio approbatur. Circumscripto stilo, num. 289.
- 290 Alienatio rei litigiosæ post peremptam instantiam valet.
- 291 Litem quandoque finire facto, & culpa litigantis.
- 292 Lis extinguitur voluntate, & autoritate Papæ.
- 293 Beneficium (super quo erat lis) non dicitur litigiosum stante subrogatione cum extinctione litis.
- 294 Litigiosum vitium tolli sola Papæ autoritate.
- 295 Actus Lite Pendente gesti regulariter sunt attentati, & reuocari debent remedio attentatorum.
- 296 Regulam induci ex dispositione negatiue concepta.
- 297 Attentata existunt, ergo aderat liti consequentia tenet.
- 298 Lite pendente capi non potest possessio rei, de qua litigatur alias Possessionis adeptio, remedio attentatorum venire reuocanda.
- Ampliatur quinque modis vt nu. 300. 301. 304. 333. & 314.
Limitatur tresdecim modis num. 318. 320. 326. 328. 329. 336. 338. 339. 385. 386. 387. 393. & 394.
- 299 Institutus à Nuncio de beneficio (super quo litigabatur inter duos prætendentes se habere in eo ius patronatus) si ceperit possessionem, dicitur attentasse.
- 300 Possessio adeptæ lite pendente dicitur attentata, etiam si talis adeptio ante litem fuisset licita, & aliàs de iure competeret acquirenti.
- 301 Item licet possessio rei litigiosæ esset vacans. Contrarium verius num. 303. 329. & seqq.
- 302 Adeptio possessionis vacantis, reuocatio per viam attentatorum multum utilis, & quare.
- 304 Acquisitio possessionis rei litigiosæ facta propria autoritate pendente appellacione (sub prætextu quod non licuerit appellare) dicitur attentata.
- 305 Immo etiam si adeptio fieret vigore executorialium.
- 306 Possessio vigore executorialium capta ad hoc, vt sit legitima, requirit inuimacionem, ac productionem earumdem executorialium, & seruacionem quatuor terminorum.
- 307 Executio etiam vigore brachij secularis facta post citationem,

- tionem, & inhibitionem vigore commissionis emanatam dicitur attentata.
- 308 Possessionis adeptio vigore executorialium dicitur attentata, si non seruentur quatuor termini secundum stylum Rotæ.
- 309 Executoriales debent reproduci coram Auditore, non coram subexecutore in partibus.
- 310 Possessio capta vigore sententiarum, & rei indicatæ, ac executorialium (si non fuerint intimatæ iuxta stylum) dicitur attentata.
- 311 Regula prohibens posse subrogari intrusum habet locum in acquirente possessionem vigore executorialium, non seruatis debitibus terminis.
- 312 Supradicta de executorialibus procedere de stilo in Curia, secus vero extra.
- 313 Possessio etiam momentanea rei litigiosæ dicitur attentata.
- 314 Possessio rei litigiosæ dicitur attentata, etiam si sit capta vigore regressus habentis decretum irritans.
- 315 Possessio rei, ad quæ alius habet regressum, cum decreto irritanti non est considerabilis.
- 316 Et tamen si habens regressum (eo non iustificato) capiat possessionem talis rei litigiosæ dicitur attentare.
- 317 Immo canonizato regressu per sententiam, cum decreto mandati de immittendo in possessionem si appelletur a b huiusmodi sententia & mandato possessio eius vigore appellacione pendente capta dicitur attentata.
- 318 Possessio rei litigiosæ veniens accessorie ad aliquid, quod haberem ante litem motam non dicitur attentata.
- 319 Attentatorum remedium, non datur ad accessoria, eorum, quæ gesta erant ante litem motam.
- 320 Possessio rei litigiosæ effecta, vigore monitorij Auditoris Cameræ de non molestando aliquem in sua possessione non dicitur attentata, licet dicatur spoliatiua.
- Nisi monitorium fieret per viam inhibitionis. nu. 321.
- 322 Possessionis beneficij acquisitio quod prætendebatur litigiosum vigore monitorij Auditoris Cameræ absque commissione, non est attentata.
- 323 Auditor Cameræ non habet iurisdictionem in beneficiabilibus.
- 324 Auditor Cameræ non habet cognitionem causarum, vltra summam centum regulariter.
- 325 Auditoris Cameræ iurisdictione prorogata non cõsetur, si citatus vigore Eugenianæ cõstituisset procuratorem, qui coram eo produxerit mandatum cum protestacione quod nihil fieret, nisi eo citato.
- 326 Acquisitio possessionis rei litigiosæ à tertio facta de manu eius, qui non erat in lite non dicitur attentata, quia talis neque etiam intrusus dicitur. & num. seq.
- 328 Possessionis adeptio rei litigiosæ ab hærede vniuersali capiente possessionem bonorum hæreditariorum facta non est attentata.
- 329 Item neque attentare dicitur capiens huiusmodi possessionem vacantem, & num. 332. vbi respondet ad contraria. Limit. num. 334.
- 330 Possessor collitigans resignans beneficium in manibus ordinarij facit possessionem vacantem, & eam absque vitio attentatorum potest adipisci alter collitigans.
- 331 Habens titulum, & proprietatem rei litigiosæ potest ingredi illius possessionem vacantem, secundum aliquos.
- 333 Attentatorum reuocationem fundari in præiudicio partis, Immo verius non solum in partis præiudicio, sed & multo magis in contemptu Iudicis, num. 335.
- 334 Capiens possessionem vacantem, rei litigiosæ non dicitur attentare quo ad hoc, vt pars possit petere eum à possessione remoueri, secus vero quo ad hoc, vt iudex ex officio possit eum remouere à possessione.
- 336 Possessionis beneficij litigiosæ adeptio facta per eum, qui obtinuit tres conformes, & earum vigore executoriales post lapsum 20. annorum non dicitur attentata, licet non appareat de intimacione executorialium, & de seruacione terminorum.
- 337 Executoriales intimatæ & omnia solemniter acta præsumuntur per spatium viginti annorum.
- 338 Possessionem beneficij litigiosæ acquirens (cuius resignacionem habuit ante litem) non dicitur attentare.
- 339 Subrogatus gratiose pendente lite capiens possessionem non dicitur attentare, & num. 340.
- Intellige in subrogato, qui literas expediuuit, secus vero alias, num. 347.
- Ampliatur tribus modis. vt num. 349. cum seqq.
Limitatur septem modis, vt num. 354. 358. 361. 364. 368. 373. & 376.
- 341 Possessionem rei litigiosæ continuans non attentat.
- 342 Subrogatus gratiose ingrediens possessionem beneficij lite pendente dicitur continuare, non de nouo acquirere possessionem tam civilem, quam naturalem.
- 343 Possessio adeptæ per eum, qui habet facultatem possessionem capiendi propria autoritate, non dicitur attentata, licet eam acquisierit lite pendente.
- 344 Subrogato gratiose Papa intelligitur de differe facultatem propria autoritate possessionem capiendi.
- 345 Subrogatus gratiose dicitur ingredi possessionem beneficij autoritate Papæ, quæ tollit vitium litigiosæ.
- 346 Princeps est supra ius, & sicut ille non attentat, ita nec habens causam ab eo.
- 348 Subrogatio non dicitur inducta per clausulam, quod literæ possint expediri in forma gratiosæ subrogationis.
- 349 Subrogatus gratiose capiens possessionem non dicitur attentare, licet literas expediuisset, & illarum vigore possessionem capisset post mortem resignantis, & post sententiam latam contra interesse putantes, & post executoriales intimatas cuidam intruso.
- 350 Subrogatio gratiosa excludit attentata, non solum respectu litis tunc pendens, sed etiam subsequens.
- 351 Item licet (duabus subrogationibus concurrentibus in favorem diuersorum) possessio rei litigiosæ capta fuerit per subrogatum posteriorem in data.
- 352 Resignatio beneficij litigiosæ nihil operatur, quo ad hoc, vt subrogatus in locum collitigantis ingressus possessionem dicatur attentare nisi resignatarius capisset possessionem beneficij.
- 353 Decretum irritans non respicit beneficium vacantem sed solum vacantem.
- 354 Subrogatus ab ordinario capiens possessionem lite pendente dicitur attentare.
- 355 Subrogatio beneficij litigiosæ ab Ordinario facta est nulla.
- 356 Inmissio in possessionem beneficij litigiosæ de subrogato ab ordinario facta non præiudicat.
- 357 Subrogatio Papæ in quo differat à subrogatione ordinarij.
- 358 Subrogatus subrogatione rigorosa (si ingrediatur possessionem pendente lite) dicitur attentare, & differre in hoc subrogationem gratiosam à rigorosa, & num. seqq.

- 359 Subrogatorigoroſe nō datur poſſeſſio, niſi cum cauſa cognitioe, & diſcuſſo iure defuncti.
Limit. quando mandatum de ſubrogando, ex aliqua cauſa cognitionem non requiret. numero 360.
- 361 Subrogatus capiens poſſeſſionem pendente lite dicitur attentare, quando eius prædeceſſor nunquam poſſideſſet, aut tempore ſubrogationis deſiſſet poſſidere. Contrarium ibidem.
- 362 Statutum transferens poſſeſſionem defuncti in heredem non comprehendit res quas defunctus tempore mortis non poſſidebat.
- 363 Conſtitutum non transfert poſſeſſionem rerum quas conſtituens tempore conſtituti non poſſidebat.
- 364 Subrogatus, qui cauſam iactationis commiſit, ſi ingreditur poſſeſſionem, dicitur attentare.
Limitatur in eo qui obtinuit breue. num. 366. ſecundum aliquos.
- 365 Habens facultatem ingrediendi poſſeſſionem propria auctoritate (ſi cauſa ſit commiſſa) non poteſt uti huiusmodi facultate.
- 67 Decis. Nouati declaratur.
- 368 Subrogatus capiens poſſeſſionem, non attentat, quādo ſubrogatio eſt valida, ſecus ſi in ualida.
- 369 Subrogatio in præiudicium tertij colligantis dicitur inualida.
- 370 Subrogatio inualida dicitur, in qua non fuit facta mentio regreſſus alterius.
- 371 Obtinens beneficium regulare tanquam ſeculare, etiā ſi habeat in ſupplicatione clauſula gratioſe ſubrogationis, cuius vigore caperit poſſeſſionem lite pendente dicitur inruſus.
- 372 Subrogatio videtur verificanda.
- 373 Subrogatus gratioſe dicitur attentare, quando poſſeſſionem caperit non ſolum lite pendente, ſed etiā poſt inhibitionem contra eum executam.
- 374 Inhibitionis ea eſt natura, ut faciat multoties attentata, quæ alijs de ſui natura, non eſſent attentata.
- 375 Inhibitioni dicitur eſſe implicitum decretum irritans.
- 376 Subrogatus gratioſe attentare dicitur capiendo poſſeſſionem pendente lite, ſi literas nullo modo expeditiuit.
Ampliatur tribus modis. num. 378. 381. & 384.
- 377 Clauſula gratioſe ſubrogationis in noua prouifione ob reia, non excludit attentata quando ſuper ea literæ non ſunt expeditæ.
- 378 Poſſeſſio capta à ſubrogato, literis non expeditis, non ſolum eſt vitioſa, attentata, & ſed etiā talis ſubrogatus incidit in pœnam extraneantis Iulij.
- 379 Decis. Mohedani 292. declaratur non procedere hodie, & num. ſeq.
- 381 Subrogatus gratioſe dicitur attentare capiendo poſſeſſionem, quando literas non expeditiuit, iuxta formam clauſule noue prouifionis.
Limit. niſi talis expeditiſſet poſtea literas ſuper ſubrogatione in forma perinde valere. nu. 382.
- 382 Declaratur, ut facultas expediendi literas in forma gratioſe ſubrogationis ſit perſonalis, nec trãſeat in reſignatarios.
- 384 Subrogatus dicitur attentare per ingreſſum in poſſeſſionem literis expeditis, ſi ante conſenſum præſtitum per reſignatorem.
- 385 Poſſeſſio capta vigore mandati de immittendo in poſſeſſionem relaxat in iudicio adipiſcende abſque cõto contradicatore. non dicitur attentata.
- 386 Poſſeſſio capta lite calumnioſa pendente non eſt at-
- tentata.
- 387 Adeptio poſſeſſionis lite pendente, de manu tertij, non dicitur attentata, & num. 389.
Intelligo de adeptione extraiudiciali, ſecus alijs. n. 390. & ſeq. ubi declaratur.
- 388 Poſſeſſio lite pendente capi poteſt de manu tertij, qui habet ius in re ante litem.
- 392 Executor (qui vigore Breuis poſſeſſionem caperit nomine Camerae eſtutuendam Titio cũ lite. as præſentauerit) non dicitur merè tertius.
- 393 Poſſeſſio adeptæ pendente lite, & tacente aduerſario non dicitur attentata.
- 394 Poſſeſſio capta nomine Camerae vigore Breuis nō dicitur attentata, & num. 404
Ampliatur quatuor modis. n. 405. 409. 410. & 411.
Limitatur decem modis, ut nu. 412. 413. 414. 417. 419. 420. 431. 436. 438. & num. 439.
Declaratur ſex modis, ut nu. 441. 442. 443. 444. 445. & 448.
- 395 Beneficij litigioſi reſeruatione attentata ſolent in curia dari ſepius literam in forma Breuis, & ſub plumbo, cum clauſula citra vitium ſpolij, & attentatorum.
- 396 Et tales literæ poſſunt im petrari etiā poſt commiſſionem cauſæ, & inhibitionem.
- 397 Princeps poteſt tollere vitium attentatorum ex litis pendentiã proueniens.
- 398 Princeps poteſt tollere rem iudicatam, & ius ex ſententiã proueniens.
399. Princeps ex certa ſciētia poteſt tollere ciuilem, ac naturalem poſſeſſionem, & vitium ſpolij.
- 400 Princeps poteſt tollere remedium cap. rein. egranda.
- 401 Princeps poteſt purgare attentata illa confirmando.
- 402 Princeps (quamuis poſſit præmiſſa facere) tamen in dubio ſeciſſe non præſumitur, & ſic velle alium ſpoliare, e. iam ſi appuſerit clauſulam motus proprij. Nō obſtante ceſſione alteri facta, & clauſula amoto inde quolibet detentore.
- 403 Princeps non debet tollere ea, quæ alicui acquiruntur iure ciuili ratione tamen naturali munito.
- 405 Poſſeſſio capta nomine Camerae non dicitur attentata, licet tunc nō adit Breue, ſed poſtmodum ſuperueniat.
Contrarium. num. 406.
Defenditur prima opinio. num. 407.
In ellige tamendum modo ultra litem non interuenit inhibitione, quia tunc poſſeſſio, etiā nomine Camerae adeptæ diceretur attentata. numero. 408.
- 409 Clauſula citra vitium ſpolij, & attentatorum in literis prædictis appoſita excuſat ab attentatis, non ſolum ſi ſit appoſita à Principe, verum etiā a privato de conſenſu ambarum partium.
- 410 Poſſeſſio capta nomine Camerae pendente lite, non dicitur attentata, etiā ſi breue videretur conditionale.
- 411 Item quando clauſula citra & c. non eſſet expreſſa in commiſſione, ſed relativa ad Breue.
- 412 Poſſeſſio capta pendente lite nomine Camerae facit attentata, quando forma appoſita in breue non fuit ſeruata.
- 413 Idem quando Breue eſſet ſubreptitium.
- 414 Idem etiā quādo eſſet commiſſa cauſa ſuper ſubreptione, & obreptione Breuis.
Ampliatur hoc non ſolum habere locum in parte, ſed etiā in ipſo executeore in breui deputato volente poſſeſſionem capere. num. 415.
Ampliatur ſecundo, etiā in reſtitutione poſſeſſionis faciendæ illi, qui Breue obtinuerat. nu. 416.

Poſſeſſio

- 417 Poſſeſſio capta ab eo (qui breue obtinuerat) nō per manū executoris, ſed propria auctoritate dicitur attentata.
- 418 Priuilegio abutens. illiq; cõtraueniens cadit ab illius commodo.
- 419 Poſſeſſio capta vigore Breuis dicitur attentata, quādo is qui breue obtinuerat cauſam iactationis, ſuper ſubreptione breuis committat.
- 420 Habens facultatem propria auctoritate capiendi poſſeſſionem ſi iudicem adeat, nō amplius uti poteſt facultate prædicta.
- 421 Subrogatus gratioſe commiſſa per eum cauſa nō poteſt capere lite pendente poſſeſſionem.
- 422 Litis pendentiã inducitur per citationem, male executam, ſi citatio commiſſerit cauſam.
- 423 Reſcriptum Papæ, quod lite pendente poſſit capi poſſeſſio, verifimiliter intelligitur de lite pendente tempore Breuis ſeu reſcripti.
- 424 Poſſeſſio capta vigore literarum habentium vim breuis prout ſunt literæ Nepotum Sumorum Pontificum, lite pendente dicitur attentata.
Limitatur, ut nu. 428. & ſeq.
- 425 Poſſeſſionem ingrediens auctoritate Principis nō dicitur attentare.
- 426 Literarum Nepotum Papæ vis, & efficacia dependet à tenore facultatum eiſdem nepotibus conſeſſarum à Summo Pontifice, quæ (ut plurimum) ſe extendunt ſolummodo ad concernentia iuſtitia, non aut gratia.
- 427 Poſſeſſionem lite pendente capiendi facultas potius gratiam, quàm iuſtitiam reſpicit.
- 428 Poſſeſſio lite pendente capta vigore literarum Nepotum Papæ, ſeu alijs vim breuis habentium, in quibus datur facultas ea etiā explicandi, quæ gratia concernunt non eſt attentata.
- 429 Dimmodo clarè appareat in his literis, quod etiā pendente lite poſſeſſio capi poſſit.
Secus verò alijs, & num. 430.
- 431 Poſſeſſio capta vigore breuis dicitur attentata, quādo obtinens Breue fuit à iudice inhibitus.
Ampliatur etiā ſi inhibitiõ emanaret vigore commiſſionis ſuper iactationibus, & num. 433.
Ampliatur etiā, ut talis inhibitiõ moderanda nō ſit, ut num. 434.
- 432 Inhibitiõ ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda eſt.
- 435 Poſſeſſio capta pendente lite, & non expeditis literis vigore clauſule, quod literæ poſſint expediti in forma gratioſe ſubrogationis, etiā quoad poſſeſſionem citra vitium ſpolij, & attentatorum & c. dicitur attentata.
Et maxime ſi ille in cuius locum talis ſubrogat tempore obitus nō erat in poſſeſſione beneficij litigioſi, & num. 437.
- 436 Clauſula citra vitium ſpolij, & attentatorum, in ſupplicatione (ut ſupra) appoſita (cum ſit coniuncta cum clauſula ſubrogationis) nihil operatur litteris nō expeditis.
- 438 Poſſeſſio lite pendente capta à ceſſionario illius, qui obtinuit ſupplicationem, cum clauſula, quod literæ, & c. ut ſupra, dicitur attentata.
- 439 Poſſeſſio capta lite pendente vigore Breuis à ſucceſſore illius, qui breue obtinuit, dicitur attentata.
- 440 Executor breuis capiens poſſeſſionem illius vigore, poſt mortem impetrantis, idem breue nihil Camerae acquirat, cum ius breuis per mortem obtinentis expiret.
- 441 Citatio partis non requiritur in executione breuis de capiendi poſſeſſionem nomine Camerae.
- 442 Reſeruationem beneficij non probari ex narratiua breuis, in qua Papa narrat illud concedere attentata reſeruatione beneficij.
- 443 Executor breuis, qui caperit poſſeſſionem (reſtituendā præſentanti literas expeditas) alteri reſtituere nō poteſt, quàm ei, cuius intuitu caperit poſſeſſionem.
- 444 Poſſeſſio capta vigore breuis in caſu (quo dicitur attentata) eſt reſtituenda illi, qui attentata paſſus eſt.
- 445 In breue huiusmodi narrata ſunt verificanda, ſed non diligentiffime, & ad vnguem.
- 446 Si in breue narretur, quod beneficium vacans eſſet obtentum, & poſſeſſum à Tertio non eſt necceſſe verificare titulum, ſed ſolum poſſeſſionem.
- 447 Reſeruationem beneficij probare ſufficit poſt adeptam poſſeſſionem vigore breuis ad excludenda attentata.
- 448 Poſſeſſio capitalite pendente vigore breuis, nō dicitur attentata quando in breui adest clauſula citra vitium & c. ſecus alijs.
- 449 Poſſeſſio pendente lite non poteſt in alium transferri, etiā per viam permutationis.
Limitatur in executeore tranſſerente vigore breuis, in quo apparet de voluntate Principis. num. 450.
- 451 Alienatio Rei litigioſæ fieri non poteſt, & facta eſt nulla.
Ampliatur ſex modis. nu. 454. & ſeq. ad nu. 464.
Limitatur 22. modis, ut nu. 464. & ſeq. ad 505.
Declaratur tribus modis, ut nu. 527. & 528.
- 452 Poſſeſſio rei litigioſæ nō tranſfertur per clauſula præcarij in contractu alienationis appoſitam.
- 453 Alienatio lite pendente facta præſumitur dolo facta.
- 454 Alienatio rei litigioſæ, etiā ad fauorẽ piæ cauſæ facta, eſt nulla.
- 455 Donari nō potest res litigioſa, & donatio facta eſt nulla.
- 456 Res litigioſa non poteſt hypothecari, vel pignori.
- 457 Prohibitionem alienationis rei litigioſæ durare etiā poſt latam abſolutoriam ab obſeruatione iudicij.
Contrarium. num. 458.
- 459 Executio etiā contra tertium fieri poteſt ſuper re litigioſa alienata.
- 460 Immo etiā cõtra ſuccedentem cauſam à litigante habentem executio fieri poteſt.
- 461 Ficus non poteſt validè alienare rem litigioſam.
- 462 Executio ſuper re litigioſa alienata contra tertium fieri non poteſt, niſi eo citato.
- 463 Beneficia litigioſa non poſſunt in alium transferri.
- 464 Res litigioſa poteſt dari in dotem.
Ampliatur idè procedere in reſtituendâ dote, & n. 465.
- 466 Litigioſæ res poſſunt dari nomine donationis propter nuptias.
- 467 Tranſigi poteſt de re litigioſa tam inter colligantes, quàm cum tertio.
Et ratio eſt, quia per talem tranſlationem, nihil deperit aduerſario, & num. 468.
- 469 Litigioſa res poſſunt diuidi inter heredes.
- 470 Litigioſa res poſſunt tranſferri, cum vniuerſitate.
- 471 Alienatio rei litigioſæ eſt prohibita, quādo lis eſt iuſta, & non calumnioſa, ſecus alijs.
- 472 Idem ſi lis, & proceſſus eſſet nullus.
- 473 Alienatio rei litigioſæ neceſſaria non impeditur, præſertim, quàm talis alienatio haberet cauſam de præterito, & num. 474.
- 475 Alienatio rei litigioſæ fieri poteſt, quādo lis fuit mota coram iudice incompetenti.
Contrarium. num. 476.
- 477 Litigioſa res poteſt alienari, quando liti fuit ceſſum.
- 478 Litigioſi vitium purgari per inſtantia peremptionem.
- 479 Alienatio rei non impeditur per litis pendentiã, in cauſa criminali.
- 480 Alienatio accuſatione pendente fieri poteſt, quia per

Tract. de Attent. d 2

litem criminalem res non efficiuntur litigiosa.

481 Alienatio rerum non impeditur per litem super actione personali.

482 Litis contestatio in actione personali non facit rem, sed actionem litigiosam.

483 Citatio in actione reali facit rem litigiosam.

484 Litigiosam efficiuntur per actionem personalem, qua petitur in effectu dominium ei utile, vel directum.

485 Alienatio rei litigiosa iam semel alienata fieri potest, quasi sit facta alienabilis. Contrarium verius. n. 486.

487 Attentatorum renocatio peti potest in quacunq; parte iudicij.

488 Alienatio rei litigiosa tempore perituræ valet.

489 Alienatio rei litigiosa potest fieri per siquesterarium.

490 Alienatio rei pendente lite, mota à falso procuratore valet.

491 Alienari potest res pendente iudicio super possessione ipsius rei.

492 Litigiosa non efficitur res per litem vertentem (non super re) sed super iure aliquo rei amexo.

493 Cedi non potest possessio, & ius super re competens, lite super tali possessione, vel iure pendente. Limitatur nisi cadens docuisset de bono iure super proprietate. num. 494. Limitatur 2. ut possit acquiri possessio, à gratiose subrogato, etiam quoad possessionem. & nu. 495.

496 Alienari potest res ante datum libellum in iudicio super eadem re instituto.

497 Alienatio rei litigiosa valet si lis inceperit à sequastro, quod non dicitur facere rem litigiosam.

698 Alienari potest res, de qua non litigatur, sed de opere super ea facta, & fabricato.

499 Alienari res potest pendente lite super hypotheca super ea existente, quæ non facit litem.

500 Alienari potest res pendente lite coram arbitris. Contrarium. num. 501. Defenditur prima opinio num. 502.

503 Resignatio beneficii non impeditur per pendenciam iudicij super beneficio, vel aliare ad instantiam Curialis vigore Eugeniæ introducti.

504 Alienatione rei litigiosa facta perempta instantia valere. Ampliatur. num. 519. Limitatur duobus modis, vt nu. 523. & seq. & firmatur prima opinio num. 518. Dubitatur de hoc nu. 505. & plures recensentur opiniones num. seqq.

505 Litigiosi vitium, an duret perempta instantia, plures esse, & diuersas opiniones. Prima opinio affirmatiua, quod duret. num. 506. Secunda opinio negatiua, quod sit sublata. nu. 507. Tertia opinio, quod duret quo ad effectus respicientes personas litigantium. num. 508. Quarta opinio, quod duret quoad interrompendam præscriptionem, quoad recuperationem possessionis à qua cecidit. Et quo ad annulationem actus, sed extinctum sit quoad effectum ipsius alienationis. nu. 510. Quinta opinio. nu. 511. & seqq. & præcipue. nu. 514. vbi tenetur, quod quoad alienationem non duret vitium litigiosi perempta instantia, & num. 515. respondeatur contrariis.

512 Attentata quare renocentur ratio est contemptus iudicis, & præiudicium partis.

513 Prohibitio ne lite pendente aliquid innovetur intelligitur, quando aliquod innovatur in præiudicium partis.

516 Accusator negligens prosequi accusationem infra terminum statutum grauissimè puniatur.

517 Præiudicium oriens ex prohibitione appellationis in pos-

essorio non videtur attendi, quia potest reparari in petitorio.

519 Alienatio rei litigiosa perempta instantia valet, etiam si iudex inhibuerit.

520 Inhibitio videtur certis terminis coarctari, & litem seu appellationem concomitari.

521 Inhibitionis effectus amplius non durat perempta instantia.

522 Iudex absolvens ab obseruatione iudicij, videtur inhibitionem tollere, & ab ea quoq; partem absolue.

523 Alienatio rei litigiosa per actorem, & possessorem perempta instantia facta non valet.

524 Item si instantia sit perempta in 2. instantia per descriptionem appellationis, & lapsus sit alium.

525 Minus et valet alienatio quæ facta est, ante peremptam instantiam, & eam sequuta sit instantia peremptio.

526 Beneficium super quo litigatur efficitur litigiosum, tã super proprietate quam possessione.

527 Litigiosi vitium obliat solum litigantibus, non autem tertio, quin possit super re contrahere.

528 Possessor rei litigiosa potest eiusdem acquirere dominium non autem publicianam.

529 Prouisio de beneficio litigioso expectanti facta ab excoicatore apostolico non valet. Limitatur, nisi nullus ex litigantibus ius in beneficio beret. num. 530.

531 Nuncius apostolicus habens in facultatibus conferendi beneficium (etiam litigiosum) non potest conferre ea, super quibus litigatur in curia.

532 Lite pendente nec Patronus Præsentasse, ne Ordinarius capere possessionem possunt. Dubitatur de hoc num. 533. Concluditur pro prima opinione. num. 534.

535 Lis quando dicatur pendere ad effectum, vt patronus præsentare nequeat. Et concluditur secundum aliquos controuersiã inter præsentatos non facere litem.

536 Alij tenent, requiri iudicialm discussionem, & causæ cognitionem.

537 Aliqui volunt, petitionem præsentatorum instantium pro institutione, productionemque suorum præsentationum coram Ordinario non facere possessionem interim ab alio captam esse attentatam.

538 Nonnulli affirmant requiri litem contestationem, ad hoc vt patronus non possit præsentare.

539 Aliqui dicunt litem introduci per edicti propositionem. Contrarium. num. 540.

541 Electores quæadmodum (quado lis est inter eos super iure eligendi, possunt deuenire ad aliam electionem, ita Patroni litigantes possunt ad aliam præsentationem deuenire.

542 Patronus, lite pendente super iure patronatus, si ab eo præsentatus cedat vel decedat, alium præsentare non potest.

543 Beneficium, quod de iure patronatus præsentatur, pendente lite, super dicto iure patronatus, potest impetrari, etiam non facta mentione de iure patronatus. Limit. 1. quando lis super iure patronatus non est principaliter mota, sed accessorie, vt. num. 544. Limitatur 2. in patrono, qui ante litem motam esset in possessione præsentandi. num. 546.

545 Lite pendente super Villa, seu castro habente ius patronatus, non impeditur præsentatio vigore dicti iuris patronatus, etiam si emptor, & possessor castri nunquam antea præsentasset.

547 Præsentatus capiens possessionem lite pendente vigore institutionis à Nuncio apostolico factæ, dicitur attentasse, nisi præsentans esset in quasi possessione præsentandi.

548 Patronus existens in quasi possessione præsentandi pendente lite

dente lite super dicta quasi possessione præsentare non potest.

Contrarium. n. 549. Et distinguuntur plures opiniones. Prima, quod possit hoc casu præsentare. num. 550. Secunda, negatiua, quod non possit. num. 552. Tertia, quod licet possit præsentare, tamen superior non debeat præsentationem admittere, sed differre ad exitum causæ, & num. 554. Secundam opinionem negatiuam approbat, & respõdet contrariis. num. 555.

551 Lis mota super possessione, non impedit alienationem proprietatis.

553 Possessio iuris patronatus, ad hoc vt fit bona plurarequirat, & inter cetera, quod adsit bona fides.

556 Præsentatio, an impediatur per pendenciam litem inter præsentatos, plures distinguuntur casus.

557 Primus quado patroni sũt clerici, & tũc altero præsentato cedente, vel decedente non possunt alium præsentare. Quia talis præsentatio habet vim electionis. nu. 558.

559 Secundus casus, quando patroni sũt laici, & pariter non possunt, post quadrimestre tempus.

560 Tertius casus, quado patronus laicus vellet infra quadrimestre tempus alium præsentare lite pendente, & distinguuntur tres opiniones. Prima affirmatiua, quod possit. num. 561. Secunda negatiua, quod nequeat. num. 572. Tertia distinguens, Aut patronus vult præsentare alterum collitigantem superstitem, & possit, Aut tertium, & tunc secus. nu. 576. Reprobatur. num. 578. Secunda opin. negatiua tenet. nu. 579. vbi ad contraria respondet, & hanc ponit pro regula infra. num. 583. & declar. num. seqq.

562 Patronus infra quatuor menses potest variare, & cumulando alium præsentare, & præsentans dicitur vt iure suo.

563 Præsentationem non esse actum iudiciale.

564 Patronus in præsentationibus potest variare vsque ad institutionem episcopi. Intelligi nisi superueniat lis. num. 581.

565 Præsentationum variatio permisa est patrono laico in fra quatuor menses, vt possit corrigere errorem, si quem (primum præsentando) commisisset. Intelligi, vt. nu. 580.

566 Patronus etiam appellatione pendente præsentare potest. Intelligi pendente appellatione extra iudiciali secus iudiciali. num. 582.

567 Appellatio maioris efficacis dicitur respectu attentatorum, quam lis.

568 Appellatio non solum inducit pendenciam causæ, sicut lis, sed etiam suspensionem, quæ ligat manus iudicis, & partium.

569 Appellatione pendente Iudex à quo procedere nequit, & procedens facit omnia acta nulla.

570 Appellatio non solum suspendit, sed etiã extinguit sententiam.

571 Appellationis interpositio facit actum attentatum, qui alias attentatus non diceretur.

573 Cap. 1. vt lit. pend. lib. 6. habet locum etiam in præsentationibus.

574 Facultas electorum sicut impediunt litem pendenciam, ita, & potestas patronorum.

575 Dubium dici non potest id, super quo est regula.

577 Attentata non dicitur gesta appellatione pendente, que tendant in faciliorem exitum appellationis.

583 Patronus lite pendente, regulariter præsentare non potest.

Ampliatur 1. etiam in patronis laicis. num. 584. Ampl. 2. etiam infra quadrimestre tempus. 585. Ampl. 3. vt id non modo procedat, si alter collitigans de cedat, verum etiam si resignet. num. 586. Ampl. 4. etiam in habente ius faciendi deseruiri alicui ecclesiæ. num. 587.

Lim. supraposita reg. 1. nisi lis penderet non super titulo beneficii, sed per oppositiones factas præsentatis. num. 588. Lim. 2. nisi vellet præsentare superstitem collitigantem, nu. 590. Contrarium ponitur n. 591. Defenditur 1. opin. 592.

Lim. 3. quando præsentans esset in quasi possessione præsentandi, & num. 593.

Lim. 4. quando lis esset mota per assertum procuratorẽ cum promissione de rato, & citatione tacite à domino, dũ viuere, ratificata, non tamẽ in actis reproducta, nisi post mortem principalis præsentati. n. 594.

Lim. 5. nisi si contrarium per statutum loci disponderetur num. 595.

Lim. 6. nisi in loco sit talis consuetudo. nu. 598.

Lim. 7. nisi talis præsentatio esset facta post appellationem extra iudiciale. num. 600.

Lim. 8. in omnibus illis casibus in quibus non est prohibita ordinario collatio lite pendente. nu. 601.

589 Beneficium non efficitur litigiosum, si oritur controuersia circa oppositiones factas præsentatis.

596 Statutum potest facere non esse attentata quæ alias dicerentur attentata.

597 Statutum potest tollere appellationem.

599 Consuetudo potest facere, vt actus, qui alias de sui natura esset attentatus, non sit attentatus.

602 Lite inter alterum ex patronis, & vnũ ex præsentatis pendente, an beneficium dicatur effici litigiosum ita, vt patroni prohibeantur alium præsentare, & plures sunt opiniones.

603 Prima quod possint, infra tamẽ quadrimestre tempus.

604 Altera est opinio negatiua quod non possint. Et hæc secunda approbatur. nu. 605. & respõdet ad contraria.

605 Franc in cap. si hi contra quos. nu. 5. vers. ex quibus inferitur, vt lit. pend. in 6. & Ferret. consi. 192. nu. 14. in primo declarantur.

606 Patroni an præsentare possint pendente lite inter ordinariũ, seu confirmatorem, qui debebat institui ex vna, & patronũ, aut ab eo præsentatum parte ex altera. Et quod ordinarius possit prouidere alteri non præsentato de huiusmodi beneficio. nu. 608.

Contrarium verius, quod patronus existens in quasi possessione præsentandi possit præsentare. nu. 610.

609 Ordinarius posse prouidere de beneficio, quod præsentat indebitè per aliquem detineri.

611 Innoc. in cap. dudum. sub num. 4. in verb. dispensatum, de elect. declaratur.

612 Ordinarius an possit lite pendente instituere præsentatũ remissiuè.

613 Possessio capta à præsentato lite pendente regulariter dicitur attentata. & num. 615. Etiam si talis lata sententia instituat, & possessionem capiat. num. 614.

Ampl. 4. modis, vt num. 616. vsque ad 622. Limit. 5. modis à num. 622. vsque ad 630.

616 Possessio (vt supra) capta dicitur attentata non modo si capiat vigore institutionis ab ordinario facta, verum etiam vigore litterarum apostolicarum super noua prouisione expeditarum.

617 Item si capta esset vigore institutionis facta à legato de latere lite coram ordinario pendente.

- 618 Id. m si ordinarius immitteret in possessione superstitem quem in locum defuncti subrogauerat.
- 619 Item non solum pedente lite inter presentatos, verum etiam in er patronos.
- 620 Et non solum pendente lite per eius cōtestationē, sed etiam per solam oppositionem presentato factam. Contrarium. num. 621.
- 622 Possessio capta à presentato lite pendente non dicitur attentata, quando patronus presentans erat in quasi possessione presentandi. Dubitatu. de hoc num. 623. Soluitur dubium. num. 624.
- 625 Idem quando lis non esset contestat, sed solum ambo presentati comparuissent coram ordinario, & vt er que institui petuissent.
- 626 Item quando presentatus, & institutus ab ordinario, immittitur in possessionem ab eodem ordinario coram quo pendebat lis. Dubitatu. de hoc. num. 627.
- 628 Item quando extaret statutum, quod presentatus etiā lite pendente in possessionem immittitur.
- 629 Idem quando extaret similis consue. udo.
- 630 Patroni an possint presentare appellatione pendente remissiuē.



Vm nō possint rectē cognosci Attentata, quæ fiunt lite pedēte, nisi prius cognito quomodo, & quando lis dicatur pendere (antequam ad rem ipsam deueniamus) necessariō primō videndum est quando lis dicatur pendere: In quo sciendum est, quōd docto. variē in hoc distinxerunt, quidā enim dixerunt, quōd lis t̄ dicitur pendere quinque modis. Videlicet per libelli oblationem, secūdo per appellationem, tertio per relationē, seu consultationem causæ superiori factam, quarto per recufationem Iudicis, quinto per restitutionem in integrum, vt per Petr. Ferrar. in practica papien. in forma responfionis rei, in verb. exceptionem litis pendentis: Alij quōd t̄ septem modis (supradictis duos addentes) Videlicet per impetrationem iudicis, item per commissionē causæ, vt per Guid. pap. & ibi addit. in verb. lis pendente, decif. 488. lis nō dicitur. Alij quōd t̄ de iure canonico per simplicem citationem, de iure verō ciuili regulariter per litis cōtestationem, & libelli oblationē in actione reali, vt no. idē Guid. papa decif. 337. pro declaratione. num. 6.

Verū quia nonnulla ex his, per quæ docto. dicunt litem pendere, nos pro faciliori intellectu huius materię distindē, & particulariter tractare proposuimus (prout est de gestis recufatione, item relatione, item appellatione pendente, vt patet ex supradictis rubricis) & nonnulla, per quæ ad effectum attentatorum dicitur lis pendere per docto. ommittūtur (prout est subrogatio, Admissio tertij ad causam, Extraiudicialis appellatio) idcirco, cæteris omissis, ad propositum de quo agimus, ita dici potest, quōd sicut in tempore t̄ duo extrema considerari possunt, videlicet principiu, & finis, ad no. per glo. in verb. postquam, in clem. 2. vt lit. pend. ita t̄ in hoc articulo duplex cadit inspectio. Prima quando lis incipiat, & per quos actus introducatur. Secunda quando finiatur, & sic per quantum tempus duret, hoc enim cognito clarē apparere cuique poterit quæ sit, & qualis hæc litis pendentia, & con-

*Litu pēde
sta, & per
quā uitem
pus illa du
res optima
cognosci
vt illius
miko, ac fi
cognoscit*

sequenter ista materia gestorum illo medio tempore attentatorum. Principium t̄ autem litis, & quando lis dicatur incipere variē etiam solet à docto. & quōd ad varios effectus considerari. Quādoque enim, vt cognoscimus an, & quando per litem inceptam dicatur perpetuata iurisdicctio iudicis, vt in cap. gratum, & in cap. licet, & cap. super quæstionum. §. 1. extra de offi. deleg. & ibi not. Quādoque quōd ad interruptionem præscriptionis, vt in l. cum notissimi. §. immo illud. C. de præscript. 30. vel 40. ann. & in cap. illud, & ibi glo. in verb. interrupta. extra de præscript. Quandoque ad reddendum rescriptum subreptitium, & nullam, si sit impetratum post litem motam, de qua non fit facta mentio, vt in cap. cæterum, & in cap. ex parte, de rescript. tradit Egid. decisio. 46. de exceptio. Afflict. decif. 200. in causa. nu. 14. Cassad. decif. 8. num. 6. de præbend. Quandoque verō (& hoc ad propositum nostrum) ad effectū attentatorum, videlicet ad cognoscendum, an aliqui actus (tanquam lite pendente facti) dicantur attentati, necne: super quo fuit particulariter edita clem. cum lite, vt lit. pend. Quæ (licet tempore, quo emanauit uisã fuerit satis clara, & aperta, & sufficienter tollere difficultates, quæ circa hoc oriebantur: Nihilominus, quia procedente tempore) nonnulla contra eius dispositionem stylus (præsertim in curia Romana) paulatim admittit, & præterea super ea multæ sunt exorta difficultates (plenius hanc materiam attingēdo omissis alijs effectibus, ad quos docto. litis pendentiam, & eius principium considerare diximus, & his solum attentatis, quæ ad materiam attentatorum faciunt) ita dici potest. Quōd, licet soleat aliàs dici, quōd regulariter lis t̄ à cōtestatione incipiat, vt est tex. in cap. ex parte. el. 2. de verb. sig. & bonus tex. in ca. forus. circa med. eo. tit. & in §. omnem, & §. si verò, in aut. de litigio. Ruyn. confi. 150. gratissimum. numero 20. lib. 5. & est magis commu. opinio de qua post Petr. Cyn. Bar. Ang. & Fulg. ibi testatur Ale. in l. causas. sub num. 2. (contra glo. ibi contrarium sentientem). C. de transact. attento, quod verbū lis t̄ quando profertur à lege, intelligitur post litem cōtestatam. l. 2. & ibi not. C. fin. regund. & post Bart. in l. amplius non peti. ff. rem rat. hab. tradit Socy. in confi. 24. considerata. numer. 3. lib. 2. Nihilominus quoad effectum attentatorum.

Principium t̄ litis (& hæc erit prima inspectio) dicitur esse, & lis initiari, pendere altero ex infra scriptis modis. Videlicet Primo per libelli oblationem principi factam secūdam quosdā, vt supra. num. 10. & seqq. Secundo per citationem. nu. 28. vsque num. 150. Tertio per litis cōtestationem num. 151. & seqq. Quarto per subrogationem gratiosam. num. 156. & seqq. vsque ad num. 177. Quinto per admissionem tertij ad causam. nu. 178. & seqq. Sexto per extraiudicialem appellationem nu. 187. vsque ad num. 208. De quorum singulorum veritate videndum est.

Quo ad primum de LIBELLI OBLATIONE principi facta quod per eam lis t̄ dicatur pendere quoad effectū attentator. vide te. in l. 1. C. inducitur litis pendentia, vt infra dicitur, sequitur, quōd

tur, quod idē sit etiā per talē libelli-oblationē, cū illa vim habeat cōtestationis. d. l. 1. & vt etiā text. in auth. litigiosa. C. de litigio. & in corpore vnde sumit, in auth. de litigio. in princ. & §. si verò, ibi vel præcibus principi oblati: hæc videtur tenere glo. in c. relatu. in ver. cōtestata. ad fin. de offi. deleg. dū dicit, qd sicut p libellū principi oblatū res fit litigiosa, eodē modo ppetuatur iurisdicctio Iudicis: idē videtur simpliciter tenuisse Pet. Ferr. in sua pratic. papiē. in forma responfionis rei, in verb. exceptione litis pedētiæ. Et post eū Guid. Papæ dicta decif. 337. in fin. & decif. 488. in addit. & magis specificē Firman. in suo repert. in verb. lis pedet. ver. 14. Contrariū t̄ tñ videtur verius, vt probat expressē in clem. 2. vt lit. pend. ibi litem, quoad hoc pedere cefemus postquā à cōpetenti Iudice citatio emanauit, & c. quæ dum requirit citationē interuenire, videtur tacitē excludere libelli oblationē, cū inclusio vnus sit exclusio alterius. l. cum prætor. ff. de iudi. cum simil. & hoc tenet glo. in dicta clem. in fin. ibi saltem post citationē, & Card. ibidem in 3. oppositi. & videntur tenere hi, qui (distinguentes inter ius canonicū, & ciuile) dicunt de iure canonico requiri citationē, vt Guid. Papæ dicta decif. 337. numer. 5. Quod etiā hac rōne cōprobari potest, nā attēta t̄ dicuntur esse illa, quæ fiunt in contēptum Iudicis, quia ladi dicitur, vt not. in c. i. vt lit. penden. in 6. & Rot. decif. 26. aliàs 307. Nota quod: de appell. in antiq. qui contēptus oblati solū principi præcibus in eo, qui nullā illarū habet noticiā, nō videtur posse cōsiderari. arg. no. in c. si duobus. extra de appel. merito si qd ignoranter agat videtur à pœna attētorū excusandus: Quod & alia rōne, & exēplo suadet, nā aliàs videmus, quōd vbi requiritur citatio (prout est hic, dicta clem. 2.) oblatio facta principi nō deducit re in eū statū, vt quis propterea dicatur incidere in pœnā, vt patet in l. libertus. la 2. ff. de in ius voc. vbi oblati principi per libertū præcibus (si vterius nō citauit patronū) nō dicitur incidere in pœnā quinquaginta aureorū, de qua in l. pen. & l. fi. eo. tit. vt tradūt Bar. Taf. & alij doctores ibi, & in l. 1. C. qñ libel. principi oblat. idēq; p dictā l. libertus. & alia per eum allegata, tenet etiam Soci. in conf. 41. antequā. nume. 15. lib. 1. remittēs se ad latius per eū dicta in c. proposuisti. q. 1. in 4. membro secūdi articuli principalis, extra de for. com. pet. Ita etiā in terminis nostris potest dici, quōd per solā oblationē hmōi nō debeat quis dici attentasse, & sic incidisse in pœnam: Multæ enim sunt pœnæ contra attētaes, de quibus infra in 3. parte, cap. 31. de pœnis attent. per totum: Quinto fortius dici potest, quōd si quis offerat (ne dum principi) sed ipsi Iudici libellum, in quo petat se immiti in possessionē certarū rerū (si non appareat certus cōtradictor) tūc tale iudiciū sup isto mādato de immittēdo in possessionē decernēdo, vel nō decernēdo nō dicitur facerelitem, nec attēta, vt fuit aliàs dictū p dominos in vna Rom. spolij domus pro sereniff. hætruria Duce corā D. meo Oradino. sub die 17. Apri. 1559. & hæc partē quod (quoad reuocationē attentatorū) p solā t̄ commissionē causæ non dicatur lis pedere, tenet Felyn. in capit. causam quæ. numer. 18. ext. de testi. licet quoad effectum reddendi rescriptum nullum ibi dubitasse videatur: Et ad con-

traria facile responderetur, siquidem l. 1. C. quando libell. princ. oblat. dum dicit vim habere cōtestationis, intelligitur t̄ quoad perpetuationē actionis, vt per glof. & docto. ibi, & ita etiam loquitur glo. in dicto cap. relatum: text. autem in authen. litigiosa, & in corpore vnde sumitur retorquetur (ponderando illud; quod subditur ibi) & Iudici intimatis, & per eum futuro reo cognitis: per hæc enim verba patet, quod res litigiosa non efficitur per libelli oblationem tantum, sed requiritur etiam, quod reo (mediate citatione) sint præces cognitæ: Docto. autē, qui simpliciter id dicunt per libelli oblationē litem pendere, aut fatendum est non rectē eos sensisse, aut sunt t̄ intelligendi de præcibus principi oblati in secunda instantia, de quibus in authent. quæ supplicatio. C. de præc. imp. offer. quamuis hoc casū in rei veritate, non tantum dicitur lis pedere ex vi dicti libelli principi oblati, quā vigore tum appellationis interpositæ, tum litis in prima instantia intentatæ: nam licet mutetur instantia, lis tamen t̄ eadē esse dicitur, ad not. in l. postquam liti, vbi Alexā. & alij. C. de pact. & propterea videmus, quōd si quis t̄ committat causam super beneficio, & deinde beneficium resignet, & resignatarius possideat per triennium dicitur esse pacificus possessor, & posse vt allegatione Lapi, vt non teneatur iustificare titulum sui authoris, ea ratione, quia ad resignationem t̄ non tranfuit possessio litigiosa, vt fuit resolutum in vna Salamantina portionis de mensē Nouembris 15 14. coram Fabio, vt est in recollet. Mohed. decif. 42. in vna Salamantina, sub rubr. de allegat. Lap. & vt lit. pendent. Et similiter, quōd per solam t̄ commissionem impetratā ab asserto procuratore nō inducatur attentata dixerunt domini (post decif. Crescent. 77.) in vna Gerunden. Prioratus coram D. de Rubis 2. Decemb. 1560. Hæc tamen conclusionem, quod per libelli oblationem non dicatur lis pendere (præsertim quoad reum, nam quoad actore videtur minus dubiū per ea quæ dicemus infra, sub num. 41. Quando dicatur lis pendere per citationem ampliari. post Paris. in conf. 74. gratia. num. 16. lib. 4.) Limita notabiliter, &

24 Primō in casu cōsiderato taliās in Rota in vna corā Guidobono, quādo scilicet actor solū commisit causam, & nil aliud fecit, & deinde reus, vt illam auocaret obtinuit alteri committi, cuius vltimæ commissionis vigore (citato asserto procuratore, de cuius mandato non constabat) reus obtinuit citationem cū inhibitione, & procurauit exequi contra actorem in partibus, quidabat delitis pendentia corā primo Iudice: nam ex quo reus (absque eo quod ad instantiā actoris fuisset citatus) erat certus de commissione actoris esset inducta per dictam commissionē, ea rōne, quia reus iam certus erat, vt est decif. in recollet. Acchil. de grass. 191. lis inducta fuit iudicata. sub rubrica de lite.

25 Secūdo vt non procedat in causā t̄ nullitatis quoniā illa dicitur pedere à tēpore cōmissionis, nō à tēpore citationis, vt fuit dictū in vna Vlixbonen. beneficij de turribus coram Acchil. & est decif. in recollet. eiusdē 289. incip. in eadem, sub rubri. de restit. in integr. vbi ea ratio assignatur, quia licet cōmissio nō incipiat causam, tamen est

præparatorium ad causam, & principiū impedi-
menti: quæ rō satis videtur concludēs in casu de
quo ibi, in quo tractabatur à quo tēpore diceret
impeditus petere restitutionē in integrū is, q̄ pē
dēte causa nullitatis per aduersariū cōmissa non
potuerat interim sup̄ restitutione audiri, vt col-
ligitur ibidē ex decif. præcedētī, nō tamē ex ea v̄r
esse generaliter inferendum ad materiam atten-
tatorum, in qua tractatur de faciendo aliquem
incidere in pœnam, vt proximē dictum est.

- 26 Tertiō intellige, vt non ꝑ procedat, quo ad ef-
fectum reddendi priuilegium nullum (tanquam
lite pendente in præiudicium alterius impetra-
tum) quia quoad hunc effectū dicitur causa pen-
dere statim, atque sunt dati Iudices, vt per Fely.
in c. causam quæ. el. 2. numer. 10. de testib. & post
alios tradit Aug. Bero. in conf. 146. in causa. num.
21. lib. 3. Et præmissa ꝑ sunt necessariō declaran-
da, vt quibus casib⁹ dictū est, quod per impetra-
tionem commissionis dicatur lis pendere, intel-
ligatur dummodo impetrans sit illa vsus, aliās
non censeretur inducta litis pendentia, vt fuit re-
solutum in vna Guefmen. cancellariæ coram Aco-
rambono 18. Ianuarij 1556.

Per Cita-
tionem
quando
quibus ca-
sibus litis
pendentia
inducatur.

28 Quoad secundum de CITATIONE clarum
videtur, quod per ꝑ citationem, quoad attenda-
ta, inducatur litis pendentia, dummodo concur-
rant qualitates, quæ in ea requiruntur per clem. 2.
vt lit. pend. quæ sunt sex, vt eleganter not. Cæd.
in dicta clem. 2. in 4. notab. & refert, & sequitur
nouissimē Misinger. fing. obser. cent. 4. decif. 26.
29 non semel: videlicet ꝑ & Prima, quod citatio
emanauerit: Secunda à competenti Iudice: Tertia
quod ad citati notitiā peruenerit, vel per eū
steterit: Quarta quod quis ex ea potuerit plenē
instrui super quo citatur: Quinta, quod citatio
sit apta: Sexta quod nuncius sufficienter retu-
lerit, & tradit etiam Imol. in rubr. & c. 1. extra vt
lit. pend. in tertio notab. vbi vult, quod quoad il-
lum. tit. Citatio secundum formam dictæ clem.
facta inducat litis pendentiam, sed vt ista mate-
ria latius ac clarius pateat est constituenda.

Regula
quod cita-
tio facit li-
te ad effe-
ctum attē-
tatorum.
Que Am-
pliatio no-
uem mo-
du. Limi-
tatur duo-
decim.

30 Regula, quod citatio ꝑ facit litem, quod ad
hoc, quod nihil possit innovari: probatur Regu-
la in dicta clem. 2. & in c. cum M. Ferrariensis de
constit. & in c. Ecclesiæ sanctæ Mariæ, vt lit. pen-
dent. & in c. ad dissoluendum. de desponsat. im-
pub. quæ iura ad id allegat, gloss. in dicta clem. 2.
& hodie ꝑ statim transmissa citatione vitium liti-
giosi contrahi tradit post alios Fort. Imol. in cōf.
171. cum in prædij. nume. 16. lib. 4. idem tenet Be-
ro. conf. 54. concludendum. numer. 18. lib. 3. Nec
immeritō, cum citatio ꝑ dicatur fundamentum
ordinis Iudicarij, secundū Specu. in tit. de Citat.
in princ. Et omnium. actionum. instituendarum.
33 ꝑ principiū ab ea parte edicti proficiscatur, qua
prætor edicit de in ius vocando, vt in §. omnium.
instit. de pœn. temer. litig. & not. Barto. & alij in
rubr. ff. de in ius vocan. Nam & aliās solet dici,
34 quod regulariter citatio ꝑ facit rem desinere esse
integram. Mil. in verb. citatio facit rem: & Lan-
franc. decif. 60. p̄ sola. Et p̄ ista reg. est decif. Rot.
9. aliās 279. clementina, vt lite pendente. in no.
vbi hoc declarat, vt mox dicemus: Et post Rot.
Mil. in verb. litis pendentia. fol. 212. & Lanfranc.
decif. 129. lis pendente. Afflic. decif. 220. in causa.
num. 13. Alexā. conf. 130. in causa strazarolorum.

nume. 15. lib. 4. & Petr. de Anchar. in consil. 13. Vi-
fo processu, quem refert, & sequitur Fely. in ca.
caterum. sub nu. 2. vers. obstat. 2. extra de rescrip.

- Ampliatio ista regula nonnullis modis, &
Primò, & hoc respectu actoris aliquid atten-
35 tantis: nam aliās respectu ꝑ rei (quoad hanc ma-
teriam attentatorum) requiritur, quod citatio
sit exequuta, vt post Egid. decif. 399. conclusio,
tradit Fely. in c. 2. sub num. 2. vers. solutio restrin-
gi potest. de rescript. & Paris. consil. 81. origo. nu-
mer. 13. libr. 4. ampliat, vt procedat ꝑ etiam si cita-
tio nondum fuisset executata contra reum, sed tan-
tum ad instantiam actoris à Iudice decreta. Rot.
decif. 6. aliās 75. quod dicitur, vt lit. penden. in no.
& decif. 17. aliās 402. si actor præsens in curia, cir-
ca med. de dol. & contum. in no. & decif. 4. aliās
426. Nota vtrum postquam actor, vt lit. pend. in
antiq. & inter decif. Bisignet. 30. Vtrum: & per di-
ctam decif. 6. aliās 75. Mil. in verb. litis pendentia.
vers. 2. fol. 212. Egid. decif. 380. si faciens: & iterum
in simili decif. 273. defectus: & decif. 545. si pendē-
te: in vltim. verbis. Staphil. in tracta. de liter. grat.
& iust. in 2. part. fol. 144. vers. tertio quia dictus a-
ctor, & c. quos allegant Moderni in praxi Ro. Cu.
libr. 8. c. 4. titu. lit. pend. & de attent. sub num. 23.
vers. cum supra dixerimus: & idem tenet
per multa Cassado. decif. 6. incip. voluerunt do-
mini, super regu. cancell. per totam: Afflic. decif.
220. in causa. nume. 13. Fely. in c. super litteris.
nume. 13. de rescript. Roma. consilio 330. circa
primum. num. 2. vers. illud autem. Paris. conf. 45.
ruit. numer. 31. & seq. lib. 4. & ideo ꝑ si fuit citatio
37 decreta, & executata per edictum vigore clausu-
læ confitio de non tuto accessu, licet ex eo,
quod non fuerat plenē probatus non tutus ac-
cessus decretum Iudicis videatur non subsiste-
re, tamen respectu actoris vigore dictæ citationis
dicitur lis introducta, & pendere, vt fuit dictum
per dominos in vna Taurinen. præposituræ corā
Caputaquē. 12. Aprilis 1554. & est in recollet. eius-
dē. parte secūda decif. 39. incip. citatio. Et quod
38 actor ꝑ per tale decretum, quoad se faciat beneficiū
litigiosum, nec dicatur effici triennalis possessor,
fuit decifum in vna Valentina de Pego, vt est de-
cif. in recollet. Mohed. 16. in vna Valentina, sub
rubrica de reg. de triennali, vbi illud addit, hoc
procedere secundum stylum Rotæ, secus au-
39 tem de iuris rigore, & si actor cedat ꝑ benefi-
cium sic (vt præfertur) litigiosum non facta
mentionem litis cessio dicitur nulla, & inualida,
ita in vna Britorican. de Vrano fuit tentum, vt
est decif. in recollet. Guid. Bon. 154. voluerunt.
40 sub rubrica de litigios. quod ꝑ etiam in mate-
ria de annali possessore tenendum esse tradit
Mandofius super reg. de annali, quæstio. 37. per
totam, & ratio huiusmodi ampliationis est (vt
dicunt domini vbi supra, & omnes post eos).
quia cum actor per commissionem ab eo impe-
tratam, & citationem decretam quoad se sit cer-
tus de lite, amplius certiorari nō debet. ad l. 1. ff.
de actio. empt. cum simil. & quod propterea di-
cta clement. 2. fortius procedit in actore, quam
in reo: pro qua facit, quod supra proximē dixi-
mus. numer. 24. post Acchill. de grass. decif. 191.
lis inducta. sub rubrica de lit. Quibus adde no-
uissimē Menoëch. de arbit. Iud. libro secundo,
centuria tertia, casu 202. num. 8. post. Rom. dicto
confi.

conf. 330. circa primum. col. secunda, & Fely. in
dicto cap. super litteris. num. 13. & in capitu. cæte-
rum. num. 2. de rescript. & Dec. in cap. vt debitus.
num. 14. de appell. Supradicta autem ampliatio
41 ꝑ potest adhuc notabiliter ampliari, & vtiliter
vt non solum procedat, quando citatio fuit per
ipsummet actorem, & principalē obtenta (prout
hactenus locuti sumus) verū etiā, si fuerit obtenta
per assertum procuratorem cum cautione de-
rato, & deinde per principalem ratificata (etiam
tacitē) nam stante ratificatione (si quid ipse
principalis ante citationis executionē fecisset)
vtique censeretur attentasse: quia talis ratifica-
tio retrotrahitur ad diem impetratæ commissio-
nis, & decretæ citationis, vt fuit dictum in vna
Abulen. iurisdictionis coram Serafino, secunda
Maij. 1567. in qua (cum procurator assertus Epi-
scopi Abulen. de mense Martij 1550. commississet
causam in Rota contra Archipresbiterum
Abulen. & eodem die procurator obtinisset ci-
tationem cum inhibitione ad partes, quæ non
fuit ad instantiam Episcopi executata, nisi de an-
no 1551. cum iterum de mense Nouembris. 1550.
Episcopus Vicarium quendam deputasset, & du-
bitaretur an talis deputatio esset attentata, licet
multa allegarentur ad excludenda attentata, &
præsertim quod ratificatio Episcopi non debe-
bat retrotrahi ad effectum tollendi dictam de-
putationem Vicarij, qui erat actus iam consu-
matus, per doctri. Bart. in l. si indebitum. §. si pro-
curator. ff. rem rat. hab. & ad faciendum ratificā-
tem incidere in delictum (prout est attentare.
Egid. decif. 18. oneratio.) Domini tamen causa
matura discussa tenuerunt talem Vicarij depu-
tationem esse attentatam, per regulam cap. ra-
tificationem de reg. iur. in 6. & quia ratificatio
retrotrahitur ad principium actus (etiam in deli-
ctis) præterquam in excommunicatione. cap.
si quis. de sent. excom. Dec. latē in l. semper, qui
non prohibet. num. 8. de reg. iur. & ad doctrinam
Barto. ex aduerso allegatam respondebant eam
procedere in actu perfecto, qui sit reuocabilis,
vel quando per eum fuit tertio acquisitum:
Quinimmo quidā vidētur voluisse, quod quoad
actorem per solam commissionem ab eo impe-
tratam causa dicatur pendere, vt per Paris. conf.
74. gratia. num. 16. lib. 4.

Hanc tamen ampliationem declara.

- 42 Primò vno ꝑ notabili modo qui colligitur
ex decif. Put. 6. licet. sub rubr. vt lit. penden. vbi
vult, quod licet per commissionem, & citationis
decretum (quoad actorem) lis dicatur pende-
re, vt hic: tamen si sit impetrata commissio con-
tra Petrum de nigris omnesque alios intrusos, &
intrudendos, & nunquam fuerit actum contra
dictum Petrum, sed contra Valerium verē intru-
sum (si processu temporis Valerius ad propo-
situm suum vellet dare de litis pendentia inter
actorem, & dictum Petrum) fuit dubitatum, an
posset, & fuit ibi resolutum in vna Casaraugu-
stana dellos sanctos, quod per talem commissio-
nem, & decretum citationis inter Petrum, & di-
ctum actorem non erat inducta litis pendentia,
ea ratione, quia intentio actoris fuit agere contra
intrusos, & Petrum de nigris nominauit quodā-
modo solum demonstrationis causa, putans eū

intrusum: Vnde ista falsa demonstratio sibi
non debet nocere: quod etiam fuit resolutum in alia
coram Peregri. vt est in recollet. eiusdem de-
cif. 89. aliās 12. incip. licet ex sola: & sic ad propo-
situm nostrum datur casus, in quo etiam quoad
actorem per decretum citationis non inducitur
litis pendentia.

- 43 Secundò & notabiliter posset ꝑ forsan decla-
rari, seu limitari hæc prima ampliatio, vt procedat,
nisi actorem, qui citationem (vt præfertur)
obtinuit ante illis executionem pœnitisset, &
44 illi renunciaisset: cum enim possit ꝑ ante illius
executionem desistere, & pœnitere, vt est decif.
Rot. 17. aliās 402. si actor. de dol. & contum. in
no. & per illam, & aliās ibi alleg. latius tradit no-
uissimē Acchill. de grass. in decif. 66. commissā
causa. sub tit. de commiss. & per Mandofius. super
reg. de annal. q. 66. nu. 6. (si de tali pœnitentia cō-
staret.) Videtur posse concludi ex intentione di-
ctæ decif. 17. circa fin. quod effectus illius decre-
ti citationis euanescat, & consequenter cesset vi-
tium attentati, quod posset esse maximā vtilita-
tis: Pone enim, quod actor præsupposita tali pœ-
nitentia reum spoliasset, vtique contra eū nō age-
retur via attentatorum ad possessionem recupe-
randā, sed via ordinaria spolij, quæ, vt notum est,
non est ita fauorabilis, vt via attentatorū, & pro
hac limitatione nō parū facit, quod aliās in simi-
li dixerunt domini in vna Guefmen. cancellariæ
corā Acorambono. 15. Ianuarij 1556. in qua dubi-
tabatur, vtrū per cōmissionē impetratam, & præ-
sentatam ad instantiam Alberti diceretur à die
dictæ præsentationis fuisse litē, & quia Albertus
45 non fuerat vsus dicta commissione fuit ꝑ reso-
lutum, quod non fuerat lis: vnde sicut non vsus
commissionis facit non esse litem, vt ibi, ita
non vsus citationis in casu nostro debet idem
operari: Quam limitatio. (licet ab initio du-
bitanter proposuissem) hodie tamen firmiter
tenendam esse admoneo, cum postmodum
ita fuisse per dominos resolutum repererim in
propriis terminis nostris ad excludenda atten-
tata in vna Gebenen. parochialis de Sarra-
uallis coram Anton. Augustino, vigesimonono
Aprilis 1553. in qua cum quidem commississet
causam iactationum, & fuisset per eum obtenta
citatio, & (quod est magis) etiam citatus quidam,
qui re vera non erat procurator aduersarij,
& postmodum illi commissione renunciaf-
set, & inde ad aliquod tempus possessionem be-
neficij accepisset, & prætenderetur, quod hu-
iusmodi possessio esset attentata, & dubitare-
tur ibi, an ille dictæ commissione renunciaue-
rit, & simul an potuerit renuntiare, domini re-
soluerunt, quod potuit renuntiare, quia pars
non fuerat legitimē citata, præsupposita enim
46 legitima ꝑ citatione commissio fuisset facta cō-
munis, Aret. consil. 33. consultatio, & conf. 140.
col. fin. vers. pro his optimē fa. Ias. in l. 3. colum. 2.
vers. tertio nota. ff. quod quisque iur. Fely. in
rubrica de rescript. col. 2. vers. tertio nisi: & pro-
pterea non esset locus renuntiationi, vt ibi per
Fely.

- Tertiō hæc eadē prima ampliatio potest non
47 inutiliter ꝑ limitari, seu declarari, vt non pro-
cedat, quando commissio originalis, cuius vi-
gore

- gore fuisset decreta citatio esset deperdita: nam quo ad effectum faciendi rem litigiosam tale decretum non sufficit, si commissio non reperitur, etiam si notarius in manuali de tali decreto mentionem fecerit, immo etiam si talis commissio, reperiretur in aliis scripturis inserta, atque etiam in libro Baccodij descripta, quoniam neque hæc omnia simul iuncta sufficiunt, vt fuit alias dictum in vna Salamantina portionis coram Accoram-bono 8. Februarij 1547. vt est in recollect. Peregr. Fab. decif. 14. alijs 35. incip. in causa Salamantina per totam, præsertim in fin.
- 48 Secundo ampliatur, vt procedat (& hoc contra dictam clem. 2. stilus in Romana Curia admisit) etiam si sit citatio simplex facta per curforem in curia ad dicendum contra commissionem, & non sit talis, vt per eam Reus potuerit plenè instrui ad quid citatur, vt est decif. Rota 9. alijs 279. clementina vt lit. pendent. in no. & post eam Mil. in verbo citatio facta in curia: & idem in verb. litis pendentia inducitur: alijs enim de iure communi (ad effectum, vt lite pendente nihil inuouetur) esset in citatione inferendus libellus, vt post Roma. Felyn. Afflic. Curt. & alios per eum allegatos tradit nouissimè Ioan. Baptist. de Asin. in sua praxi iudic. §. 5. capi. 2. numer. 2. & 4.
- 49 Tertio, etiam si citatio emanasset à Iudice incompetenti, dummodo eius vigore teneatur citatus ire ad allegandum priuilegium suum, vt per glof. in dicta clem. 2. & post eam Card. ibi quæstio. 3. qui (licet dicat se alijs in quæstione facti vidisse allegari in contrarium, maximè per tex. in dicta clement. ibi à competenti, & c.) ipse tamen ampliationem hanc tenet, præsertim, si citatus ab incompetenti Iudice coram eo comparuisset, & de incompetentiā opposuisset: quia donec non constat de incompetentiā præsumitur competens, & citatio arctat, & inducitur litis pendentia, vt per eum ibi, post Paul. Generaliter autem, quod per actus factos à coram Iudice incompetenti non dicatur causa pendere, tenet expressè Ang. in consil. 195. domina Guilielmina. col. 2. vers. descendendo ad secundum: &
- 51 quod quo ad clem. 2. vt lit. penden. citatio si sit faciendâ à Iudice competenti tenet nouissimè Petr. Ant. Angussol. in consil. 49. cum illi. numer. 2. vers. secundo respondetur. libr. 3. licet secus sentiat quoad effectum, vt tanquam litigiosa res non possit alienari: de quo infra in 3. illat. principi. nume. 475. Idem, quod list coram Iudice incompetenti non faciat attentata tradit Ioan. Bapti. Ferret. in consil. 25. visis. in princip. libro primo.
- 53 cōpetentes autem Iudices dicerentur sede Episcopali vacante in Ecclesia Calaguritan. etiam Prouisores, qui sunt vicarij generales, & propterea monitorium ab eis decretum fecisse litè, & attentata declarauerunt domini in vna Calaguritan. dimidia portionis coram Finetto. 7. No uembris. 1569.
- 54 Quarto etiam si citatio emanauerit vigore rescripti impetrati ab excommunicato, quod licet sit nullum, cap. 1. de rescript. in 6. tamen citatio eius vigore decreta inducit litis pendentiam ad effectum attentatorum, vt per Mil. & ibi addit. in verb. litis pendentia inducitur eò ipso.

fol. 212. post Card. in dicta clem. 2. quæst. 4. vers. oppono: dummodo de excommunicatione non constat, vt ipsi declarant.

- 55 Quinto si ex dictis per Card. dicta quæstio. 4. vers. oppono: potest colligi alia ampliatio, vt procedat, etiam si citatio emanauerit vigore rescripti subreptitij, qui post Lap. (de quo ibi per eum) ita tenet si de subreptione non constat.
- 56 Sexto ampliatur, vt procedat etiam si citatio fuisset obtenta per assertum procuratorem (præsertim admissum cum cautione de rato) quamuis enim semper possit opponi, quod ille non est verè procurator. ad not. in l. licet. C. de procura. interim tamen semper pendet lis. arg. l. prima. §. fin. ff. si quis ius dicent. non obtemp. vt in proprijs terminis nostris voluerunt domini in vna Taruina pensionis coram Vestano, & est decif. in recollect. Acchil. 25. incip. attentata voluerunt domini. sub rubrica de attentat. de qua facit etiam mentionem, licet illam non alleget, Mandosius in tractatu commissionum in decima quarta formula commissionis attentatorum. in verbo reuocandi. quæstione tertia. in fin. vbi, postquam nonnulla pro, & contra in materia huius ampliationis proposuit, ita tandem refidet: ad quam facit, quia per huiusmodi citationem inducitur lis, etiam ad effectum excludendi habentes gratias expectatiuas, quæ non capiunt beneficia litigiosa, vt fuit alijs resolutum in vna Tolosana parochialis de nouela coram Reumano. 27. Iunij. 1554. Item facit, quia & alijs in simili videmus, quod inhibitiō obtenta per assertum procuratorem regulariter facit attentata, vt dicemus infra in secunda parte, cap. 20. de attent. post inhibiti. in 5. ampliatur. princip. per tot. Quæ conclusio est sanè intelligenda dummodo principalis, cuius nomine citatio fuit obtenta, illam ratificet, alijs enim si non subsequatur ratificatio domino non præiudicat: cum generale sit, quod per actum nomine alterius factum, non infertur præiudicium, nisi ille actum ratificet. l. si pupilli. §. sed si ego. ff. de negot. gest. & diximus supra in prima parte, cap. 1. de attent. à parte. num. 66. Vt autem nonnulla, quæ in proposito ex dictis docto. colliguntur clarius, & facilius habeantur potest in ea affirmatiuè concipi
- 62 Regula, quod citatio obtenta per assertum procuratorem, & per dominum ratificata facit litem, etiam ad effectum attentatorum per supradicta: Quæ
- 63 Ampliatur primò, vt procedat, etiam si talis citatio fuisset reproducta in iudicio post mortem principalis, & propterea, dum dubitaretur alijs in vna Nucerna de fossato coram Sarmiento 5. Decembris. 1565. an citatio, & inhibitiō obtenta per assertum procuratorem, quæ fuerat per principalem aut per instrumentum executionis dictæ citationis, aut per instrumentum procurationis ad illam causam facta tacitè ratificata, & non fuerat, in vita principalis, sed post eius obitum vnà cum instrumento executionis à tergo reproducta, diceretur lis inducitur, domini tenuerunt censi inducitur veram litem, si per instrumentum executionis, aut procuratio

curationis apparebat de ratificatione, & est notabilis illa decisio, præsertim, quia agebatur ibi de præiudicio tertij, videlicet patronorum, qui volebant præsentare, & (præsupposito, quod beneficium esset litigiosum in curia) impediebantur, tanquam esset referuatum, vt allegabatur ibi per informantes.

- Secunda ex præcedenti decisione videtur posse colligi ampliatio, vt procedat etiam si ratificatio fuisset tacita, iuxta regulam l. Paulus. ff. rem rat. haber. quod tacita ratificatio operatur consensum ratificantis, sicut expressa: quinimo etiam in materia attentatorum illa admittitur, vt patet ex his, quæ diximus supra in prima parte, cap. 1. de attent. à parte. numer. 54. Quæ secunda ampliatur. videtur posse adhuc ampliari,
- 65 vt procedat etiam si vigore commissionis nomine alicuius impetrata emanauerit citatio, & inhibitiō, nec verè appareat per quem præmissa fuerint gesta, quia si ille cuius nomine fuit impetrata commissio, & citatio, erat in curia, ob illius præsentiam præsumitur illum ita mandasse, aut ratificasse, vt fuit dictum per dominos in vna Pacen. fructuum coram domino meo Oradino. 29. Maij. 1570. vbi loquuntur signanter de inducenda lite ad effectum attentatorum, & consequenter ex ibi dictis videtur hoc colligi posse: quod etiam præsumpta ratificatio citationis faciat litem ad effectum attentatorum: de quo dicto valde subsistendum videtur, quia (vbi 66 agit de priuatione) requiritur, quod citatio nis notitia sit clara, nec sufficiunt coniecturæ, & præsumptiones. Rot. decif. 21. alijs 77. dic quod. de dolo, & contum. in antiq. cum nec alijs sufficiat generalis scientia litis motæ, sed requiratur specialis totius rei, & omnium illius qualitatum scientia, vt post Salicet in l. præterea. col. 2. ff. mandat. est decif. Guidoboni 94. incip. in vna Augustana: & faciunt no. per glof. in cap. concertationi in verbo sciuit, & ibi docto. de appellatione in sexto: præsertim, quia si vbi agit de ammissione alicuius iuris acquisiti debet scientia legitime, & clarè probari, nec sufficit fama, aut coniecturæ, aut præsumpta scientia. Ruyn. conf. 66. numer. 19. & seq. libr. 3. Crau. consil. 193. libro primo. Mohed. decif. 160. fuit resolutum: Put. decif. 6. incip. scientia alicuius, sub rubrica de probatio. multo magis hæc legitima, & plena scientia videtur necessaria, quando sumus in delictis, & in his, ex quibus potest quis incidere in pœnam, prout sunt attentata, in quibus quis delinquere dicitur, vt diximus supra in prima parte, cap. 1. de attent. à parte. nume. 10. cum præsupposita litis scientia resultent attentata, quorum ratione attentans in multas incidit pœnas, de quibus latè infra in tertia parte, capit. 31. de pen. attent. pertot.

Limitatur eadem regula.

- 69 Primò quando ratificatio citationis per assertum procuratorem obtenta fieret post actum, qui prætenditur attentatus: quia ad effectum faciendi dominum incidere in pœnam attentatorum, debet hæc scientia litis præcedere, quoniã si subsequatur non videtur, quod illa possit tollere, & annullare præcedens factum legitime, secundum Ioan. de Imola in consil. 132. in causa. sub numer. 8. in fin. & est decif. in recollect. Crescen-

tij. 229. incip. annali possessori: & facit, quod post Cassador. decif. 40. super regul. diximus supra in prima parte, capit. 3. de attentat. à tertio. in secunda sublimitatione duodecim limitationis regul. ibi positæ. numer. 117. quod ratificatio litis facta per dominum post mortem colligantis, & postquam Ordinarius de beneficio per illius obitum vacante tertio prouiderat, non facit, quod collatio Ordinarij sit nulla, tanquam facta de beneficio litigioso contra dispositionem cap. si hi contra quos, vt lit. penden. in sexto. Præmissa tamen de scientia, & ratificatione litis sanè intelligenda sunt, de domino generaliter ratificante litè ex tunc à die superuenientis scientiæ litis, secus si ultra litem ratificaret etiam ipsum actum attentatum: quia tunc ex ipsius actus ratificatione teneretur ad attentata, quia raturum habens delictum ita punitur, sicut mandans, iuxta not. in capit. mulieres. de sentent. excom. Roma. in consil. 105. viso. nume. 2. Sicut in simili videmus, quod valet ratificatio actus dolo gesti si fiat in specie, licet generalis ratificatio illum non comprehenderet, vt eleganter declarat Crauet. in consil. 160. in hac causa. sub nume. 4. libro primo.

- 74 Secundò limitatur quando talis ratificatio citationis per assertum procuratorem obtenta fieret post latam sententiam. arg. eorum, quæ eleganter ponit Rota decif. 1. alijs 13. nota quod gesta. de procurat. in antiq. quam sequitur, & esse in viridi obseruantia (non obstante, quæ ponit Felyn. in cap. causam. el. 1. colum. pen. & fi. de iudic.) tradit Cassad. decif. 40. super regul. sub nume. 2. quod dominus post sententiam non potest ratificare processum asserti procuratoris in præiudicium colligantis: & faciunt, quæ ponit Dec. in consil. 460. viso. numer. 35. Sarnen. de annal. possess. q. 44. nume. 2. & 3. Quod etiam senserunt domini in vna Ariminen. bonorum coram Grato. 13. Maij. 1569. in qua (cum ad deducendam litem, & attentata allegaretur quædam citatio obtenta per vnum pro se, & decem alijs, pro quibus de rato promiserat, & pars aduersa ad excusanda attentata replicaret, quod illi ante sententiam nunquam ratificauerunt) domini tenuerunt pro non attentatis.

Declaratur similiter eadem regula nonnullis modis, &

- 75 Primò, vt ad inducendam veram litem non sufficiat ratificatio tacita facta per verum procuratorem citationis obtentâ ab asserto procuratore: Quamuis enim alijs in vna Aquen. pensionis coram Acchill. 19. Februarij. 1554. ad sustinendam litem per huiusmodi citationem introductam allegaretur, quod procurator verus potest ratificare gesta per falsum, præsertim in summarijs secundum ea, quæ ponit Rot. decif. 38. alijs 454. fuit dubitatum. de procuratoribus. in no. domini tamen ibi tenuerunt, non esse veram litem, & ratio videtur fuisse, quia ratificatio, de qua ibi videbatur tacita, quæ non sufficit, secus si ratificatio procuratoris de gestis per eum (qui tanquam à vero procuratore substitutus, & eius nomine processit) fuisset expressa: quia talis ratificatio videtur processum sustinere: quia expressa ratificatio facta à procuratore, cum facultate sustinendi, censetur facta ab ipso

ab ipso domino, ac si ipsum substituisset, vt eleganter declaratur in prædicta decif. 38. præsertim in fine.

76 Secundò quod ratificatio gestorum per assertum procuratorem non censetur induci (ad effectum verificandi, & sustinendi litem) per confessionem litem factam à vero domino, puta si, stante citatione, & processu factis ab asserto procuratore, dominus ad magis corroborandum pensionem (ex causa cessionis liti referuandam) in mādato ad consentiendum referuationi pensionis litem præfatam enarrauerit, & super eam se fundauerit (quamuis enim videatur litem narratam tacitè ratificare, & illam confiteri) illius tamen confessio non probat, nec sustinet litem in præiudicium successoris, & consequenter confessio citationis, & processus facti per assertum procuratorem non inducit ratificationem, nec facit litem in præiudicium successoris.

77 Tertio quod licet dominus vtens citatione, & inhibitione impetrata per assertum procuratorem videatur ratificare contenta in commissione (cuius vigore emanauit) illa tamen ratificatio intelligitur facta quoad ea, quæ dispositiue, non autem narratiue, & enunciatiue in commissione continentur, ad plenè not. per Felyn. in cap. cum venerabilis. nume. 23. de exceptio. & Alex. in consi. 16. in causa. nume. 12. col. 3. versicu. Præterea. lib. 5.

78 Septimò reg. prin. ampl. vt vnica citatio inducat litem pend. & citatus dicatur collitigans, etiam si tempore citationis citatus nullum haberet interessè in beneficio, super quo citatur, sed superueniat sibi ius longè post citationem, quoniam si taliter citatus moriatur, collitigans potest se fundare in dicta litem pendente, & dare de regula de subrogandis, etiam ad excludendū prouisum per obitum dicti citati, non obstante, quod prouisus allegaret, quod citatio non erat habenda in consideratione, ex quo eo tempore ille nullum ius habebat in beneficio, sed superuenit sibi per quatuor annos post: vt tenuit Rota in vna Compostellan. de Roo. Coram Iunio. 14. Maij. 1557.

80 Octauò, vt ad inducendam litem pendente ad effectum attentatorum sufficiat, quod citatio sit executata contra generalem procuratorem citandi, vt fuit dictum in vna Mathelican. iurisdictionis corā Paleotto. 6. Nouēbris 1564. in qua, licet ad excusandā attentatā allegaretur quod citatio (de qua ibi) non induxerat litem pendente: domini tamen inclinauerunt pro attentatis, stāte, quod fuerit citat^o procurator generalis.

81 Nonò generalitèr ex his, quæ in eadem Mathelicā. iurisdictionis fuerūt dicta eod. sub die 24. Ianuarij. 1565. proponente, videtur posse ampliari, vt ad effectū attentatorū sufficiat citationē vèrè similiter peruenisse ad notitiā citati, prout erat in casu illo, in quo citatio fuerat affixa domui solitæ habitationis, & in Ecclesia iuxta formam decreti citationis, & alia concurrebant, ex quibus colligebatur scientia citati, ob quam ipse debebat abstinere à possessione, & ab attentatis.

Limitatur prædicta regula pluribus modis, & 82 Primò, Quando citatio fuisse nulla, & inuàlida: nā talis citatio nō inducit litem pendente ad effectū attentatorū. Afflic. decif. 336. in pleno. nu. 14.

& seqq. Probus in addit. ad Io. Monach. in rubr. vt lit. pend. in 6. in princ. post decif. Neapolit. 352. Quædam (quæ tamè parū facere videtur) melius faciūt, quæ ponit Dec. cōf. 460. viso. nu. 21. & seqq.

83 libr. 3. ibi (inquit) quod citatio facta de auctore tutoris finita tutela per pubertatem, aut facta in valuis Ecclesiæ nō apprehensa semel persona non inducit litem pendente: pro qua facit, quod aliàs

84 dicitur, quod iudiciū coram iudice incompetenti motum non inducit litem pendente ad effectum, vt res tanquam litigiosa non possit alienari, vt est decif. Afflic. 85. diu est. numer. 3. & 4.

85 Et quod processus nullus non facit rem definire esse integram. Paris. conf. 98. asserta. nume. 27.

86 libr. 3. Et quod citatio nulla non perpetuat iurisdictionem. Egid. decif. 699. supposito, & nouissimè est in recollect. Putei decif. 2. iurisdictionis. sub rubric. de offic. deleg. & in simili. quod non

87 interruptat (ita vt quis desinat esse pacificus possessor ad effectum regulæ de annali possessore) fuit aliàs decifum in vna Cefaraugustana Cātorix coram d. Camillo de Ballionibus, vt est decif. in recollect. Crescent. 73. vtum citatio. sub rubr. de reg. de annali, Et quod inuàlida, ac gene

88 ralis citatio non perpetuet iurisdictionem, Nō inducat præuentionem, Non interruptat præscriptionem, Nec inducat litem pendente latè, & eleganter deducit post alios (quos more suo allegat) Tiraq. de vtroque retract. §. 8. glo. 2. nu. 4.

89 & seq. Nullitas autem citationis ex multis prouenire potest, puta si fiat tempore non competente, vt not. in capitu. bonæ. de elect. & in l. 2. ff. si quis in Ius voc. non ierit. in fin. tunc enim non arctat, sicut nec quando fit ad locum inhonestū. l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arbit. Vel ad locū notoriè non tutum. clem. pastoralis. §. pisana. de re iud. secundum Zenzell. in clem. 2. vt lit. pend. & tradit Vantius in tract. de nullit. in tit. de nullitate ex defectu citationis. nu. 22. & multis seqq. vbi latè non minus doctè, quàm eleganter declarat nullitatem citationis ratione citantis, citati, loci in quo, & ad quem, temporis in quo, & ad quod, formæ, & illius executionis prouenire.

90 Secundò (& hoc quoad reum) quado citatio fuisse validè per iudicem decreta, non tamen contra reum executata: quoniam ante illius executionem non dicitur inducā litem pendente ad effectum attentatorum, clem. 2. & ibi omnes, vt lit. pend. Egid. decif. 699. supposito, & post eum Fely. in cap. 2. sub numer. 2. vers. solutio restringi potest, de rescript. Paris. conf. 81. numer. 13. lib. 4. & ita etiam fuit tentum in vna Messanen. illegitimitatis coram Gropperio. 25. Maij. 1562. in qua (dum dubitaretur an constaret de attentatis, & pro negatiua allegaretur, quod processus factus per ordinarium Panormitanū, & carcerationes, quæ ibi præsupponebantur, non poterant dici attentatæ, ex quo nondū fuerat executata citatio, & inhibitio totalis, & quod de illis non habuerat notitiam, qui prædebeatur attentasse) domini tenuerunt nō constare de attentatis ex allegatis, præsertim ex eo, quod non constabat de scientia Ferdinandi, & Ioannæ: Idemque quod possessio capta post præsentationem commissionis, & decretum citationis, ante tamen quàm fuisset executata non dicatur attentata: tenuerunt similiter domini

domini in vna Firman. Sancti Sebastiani coram Gropperio. 5. Decembris 1565. & ideo sententiam aliàs per D. Decanum latam absolutoriam ab attentatis etiam in 2. instantia confirmandam fore. Pro quo faciunt quæ diximus infra in 2. parte cap. 20. de attēt. post inhib. i. 2. declarat. princip. regulæ ibi positæ, quod & inhibitio regulariter, vt afficiat, non sufficit quod solum sit per iudicem decreta, sed requiritur, quod sit etiam contra partem executata, Et quod per commissionem causæ, & citationem (quæ ibi non facta præsupponebatur obtenta ab asserto procuratore, & nō executata) non inducatur attentata, dixerūt domini in vna Gerunden. Prioratus coram D. de Rubeis secunda Decembris 1560. secuti decif. Crescent. 77. Hæc autem limitatio est ampliada, 92 vt procedat etiam si citandus habuisset aliqualem notitiam citationis. Paris. dicto consilio 81. origo. numer. 13. libro 4. & fa. quæ de huiusmodi scientia in materia appellationis diximus in dicta secunda declarat. princip. de attēt. post inhib. 93 Et similiter limitanda nisi per citandum stetit, quominus citatio contra eum exequeretur, clem. causam. §. verum. de elect. & ibi docto. præsertim Imol. nume. 10. & clem. dudum. de iudic. & in extrauagant. rem non nouam, de dolo, & contum 94 cum, & aliàs regulare sit, quod pro impleto habetur, quando stat per partem quominus quid impleatur. Iure ciuili, & ibi Soci. ff. de condit. & demonstr. & tradit latius Tiraq. de retract. §. 1. gl. 10. numer. 102. & latius §. 2. gloss. 1. num. 9. & in terminis de citatione, Rot. decif. 11. aliàs 271. si de speciali. de dol. & contum. in no. & ita fuit tentum in vna Cremonen. præposituræ coram Domino Oradino. 13. Martij. 1556.

95 Tertio limitatur, quado citatio tam ratione Iudicis, quàm temporis, & loci fuisset valida, tamen nuntius, vel notarius non sufficienter intimauerit: quia hoc casu lis non dicitur pendere, gloss. in dicta clem. 12. in verb. plenè. in fin. & ibi

96 Card. quæst. 6. quod tamen intelligere nos oportet de citationibus, quæ fiunt in partibus, & extra curiā, iuxta ea, quæ supra diximus in 2. ampliatione. num. 48. Minus tamen sufficienter citationem intimasse diceretur notarius, si citatio nem cuius forma habebat clausulam istā (Videlicet affigendam, publicandam, & exequendam) non legisset, sed tantum affixisset, & ita fuit tentum in vna Asculana coram Achill. de Grassis, vt est decif. in recoll. eiusdem 52. citationem, non bene exequutam & c. sub rubr. de citation. Pariter cita

97 tio dicitur minus legitime executata: si sit decreta contra Abbatem, & Monachos alicuius Monasterij, & notarius non Abbati, sed nonnullis Monachis in loco capitulari, sed non capitulariter congregatis, nec etiam, vt se capitulariter congregarent, requisitis dictam citationem intimauit, & propterea cum in vna Caietan. capellæ coram Robusterio. 17. Martij. 1567. dubitaretur an spoliū per Monachos eo casu post dictam citationem factum, esset reuocandum, & diceretur ob illam citationem esse inducā litem pendente, & consequenter constare de attentatis, domini tenuerunt nō constare de attentatis: quia citatio non habebat congruam executionem: Si

98 cut etiam malè fesset executata citatio per edictum

ctū ob non tutum accessum decreta, si notarius (quamuis in locis in citatione expressis, & tempore diuorum, & astante ibi populi multitudine citationem originalem in valuis Ecclesiæ affixisset) copiam tamen illius affixam non dimississet, vt dixerunt domini in vna Beneuentana Sancti Festi coram Chifanen. inter Episcopum Spoletanum, & Capitulum Beneuentanum (in qua talem citationem malè exequutam, & propterea nō fecisse litem quoad dictum Capitulum super dicto beneficio) vt est decif. in recoll. Guid. bon. 46. dixerunt. sub rubr. de citatione. Et vniuersa 100 liter, quod ob non seruata formam rescripti citatio dicatur malè executata, not. docto. in c. cū dilecta. de rescript. & in cap. cum olim. de offic. deleg. Paris. conf. 94. beneficium litigiosum. nu. 5. 101 lib. 4. Quod procedere (etiam si talis forma esset contra ius) tenuerunt domini in vna Casalen. præceptorix coram Reumano, vt est decif. in recoll. Caputaquen. primo 156. incip. citatio: Sic 102 etiam citatio dicitur minus sufficiens, nec arctat citatum, nec deuoluit, nisi legatur, aut saltè citatio (etiam non petenti) illius copia offeratur 103 expensis citantis (quando sumus in citatione prima) vt est decif. in recoll. Achil. de Grass. 47. citatio. sub tit. de citatio. vbi dicit, quod ita fuit tentum in vna Canicen. coram Roslanen. & aliàs multoties in multis aliis causis: in aliis autem 104 citationibus, præter primam, copia est danda expensis ipsius citati. vt est decif. in recoll. And. Gambar. 30. incip. die octaua Iunij. 1523. Prædicta tamen conclusionem limita tribus modis.

105 Primò nisi notarius asserat se citationem legisse etiam nō aliter data, aut petita copia, vt est decif. eiusdem Achil. 49. citationem. eo. tit. quia 106 bona reputatur, vt ibi per eum: prout & illa, in qua notarius se publicasse, seu affixisse asserit, vt est decif. eiusdem 50. citationem. eo. tit.

107 Secundò nisi citandus esset absens, & in partibus, & citatio contra eum fuisset executata in domo solitæ habitationis, & in Ecclesia parochiali, quia etiam nō data copia citatio est bona, Guid. bon. decif. 47. dixerunt. sub rubr. de citatio. & iterum decif. 152. dixerunt. sub rubric. de deuolut. causa.

108 Tertio nisi citatus, quando audierat se citari, intulisset metum notario, & voluisset eum verberibus afficere: quia tunc bona dicitur citatio etiam si copia non sit data, neque oblata, vt in recoll. Crescent. decif. 42. copia, de iud. in vna Cituitaten. coram d. Siluestro. Sic & citatio habetur pro facta, & legitime executata, quando dominus temporalis citanti se nuntio opposuit, & noluit, vt citationem præsentaret, immo minis eum ex loco eiecit, secundum dominos in vna Cremonen. præposituræ coram D. meo Oradino.

110 13. Martij. 1556. Ad sustinendam autem citationem sufficit, quod copia citationis, de qua supra, sit data amico citati, qui dicat illam se ipsi citato dedisse, & pro hoc aliquid expensisse, quia (concurrente expensa, & assertione amici) citatio fuit reputata bona in vna Coram Puteo, vt refert Achill. de Grass. in recoll. suis decif. 56. citatio fuit, sub rubr. de Citatio. Eodem modo citatio sustineretur, si notarius (facta diligentia de reperiendo personam, & habitationem citan-

di, & illa non inuenta) citationem fuerit executus in parochiali, de qua agebatur, & in cathedrali, & insuper data copia citationis, quibusdam, qui asserebant se procuratores citandi, vt fuit resolutum in vna Oueten. parochialis de Boruiet coram Gropperio. 23. Octobris 1562. Quar-
 112 to, Quando † Nuntius sufficienter intimauit, sed tamen non sufficienter retulit iudic. quia nec hoc casu attentata post talem citationem reuocantur, secundum Lap. & post eum Card. in d. clem. 2. quæst. 7. Relatio enim est de forma substantiali citationis, vt per Maranth. in specul. in 6. parte princ. dum tractat materiam citationis. num. 47. vers. de tertio extremo. & post alios tradit nouissimè Io. Bapt. de Afm. in sua praxi iudic. §. 9. capitu. primo.
 113 Quintò, Quando † Nuntius sufficienter intimauit, & iudici retulit, relatio tamen non fuit redacta in scriptis, secundum eundem Lap. & post eum Card. in dicta clem. quæst. 7. & ratio est, quia
 114 non sufficit ad inducendum † litem pendentiam aliquid verè fuisse citatum, nisi hoc etiam constet iudici, ad not. per Bar. in l. hæc autem. §. primo. ff. quib. ex cau. in poss. eatur. vt dicit Card. ibi. Quibus adde Ant. de Butr. in cap. cum dilecti. col. 3. de elect. & in cap. cum dilecto. colum. 9. de dol. & contum. Panorm. in capitu. ad nostram, el tertio. col. 5. de iureiur. & in capitu. fin. col. 9. de for. compet. & quæ copiose ad hoc dictum congerit Felyn. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. nume. 16. vers. decimo ad hanc partem. extra de constit. Quam
 115 limitationem ego sublimitadã puto. Primo nisi † is (quem non apparet expresse esse citatum) in iudicio comparuerit. Ex quo per comparitionem
 116 videtur purgari omnis defectus † citationis, vt tradit glo. & docto. in l. ff. de feriis. Alex. in conf. 123. viso. col. 1. libr. 2. & post eos Vant. in tract. de nullit. in titu. quib. mod. sentent. null. defend. poss. nume. 116. vbi testatur hanc esse commu. opinio. & nouissimè Graua. in addit. ad Vestr. in praxi Ro. cu. lib. 7. cap. vltimo. num. 32. vbi quàm plures in id auctoritates citat, etiam de communi opi. attestantes: Quibus adde nouissimè Misinger. decis. 54. in iudicio, cent. 4. & iterum cent. 3. decis. 90. incip. alibi: vbi illud ampliat procedere etiam
 117 † si comparitio sit facta duxat ad effectum excipiendi de illegitima citatione. Et quod nulliter citatus per comparitionem dicatur purgare omne vitium citationis, & quod ista sit communis, & omnium sententia testatur Mandos. super reg. de annal. quæst. 34. numer. 2. idemque affirmavit nouissimè Bursat. siue mauius Bartolus, Bertarolus apud eum in conf. 6. mirabitur. nume. 137. libr. 5. post Neuizza. Tiraq. Boër. & alios per eum al-
 118 legat. Veli si citatus † saltem constituerit specialiter procuratorem ad illam causam, & præsertim si in mandato assereretur eum fuisse citatum, quia per huiusmodi mandatum, & confessionem dicitur constare de citationis executione. Que
 119 † sicut interrumpit effectum regulæ de triennali possess. vt est in recollet. Crescent. decisio. 5. incip. non apparebat sub rubr. de reg. de triennal. Ita potest dici, quod lis † censeatur inducta ad effectum attentatorum, quod in terminis post Acchil. de citat. decis. 5. fuit resolutum per dominos in vna Pacen. fructuum coram domino

meo Oradino 29. Maij 1570. in qua (cum dubitaretur an Ioan. de Lignirano capiendopossessionem attentasset, & ad deducendam litem allegaretur commissio per eius aduersarium impetrata, & citatio illius vigore emanata, nec appareret de illius executione) domini dixerunt, quod illa præsumitur, ex quo Ioannes dedit speciale mandatum ad hanc causam, & procurator comparuit, & nonnullos actus fecit: ideo præsumitur citatio executi: Hæc autem, quæ de comparitione, & de constitutione procuratoris diximus intellige duobus modis.

121 Primò vt tunc † ad introducendum litem pendentiam sufficiant, quando scilicet comparens fuisse aliquo modo citatus, vel procuratorem specialiter ad illam causam constituerit, secus si aut nullo modo fuisse citatus, aut procuratorem generaliter constituerit, & ideo aliàs in vna Dertufen. parochialis de sonitas coram Vestano 28. Maij 1558. fuit dictum, quod si Melchior commississet causam super pluribus beneficiis, & non nominato Thoma in dicta commissione, neque eo aliquo modo citato, Thomas constituerit generaliter procuratorem, qui solummodo apud acta Iudicij dictæ commissionis illud mandatum produxerit, per talem constitutionem † generalem, & productionem mandati (absque eo quod fuisse aliquo modo citatus) non dicitur lis fuisse cum Thoma, neque beneficium per Thomam possessum (licet esset vnus ex beneficiis nominatis in dicta commissione) fuisse effectum litigiosum: & multominus præsumeretur scientia † citationis ex mandato generali facto ante præsentam citationis executionem, & ideo si nulliter citato principali ad reliquos actus citetur ille, qui per prius erat generaliter procurator constitutus, per hoc non sustinetur processus, quia ex mandato generali præcedenti non præsumitur scientia citationis, vt fuit resolutum in vna Corduben. portionis coram A. Augustino. 30. Octobris 1555. Ad illud autem quod quando qui nullo modo fuit citatus, sed fuit in totum omissa citatio, tunc scientia, & notitia citationis non sustineat litem, facit, quod fuit aliàs dictum per dominos in vna Aquen. pensionis coram Acchill. 19. Februarij 1554. in qua dubitabatur, an constaret de lite
 124 te † ex quo citatio apparebat in actis tantum de creta, & non de illius executione, nisi quod citatus dicebatur illius notitiam habuisse, quia in mandato, quod dederat ad consentiendum pensioni narrauerat litem pro causa dictæ reservationis, cumque ex aduerso ad excludendam litem diceretur, quod illud procederet quotiescunque in actis appareret de aliqua (licet minus legitime) facta citationis executione, non autem quãdo totaliter fuisse omissa, per not. per Card. in clem. 2. colum. 3. in 4. oppo. vt lit. pendent. Paris. conf. 81. colum. 1. num. 13. libr. 4. Domini dixerunt non esse veram litem: Ex qua decisione potest etiam colligi declaratio ad illud de constitutione
 125 procuratoris, vt præsupposita † etiam minus legitima citationis executione ad sustinendam litem non sufficiat mandatum procuratoris ad consentiendum reservationi pensionis, etiã si esset cù expressa narratiua litem, vt erat in casu illo.

126 Secundò

126 Secundò, & vtiliter, vt † licet talis comparitio purget vitium citationis ad effectum validandi iudicium, id tamen intelligi debet, vt sustineat iudicium à die comparitionis non autem à die nulliter decretæ citationis, ita vt si medio tempore inter dictam citationis executionem, & comparitionem comparens aduersarium spoliasset, per hoc non dicatur attentasse, quasi lite pendentem innouauerit, vt fuit dictum in vna Caietan. cappellæ coram Robusterio. 17. Martij 1567. in qua, cum contra quosdam monachos fuisse nulliter executam citatio, & deinde illorum procurator comparuisset, & medio tempore monachi aduersarium spoliasset, & contra eos daretur de attentatis, fuit resolutum non constare de attentatis, tum quia citatio fuerat nulla, tum quia comparitio procuratoris fuerat post spoliolum.
 127 Tertiò intellige, vt † non procedat in eo, qui citatus ab Auditore Camerae vigore Eugenianæ procuratorem constituerit, qui etiam comparuisset: nam per talem comparitionem lis non sustinetur, vt infra nume. 135.
 128 Secundò sublimita nisi † reus cõfiteretur inter eum, & illum (ad cuius instantiam apparebat in actis esse iam decretam citationem) esse litem: nam per talem litem confessionem censetur in necessariam consequentiam fateri executionem citationis, & ideo in vna lucana coram Aragonia fuit dictum, quod per talem confessionem constabat de lite, & dicebatur interrupta triennalis, vt est decisio in recollet. Crescent. 124. Confessio. de confessio. per decis. Egid. 784. Et in eadem sententiam, quod per confessionem factam in commissione probetur lis, inclinantur etiã domini in vna Roma. fideicommissi de Valle coram Paleotto 14. Octobris 1560. non obstante, quod confessiones prætenderentur reuocata: Hanc autem
 129 secundam sublimitationem intellige, vt † talis confessio præiudicet contententi, non autem successori: quoniam respectu successoris non per hoc diceretur lis probata, vt colligitur ex his, quæ fuerunt aliàs dicta in vna Aquen. pensionis coram Acchill. 19. Februarij. 1554. in qua (cum dubitaretur an in illo casu constaret de lite, & inter cætera pro sustinenda lite allegaretur, quod dominus in mandato, quod fecerat ad consentiendum reservationi pensionis narrauit, & confessus est litem, & per aduersarium replicaretur, quod illa confessio non debet præiudicare successor) domini simpliciter resolventes, quod non constabat de lite, tacite videntur etiam hanc declarationem sensisse, & admisisse: Quid autem
 130 si relatio † executionis ipsius citationis fuerit per notarium in partibus exequentem redacta in scriptis, sed citatio cum instrumento relationis à tergo (vt moris est) facta non fuit reproducta, nisi post mortem illius, ad cuius instantiam per procuratorem assertum antea fuerat hic in curia obtenta. An dicatur inducta litem pendentia? & inductam esse veram litem (si principalis aliquo modo in vita commissionem eius nomine obtentam ratificauit) tenuerunt domini in vna Nucerin. beneficij de fossato coram Sarmiento quinta Decembris 1565.
 131 Sextò quando † citatio fuisse per Iudicem circumducta, vt est decis. Afflict. 366. in causa. numer. 14. post Bald. in l. fin. post princ. vers. in eadè

gloss. ff. de eo, per quem fact. erit, & in l. post edictum. §. 1. vers. extra quæro. ff. de iud. & in l. 1. in princ. ff. de in ius voc. Quem nouissimè sequitur etiam Grauat. apud Vestr. in praxi Ro. Cu. lib. 4. cap. 1. num. 10. pro qua limit. est hodie in propriis terminis decis. in recollet. And. Gambari 40. incip. citatio circumducta: perea quæ ponit Felyn. in cap. illud, col. 3. vers. veruntamen. de præscript. & Paul. de Castr. in dicta l. & post edictum. de Iudi. & fuit etiam tentum in vna Roma. beneficij sancti Io. Lateranen. coram A. Augustino 15. Decembris 1557.

132 Septimò potest limitari, quando † quis citatur ad respondendum petitioni porrigendæ: nam talis citatio (si petitio non in die termini, sed post porrigatur) non habetur in consideratione, & sic non inducit litem pendentiam, vt est decis. Afflict. 294. quidam creditor. num. 6. quam refert & sequitur Maranth. in suo specul. in sexta, & vltima parte princ. in quinto modo perueniendi ad iudicium. num. 71. quos similiter refert, & sequitur nouissimè Bursat. [seu mauius Jacob. Bertera, qui se illi subscripsit] in conf. 74. mirabitur. nu. 142. lib. 1.
 133 Octauò, quando † citatio saperet potius commonitionem, quàm inhibitionem, vel præceptum: exemplum in monitorio Auditoris Camerae de non molestando aliquem in sua possessione: Nam si † post dictum monitorium possessionem quis spoliaret, non dicitur attentare, sed solum spoliare, & agitur via spoliij, vt est decisio in recollet. Put. 8. post monitorium: in tit. vt lite pendente. vbi etiam rationem assignat, quia scilicet tale monitorium sapit tantum quandam commonitionem, secus si fiat per viam inhibitionis, ad quod [secundum eum] semper est aduertendum: Vnde ad propositum nostrum, si [stante dicto monitorio] non dicitur attentari, sequitur, quod per talem monitorium non inducitur vera litem pendentia, aliàs diceretur attentari ad materiam tot. tit. vt lit. pend. cum qua decis. concordat alia decis. Putei 17. post monitorium: de re sit. spoliat. Et quod † citatio, quæ solet apponi in monitorijs Auditoris Camerae emanatis vigore Eugenianæ, dum in illis dicitur, quod debeant desistere à molestiis super beneficiis, & aliis rebus Curialibus illatis, alioquin citantur sub pœnis & c. vt in curia compareat & c. non faciat beneficium litigiosum, fuit resolutum in vna Spole tana beneficiorum coram Accorambono 8. Nouembris 1553. quæ conclusio in alia propositione eiusdè causæ sub die prima Decembris 1553.
 136 fuit per dominos ampliata, vt † nec etiam iurisdicchio Auditoris Camerae censeatur prorogata ad effectum faciendi beneficium litigiosum, si taliter citatus constituerit procuratorem, qui mandatum coram eo produxerit cum expressa protestatione, quod nihil fieret nisi eo citato.
 Nonò prædicta conclusio limitanda videtur, nisi † citatio emanasset vigore commissionis substitutionis in integrum habentis clausulam parito iudicato, quoniam ante partitionem non dicitur lis inducta, vt est in recollet. Put. 1. decis. 433.
 138 Decimò nisi † citatio emanasset vigore commissionis super aliquo beneficio literis desuper non expeditis, quia talis citatio, & alij actus vigore dictæ commissionis facti non inducunt veram litem ante literarum expeditionem, obstante re-
 Tract. de Attent. e 2

- gula Cancellariæ 29. in ordine, quod commissio nes causarum, &c. declarando tamen, vt latius diximus infra in tertia parte cap. 24. de reo, & except. sibi cōtra attent. competen. q. 11. per totam.
- 139 Vndecimo quādo t citatio esset executā contra Syndicum generalem alicuius vniuersitatis quoniam ad effectum, vt executio facta post dīctam citationem (etiam vna cum inhibitione) dicatur attentata, talis citatio non sufficit, sed debet vniuersitas legitimē citari, vt fuit dictum in vna Rauennaten. prætorum attētatorum coram Caputaquen. 25. Ianuarij 1553. ea ratione (vt ex allegatis colligitur) quia talis citatio non est sufficiens ad inducendam litem ad effectum attētatorum. glo. in l. non potest dolo. de reg. iur. Soci. in tracta. de citat. 17. quæstio. 7. cum alijs adductis supra cap. 1. de attent. à parte. num. 27. Sic etiā
- 140 nec citatio t facta Prætori, & officialibus alicuius vniuersitatis diceretur legitimē contra talem vniuersitatem executā, nisi eos etiam requisierit notarius, vt conuocarent consilium vniuersitatis aliorum, vt fuit dictum in vna Tirafonen. decimarum de Vierlas coram A. Augustino. 15. Ianuarij 1557. per notata in cap. si capitulo. de concess. præbend. in sexto.
- 141 Duodecimo limita, vt non procedat t in citatione contra aliquem facta (quatenus sua putauerit interesse) quamuis enim illa in multis casibus admittatur, & valeat, vt per Bald. & docto. in l. cōsentaneū. col. pen. in l. fi. C. quō. & quādo Iud. Ang. in l. ad peremptorium. ff. de iudic. per l. ea quidem. C. si manc. ita alien. fuer. (quia tamen talis citatio t non arctat ad cōparendū, nec facit reum necessariū, secundū Bald. in l. fi. col. 17. vers. quinto quæritur. C. de edic. diu. Adria. toll. & in l. testamenta. ad fin. C. de testa. Paul. de Castro in l. libertus. la prima. in fin. ff. de in ius vocan. & post eos Dec. in confi. 187. & pro tenui. sub numer. 3.
- 143 vers. nō obstat quod citatio: Et dicitur t potius monitoria, quā arctatoria. Rot. decif. 18. aliās 419. si impetretur. numer. 2. de dol. & contum. in no.) non potest inducere litispēdētiā ad effectum attentatorum: quia Clem. 2. vt lit. pend. loquitur de citatione, quæ arctet, vt no. ibi omnes, præsertim Card. q. 3. & faciunt, quæ diximus supra in 8. limit. nu. 133. de citatione Auditoris Cameræ, quæ cum sapiat commotionem non inducit litispēdētiā: Præmissa tamen limita ni
- 144 si t taliter citatus compareat, quia cum per cōpartitionem fuerit purgata illa conditio, si sua putauerit interesse, perinde habetur, ac si simpliciter citatio facta fuisset, vt post Alexand. in l. de pupillo. in princ. ff. de nou. oper. nunc. declarat Dec. in dicto confi. 187. cum & aliās comparitio citati purget omne vitium citationis, vt subdit, & multis autoritatibus comprobatur Dec. ibi.
- Declaratur nunc regula supraposita duobus modis.
- 145 Primò, vt procedat t in citatione actuali secus citatione præsumpta, & ex aliquo actu resultante: Exemplum, appellatio extraiudicialis intimata habet vim citationis: no. glo. in cap. 1. de elect. in 6. verb. absentia, & tamen per eum ad effectum, vt attentata post eum reuocentur non inducitur litispēdētiā, de cuius veritate latius infra dicemus. num. 187. & seq.
- 146 Secūdo necessario declara, vt præmissa t pro

cedant in iudice ordinario, in iudice autem delegato non sufficeret quod ab eo fuisset decreta, & etiā executā citatio nisi præcessisset præsentatio commissiois sibi facte, quoniam delegatus ante præsentationem rescripti (quia non videtur certus de suis facultatibus) regulariter non dicitur

147 t habere iurisdictionem, vt in c. pastoralis. in fi. de rescript. & no. in capit. super eo. el. 2. de appell. & per Inno. capit. ex conuersione, de rescript. 148 spol. ita, vt nisi t ante omnia fiat præsentatio rescripti. processus sit nullus, etiam si ille sciret se esse delegatum, vt est decif. Rot. 6. aliās 242. si vnus ex tribus, de offic. delegat. in no. Quod amplia, vt

149 ad probandam t cōmissionem, & illius præsentationem non sufficiat, quod reperitur inserta, & incorporata in literis citatorijs per ipsum Auditorem subscriptis, & figillatis secundum Egidium decif. 323. litera Auditoris. Quam ampliat.

150 limita, nisi t cum dicta insertione concurrerent alia adminicula, puta distributio commissiois in libris tam Regentis, quā notariorum, iuramento paupertatis (quod præstari solet antequā commissio distribuitur) & semiplena probatio super illius perditione, quoniam his concurrentibus censeretur probari vera lis, etiā ad effectum subrogationis, vt fuit resolutum in vna Casalen. canonicatus, & præben. coram Accorambono. 29. Aprilis. 1557.

Quo ad Tertium de Litis contestatione quod

151 per eam t inducatur litispēdētiā ad effectum attentatorum adeo absolutum est, vt aliqui tenuerint duntaxat litispēdētiā induci t litispēdētiā regulariter per tex. in cap. ex parte. el. secundo. de verb. sign. vt per Ang. in conf. 195. incip. dominæ Guilielminæ, col. 2. vers. descendendo ad secundum, quem sequitur nouissimè Io. Bap. A. fin. in sua praxi, iudic. §. 1. cap. 1. numer. 21. & latius per Alex. in l. causas. sub numer. 2. C. de transactio. vt supra diximus. nume. 3. & 7. Hinc dicebat aliās Capit. decif. 77. nume. 2. post Rot. decif. 2. aliās 14. fuit dubitatum de rescript. spoliat. in no.

153 quod in iudicio t attentatorum attenditur, an quid post litem contestatam sit innouatum: facit quod aliās dicebat Bal. in l. 1. in fin. C. de relatio.

154 Curiam seruare, quod ante litispēdētiā non sit lis in aliquo statu, quem sequitur, & extol lit Andr. Sicul. in cap. prudentia. §. sexta. colum. 8. de offi. deleg. quos refert (licet omnino non sequatur) Fely. in cap. ceterum. num. 2. de rescript. & hodie communis est opinio, quod litispēdētiā requiratur, de qua testatur Curt. Iun. (loquens quoad effectum reddendi rescriptum subreptitium) in confi. 174. sacratissimæ. numer. 4. & de eadem commu. opi. attestatur etiam Blanc. in tracta. de compromiss. in prima q. principali. n. 6. post Alex. & alios. Baldū autem in dicta l. 1. male

155 sensisse in eo, t quod attestatus est, ita curiam seruare: tradit nouissimè Menoch. de arbit. iud. lib. 2. centuria 3. casu 202. nume. 7. & 9. post Egid. decif. 544. si pendente, & Stafil. de literis grat. & iust. §. in primis. num. 16. Et similiter litem non nisi post ceptum iudicium, & litem contestatam dici, & ita communiter teneri attestatus est nouissimè etiam Mifinger. in confi. 60. sexte Decad. incip. actis, & processu. numer. 4. Et propterea, dum aliās dubitaretur in vna Calaguritan. beneficijs coram A. Augustino 25. Ianuarij 1554. an

ex com

ex comparitionibus factis per præsentatos corā Ordinario (præsertim ante institutionem) esset talis lis inducta (vt possessio postea per Ioannem vigore institutionis capta diceretur attentata) fuit per dominos resolutum, quod non esset lis, & ibi pro fundamēto allegabatur hoc quod per illas comparitiones non erat facta litispēdētiā, sed solummodo per vtrumque facta instantia pro consequenda institutione.

156 Quo ad quartum] t de Subrogatione est decif. Cassador. prima in tit. vt lit. pend. quod intel

157 lige de subrogatione t gratiosa facta à papa per verbum subrogamus, secus si esset mādaturum de subrogando, quia hoc casu requiritur admissio facienda per iudicem antequam dicatur ille subrogandus esse, in lite, & cum eo quoad alios litem pendere, vt proximè dicemus, & cum dicta decif. Cassad. quod per mandatū de subrogando lis non substineatur, concord. decif. in recoll. Mohed. 142. lite. sub rubr. vt lite penden. ad fin. in vna Leodien. Canonicatus coram Aquen. inter Cardinalem Senensem ex vna, & Martinum ex altera, & ratio videtur ibi assignari, quia non est minor potestas Papæ quā iudicis: Vnde si admissio iudicis operatur effectum litispēdētiæ, multo

158 magis admissio, & subrogatio per Papā t facta sub illis verbis, quæ solet in huiusmodi subrogationib' apponi, videlicet, & quod admittatur ad prosecutionem Iuris litis, & causæ in eo statu in quo defunctus deberet admitti. De quorum verborum consueta formula not. Domini decif. 5. aliās 64. subrogatus, vt lit. pend. in no. & quod

159 magna sit differētia t inter subrogationem gratiosam, & subrogationem rigorosam, id est mandatum de subrogando, eleganter tradit Mohed. decif. 327. incip. fuit resolutum, in vna Gerunden. beneficij, de mense Februarij 1539. quia i rigorosam non est danda t possessio, nisi prius discussio iure authoris, in cuius locum fit subrogatio, & illius executor potest, & debet audire partes, & eorum iura, & contra dictā subrogationem possunt opponi plures exceptiones, vt latius ibi per eū, post Rot. decif. 10. aliās 411. colum. fin. in fin. vt lit. penden. in no. Card. in clem. 1. col. 5. de seq. poss. & fructu. & in confi. 145. in princ. Adeo quod pro faciliore, & priori intelligentia rectè dicimus, quod iste alius est etiam modus per quem lis dicitur pedere diuersus ab admissione (de qua nunc dicemus) videlicet per subrogationem gratiosam in tantum quod stante huiusmodi subrogatione, nec patronus præsentare, nec ordinarius instituere possit, cum lis substineatur, & viuere censeatur in persona gratiose subrogati, sicut durasset viuere illo, in cuius locum subrogatur, vt per Cassad. dicta decif. 1. vt lit. penden. nam

161 subrogatus t cēsetur asumere nouā personam, illius scilicet, in cuius locum subrogatur, vt aliās considerabant domini in vna Tirafonen. cappel lanie coram Quiroga. 6. nouembris. 1556. Declara tamen præmissa octo modis. Primò, vt pro

162 cedat in subrogatione t facta quoad litem, secus si sit facta quoad possessionem absque lite: potest enim subrogatio ad possessionem fieri, etiā

163 absque lite, quamuis absque lite t non potest quis quoad litem subrogari, vt declarat Caputaquen. in recollect. suis, parte 1. decif. 57. in cap. li-

cet subrogatio. Secundò intelligitur, & declara, quod t licet in dispositiua subrogationis quis subrogetur ad ius quomodolibet defuncto, vel resignanti cōpetens, censeatur tamen (etiā quoad litē subrogatus) si in narratiua fuit de lite facta mentio, & si ius quod cædebat erat litigiosum, vt (per decif. Egid. 351. & decif. 5. vt lit. pend. in no. & 81. de rescript. in anti. Sarnen. de subrogan. q. 9. & de trienal. quæst. 11. & 14. & etiam, quia subrogatus ad rem t censeatur etiam subrogatus ad qualitatem adhaerentem ipsi rei. Fely. in cap. cum dilecta. nume. 53. de rescript. Rebuff. in concord. sub rubr. de mand. apost. §. declarantes, in gloss. successores. col. 5. vers. subrogatus in ius, & alia, quæ pro hac parte allegabantur (ad quæ se domini retulerunt) fuit resolutum in vna Perusin. 166 plebis. t Tertio, vt si subrogatus vult litē profecti cui procuratore supersit, debeat illi talem subrogationem intimare: ad no. per Rot. decif. 11. aliās 440. si agens, vt lit. pend. in no. facit, quod

167 aliās dicitur, quod t is qui obtinuit executoriales si illas aduersario intimauerit, deinde moriatur & alius in eius locum subrogetur (licet subrogationem intimare teneatur) tamen nō tenetur denuo domino intimare executoriales, sed sufficit procuratori, vt fuit tentum in vna Salamantina portionis, & est decif. Accoramboni. 6. incipien. coram Caputaquen. sub rubr. vt lit. penden. Quamuis autem subrogatio sit intimanda, regu

168 lariter tamen t ei, qui esset intrusus non est aliter intimanda, vt fuit dictum per dominos, in vna Pampilonē. prioratus corā D. meo Oradino. 29. Decembris. 1566. vbi refert etiam coram Robustero idem fuisse tentum. 27. Iunij. 1567. in vna Segobien. si verò subrogatus non intimauit, sed contra supersitem committi fecit causam, superstes autem agens contra interesse putates (dum talis cōmissio impetratur) obtineat sententiā, & executoriales, & dubitaretur an impediatur executio (licet materia ista visa sit difficilis) aliās tamē in vna Conchen. parochialis della motilla [post longam disputationem] fuit conclusum,

169 quod t dictus tertius subrogatus [si capit possessionem vacantem] admittatur ad impediendam executionem, secus si tempore, quo superstes obtinuit executoriales possessio non erat vacas, vt latè ponit Moded. decif. 98. in causa Conchen. sub rubr. de exceptio. Similiter quamuis subrogatio sit intimanda, si tamē t illius intimatione prætermissa subrogatus per audientiam literarū cōtradictarum obtineat sententiā in fauorem, an illa ex defectu intimationis sit nulla? licet eueniente casu in vna Cusentina decanatus coram Grato pro Guidone senso contra Prosperum. 30. Octobris. 1564. hunc punctum non determinauerint, & ordinauerint, quod [referuatis expensis in fine litis] videretur negotium principale. Illum tamen determinasse videntur in alia Squillacen. Sancte Helię coram Cotta. 10. Martij. 1563. in qua dubitatum fuit, an [ex eo, quod subrogatio non fuerat intimata] sententiā, de qua ibi posset sustineri, vel potius esset nulla, & reuocanda, & tenuerunt pro nullitate sententiæ: Quod etiam fenserunt domini in alia Pampilonen. prioratus coram D. meo Oradino. 24. Ianuarij 1567. in qua [cū dubitaretur an Petrus teneretur Monachis

Tract. de Attent.

e 3

intimare literas suae subrogationis, domini dixerunt eum regulariter teneri, sed quod eo casu sufficiebat intimasse procuratori per contradictas, quia (cum secundum Rotam sufficiat illas intimare procuratori) subintrat alius stilus, quod
 171 quicquid potest fieri cum procuratore praesente, eo absente potest expediri per contradictas.
 172 Quartò Declara, quod si quis non dicitur subrogatus virtute illius clausulae, quae in supplicationibus solet apponi, videlicet, quod literae in forma gratiosae subrogationis expediri possint &c. antequam literae sint expeditae, ita in vna Calaguritana, Archidiaconatus coram Fabio fuit tentum sub die 17. Ianuarij. 1543. vt est decis. in recoll. Put. 3. virtute clausulae, sub rubrica, vt lite pend. quamuis in eadem causa postmodum sub die 23. Februarij eiusdem anni, fuerit deinde tentum inductam fore subrogationem, ex eo, quod subrogatus ibi virtute illius clausulae ingressus fuerat possessionem, quod non potuisset (secundum dominos ibi) sine gratiosa subrogatione: sed quamuis fortasse prima resolutio fuerit verior, & tutior, tenendo tamen quod literis non confectis censeatur inducitur subrogatio (secundum vltimam resolutionem) illud si intelligendum est, vt procedat in ipso subrogato, secus si ille, qui obtinuit subrogationem cessit Iuri, & ite cessionarius cessit alteri, & sic per plures manus beneficium iuit, & vltimus expedit literas subrogationis vigore supplicationis primi cedentis: quia per hanc subrogationem, & literas (vt praefertur) expeditas non dicitur substineri, sed potius esse extinctam, ea ratione, quia licet primus cedens potuisset (declarando animum suum) id facere, vltimus tamen successor id non potest, vt in vna Salamantina Canonicius 12. Decembris 1539. coram Aquen. fuit decisum, vt est apud Mohed. decisio. 239. super: sub rubr. de iudic. & vt lite penden. Quintò, Quod
 174 quando papa subrogat eum, qui non fuit vquam in lite, non dicitur proprie subrogatio, sed prouiso merè gratiosa secundum eundem Mohed. decis. 180. vacante, ad med. sub rubric. vt
 175 lite penden. Sextò, vt t quoad effectum subrogationis [etiam ad effectum excludendi prouisum apostolicum] colligens dicatur, etiam ille, qui fuit semel super beneficio citatus, & qui tempore citationis nullum Ius, aut interesse habebat in beneficio, sed inde ad quatuor annos Ius in persona superuenit, vt fuit dictum in vna Compostellan. parochialis de Roo. coram Iu-
 176 nio 14. Maij. 1557. Septimò declara, vt si subrogatus dicatur, & beneficio subrogationis, & Iuris per eam translati vti possit, etiam si uiuente colligante illud Ius impugnasset, vt fuit notabiliter per dominos decisum in vna Tirafonen. capellaniae coram Quiroga. 6. Nouembris 1556. non obstante regula capit. ex eo. de reg. iur. in 6. quam domini dixerunt procedere de iure communi, non autem praesupposita regula de subrogan. colligant. quae virtualiter praesupponit im-
 177 pugnationem propter litem. Octauò, quod si subrogatio non solet dari per sententiam, vt dixerunt domini in vna Neapolitana cappellaniae coram Fantutio. 30. Octobris 1555.

Quoad Quintum de admissione Tertij ad

causam per iudicem facta, dic breuiter per eam
 178 Per admiffionem Tertij ad causam
 factum: quia non minus operatur huiusmodi
 179 admiffio, quam citatio legitime executi, dicitur per
 formaliter Egid. decis. 545. si pendente, & Fely. in cap. cum super, colum. vlti. de re iudic. & post
 eos Cassad. dicta decis. 1. vt lite penden. nume. 4. l. 3. declar.
 180 Hinc videmus, quod si lata sententia in prima
 instantia contra possessorem, & non obstante ap-
 pellatione fuerit per primum iudicem super be-
 neficio a ppositum sequestum [iuxta clem. 1. de
 sequestr. poss. & fruct.] & deinde in secunda in-
 stantia tertius fuerit admiffus pro suo interesse, si
 iudex primae instantiae [etiam de consensu actoris
 & rei] reuocet sequestum per eum appositum,
 potest dictus tertius petere dictam reuocationem
 reuocari tamquam attentata, vt est decis. in recoll.
 Guid. bon. 121. Voluimus. sub rubr. vt lite pend.
 in vna Barchinonen. coram Achill. de Grass. 21.
 181 Octobris 1572. Quod procedit si non solū, quan-
 do talis admiffio fit à Iudice vigore mandati à Pa-
 pa facti de aliquem subrogando [prout, & hunc
 casum ponit Cassad. dicta decis. 1.] Verum etiam
 si simpliciter ad comparitionem tertij Iudex illū
 admittat, prout loquitur Egid. dicta decis. 545.
 Pro qua facit decis. in recoll. Achill. de Graf. 182.
 litem introductam. sub rubric. de lite, vbi dicit in
 vna Hispalen. coram Fabio fuisse tentum, quod
 stante cōmissione contra interesse putantes [Ter-
 tio veniente ad causam] lis dicitur esse legitime
 introducta, & quod talis comparitio faciat atten-
 tata fuit tentum in vna Colonien. canonicatus co-
 ram Cotta 2. Iunij 1572. in qua [decreto monito-
 rio ad instantiam Vendelmi cōtra capitulum Co-
 lonien. omnēque alios &c.] si tertius coram iu-
 dice comparuerit, & intruxerit pro parte sua
 causam, & deinde capitulū tradiderit possessio-
 nē canonicatus Vendelino, talis possessio cēsetur
 attentata, & dicitur facere attentata etiam respe-
 ctu illius, qui comparuit, & fuit admiffus ad cau-
 sam: nam, & ipse [si post admissionem] possessio-
 nem capiat, dicitur attentare, vt fuit dictum in
 vna Roma. Vineae coram Cotta. 5. Nouembris,
 1571. Et talis admiffio potest fieri etiam partibus
 inuitis, vnde est decis. Acchill. 287. incip. fratres.
 sub rubr. de accusat. matrimon.
 182 Supradicta tamen declara. Primò, qd si nō suf-
 ficiat sola admiffio, nisi iudex ad instantiā tertij
 admiffi cōmittat citationē, & illa ad notitiā par-
 tis deueniat, vt eleganter tradit [declarando par-
 ticulariter d. decis. Egid.] Afflic. decis. 366. in ple-
 no consilio. numer. 2. 13. vers. ad hoc respondetur,
 vbi [loquens de attentatis post comparitionem,
 & admissionem tertij] in fine decis. [inquit]
 quod post longam, & maturam deliberationem
 fuit omnibus visum non habere locum reme-
 dium attentatorum: Ea ratione [vt ex eo colligi-
 tur] quia admiffus ad causam non fecerat legiti-
 183 mē partem citari. Secundò, quod si talis ad-
 miffio debeat fieri lite pendente, non autem illa
 extincta, & postquā iudex functus est officio suo,
 putā si sit lata sententia pro reo, & possessore, &
 obtinuerit executoriales saltim propter expen-
 sas: Nā si alius veniat pro suo interesse absq; no-
 ua cōmissione non potest Iudex eū admittere, &
 [si admittat, & sententiam in eius fauorē ferat, ta-
 lis sen-

lis sententia est reuocanda, prout in similibus ter-
 minis fuisse reuocatam in vna Leodien. sententiā
 Rauellaten. attestatur Accorambon. vt in recol.
 eius decis. 27. incipien. quando, sub rubr. desen-
 184 tentia, & re iudi. Tertio, Quod si quis petat se
 admitti ad causam vigore commissionis, in qua
 signatura (vt cōmuniter fit) respōdet audiatur, &c.
 & confitō de interesse admittat, &c. Et fecerit
 partem citari ad dicendum contra, si Iudex non
 deueniat ad actum admissionis, & ipse nō docue-
 rit, de suo interesse terminus ad dicendum con-
 tra non facit inter hunc, & primū litigantes esse
 aliquam litē, nisi dicta cōmissio haberet clausulā
 quam, & quas: Ita fuit tentum in vna Palentina
 corā Crescētio, vt est decis. in recol. eiusdē 68. &
 deci. 109. incip. Tertio, de iudic. Pro qua declara-
 tione non parum facit, quod fuit aliās dictum in
 vna Salamatin. Abbatiae corā Peregri. sub die 29.
 Nouembris 1545. quod si duobus litigantibus al-
 ter cēdat tertio, & procurator huius cessionarij
 veniat ad causam, & producat mandatum ad ef-
 185 fectum substituēdi, & substituatur, sola t productio
 mandati, & substitutio non facit litem esse inter
 hunc cessionarium, & alium primum litigantem,
 nisi etiam fecerit illum citari, & validē: nam si in-
 ualidē citauerit (prout erat in casu illo: quia il-
 le substitutus, qui citauerat tempore citationis
 etiam reuocatus, per substitutionē de alio per
 principalem procuratorem factam) utique non
 dicitur inter eos lis pendere, vt est in recol. Peregri.
 decis. 88. aliās 4. incip. licet inter duos. Et mel-
 lius ad propositum materiae nostrae attentatorū
 facit, quod per dictam deci. Crescen. fuit aliās de
 cisum in vna Tudertina Sacti Sebastiani 27. Maij.
 1558. coram Iunio, quod si veniēs ad causam pro
 suo interesse nō docuerit de suo interesse, nec fue-
 rit per iudicem admiffus, nō censetur quoad eum
 inducitur litis pendentia, nec ipse potest dare de at-
 186 tentatis, si quid prēterdat contra eum hac lite pē-
 dente innouatum. Quartò declara, vt t in tan-
 tum per huiusmodi admissionem dicatur induci
 litis pendentia, quod si (duobus inter se litigan-
 tibus) tertius veniēs pro suo interesse ad causam
 fuerit admiffus, isti omnes dicuntur inter se collig-
 tantes, ita, vt probationes factae inter primos li-
 tigantes profint, & noceant, etiam isti tertio, quia
 censetur admiffus in statu, & terminis, in quibus
 reperitur causa, secundum Franc. in c. fi. in vltimo
 notab. vt lit. pend. in 6. & sentit Bal. in l. si eo tēpo-
 re, ver. vlti. viden restat. C. deremiss. pignor. & ita
 etiam fuit aliās tentū per dominos in vna Zamoren.
 praestimonij coram Capizuco decima octaua
 die Martij. 1555.

Quo ad Sextum, de Appellatione extraiudi-
 187 ciali articulus iste an per appellationem extraiu-
 dicialē inducatur litis pendentia? non vide-
 tur admodum expeditus, tum ob diuersitatem
 opinionum, de quibus infra, tum ob contrarieta-
 tem decisionum, etiam Rotae, quae, & inter anti-
 quas, & modernas reperiuntur: plures enim in
 hoc puncto reperiuntur opiniones.

188 Prima t affirmatiua, quod per extraiudicialē
 appellationē lis dicatur pendere: Pro hac inter
 decisiones antiquas est decis. Egid. 749. quae inci-
 pit licet, per appellationē, de qua facit mētionē,
 & videtur sequi (licet corrupte alleget) Fely. in
 cap. super literis. col. 7. sub nume. 32. in fin. de re-

script. & inter modernas est decis. relata per Sar-
 nēn. de trienna. poss. quāstione quinquagesima-
 quarta. columna secunda. versic. praedictis tamen
 non obstantibus, vbi dicit, quod in vna Hispa-
 len. Cantoriae Rota tenuit, quod per extraiudi-
 cialē appellationē intimatam sit inducitur vera
 litis pendentia ad effectū interrumpēdi pacificam
 possessionem de qua in dicta regula, cui hodie vi-
 detur concordare alia decis. in recollet. Mohed.
 104. palatium, sub rubr. de triennial. & vt lit. pend.
 vbi similiter in vna Hispalen. Cantoriae 4. Octo-
 bris 1538. Voluerunt domini, quod per appella-
 tionem extraiudicialē legitime intimatam im-
 pediatur cursus triennalis, etiā si appellatio defe-
 ratur, & nouissimē est alia decis. Put. 19. incip. ap-
 pellatio extraiudicialis, sub rubr. de appell. in vna
 Salamantina Portionis coram Fabio. 11. Octobris
 1546. vbi similiter loquitur, de appellatione ex-
 traiudiciali legitime intimata, quod faciat bene-
 ficiū litigiosum, & causam deuoluat. Cuius opi-
 nionis illud precipuū est fundamentum, quod talis
 189 t appellatio intimata obtinet vim citationis, ad
 no. in cap. statuimus, de elect. in 6. iuncta clem.
 causam. eo. tit. Rota (secudū aliquos dominos)
 decis. 25. aliās 310. si reus, de rescript. in no. not.
 docto. in cap. bonae. vbi Franc. super glo. fin. in fi.
 vers. nona conclusio. nu. 42. extra, de appell. quod
 dictū pro singulari in materia beneficii extol-
 lit Marath. in specul. suo, in tertia parte sextae par-
 tis princ. in 2. actu, dum tractat materiam appel-
 lationum. num. 268. inquit, quod in hoc multi
 decipiuntur, qui interposita contra eos appella-
 tione extraiudiciali (dum aliam citationē opus
 esse autumant) contra eos in eorum cōtumaciā
 in curia proceditur, quod dixit, & secutus est etiā
 nouissimē Grauat. in addit. ad Vestr. lib. 3. cap. 7.
 nu. 4. quibus ad illud dictū, quod huiusmodi ap-
 pellatio habet vim citationis, adde Rot. decis. 53.
 aliās 384. fuit dubitatū. de appell. in no. Vnde si-
 cut per citationem inducitur litis pendentia supra
 diximus, ita per hanc extraiudicialē appella-
 tionem concludendum videtur, sed quia haec opi-
 nio nō est indistincta à docto. retēta, nec ad pro-
 positum (de quo agimus) est vera, vt infra ap-
 190 parebit, idcirco tenendo t contrarium potest
 responderi secundum modernos Bononienses in
 addit. ad dictam decis. Rot. 25. sub nume. 2. vers. &
 si dicatur, &c. Quod Egid. in dicta decis. 749. non
 principaliter disputauit 2n per extraiudicialē ap-
 pellationem inducatur litis pendentia, sed an va-
 leat imperatio Iuris noui, de qua ibi. Ad decisio-
 nem relata per Gomes, & aliam, de qua supra
 per Mohed. potest responderi, quod dato, quod
 per huiusmodi appellationem dicatur interrumpi
 pacifica possessio triennalis (in qua interruptione
 nullum crimen, aut delictum consideratur) per
 eam tamen non est dicendum induci litis pendē-
 tiā ad effectum attentatorum, in quibus deli-
 ctum consideratur: cum attentare sit delinquere,
 ad not. in cap. 1. vt lit. pend. in 6. & attentare so-
 net in malam partem secundum Egid. decis. 18.
 oneratio: Ad decis. Put. potest responderi, quod
 non est absque difficultate, cum plura in contra-
 rium ibidē per eum allegantur: Ad illud autē, qd
 huiusmodi appellatio habeat vim citationis, pa-
 191 tet respōsio, quia re vera nō est proprie citatio,
 cuius vigore quis teneatur cōparere secudū In-

noc. in capi. dilecti extra, de maior. & obed. col. 1. & hanc opinionem sequitur omnes, vt testatur idem Gomef. in d. q. 54. vers. circa primū videtur. in fin.

192 Et propterea videmus, quod si appellatur extraiudicialiter à capitulo (in quo fit præsens etiā is, cōtra quem principaliter appellatur) talis appellatio non habet vim citationis, vt est decis. in recol. Acchil. de Grass. 15. dubitabatur, sub rubr. de appel. subdens, quod contra appellatum non potest in curia procedi per audientia litterarum cōtradictarū, licet causam deuoluat, vt sentit idē in decis. 16. quæ est sequens eo. tit.

193 Secundā est opinio negatiua huic contraria, pro qua inter decis. antiquas est decis. Rot. 69. aliās 764. sciendū est, quod c. vt circa, de appel. in antiq. & alias 25. aliās 310. si reus. post princ. vers. præterea huiusmodi appellatio. de rescript. in nō. & decis. Cassad. prima, quæ incipit. tentū fuit. nu. 6. de appel. & inter modernas est decis. relata per Modern. Bononien. in addi. ad dictā deci. 25. nu. 6. vbidicunt, quod de anno 1548. in vna Palentina canonicatus coram Reumano. Rot. tenuit, quod ad effectū regulæ, de subrogandis colligantibus appellatio extraiudicialis litem non inducit, in quo casu hodie extat decisio in recol. Put. 11. appellatio extraiudicialis, in tit. de appel. recollecta etiam inter deci. Acchil. de Grass. sub tit. de appel. decis. 3. incip. appellatio extraiudicialis, & in propriis terminis nostris, quod appellatio extraiudicialis non faciat beneficium litigiosum quoad effectum reuocandi attentata, nec impediendi ordinarium, vt de beneficio providere non possit per dictā decis. 69. tenuerūt domini in vna Casalen. Prioratus corā Grato 17. Februarij. 1567. & quæ huiusmodi appellatio non faciat, vt possessio ea pendente per electum capta sit attentata, tradit expressē Gemin. in ca. auaritia. col. 5. vers. Tertius quando fit. de elect. in 6. Cuius opinionis illud est fundamentū, quia talis appellatio non est, nisi quædam prouocatio ad causam, vt dicitur domini in d. decis. 25. & latius deducit Aug. Bero. in conf. 112. considerandum est, per tot. vbi, & illud subdit, quod in dispositione loquente de appellatione à sententia, non comprehenditur hæc appellatio extraiudicialis, & quia non est propriè citatio, vt supra proximè dictum est: Quæ opinio ad propositum materia nostræ non multum discordat ab opinione, quam prouocatio in vltimo loco ponemus: sed si quis nollet eam tenere ad dictā decis. 69. quam omnes pro fundamēto videntur allegare, potest accommodari vna ex quatuor responsionibus allegatis per Sarnen. dicta q. 54. vers. non obstat etiam, de quibus latè ibi per eum.

196 Tertia est opinio (prout colligitur ex tertia responsione Sarnen. in dicto loco) post Præposit. in c. bonæ. ver. 12. & vltimo. col. 8. de appel. distinguens inter causam prophanā, & causam beneficiale, vt primo casu vera sit secūda opinio negatiua, in secūdo autē casu vera sit prima opinio, videlicet, vt in beneficiis per huiusmodi appellationē lis introducat, ex quo in eis habet vim citationis, vt tradunt dicti docti. in dictis locis, atque etiā Maranth. dicto nu. 268. vbi (illud dictū singulariter extollens) specificè, & appositè in beneficiis loquitur: Quibus adde, quæ ponit Acchil. de Grass. decis. 5. appellatio extraiudicialis, sub rub. de appel. vbi declarat, quando huius-

modi appellatio dicatur habere vim citationis in spiritualibus, vel beneficiis: Si quis autē ab hac opinione discedere vellet responderi potest, tum quod fundamentū non procedit, ex quo (vt dictum est) huiusmodi appellatio non est propriè citatio, tum etiā, quia docti. præfati non apponunt rationē diuersitatis inter causam prophanam, & beneficiale merito, & c. Iuribus vulg.

197 Quarta est opinio videtur esse dictorū modernorum Bononien. in d. addit. ad decis. 25. nu. 2. vt debeat distinguere, quod aut causa huiusmodi appellatiōis non est cōmissa, & eius vigore pars non est citata, & tunc absq; dubio vera sit secūda opinio; de qua supra, videlicet non esse inductam litem pendentiam, aut causa est cōmissa, & pars citata, tunc secus, vt ibi latius per eos: Qui ex duabus decisionibus simul iunctis ita intelligunt, & clarissimā esse dicunt dictā decis. 69. pro qua opinione videtur esse in recol. Mohed. decis. 104. Palatium, sub rubr. de trienna. & vt lit. pend. dum sentit post cōmissionem causæ litem induci, licet non antea: cui concordat alia in recol. Acchil. de Grass. 3. appellatio extraiudicialis. circa mediū.

198 sub rubr. de appel. Hæc opinio non videtur posse subsistere, quia quādo causa est cōmissa, & pars citata, tunc non est hæsitandum, quin sit litem pendentia inducitur, cum non appellatio extraiudicialis, sed commissio causæ, & subsecuta citatio eam proculdubio inducant, vt diximus supra in materia litem pendentiam per citationem: quādo verò causa non est cōmissa tunc etiam in aliquo casu dicendum est litem pendere, & attentata reuocanda, vt colligitur ex eisdemmet decisionibus per eum consideratis videlicet 44. aliās 344. licet, & deci. 38. aliās 309. de appel. in no. quæ dum considerant certum casum, in quo etiā ante cōmissionem causam attentata post appellationē extraiudicialē veniunt reuocanda (de quo infra proximè in vltima opinione) apertè probant, quod etiā ante cōmissionem causæ per huiusmodi appellationē lis pendere: quia attentata sine litem, vel appellationis pendentia non dantur, vt tradit Cassad. deci. 6. incip. Voluerunt domini. nu. 2. super reg. cancel. Vnde inhærendo terminis materia nostræ ego hanc difficultatem esse hac distinctione absoluendam puto, & hæc erit.

200 Quinta, opinio similiter distinguens, quæ aut post appellationē extraiudicialē intimatā causa in appellatione expressa est per appellatē probata, vel saltē per eum fuit facta oblatio super illius probatione, & tunc per eā dicatur lis inducitur, & attentata debeant reuocari: Aut talis probatio, & oblatio non est facta, & tunc secus: Et pro ista distinctione in materia nostra attentatorū cōmissa pro nunc consideratione huiusmodi pendentiam, quoad alios effectus, putā regulæ, de subrogandis colligantibus, vel interruptionis pacificæ triēnalis, in quibus diuersa ratio à casu attentatorū considerati potest videntur esse in terminis dictæ deci. videlicet 38. aliās 309. attentata, & 44. aliās 344. licet, de appel. in no. præsertim vltima in vers. hoc verū est: vbi formaliter dicit, quæ quādo esset facta talis oblatio, tunc quoad translationē iurisdictionis, & quoad reuocationē attentatorū sufficit hæc duo probare, scilicet, quod proposuerit grauamen, & illud obtulerit se legitime probaturū, & particulariter loquitur de attentatis ante cōmissionem causam

causam appellationis, vt clarè patet in finalibus verbis dictæ decis. 44. ibi intelligas sanè cōclusiōnē, de attentatis ante impetratā cōmissionē, & c. Eandem distinctionē reperio clarè sensisse Nico. de Mil. in verb. attentata. vers. 7. fol. 30. & Franc. in cap. interposita. sub nu. 4. vers. septimo, limita. de appell. & ita concludendum puto, quod regulariter per appellationē extraiudicialē ad effectū attentatorum litem pendentiam non ceseatur inducitur, nisi aut probata causa in appellatione expressa, aut saltem oblata illius probatione, & non admissa, tunc enim si iudex ultra procedat tanquā attentatum reuocandum esset, vt in dictis decis. Nec simpliciter ac indistinctè tenerē, quod quoad effectū attentatorū appellatio extraiudicialis faciat litem, prout indistinctè videtur sensisse Mandol. super reg. de subrog. collig. q. 15. numer. 3. & sub nu. 5. Quod si quis nixus auctoritate prædictæ decis. Mohed. distinctionē de qua supra proximè in 4. opi. numer. 197. amplecti voluerit, illam amplecti poterit, vt procedat non solū quādo appellatio extraiudicialis fuit cōmissa per speciale cōmissionē, verum etiam si fuerit admissa per Auditorem Cameræ, qui si vigore huiusmodi appellationis citationem cum inhibitione decreuerit, & fuerit contrauentum, potest valide sententiam super reuocatione attentatorum proferre, vt tenuerunt aliās domini in vna Aquilan. beneficij Sancti Angeli inter Fabritium Rita, & Ioannem Dominicum Coraza coram Vestano. 4. Iunij 1554. declarando tamen.

202 Primò, vt hæc ampliatio procedat in his in quibus Auditor Cameræ haberet iurisdictionem aliās secus, vt colligitur ex his quæ in eadē Aquilan. dixerunt domini in duabus sequentibus positionibus coram eodē Vestano, videlicet die 25. Iunij. & 4. Iulij, eiusdē anni. 1554. Videlicet, quod inhibitiō Auditoris Cameræ emanata vigore appellationis extraiudicialis per eam admissa in causa prædicti beneficij non fecerit attentata ex eo, quia regulariter Auditor Cameræ in beneficiis non dicatur habere iurisdictionem.

204 Secundò declara, vt ita demum procedat appellatio extraiudicialis cōmissa inducat litem ad effectū attentatorum, si illa fuerit intimata, vt senserunt domini in vna Ariminen. bonorū coram Grato. 13. Maij. 1569. in qua (cū pro attentatis inter cætera Allegaretur, quod fuerat appellatum extraiudicialiter, & causa appellationis commissā, & pars replicaret ad excludendā attentata, quod illa non fuerat intimata, domini tenuerunt pro non attentatis: Et præmissa omnia rectè procedunt cōsiderata appellatione extraiudiciali ad effectū attentatorū: Verum quia (vt ex prædictis patet) doctores etiam quoad alios effectus illam considerant subordinatō omnia prædicta, potest dici, quod huius articuli tan appellatio extraiudicialis faciat litem triplex potest esse effectus.

Primus, quod attentata, & de hoc dic, vt supra proximè.

206 Secundus, quoad hoc, vt appellatus etiam non facta sibi intimatione appellationis extraiudicialis possit causam proficere, & faciat litem, vt (per decis. Rot. primā, aliās 38. fuit dubitatum de elect. in no. & 6. aliās 41. voluerunt, de appell. in no. & fastol. conf. 2. dub. 12. incip. quintum) tenuerunt domini in vna Casalen. prioratus corā Gra-

to. 17. Februarij, 1567.

207 Tertius ad effectum, vt appellatus non dicatur pacificus possessor quoad regulam de annali, & licet in dicta Casalen. domini noluerint aliquid determinare, quia in contrariū allegabatur deci. Peregrini 2. & 3. maior tamen pars inclinabat, quæ non diceret pacificus possessor, pro qua faciūt omnes illæ decis. quas supra in 1. opi. allegauimus.

Vltimò, pro complemento huius materia illud præmittendum non est, quod non defuerit, qui etiam per capturam personæ, Immo etiam per petitionem, quod quis carceribus mancipetur, & insuper per sequestrationem bonorū litem pendentiam induci asseruerint, vt fuit Cassalup. in tracta. de suspect. debitor. q. 17. in princ. & nu. 3. quem refert (licet non omnino sequi videatur) nouissimè Grauat. in annot. ad Vestr. lib. 4. cap. 1. nu. 9. & etiam compilator libelli, qui inscribitur formulariū terminorū in c. de litem pendentia in fi. fol. 13. Sed re vera per capturā non videtur lis induci, & in contrariū, quod captura facta ratione suspicionis fugæ non inducat attentata, allegatur in recol. Ioa. Paul. decis. 171. Sicut nec per sequestrationē rei dicitur res effici litigiosa, vt per Nat. in conf. 2. circa primū. sub nu. 2. vers. præterea quomodo sequestrat. lib. 1. Ex quibus omnibus satis apparet quando lis dicatur incipere (quæ erat prima inspectio) & per quos actus initiatur litem pendentiam, sequitur nunc videre quomodo lis finitur, & sic per quantum tempus duret.

211 Finis igitur litem (& hæc erit secunda inspectio) multis modis contingere potest, vt colligitur ex notatis in variis locis, per doctores dum disputant, an solum per sententiam, vel etiam per mortē, aut renunciationē lis finiatur. Verum quia maximè vtile est, scire per quātum tempus lis duret, vt in consequentiā etiam sciamus per quantum tempus duret ista prohibitio legis, ne quid lite pendente innouetur, & docti. non ita dilucide processisse videtur, vt materia ista clarè pateat (cum in certis huius articuli casibus etiā Rota variasse dicatur, vt dicit Cassad. decisio. 5. erat in fin. vt lit. pend. & eam aliqui male dicere affirmant.) Idcirco conclusiue procedendo ita dici potest: Quod licet aliās Rot. decis. 10. aliās 411. si lite pend. nu. 3. vt lit. pend. in no. tenuerit litem non finiri, nisi per sententiam: Nihilominus Mil. & alij dicentes (aut Rotam in hoc male dicere, aut ciuilitate esse intelligendam) alios etiam modos finiendi litem adduxerūt, vt per Mil. post alios in verb. lis finitur. fol. 215.

Ex quorum omnium dictis collige infra scriptos modos. Videlicet litem finiri. Primò, per sententiam, quæ transierit in rem iudicatam, vt nu. 213. vsque ad nu. 242. Secundò renunciatione, seu cessione, vt nu. 243. vsque ad nu. 262. Tertiò morte, vt nu. 263. vsque ad nu. 274. Quartò tempore, vt nu. 275. vsque ad nu. 286. Quintò (secundum opinionem aliquorum) etiā desertione. nu. 287. vi dicatur, Quorum singulorum veritas, & intelligentia ex eorum declaratione apertè apparebit.

Circa primum. De Sententia constitui potest regula affirmatiua litem tolli, finiri, & extinguere per sententiā, seu re iudicatā. Probatur regula ex dict. deci. 10. aliās 411. si lite. n. 3. vt lit. pen. in no. Afflict. dec. 342. Quidā curbiceruix. n. 3. & post eū Philip. prob. in add. ad Io. Monac. in rub. vt lit. pen. in 6.

Per capturam personæ. Immo etiam per sequestrationem bonorū litem pendentiam induci asseruerint.

Secundo inspectio. multis modis contingere potest, vt colligitur ex notatis in variis locis, per doctores dum disputant, an solum per sententiam, vel etiam per mortē, aut renunciationē lis finiatur.

Per sententiā. Probatur regula ex dict. deci. 10. aliās 411. si lite. n. 3. vt lit. pen. in no. Afflict. dec. 342. Quidā curbiceruix. n. 3. & post eū Philip. prob. in add. ad Io. Monac. in rub. vt lit. pen. in 6.

- in princ.transitus enim in rem iudicatam tollit litis pendentiam, vt per Paris. consilii. 30. in causa nume. 36. libr. 4. quod tenet etiam Mandos. super reg. de subrog. collitig. q. 12. nu. 2. vbi præter præallegatos alios etiam in id citat, quod lis per sententiam finiatur: & dixit Bero. in consil. 54. concludendum. sub nu. 18. libr. 3. quod ad hoc, vt lis definat pendere ad effectum, vt possit innouari requiritur sententia diffinitiuæ, & quod per sententiam tunc quæ transiuit in rem iudicatam vitiū litigiosi cesset. post Rot. in dicta decis. 411. Mil. & Gomez. per eum allegat. tradit Aug. Bero. seu maioris Iul. Scarlatinus Regiæ inter consil. Bero. consil. 177. plura. nu. 26. lib. 1. Quam Amplia.
- 215 Primò, vt procedat tunc etiam si aduersus sententiã (& hoc quoad sententias Præfati prætorio à quibus cum nõ appelletur. l. 1. C. de sent. præfati. prætor. dicuntur transire in re iudicatã) esset petitus recursus: quia per talē recursum nõ inducitur litis pendentia, vt nouissimè per Franc. Marc. in decis. delphinat. q. 624. Quaritur super literis. nu. 7. post Bal. in authent. quæ supplicatio. C. de præcib. Imper. offer.
- 216 Secundò, vt per sententiã tunc tantum dicatur lis extincta, vt si fit lata in fauorem possessoris (quo casu non requiritur alia executio, nisi executoriales propter expensas) si iudex post suam sententiã admittat aliquem pro suo interesse cõparatē, & in illius fauorē pronūciat absque noua cõmissione, talis sententia venit reuocanda: quia iudex iam per sententiã in fauorē possessoris functus est officio suo, & lis dicitur extincta, vt fuit aliàs decisum in vna Leodien. in qua sententiã R. uellatou. fuit ex hoc capite reuocata, vt est decis. in rec. ol. Accorambo. 27. quando. sub rub. defententia. & re iu.
- Limita eandem regulam.
- 217 Primò, nisi tunc aduersus sententiã, à qua non fuit appellatū, (& propterea lis esset extincta) fuisset petita restitutio in integrū ad appellandum: quia stante huiusmodi restitutione lis censetur durare, saltē super restitutione, & si dicta sententiã exequatur erit executio tanquã attentata reuocanda, vt est decis. Rot. 51. aliàs 379. si cõmitatur causa restitutionis in integrū, de appel. in no. quãuis
- 219 contrarium, quod petens tunc restitutionē hoc casu non dicatur collitigans nisi fuerit restitutus, tradit post Stafleum de liter. grat. & iust. fol. 164. & moder. in l. stichus. §. Lucius. in 6. not. ff. de cond. indeb. Io. Bap. Ferret. in consil. 11. quærendum. nu. 17. lib. 1.
- 220 Secundò, potest limitari nisi tunc aduersus sententiã fuisset petita, & obtēta restitutio in integrū: nã per illã restitutionē videtur illa lis, aut nõ finita, aut reuivisci, etiã quoad effectū litis pendentia. Et ideo stante huiusmodi restitutione re-
- 221 stitutus tunc potest infra mensem gaudere beneficio regulæ, de subrogandis collitigantibus, vt per Stafil. in tracta. de lit. grat. & iust. fol. 164. vers. &
- 222 ex prædictis patet. Quinimmo etiã si tunc non fuerit adhuc obtenta, sed tantum concessa restitutio in integrum, etiã cum clausula prout, de iure, retardanda est executio sententiã, donec cognoscitur an sit danda? Ita tenuerunt domini in vna Lucē. Decanatus Corã Vestano. 17. Martij 1546. & est decis. in recol. Put. 7. restitutione concessa. de restit. in integ. Quod tamen limita duobus modis.
- 223 Primò, nisi tunc fuerit præfixus terminus ad docendū, de causa restitutionis, & in termino nihil fuerit dictum, vt per Put. in dicta decis. Secundò, nisi tunc tunc in commissione restitutionis in integrū fuerit apposta clausula parito iudicato, nam per dictã cõmissionē post rem iudicatã non dicitur lis de nouo introduci, & pēdere, nisi prius parito iudicato: ita vna Hispalen. dimidiã portionis corã Puteo. 5. Maij. 1542. vt est decis. eiusdē 15. lis non dicitur, sub rub. vt lit. pend. aliàs autem quando per
- 225 tunc restitutionē in integrū dicatur induci litis pēdētia, & consequēter attētari, vel ne, latius dicemus infra c. 18. de atten. pend. restit. in integr. per totum, vbi vltra prædictas etiam alias limit. posuimus.
- 226 Tertiò, vt non tunc procedat in sententiã absolutoria ab obseruatione Iudicij, quia per eam res non definit esse litigiosa. Mil. in verb. litigiosum beneficium. folio. 212. Pro qua limitatione facit,
- 227 quia absolutoria tunc ab obseruatione Iudicij dicitur esse sententia interlocutoria, non diffinitiuæ, vt est communis opinio, de qua (post Fely. in capi. examinata. nu. 21. de Iudic.) testatur nouissimè. Io. Bapt. de Afis. in sua praxi iudic. §. 2. capi. 17. nu. 14. Per interlocutoriam autem litē non finiri dicemus proximè in 6. limit. num. 239.
- 228 Hæc autem limitatio sanè est tunc intelligenda, de absolutoria ab obseruatione iudicij lata, puta ob ineptū libellū, vel ob defectū mādati procuratoris, & ex omnibus aliis casibus, de quibus per docto. præsertim Ias. in l. properadū. §. & siquidē. nu. 16. C. de iudi. [præterquã si esset lata, quia auctore intra debitū tēpus nõ cõparatē, & causam prosequi negligēte instātia esset perēpta] quoniã
- 229 hoc casu per huiusmodi absolutoria tunc ob perēptã instātia, litē, & litigiosi vitiū cessare post Sally. in d. §. & siquidē] firmauimus infra, in tertia illatione princip. nu. 511. secuti opi. illorum, qui tenent alienationē rei litigiosæ factã postquam instantia est perempta validam fore.
- 230 Quarto, limita, vt tunc licet lis videatur extincta per sententiã, tamē remanet talis lis, quæ possessor [qui cõtra se habet re iudicatã] nõ possit per hoc resignare in manibus Ordinarij, vel Nuntij: ita in vna Calaguritana hæremitorij fuit tentum corã Aquen. 18. Octobris 1545. vt est decis. in recol. Putei 4. lata sententiã, vt lit. pend. cū qua concordat in eadē causa, decis. Mohed. 180. vacante. eo. titu. vbi generaliter dicitur, quod fuit tentū per omnes
- 231 [duobus exceptis] quod lis tunc duret tã respectu actoris, quã rei, ita quod Ordinarius nõ possit providere donec resiudicata habuerit effectum per adeptionem possessionis, & iterum deci. 206. diu fuit. eod. titu. in vna Salamantin. beneficij, de Rabe. 28. Martij. 1544. vbi similiter dicit, quod lis
- 232 durat tunc post executoriales obtentas ab actore, secus si à reo, & etiam possessore: tunc enim extinguitur, & verè dicitur lis finita. Idem in decis. 241. circa: ad medium. sub r. de allegat. Lap. in vna Hispalen. Canonicatus 17. Martij. 1538. & supradictis decisionibus Mohed. concord. etiam decis. Achill. de Grass. 181. lis sicut: sub rubr. de lite in vna Gerundē. beneficij coram Reumano. quam opinionem, quod post sententiam nondum executioni mandatam remaneant tunc tales litis reliquæ, quæ impediunt cursum annales possessionis late, & eleganter (multa etiã ad

- ad propositum huius limit. adducens) tenet Sarren. de annal. poss. q. 44. per tot. & ideo aliàs domini in dicta Calaguritana Heremitorij coram Aquen. supradictam decisio. 10. aliàs 411. (in eo quod dicit, quod lis finitur per sententiam) sup-
- 234 pleuerunt, tunc & declarauerunt, per sententiam scilicet executioni mandatam, vt refert Mandos. super reg. de annal. q. 27. num. 2. Et his omnibus concordat in recollet. Sarnen. decis. 14. incip. lis dicitur: vbi in vna Obeten. coram Io. Clerici de anno. 1533. fuit dictum litem durare etiam post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, propter executionem, post Bald. in l. 1. de iuram. calumn. & in l. si causam, de execut. rei iudic. Io. Fab. in l. 2. C. de litigios. & alios per eum citatos. Idem quod (quamuis sint late sententiæ, quæ faciāt rem iudicatam, & illarum vigore decretæ
- 235 executoriales, beneficium tunc nihilominus dicitur taliter litigiosum, vt prouisio facta de eo per Ordinarium non sit valida, tenuerunt domini in vna Caurien. Archidiaconatus coram Grato. 28. Aprilis 1564. & licet ibi præsupponeretur in facto, quod vigore executorialium esset etiam capta possessio (& sic secundum præmissa lis videretur extincta) tamen quia præsupponebatur etiam, quod dictæ executoriales non fuissent intimatæ (prout est necessarium iuxta decis. Cassad. 6. gratia subrogationis. numer. 11. de caus. poss. & propriet. & diximus latius infra, in 1. illatione regulæ de attent. lit. pend. in 3. ampliatur. nume. 306.) non poterat dici, quod sententiã esset debite executioni mandatam, secundum terminos præsentis limitationis: quinimmo ex his quæ fuerunt resoluta in dicta Caurien. potest colligi necessaria declaratio ad præsentem limitationem, vt tunc tunc sententia executioni (per adeptionem possessionis) demandata litem extinguat, quando fuit debito modo, & necessariis terminis seruatis executi, aliàs beneficium remaneret adhuclitigiosum, & Ordinarius conferre non possit per supradicta: quod etiam videtur tenere Sarnen. dicta q. 44. ad med. vers. accedit ad hoc, vbi refert de silo attentare eum, qui post sententiam, & executoriales obtentas ingreditur possessionem non seruatis quatuor terminis solitis: Præmissa tamen videtur necessario tunc declaranda nisi per aduersarium, & eius impedimenta stetit, quominus is, qui obtinuit sententiam potuerit eius vigore possessionē adipisci: quia tunc debet haberi pro capta cum facto aduersarij ille sit impeditus: Afflic. decisio. 302. numero 1. vers. quo casu: cum id perpetuum sit, vt cum per alium fiat, quominus quid fiat, id pro facto habeatur in eius præiudiciū. l. si ideo. §. præfati. ff. de euictio. cum aliis congestis per Tiraq. de vtroque ret. §. 15. gl. 2. nu. 7. vers. idque perpetuum est.
- 238 Quintò, limita nisi tunc post executoriales (& per cõsequens postquam lis præcedēs videbatur extincta propter rem iudicatam) sit appellatum ab illis, & commissa causa appellationis nullitatis, & iniustitiæ tam executorialium; quã sententiæ, & totius processus: quia per huiusmodi commissionem litis pendentia censetur inducta, vt fuit conclusum in vna Hispalen. Canonicatus coram Peregrino, vt est decis. in recollet. Put. 10. litis pendentia, vt lit. pend.
- 239 Sextò, vt nõ tunc procedat in sententiã interlocutoria, sed solum in diffinitiuæ: quia per eam (quã do transiuit in rem iudicatam) lis finitur, secundum Mohed. decis. 105. postea verò: sub rub. vt lit.
- 240 pend. Nisi effemus tunc in interlocutoria, per quã Iudex pronunciaret se Iudicem incompetētem: quia tunc lis non dicitur amplius pēdere, vt post Anchar. consil. 13. viso processu, & Fely. in c. ceterum. col. 2. vers. limita 2. extra, de rescript. tradit Menoch. de arbit. Iud. libr. 2. centuria 3. casu. 202. num. 23.
- 241 Septimò, limita, vt tunc procedat in sententiã diffinitiuæ lata in fauorem rei, secus si in fauorem actoris, quia tunc aliquid post sententiam remanet faciendum, quod non cadit in reo. Mohed. decis. 142. lite, vt lit. pend. etiam si nõ sit simplex absolutoria, sed etiam adiudicatoria pro reo: Et quamuis remaneat negocium expensarum, tamen expensæ non substinent litem respectu beneficij, vt ibi dicitur: & ad hanc limitationem faciunt, quæ post eundem decis. 206. diximus supra in 4. limitatione. huius regulæ. nu. 231. & seq.
- Octauò, limita, seu magis declara, nisi sententia tunc fuerit appellacione suspensa, quia tunc causa dicitur durare, vt post Oldrad. in consil. 255. contra prouisionem: tradit eleganter Natta in consil. 99. viso. num. 4. lib. 1. & ideo in regula supra posita præsupponitur sententia, quæ transiuit in rem iudicatam.
- Circa secundum De renunciatione, seu cessatione facta liti, & causæ, quod per eam tunc finitur, videtur casus in capit. 1. de lit. contest. in 6. & facit decis. Rot. 32. aliàs 678. dic quod. de senten. & re iudic. in antiq. Mil. in verb. lis finitur. folio 215. Cassad. decis. 1. dubitau. sub numero 2. de sent. & re iudic. & not. omnes doctores (apud quos satis superque de hac materia videre poteris in l. postquam liti. C. de pact. & ista potest esse Regula quæ probatur, quia quando, est renunciatum causæ, & liti, lis tunc non dicitur pendere, vt post glo. in l. incerti. in verb. quæstionem. C. de interd. tradit Blan. in tracta. de compromis. in 4. q. modis.
- 245 princ. numero 51. & similiter res tunc non dicitur amplius litigiosa. Crauet. post alios in consilio 182. videtur. numero 4. libro 1. Prout etiam transiuit in dicta l. postquam liti, & in l. si cõtra maiorem. C. de appell. tradunt Anchar. consil. 16. viso. Crauet. post eum consil. 182. numer. 4. Paris. consil. 47. videtur. num. 43. libr. 4. & est decis. in recollet. Thom. de Tanis 5. incip. transactio: Quo casu in tantum
- 247 tunc lis per transactionem extincta dicitur, vt sine noua citatione vltorius in causa procedi non possit, & probata etiam absentia procuratoris, qui interueniebat in causa, non possit procedi per audientiam literarum contradictarum, vt est decis. in recollet. Mohed. 315. incip. Abulen. Decanus.
- Amplia prædictam Regulam.
- 248 Primò, vt præmissa tunc procedant non solum in causis profanis, verum etiam beneficialibus, vt dicta decisio. 678. dic quod. in antiq. & post eam Vestr. in sua prax. Ro. Cu. libro 8. cap. 4. tit. vt lit. pend. num. 26. in fin. quæ cessio tunc facta liti (licet in beneficialibus non inducat cessationem iuris) tamen habet vim pacti de non petendo, vt post Mil. in verb. renunciare liti, & causæ tradit Crescent.

- Crescent. decif. 158. tertius. de restit. spol.
- 250 Secundò, vt ÷ in tantum per renunciacionem factam liti lis tollatur, quòd sententia postmodum lata non valeat, etiam si renunciatio sit facta nõ à Domino, sed à procuratore (speciale tamen ad id mandatum habente) vt est deci. Egid. 260. sententia: licet aliqui contradicerent, vt ibi per eum.
- 251 Tertio, vt cessio ÷ etiam facta corã notario in absentia Iudicis litem extinguat, & ita in vna Palentina beneficij de Cardellino coram Thoma de Thanis 15. Nouembris. 1546. fuit resolutum: quicquid aliàs dixerit Rot. decisio. 3. aliàs 306. si actor. de renunciati. in no. (vt de hoc est hodie deci. in recollet. Put. 15. renunciatio, seu cessio sub rubr. de renunciati.) quæ est repetita apud eundem in tit. vt lit. pende. deci. 22. lis extinguitur: cum quibus concord. etiam in recollet. Chifanen. deci. 23. incip. cædès liti. vbi dicitur talem
- 252 ÷ cessionem corã notario, & testibus validã esse (licet per Auditorem nõ fuisset admiffa,) Quod nouissimè in vna Auximana parrochialis sancti Angeli pro Pamphilo Maxilla contra Io. Baptistam Rambertinum coram D. meo Lancelotto sub die 11. Maij. 1571. videntur domini ampliasse, vt cessio (etiam facta coram alio notario non actuario) sufficiat.
- Limita eandem regulam.
- 253 Primò, quando ÷ non esset post cessionem sequuta possessio, sicut enim per sententiam non finitur lis, nisi sequuta possessione, ita nec per cessionem, vt not. Acchill. de Grass. in recollet. suis deci. 181. lis sicut. sub rubr. de lite, in vna Gerunden. beneficij coram Reumano: Quæ deci. fuit aliàs allegata, & tacitè per dominos admiffa in vna Calaguritana præsentia medietatis fructuum coram Aldobrandino. 14. Aprilis 1567. in qua (cum ageretur de probanda Intrusione, & ad illam excludendam allegaretur cessio facta liti, & ex aduerso replicaretur, quod cessio non excluderat intrusionem, nec per eam erat lis finita (cum non fuerit secuta possessio) domini tenuerunt in eo casu constare de intrusione.
- 254 Secundò, quando ÷ in cessione non esset facta mētio de lite, quia cessio est nulla, & cõsequēter litem non extinguet, quod procedit, etiam
- 255 si lis esset introducta, quo ad actorē tantū ÷ per commissionem causæ, & citationem ad eius instantiam decretam, nondum tamen contra reū exequutam, vt est deci. in recollet. Guid. bon. 154. voluerunt sub rubr. de litigios.
- 256 Tertio, quando ÷ renunciatio fuisset non pura, & valida, sed conditionalis, & consequenter inualida (conditione nõ adimpleta) putã si quis renunciat iuri, liti, & causæ aliqua pensione sibi reseruata: quoniam si pensio sit nulla, lis non cõsetur extincta, nec ius à cedente abdicatum, etiã si cedens illam pensionem (credens probabiliter esse bonam) per aliquot annos percepisset, vt (secundum istos terminos) fuit resolutum in vna Barchinonen. canonicatus, & præben. coram Guicciardino 7. Iunij 1567.
- 257 Declara eandem. Primò, vt præmissa ÷ procedant in renunciacione facta liti, & causæ, secus si instantie, quia tunc non purgatur vitium litigiosum. Mil. in verb. litigiosum beneficium, & docto. in
- 258 dicta l. postquam liti. Secundò, vt si ÷ post cessio

- nem actor velit executoriales pro expensis ante cessionem factis non debeant ei denegari, vt est deci. in recollet. Crescent. incip. nota quod. sub 259 rub. de iudic. Tertio, quod ÷ per ista verba nolo vterius litem prosequi, lis non cõsetur extincta, vt est in recollet. Crescent. 2. decif. 42. Quarto, 260 quòd si ÷ sint plures colligantes, & vnus ex eis cædat iuri, liti, & causæ in fauorem alterius (etiã per cessionem factam in manibus Papæ) per hoc lis non dicitur extingui, nisi tantum quoad cædentem, & ideo si tertius post cessionem ingrederetur possessionem diceretur intrusus, vt fuit tentum in vna Calaguritana medietatis fructuum coram Aldobrandino. 14. Aprilis. 1567.
- 261 Quintò, vt ÷ licet per cessionem factam liti, & causæ regulariter lis extingatur per supradicta, per cessionem tamen iuri, & beneficio factam lis non cõsetur extincta, & beneficium adhuc dicitur litigiosum: & propterea cum aliàs præsupponeretur, quod Papa commiffisset causam iactationis, & iactationum Iudici de partibus (etiam cum clausula appellatione remota) & lata sententia contra Thomam ille eodem die, quo appellauit etiam beneficium resignauerit, & dubitaretur, an per hanc renunciacionem beneficium desierit esse litigiosum, ita vt compræhenditur sub indulto Cardinalis, qui beneficia conferre poterat, præterquam litigiosa: & pro affirmatiua allegaretur, quòd per sententiam latam (iuncta clausula appellatione remota) lis debebat dici extincta, & quod de voluntate Thomæ nolentis vltra prosequi litem satis constabat ex ipso actu resignationis, per quam videbantur cessare molestiæ, & iactationes, quas à dicto Thoma aduersarius (qui commissionem impetrauerat) sibi inferri verebatur, & allegaretur pro hac parte Mil. in verbo lite pēdente quoad litigantem. fol. 213. Domini tamen in vna Mutinen. beneficij sancti Bartholomæi coram D. de Rubeis 5. Iunij 1564. tenuerunt, quod lis eo casu non esset extincta, sed duraret propter appellationem interpositam, & ad suprà allegata informantes pro negatiua respondebant, quòd per cessionem lis non extinguitur, vt est text. in capitulo secundo, vt lite pendente in 6. & quod Mil. ibi loquitur de cædente iuri, ac etiam liti, & causæ, & quod clausula ÷ appellatione remota non erat attendenda, cum fuerit data in rescripto conquestus, secundum Hostien. in capitu. vt debitus. de appellat. & nos quoque diximus latius infra in secunda parte. capitulo duodecimo, de attentat. appellat. pendente. in 8. limit. princip. versic. decimo, limita.

Circa tertium de Morte sit.

- 263 Regula, quòd lis ÷ finitur per mortem, vel vtriusque tam actoris, quàm rei, vel actoris tantum. (Nam per mortem rei duntaxat lis non finitur, vt proximè dicemus) Regula probatur ex illo vulgari dicto, quod assumitur ex §. deinceps. in authent. de nupt. quia cum persona actoris cõsetur etiam extingui actio sua personalis, vt est deci. Egid. 156. mortuo actore ad med. quem refert Cassad. decif. 1. dubitauit. de re iudic. & quoad mortem vtriusque Mil. in verb. lis finitur, & vitium litigiosum. fol. 215. de quo dicit esse casum in clem. 1. vt lit. pend. & ibi not. Ioan. And. & est deci. in recollet. Mohed. 142. lite aliàs, & c.

Morte huiusmodi in censetur si nita regulariter. Ampliatu duobus modis. Limitatur vni.

- & c. sub rubr. vt lit. pend. vbi in vna Leodien. canonicatus coram Aquen. inter Card. Senen. actor rem, & Martinum possessorem, & reum conuentum fuit tentum per mortem vtriusque litem 264 fuisse extinctam, secus tamen per mortē vnus tantum, vt est deci. in recol. Mohed. 190. lite pendente. sub rub. de appellat. de mense Nouembris 1544. coram Fabio: vbi generaliter, & latè tractatur, quod per mortem vnus lis non dicitur extingui? Et ad propositum, quod lis ÷ quoad effectū attentatorū per mortē solius rei nõ extingatur facit, quod aliàs fuit per dominos decifum in vna Theatin. Archipresbiteratus coram Caputaquē. 10. Octobris. 1560. quod si mortuo reo, & possessore colligant possessionem capiat dicitur attendere, nec ab eis excusetur sub prætextu, quòd lis fuerit extincta, cum per mortem hoc casu non extingatur, vt est in recol. Caputaquen. 1. decif. 229. incip. cum lis non extingatur.
- Amplia regulam suprà positam.
- 266 Primò, vt procedat ÷ hæc etiam in morte ciuili. Cassad. decif. 3. solet. nume. 6. vt lit. pend. cum & aliàs generale sit quod mortis appellatione venit tam ciuilis mors, quàm naturalis, vt tradunt docto. in l. Gallus. §. & quid si tantum, vbi l. l. nu. 8. ff. de liber. & posthum. & per Moder. in tracta. cui est titulus Mors omnia soluit. in prima parte, in 4. præmissio. nu. 32.
- 267 Secundò, vt non ÷ solū si ambo decedant, sed si alter decedat, alter verò renunciet, vt not. Ioan. And. in dicta clem. prima, in verb. mota, quæ refert, & sequitur Mil. in supradicto loco.
- Limita Regulam prædictam.
- 268 Primò, nisi ÷ defuncto actore Papa aliquem in ius, & litem subrogasset, tunc enim per talem subrogationem lis non habetur pro extincta, sed cõsetur in persona subrogati adhuc viuere, & durare. Cassad. decif. 1. vt lite pend. & diximus suprà, numero 161. dum locuti sumus de subrogatione: Quæ tamen subrogatio est reo superstiti intimanda. Egid. dec. 156. mortuo, vel saltem eius procuratori secundum terminos decifio. 11. aliàs 440. si agens, vt lit. pend. in no.
- 269 Secundò, limita, vt ÷ procedat nisi reus superstes velit litem prosequi, nam (illo volente prosequi) lis non cõsetur extincta, immo durare, & posset pro eo dari absolutoria, vt colligitur expresse ex dicta decifio. Egid. 156. & expressius per Cassad. dic. deci. 1. de re iudic. nu. 2. post Egid. vbi suprà, & Ioan. And. in dicta clem. 1. Et pro ista limitatione, seu declaratione dictarū decif. Egid. & Cassa. fa. quæ remissiuè ponit idem Cassad. decif. 6. in fin. vt lit. pend. & est bona decif. in recollet. Acchil. de Grass. 188. mortuo actore: sub tit. de lite, vbi ita asserit fuisse tentum in vna Zamoren. coram eo, subdens, quòd per mortē actoris reus 270 ÷ non inciperet esse triennalis nisi per aliquos actus cõstaret eum cessisse illi iudicio, vel omnes suos procuratores reuocasse: Quomodo autem sit intelligendum hoc quod litem superstes non prosequatur, dic vt per Cassad. post alios decif. 5. nu. 3. vt lit. pend. & per Mil. in verb. liti pendente non finitur. fol. 212.
- 271 Declara præmissa omnia, vt ÷ procedant in morte actoris quoad reum, secus sit in morte rei quo ad actorem: nam tunc non cõsetur quo 272 ad eum lis finita, quia licet ÷ reus sit sublatus de

medio per mortem, & sic appareat sibi amplius beneficium non deberi, non propter hoc sequitur actori superstiti deberi, vt dicit Rot. decif. 8. aliàs 144. in causa, vt lit. pend. in no. facit dicta decif. Egid. 156. & dicta decif. Cassad. 6. vt lit. pend. & ita etiã fuit tētū in vna Burgen. canonicatus corã D. meo Oradino sub die 18. Decēbris. 1562. Quin- 273 immo in tantum lis ÷ durat quoad actorem, vt si ille mortuo reo aliquid innouet illud omne tanquam lite pendente innouatum sit reuocandum, vt est deci. Rot. 10. aliàs 411. lite pendente, vt lite 274 pend. in no. Itē præmissa intellige, de morte ÷ actoris in prima instantia: quia tunc dicitur lis finiri, secus si in secunda instantia quādo in prima fuisset pronunciatū contra reum, vt est in recollet. Put. 20. decif. 159. vbi ita asserit esse intelligendam decif. Egid. 156. suprà in princip. allegatam.

Circa Quartum, De tempore licet sit hoc 275 vulgare, quod de iure ÷ canōnico nullum est tempus determinatum ad lites finiendas in cap. 276 pen. de iudic. & ponit Cassad. decif. 5. numer. 4. vt lit. pend. post Mil. in verb. liti pendente non finitur. in fin. foli. 212. tamen Cassad. in dicta decif. 276. 5. ponit vnum modum, quo scilicet lis ÷ tempore finiatur, videlicet quando à prosecutione liti fuisset per tot annos cessatum puta per annos 8. (prout erat in casu suo) vt præsumeretur lis habita pro derelicta: quæ decif. Cassad. (licet videatur simpliciter relata, ac retēta à Menoch. in tracta. de arbit. Iud. lib. 2. centuria tertia, 277 casu 202. nu. 14.) nouissimè tamen fuit ÷ declarata per dominos in vna Hispalen. canonicatus, vt procedat concurrentibus longinquitate temporis, & quod nihil penitus constaret de aliquo iure mouentis litem, secus si constet de aliquo iure, aut dubio probabili, tunc standum est decifio nibus antiquis, vt instantia non pereat: Ius au- 278 tem mouentis litem ÷ colligi debet ex coniecturis, quarum aliqua enumerantur per Acchill. de Grass. decifio. 187. incip. decifio Cassad. sub rubr. de lite: cum qua concordat in eadem causa decif. in recollet. Putei 14. vt lit. censeatur, derelicta: sub rubr. vt lit. pendente. & in recollet. Peregr. decifio. 10. aliàs 86. incip. proponente, & alia eiufdem Acchill. 183. decif. Cassador. sub rubr. de lite, vbi dicit, ita fuisse tentum in dicta Hispalen. & in vna Palentina Cappellaniæ coram Prospero: & quod ita ampliauerunt domini dictas decifiones Cassadori, vt scilicet ÷ sufficiat decennium, & quod constet de non iure, vt suprà: Cui in eadem causa coram Prospero videtur concordare alia decif. Put. 20. lis fuit habita, sub rubr. vt lite pendente: Pari modo ex coniecturis (de quibus in facto) fuit determinatum in alia Zamoren. Parrochialis de Villamor coram Acchill. de Grass. 27. Maij. 1540. vt est decifio Put. 27. lis fuit 280 habita. sub rub. vt lit. pend. vbi etiam illud ÷ notanter ponit, quod nondum erat lapsum decennium, sed restabant adhuc nonnulli dies, & tamen ita fuit decifum: Similiter in vna Viennen. coram Simonetta maior pars dominorū tenuit, quod per viginouem annos (quibus fuerat 281 a prosecutione cessatum) lis ÷ censeatur neglecta, vt est decif. eiufdem 35. incip. an lis. sub rubr. vt lit. pend. subdit tamen ibi, quod tres ex senio- 281 ribus dicebant, quòd in Rota semper iudicatum fuerat contrarium: Et propterea ipse noluit de- Tract. de Attent. f

Tempore curfu, an, & quibus casibus lis finiatur.

super iudicare, sed causam concordauit: Facit etiam ad præmissa alia decis. eiusdem Putei 7. lis dicitur habita pro derelicta. eo. tit. in vna Cōpostellana canonicatus coram Peregrino. 28. Martij 1547. quod lis t̄ eo casu diceretur extincta, & finita, ex quo per 37. annos causa non fuerat profequuta: de qua est etiam decis. in recoll. Peregri. 95. aliàs 109. incip. dubitauit: & secundum præmissa fuit etiam nouissimè resolutum in vna Barchinonen. canonicatus coram Guicciardino. 7. Iunij. 1567. in qua (cum dubitaretur) an lis t̄ eo casu esset extincta, ex eo præsertim, quia ille, qui obtinuerat executoriales per annos 18. non fuerat litem profecutus, quinimo in fauorem collitigantis cesserat iuri, liti, & causæ cum reservatione certæ validæ pensionis, & per excellentes aduocatos contra extinctionem allegaretur, quod cum cursu temporis non concurrebat aliud requisitum, scilicet, quod constaret, de illius malo iure, (quoniam immo constabat de bono suo iure) domini tenuerunt litē non fuisse extinctam: Simpliciter autem, quod per t̄ lapsum 22. annorum, quibus fuerat a lite cessatum (vt ibi in facto præsupponebatur) lis cēseatur extincta, senserunt domini in vna Pampilonen. parochialis de Vasquez coram Montisflaconen. 23. Iunij. 1553. secundum notas D. mei Oradini: Idem etiam senserunt in alia Toletan. parochialis, de Yepes coram A. Augustino. 29. Aprilis 1553. vbi dum ad deducendum, 285 quod beneficium t̄ non erat litigiosum allegaretur inter cetera, quod per 11. annos fuerat a profecutione litis cessatum, & non constabat, de bono aliquo iure cessantis, domini tenuerunt, quod beneficium eo casu non esset litigiosum. 286 Præmissa verò omnia limita t̄ non procedere, vbi essemus in causis fiscalibus, quia in his etiam si fuerit cessatum a profecutione litis per triginta annos, lis tamen non dicitur extincta, & si quid interim fiat dicitur attentatum, vt est decis. Rot. Bononien. Pet. de Benintend. 79. nota lite. nu. 8. & seq.

Desertio
ne an in
firmatur.

Circa Vltimum, sunt, qui etiam Desertione 287 t̄ finiri litem dixerint, vt per Gomez. super reg. de trienna. poss. q. 54. ver. circa primum: ea ratione, quia stante desertione perinde habetur, ac si non fuisset appellatum, & sententia in rem tran- 288 fuisset iudicatum: de quo t̄ non parum dubitandum videtur per ea omnia, quæ ponit idem Gomez. ibi, ver. circa secundum articulum, vbi etiã motiuis contrariæ opi. respondere videtur: Verum quia præcipuum istius secundæ opi. fundamentum est super stylo Rotæ, quod lis non dicitur finiri, nisi per sententiam, saltem super desertione (circumscripto dicto stylo) Prima opinio 289 t̄ videtur verior, quòd etiam per desertionem dicatur lis finiri: Quod ex eo etiam maximè probari videtur, quod aliàs dicunt docto. præsertim Saly. in l. properandum. §. & siquidem. sub nu. 15. ver. tertio quæro. de Iudic. & sensit etiam Bar. in l. fin. C. de litig. quòd (ex quo post peremptam instantiam lis non dicitur pendere) alienatio 290 t̄ rei, super qualitigabatur valet, quia secundum eos ad impediendam talem alienationem iura exigunt litem pendere, quæ perempta instantia cessat, vt tetigimus etiam aliquid infra in tertia illatione regulæ princip. ibi posita. nu. 504. & seq.

vbi plenè illum articulum examinauimus, an perempta instantia alienatio rei litigiosa valeat.

Vltra prædicta considerari possunt alij quodque modi, quibus lis extinguatur. Primus videlicet t̄ factio, & culpa litigantis: Si enim impetrās beneficium post annum non seruauit secundam partem regulæ, de annali possessore, tunc lis dicitur extincta, adeo, vt Ordinarius possit de beneficio providere, vt est decis. in recoll. Put. 11. lis dicitur extincta, vt lit. pen. in vna Gebbenen. parochialis seruallis coram Puteo 8. Nouembris. 292 1540. Secundus voluntate, t̄ & autoritate Papæ, si enim princeps (de cuius potestate non est disputandum secundum Ruyn. in conf. 76. primò est videndum. nu. 6. & sub nu. 10. lib. 5.) causam ad se auocet, & litem extinguat, hoc exprimat, nõ videtur dubitandum quin hoc casu lis dicatur extincta, vt senserunt domini in vna Nullius Præposituræ corā A. Augustino. 21. Iunij. 1557. in qua 293 dixerunt, quòd stante t̄ subrogatione Cardinalis de Saluatiis cum extinctione litis, beneficium non erat amplius litigiosum: quod ex eo etiam comprobatur, quod dixit Mohedan. decis. 292. 294 fuit dubitatum, quòd sola t̄ autoritas Papæ tollit vitium litigiosi.

Et per hæc satis apparere potest quando lis dicatur incipere, ac etiam finire, & per consequens quãdo illa dicatur pendere: quod fuit necessariũ ante præponere, quàm ad materiam ipsam attentatorum lite pendente deueniremus.

Nunc transeundo ad materiam ipsam attentatorum lite pendente (conclusiuè procedẽdo) constituenda est

Regula ista Principalis, & Generalis, quòd 295 t̄ plurimum actus, qui fiunt lite pendente dicuntur attentati, & remedio attentatorum sunt reuocandi, intelligendo tamen iis modis, qui ex infra scriptis Illationibus, Ampliationibus, Limitationibus, ac etiam Declarationibus colligi possunt.

Regula ista, quòd actus facti lite pendente regulariter sint attentati probatur rubr. & tot. titu. ff. & C. in decretalibus, in 6. & clem. vt lite pend. nihil in nou. considerando maximè, quòd 296 illæ rubricæ sunt cõceptæ t̄ negatiuè, ex quo secundum glo. in rubr. extra, vt lit. pend. ver. & aduerte, colligitur, quod regulariter nihil debet in nouari lite pendente: Pro qua etiam facit, quod aliàs dicebat Cassad. decis. 6. num. 2. incip. voluerunt domini, super reg. cancella. dum facit hanc 297 consequentiam, sunt t̄ attentata, ergo aderat lis, sine qua attentata non caderent, & attentata necessario præsupponere litem habetur in recolle. Paleott. decis. 222. Martinus. ad med. in vna Perusina plebis de confinio: Et quamuis sub ista prohibitione legis negatiuè concepta omnis actus comprehendi videatur, aliquos tamen specialiter hic subiungemus, qui speciali digni nota, & declaratione nobis visi sunt ex his, quæ circa eos per docto. dicuntur: ex ista igitur regula.

Illatio prima de possessione lite pendente non capienda.

Primò Inferitur, quòd lite pendente non debet altera t̄ partium ingredi, & acquirere possessionem rei, de qua agitur, aliàs talis adeptio reuocaretur via attentatorum, vt est decis. Rot. 10. aliàs 411. si lite. vt lit. pend. in no. quam citat, & sequitur

Regula, quod acti
facti lite
pendente
consensur
attentati.

Illatio p̄
ma.

Possessio
te pendente
regulari-
ter capi nõ
potest, &
capta di-
quitur

siur attē-
tata, &
ista sit Re-
gula. Quã
Amplia
quumque
modis, &
Limita
per decim
modis.

quitur Natta in conf. 568. quidam fratres. nume. 4. libro 3. & ideo lite pendente inter duos præsentatos à diuersis prætendentibus se patronos (si fuerint aduentus in Nuntio institutus, & illius vigore apprehenderit possessionem) talis possessio dicitur attentata: ita fuit dictum in vna Cōpostellana, de Boiana. 16. Februarij. 1554. coram Montisflaconen. vt est decis. in recolle. Guid. bon. 104. dixerunt domini. sub rubr. vt lit. pend. post Sarnen. in reg. de subrogan. collitig. q. 13. & in hac Prima illatione ista sit Regula, quam Amplia, 300 Primò, vt procedat etiam si t̄ ante litem talis adeptio fuisset sibi licita, & aliàs sibi de iure competeret, puta si dominus (qui propria autoritate potuisset emphiteotam expellere) Iudicem adiuerit: quia post litem institutam non poterit amplius. Capic. decis. 119. in causa. nu. 9. vt infra latius dicemus in prima ampliati. ad regul. princip. supra positam. 301 Secundò, vt procedat t̄ etiam si possessio rei, super qua litigatur esset vacans: nam & hoc casu (si per alterum ex litigantibus occupetur) dicitur attentari. Egid. decis. 102. si possessio. Rot. decis. 10. aliàs 411. vt lit. pend. in no. ex qua decis. sub numero 4. ver. si aliquibus dominis videbatur, & cæt. colligitur etiam viua ratio huius ampliati. quia scilicet, t̄ multum interest partis, vt per reuocationem huiusmodi attentatæ possessionis attentans ab ea amoueatur, ad hoc, vt (si is contra quem prætenditur attentatum) obtineret in causa reperiat beneficium, & illius possessionem vacuam vna cum fructibus: arg. not. per Inno. in cap. veniens. de testib. & in c. cum super. de re iud. Quæ ratio adhuc stringi potest: quia cum istis fructibus attentans hoc casu maximum poterit aduersario negotium facere, & poterit cum eis litem sustinere: & pro ista ampliatiōne facit id, quod secundum notas D. mei Oradini fuit tentum in vna Legionen. Archidiaconatus coram Reumano 17. Nouembris. 1553. in qua (dum dubitaretur inter cetera) an Ioan. Baptista capiẽdo in casu illo possessionem attentasset, ille in fin. adnotauit, quòd si possessio erat vacans non potuit illam capere: Et melius facit quod idem adnotauit in vna Nursina Prioratus coram Sarmiento 23. Ianuarij. 1562. In qua (dum dubitaretur an possessio Episcopi Bufalini esset attentata, domini tenuerunt pro attentatis ex annotatis; Votum autem ibi annotatum erat tale, videlicet pro attentatis, iuxta decis. 10. vt lit. pend. in no. in 2. dub. post numer. 4. & non obstat, quòd Iulij non intereat cum non possideret, quia intererat Iulij, quòd possessio esset vacans, vt tradit post Inno. Fely. in cap. cum super. nu. 11. ver. limita 4. de re iudi. Quamuis autem expredictis hæc ampliatiō videatur posse teneri, 303 contrarium tamen videtur t̄ verius prout dicemus proximè in 5. limit. regulæ præsentis illationis. nu. 329. & seq. dic vt ibi.

304 Tertio, vt non t̄ solum dicatur attentare ille, qui interposita per aduersarium appellatione ea non obstante (prætendens illi non licuisse appellare) propria autoritate, & absque executoris possessionem rei (de qua in sententia) accepit, vt fuit dictum in vna Tudertina bonorum pro Capitaheo Fabritio de Signorellis contra Simonettũ de Balionibus corā Caputaquen. 28.

305 Nouembris. 1561. verum etiam si talis t̄ adeptio fieret vigore literarum executorialium: quia, & hoc casu diceretur attentatum, vt fuit aliàs decisum in vna Abulen. parochialis de roba, coram Mohed. de anno 1542. quam refert, & sequitur idem Mohed. vt patet in recolle. suis decis. 180. vacante. sub rubr. vt lite pend. post Fely. & Sarnen. de quibus ibi per eum: quoniam ad hoc, vt possessio t̄ vigore executorialium canonicè capiatur debet executoriales intimari, repro- duci, & seruari, quatuor termini, vt declarat Cassad. decis. 6. gratia subrogationis. num. 11. de causis poss. & prop. aliàs reuocaretur tanquam attentata, vt est decis. Ioann. Paul. 3. incip. Bellicen. Sarnen. de annali. q. 44. ad med. ver. accedit ad hoc text. Quibus concordat, quod fuit aliàs decisum in vna Portugallien. parochialis della Salada coram D. meo Oradino die 19. Octobris. 307 1565. quod executio t̄ facta post citationem, & inhibitionem vigore commissionis emanatæ, dicitur attentata etiam si fuerit facta vigore brachij secularis, ea ratione, quia de facili poterat reformare dictam commissionem, & similiter Crescent. decisio. 16. incip. stylus. sub rubr. de attent. inquit, quòd stylus Rotæ est, quòd si quis 308 t̄ vigore executorialium capiat possessionem dicatur attentasse: quia debet seruari quatuor termini, vt latius ibi per eum: & quod executio facta post inhibitionem vigore literarum executorialium (etiam vigore trium conformium) emanatarum (illis iuxta stylum non reproductis) sit attentata, fuit etiam dictum in vna Toletan. matrimonij coram D. meo Oradino. 31. Ianuarij 1556. quòd antea fuerat etiam in eadem causa eodem proponente resolutum. o. Nouembris. 1555. ea ratione, quia literæ t̄ erant reproductæ coram Auditore, & non coram sub- 309 executore in partibus, prout fuerat in casu illo factum: Idem etiam, quod possessio t̄ dicatur attentata, si fuit capta vigore sententiarum, reuocata, & literarum executorialium relaxatarum contra Claudium, si illæ non fuerunt iuxta stylum intimatæ Nicolao, qui vigore resignationis Claudij cum clausula surrogationis gratiosæ (etiam quoad possessionem) reperiebatur in possessione, tenuerunt domini in vna Gebbenen. spoliij Sarrauallis coram A. Augustino. 27. Octobris 1553. quod etiam affirmat Gigas in tracta. seu Epitomate de intruso, numero 17. ver. ficul. quinimmo. & nouissimè sensit etiam Mandos. super reg. de subrog. collitig. q. 4. nume. 4. & 311 sequ. dum voluit, quòd regula illa t̄ prohibens intrusum posse subrogari, procedat etiam in eo, qui non seruatis debitis terminis, possessionem vigore executorialium accepit: quod etiam replicauit in tracta. commissionum, in 14. formula commissionis attent. in verbo, reuocandi. qu. 1. in fine remissiuè. Hæc autem omnia videntur t̄ necessariò declaranda, vt procedant de stylo curiæ, secus fortè extra curiam, vt dixerunt domini in vna Pampilonen. parochialis coram D. de Rubeis 14. Aprilis. 1567. vbi ad literam dixerunt: illud autem de possessione capta post executoriales, vt sit attentata seruatur in curia, sed in partibus aliud fortè est.

312 Quarto, potest ampliari, vt procedat t̄ etiam si possessio lite pendente capta fuisset momentaneè. Traç. de Attent. f 2

- nea, quia nihilominus debet attentata passo restitui, & attentatum purgari, antequam procedatur in negotio principali, vt tenuerunt domini in vna Salamantin. Abbatia coram Peregri. 7. Februarij. 1547. vt est in recoll. eiusdem decif. 96. incip. vtrum sit procedendum.
- 314 Quinto ampliat, vt procedat t etiam si huiusmodi possessio fuerit capta vigore regressus habentis decretum irritans: quamuis enim possessio illius, qui spoliatur lite pendente per eum, qui 315 habet talem regressum non videatur t considerabilis, ex quo decretum illud inficit nedum titulum, sed etiam possessionem: Cassad. decisio. 1. & secunda de restit. spol. & propterea nec videatur etiam restituibilis: Nihilominus si no iustificato 316 t huiusmodi regressu (solu illius vigore lite pendente quis capiat possessionem) videtur attentare, vt inclinatur domini in vna Romana beneficiatus sancti Petri coram Cotta. 10. Iulij. 1568. & clarius demum videntur determinasse in eadem (D. Serafino proponente) sub die 2. Maij. 1569. vt annotauimus etiam infra in tertia parte. cap. 24. de Reo, & except. contra attent. compet. q. 1. ad fi. Quinimmo (etiam canonizato per sententiam regressu cum decreto madati, de imittendo in possessione) possessio t capta pendente appellatione a dicta sententia interposita dicitur esse attentata, vt fuit tentum in vna Nursina Prioratus coram Sarmiento 23. Ianuarij. 1562. per decif. Rot. 10. alias 411. si lite, sub nu. 4. in 2. dubio, vt lit. pend. in no. Non obstate, quod pro attentante allegaretur, quod ex quo colligens non possidebat non erat faciēda reuocatio, quasi nullum verteretur interesse: quia respondebat domini, quod immo multu intererat, quod possessio esset vacans, per tradita per Felyn. post Inno. in c. cum super. nu. 11. vers. limita quarto, de re iudic.
- Limita regulam huius primae illationis.
- 318 Primò, Quando t scilicet, talis adeptio veniret accessorie ad aliquid, quod ego haberem ante litem motam: Exemplum ego (habens civilem possessionem ante litem) lite pendente accepi naturalem, an hac acquisitio sit via attentatorum reuocanda? & Paris. conf. 172. in causa. numero 12. libr. 4. concludit post alios, de quibus ibi, quod non: quia remedium (inquit) attentatorum t non datur ad accessoria eorum, quae gesta erant ante litem motam, vt etiā annotauimus latius infra in 5. limit. princip. huius regulae princip.
- 320 Secundò, vt non t procedat, si lis penderet vigore monitorij Auditoris Camerae, de non molestando aliquem in sua possessione, &c. nam si post huiusmodi monitorium quis alium spoliat non dicitur attentare, licet dicatur spoliare, vt est in recollect. Put. decif. 17. post monitorium: sub rubr. de restit. spol. quod clarius, & latius repetit in decif. 8. post monitorium. sub rubr. vt lit. pēd. vbi rationem assignat, quia scilicet, tale monitorium sapit quandam commonitionem tantum, non autem inhibitionem: & hoc, nisi t monitorium fieret per viam inhibitionis, ad quod (inquit) semper aduerte: Et ita fuisse resolutum in vna Cusentina spolij parrochialis sancti Petri coram Peregrino. 7. Martij. 1545. pro qua facit etiam decif. in recollect. Acchill. de Graff. 22.

- attēata, sub tit. de attent. vbi refert, quod in vna Valentina parrochialis coram eo tenuerunt domini 322 mini Attentata t non esse, si quis ab Auditore Camerae absque commissione obtineat monitorium in causa beneficiati, Ea ratione, quia non 323 habet t iurisdictionem in beneficiabilibus, vt sentit Egid. decif. 210. in causa, & 305. in causa mea: & sentit etiam Rota decif. 42. alias 336. si a Iudice, de appell. in no. & ratio rationis esse potest, 324 quia regulariter Auditor Camerae t non habet cognitionem causarum vltra summam centum, causa autem beneficiati est inestimabilis, vt fuit dictum in vna Spoletana beneficiorum coram Accorambono. 8. Nouembris. 1553. in qua dubitabatur vtrum monitorium Auditoris Camerae (vigore Eugenianae super aliquo beneficio) faceret illud litigiosum, & fuit ibi per dominos negatiue resolutum: immo in eadem sub die 1. Decembris 1553. fuit resolutu, quod nec etiam cēferetur 325 iurisdicō Auditoris t Camerae prorogata, si citatus vigore Eugenianae constituisset procuratorem, qui coram eo mandatum produxisset cum protestatione, quod nihil fieret nisi eo citato.
- 326 Tertiò, nisi t essemus in tertio, qui lite inter alios pendente ceperit possessionem de manu illius, qui non erat in lite: quia talis (cum non dicatur intrusus) consequenter non diceretur attentasse, vt tenuerunt domini in vna Roma. spolij domus coram D. meo Oradino. 17. Martij 1561. & fa. pro hac limit. decif. in recollect. Moheda. 205. incip. & hi. sub rub. de alleg. Lapi. in vna Salamantin. portionis, de mense Nouembris 1544.
- 327 qui similiter dicit, quod tertius t potest lite inter alios pendente possessionē capere, si a colligante causam no habet, de qua in eadē causa est etiam decif. in recollect. Peregri. 97. alias 14. incip. Didacus resignauerat: Quod etiā tenuerunt domini in vna Turritan. parrochialis, de Vfini coram Caputaquen. 10. Maij. 1560. in quadixerunt, quod si Andreas tempore litis non erat in possessione, lis inter eum, & alios non impediēbat capi possessionem per tertium.
- 328 Quartò limita, vt non t procedat in hærede vniuersali capiēte possessionē bonorū hæreditariorū, super quibus lis pēderet inter defunctum, & alium: quia talis possessio (quamuis lite pendente capta) non dicitur attentata, sed potius cōtinuatiua, vt adnotauimus, in hoc eodem capi. in prima limit. princ. in 5. sub limit. reg. ibi positā.
- 329 Quintò limita, vt non t procedat, quādo possessio esset vacans: quoniā si quis (etiam colligens) vacantem possessionē ingrediatur, non videtur attentare, vt est decif. Cassador. 6. gratia. num. 6. de caus. poss. & propriet. & alia in recollect. Peregri. 93. alias 51. incip. in causa, & alia melior in recoll. Caputaquen. 1. decif. 130. incip. si possessor, vbi absolute affirmatur, quod si possessor 330 t lite pendente liberè, & simpliciter beneficium resignet in manibus Ordinarij (& sic per resignationem possessio sit vacans) potest colligās illā ingredi, nec dicitur attentare, & ita fuisse tētū in vna Auerhana beneficiorū coram A. Augustino. 3. Martij. 1559. Quod ipsūm ex recentioribus secutus est Io. Baptista Ferret. in conf. 25. vifis. in princ. lib. 1. Ad quod non parum facit, quod dixit Dec. in consil. 200. sub numer. 1. vers. Immo quod 331 plus est, &c. quod t is, qui habet titulum, & proprietatem

- prietatē t illius rei (etiā pendente lite) possessionē t rem capere. Et quamuis cōtra hanc limitatio. faciant ea omnia, quae posuimus supra. num. 301. in 2. ampliat. huius regulae: ab hac tamen 332 limit. non videtur recedendū. Et tenendo eam ad allegata ibi in cōtrariū respōdetur & ad decifio. Egid. 102. quod illa retorquetur, ex quo Egid. ibi contrarium in effectu firmat, versic. sed breuiter contrarium putō: Decif. verò 10. alias 411. vt lit. pend. in no. non videtur id absolute firmare, præsertim post princ. sub numero 1. versic. nisi vellemus illam, &c. dum vult dispositionem c. si hi contra quos, vt lit. pend. in 6. (quae prætendebatur, quod in casu illo causaret attentata) procedere in electione seu præsentatione lite pendente facta, non autem in possessionis apprehensione, cum simus in pœnalibus, quae non sunt extendēda, vt ibi latius dicitur: Ad rationes autem ibi in contrarium consideratas potest responderi, quod (si quod adest interesse) illud videtur esse quodammodo lucri cessantis, non autem, quod parti contra quam prætenditur fuisse attentatum aliquod damnum, aut præiudicium in feratur: nam licet melior futura fuisset ipsius cōditio, si possessio remansisset vacua, per possessionem tamen ab illo (vt præfertur) captam, nullum dicitur illatum damnum, aut præiudicium: quia sicut viuente illo (per cuius obitum fuit facta possessio vacans) ipse carebat & re, & fructibus rei, super qua litigabatur, ita & caret nunc postquam ille vacantem possessionem est 333 adeptus: Attentatorum t autem reuocatio videtur in præiudicio partis fundari. Egid. decifio. 579. si Titius: & diximus supra in prima parte, in præfatio. in descriptione attentati. numer. 27. & latius dicemus infra hoc eodem ca. de attent. lit. pend. in prima declarat. princ. per tot. & damni emergentis a lucriceffantis non est par ratio, ad not. per omnes in l. fin. §. licentia. C. de iur. delib. Verum (quia per præmissa no videtur sufficienter responsum, dicta decif. 10. alias 411. nec etiam resolutioni dominorum in illa Nursina Prioratus (de qua ibi diximus, & quae in dicta decif. 10. fundatur) Veritati inherendo, & ex dicta decif. declarationem ad præsentem conclusionem colligendo videntur ita posse opi. conciliari, vt di 334 camus, quod capiens possessionem t vacantem non dicatur attentare, ita, vt passus attentata possit petere eum a possessione amoueri, & illam reuocari, & ita procedat præsens limitatio, sed ad effectum, vt Iudex ex suo puro officio possit talem apprehensionem reuocare vtique dicatur attentare, & ita procedat dicta decif. 10. ad fi. vers. fuit igitur consultum, & conclusum: & resolutio facta in illa Nursina prioratus, in qua (cum solum dicatur fuisset tentum pro attentatis, & nihil exprimat, de illorum reuocatione, an ad instantiam partis, vel potius ex officio sit faciēda, prædicta distinctioni nullatenus obfata videtur: licet consideratio interesse per dominos ibi facta non sit omnino tuta per supra dicta: Huius autem distinctionis ratio est in promptu, quia 335 attentata t no fundatur duntaxat in partis præiudicio, verum & multò magis in cōtemptu Iudicis, cuius dicitur lædi maiestas. Rot. dec. 2. alias 14. fuit dubitatum, de restit. spol. in no. & propterea videmus, quod in multis casibus Iudex ex of

ficio attentata reuocat, quae alias ad instantiam partis no reuocaretur, de quibus latius infra in 3. parte. c. 27. de Iud. & per quem attēt. reuoc. nu. 7. & seq. vers. circa primam inspectionem: & secundum hanc considerationē recte etiam procedet dicta decif. Cassad. 6. cui (tenentes contrarium) alias in contingentiā facti excellentes aduocatos respōdisse animaduerti, quod scilicet illa procedebat, quando possessio vacas capiebatur vigore rei iudicatæ (prout verè ille loquitur) secus si non vigore rei iudicatæ: quamuis enim dicta responsio esset bona, attamē rationem bonam diuersitatis non afferēbat: Ratio verò ex prædictis bona, & concludens colligi potest, quia scilicet, quādo capitur vigore rei iudicatæ no solum cessat præiudiciū partis per supra dicta, verum etiā, & cōtemptus Iudicis, siquidem cum ipsemet decernat mandati, & literas executoriales ad possessionem capiendam, in apprehensione possessionis nullus potest considerari contemptus: quin immo potius videretur Iudicis maiestas lædi si litera ipsius executioni non demandarentur, ad no. in l. 1. & tot. tit. ff. si quis ius dicent. non obtemp.

- 336 Sextò, no procedit t in notabili casu aliās cōsiderato a Rota, videlicet in eo, qui obtinuisset tres sententias, & illarum vigore literas executoriales, & absque eo, quod appareret factam fuisse intimationem executorialium, vel seruatos fuisse terminos seruari solitos cōtra intrusum reperiretur fuisse in possessione beneficij per 20. annos, & tertius contra eum daret de attentatis, quasi ille lite adhuc pendēte ingressus fuisset possessionem, secundum terminos decisionis, de qua supra in 3. ampliat. huius regulae. numer. 304. nam possessionem non esse attentatam hoc casu vulerūt domini in vna Calaguritana coram Guidobono, vt est decif. in recollect. Acchil. 33. attentata dixerūt: sub rub. de attent. & decif. in recoll. eiusdem Guid. bon. 156. Calaguritana. eo. titu. ea ratione, quia verisimile est primum in trusum recessisse post sententias, & possessionem dimisisse, 337 & quia per spatium t viginti annorum præsumebatur omnia solemniter acta, & cōsequēter executoriales fuisse intimatas, cum qua decif. concordat alia Peregr. 93. alias 51. incip. in causa, vbi idem fuisse tentum in vna Pampilonen. de Alueda coram eo. sub die 14. Maij. 1547. attestabatur, & aliam quoque rationem assignat, quia scilicet per lapsum tanti temporis possessio præsumebatur capta volente, & non contradicente possessore.
- 338 Septimò, videtur t limitanda, vt non procedat in eo, qui resignationem beneficij habuisset ante litem motam: is enim potest etiam lite pendente possessionem capere, vt fuit decifum coram A. Augustino in vna Gebenen. parrochialis 27. Februarij. 1553. quam allegat Paleot. decif. 91. incip. nihil in vna Perusina sanctae Crucis. sub die 13. Iunij. 1558.
- 339 Octauò limita, vt non t procedat in gratiose subrogato, etiā quoad possessionem: quomodo si is capiat lite pendente possessionem no dicitur attentare. Verum: quia ex docto. conclusionibus, & dominorum resolutionibus multa in materia præsentis limitationis colligi posse videntur, ea facilius percipientur si illa, per modum regulæ, & Tract. de Attent. f 3

limitationum explicentur: Sit itaque in propo-
ta octaua limitatione

Regula
quod sub. 340
rogatus
gratiosus
est etiam
lite penden-
te citavi-
toris ca-
pere posses-
sionem. Qua
Amplia-
tur tribus.
Lim-
tatur septē
modis.

- 340 Regula, quod subrogatus gratiosus et lite pen-
dente possessionem capiens non dicatur atten-
tare, ut est decis. in recolle. Mohed. 327. incip. fuit
resolutum, ubi dicitur ita in multis causis fuisse ob-
seruatum in Rota, prout idem fuit aliis firmatum
in vna Casaraugustana parochialis coram Al-
dobrardino. 10. Decembris. 1557. vt refert Paleot.
decis. 102. incip. Marius: ubi idem tenuisse videtur
in vna Perusina sanctae Crucis. sub die 17. Octo-
bris 1558. & clarius idem fuit deinde resolutum in
eadem causa sub die 24. Decembris 1558. vt est
decis. in recolle. eiusdem Paleotti. 119. incip. iuxta
decisionem: Triplex autem huius dicti ratio assi-
gnari potest: Prima quia cum is, qui et continuat
non attentet. Rot. decis. 44. alias 344. licet, de ap-
pell. in no. cum simil. talis possessio hoc casu non
solum quoad civilem, verum quoad naturalem
342 et censetur potius continuata, quam de nouo
acquistata, cum transferatur legis, vel principis
ministerio, vt post Panormit. in c. cum venissent.
nu. 7. de restit. spol. & Rip. in l. 1. nu. 36. ff. de acquir.
poss. & in 2. respons. lib. 2. dixerunt domini in di-
cta decis. Paleotti. 119. ad fin. Secunda, quia sicut
343 et ille, qui habet facultatem propria auctoritate
capiendi possessionem (si sibi non praediucauit
sed per protestationem seu alias illam retinuit)
potest etiam lite pendente possessionem ingredi,
& non attentat, vt post Capit. & Alex. diximus in
fra in prima Ampliat. princ. num. 4. vers. secundo,
344 nisi iura etiam et dicendum videtur, de subroga-
to, cui per gratiosam subrogationem etiam quoad
possessionem Papa videtur dare facultatem il-
lam propria auctoritate capiendi, vt per Sarnen.
de triennial. poss. q. 14. numer. 9. & 11. vers. nec ob-
stat, quod sit subrogatus: Tertia, & efficacior est
345 ratio, quia scilicet et ingreditur auctoritate Pa-
pa, quae tollit vitium litigiosum, & effectum clem. 2.
vt lite pendente, vt dixit Mohed. decis. 292. fuit du-
346 bium, ad med. cum enim princeps et sit supra ius
(sicut ille non attentat, vt dicemus infra hoc eo-
dem tap. in 12. limit. princ. per tot.) ita nec is qui
habet causam ab eo, puta, quia sit ab eo inuesti-
tus, vt ibi quoque admonuimus: Et quia infra
multa dicturi sumus, de literarum expeditione
super huiusmodi subrogatione, vt illa facilius
347 applicentur, Regulam intellige et procedere in
gratiosae subrogato, qui literas suae subrogatio-
nis expeditur secundum ea, quae dicemus pro-
ximè in septima limit. numer. 376. quamuis enim
Mohed. in dicta decis. 292. videatur aliter sensisse,
hodie tamen necessariò praesupponenda est
literarum expeditio per ea, quae ibidem dicemus:
348 & ratio est, quia per clausulam et quod literae
possint expediti in forma gratiosae subrogationis
non dicitur inducta subrogatio antequam sint
literae expeditae, vt est decis. in recolle. Put. tertia,
incip. virtute clausula: vt lit. pend. Retenta igitur
regula (vt subrogatus gratiosus, qui literas expe-
dit, capiens possessionem lite pendente non di-
catur attentare) illam.

AMPLIA,

- 349 Primò, vt procedat, etiam et si literae super clau-
sula gratiosae subrogationis (quae erat in suppli-
catione resignationis) fuissent expeditae, & illa-
rum vigore capta possessio post mortem resigna-

tis, atque etiam post sententiam latam contra in-
teresse putantes, & executoriales in intru-
so intimatas, vt erat casus dictae decis. Paleot. 119.

- 350 Secundò, vt subrogatio et praedicta excludat
attentata non solum respectu litis pendente te-
pore impetrationis illius, sed etiam litis subse-
quentis: Exemplum Ioannes resignauit cano-
nicatum in fauorem Rafaëlis cum subrogatio-
ne gratiosa etiam quoad possessionem, per obi-
tum Ioannis, qui in possessione decesserat, fuit
prouisus Franciscus, qui cum peteret a capitulo
sibi tradi possessionem, & capitulum denega-
ret, Franciscus a denegatione appellauit, & eius
vigore capitulo inhibuit, & insuper contra capi-
tulum protestatus est, ne dicto Rafaëli possessio-
nem canonicatus traderet: Successiue Rafaël
(vt praefertur) subrogatus (lite huiusmodi in-
ter Franciscum, & capitulum pendente) vigo-
re suae resignationis, ac subrogationis possessio-
nem canonicatus adeptus est: Dubitatum fuit
in vna Gerunden. canonicatus coram Grato. 26.
Maij. 1564. an talis possessio esset attentata,
Quod, licet prima facie dicendum videretur, &
quod subrogatio excusaret ab his quae potuissent
fieri pendente lite gratiam praecedenti, se-
cus si lis fuisset postmodum introducta, cum di-
spositio regulariter non trahatur ad futura, ad
not. in capitul. fin. de rescript. & in clem. literas.
eodem titul. Domini tamen ibi dixerunt, quod
subrogatio quoad possessionem excludit atten-
tata respectu litis tam praecedentis, quam subse-
quentis.

- 351 Tertiò, vt procedat et etiam si duabus subro-
gationibus concurrentibus in fauorem diuerso-
rum concessis, possessio lite pendente fuerit ca-
pta per eum, qui erat posterior in data: quia nec
hoc casu dicitur attentare, etiam si clausula pri-
mae subrogationis esset, & tempore anterior, &
esset cum decreto irritanti: ponè, quod ante sub-
rogationem per obitum collitigantis obtentam
defunctus beneficium resignasset, & resignata
rius in supplicatione habuisset clausulam, per
quam gratiosae subrogaretur, etiam quoad pos-
sionem resignantis, etiam cum decreto irritan-
ti: quoniam si collitigans subrogatus non obsta-
te subrogatione, & decreto resignatarij huius-
modi, lite pendente possessionem capiat, non di-
citur attentare: quia subrogatio resignatarij eum
non iuuat si illius vigore possessionem non ac-
cepit, antequam collitigans vigore suae subroga-

- 352 tionis illam accepisset: cum talis cessio et nihil
operetur, nisi possessio actu apprehendatur: nam
per tale subrogationem solum censetur data fa-
cultas possessionem capiendi. Sarnen. de Triennial.
q. 14. num. 8. & 10. vers. nec obstat quod sit subro-
gatus: Minusque attenditur praedictum decretum,
353 quia et non respicit beneficium vacaturum sed
vacans, iuxta distinctionem Cassad. deci. 2. incip.
decis. num. 4. de restit. spol. vt haec omnia fuerunt
dicta per dominos in vna Perusina. plebis de con-
finio coram Caputaquen. 4. Nouembr. 1558. in qua
ita etiam fuisse alias tetum in alia Regine. abbati-
coram Capizucco. 12. Octobris. 1551. allegabatur.

Sublimita eandem regulam huius octauae li-
mitationis,

- 354 Primò, vt illa et procedat in subrogato a Pa-
pa, secus si simus in subrogato ab Ordinario, &
ideo

ideo (si lite inter duos praesentatos pendente)
alter moriatur, & superstes in locum defuncti fue-
rit per Ordinarium subrogatus, & per eum lite

- 355 sic pendente in possessionem immisus, cum tam
per quosdam patronos, quam per nouiter praesentatum
ab eis praetenderetur fuisse attetatum, talis possessio
non fuit valida reputata, sed esse sequestrandam
tenuerunt nouissime domini in vna Posuanien. parochialis
coram Serafino 14. Ianuarij 1572. quod ex eo etiam suaderi potest,
356 quia si Ordinarius et regulariter in locum praede-
functi non potest alterum lite pendente subro-
gare, vt per Franc. in c. si hi contra quos. in secun-
do notab. vt lit. pend. in 6. multo minus poterit
357 et lite pendente immittendo in possessionem al-
teri praediuicare, cum plurimum videatur inte-
resse, quod possessio remaneat vacans, vt consi-
derabat aliis in simili Rota decisio. 10. alias 411.
ad fi. vt lit. pend. in no. & ratio diuersitatis et in-
ter vnam, & alteram subrogationem illa videtur
posse considerari, quae aliis datur inter subroga-
tionem rigorosam, quae fit per Iudicem, & gra-
tiosam, quae fit per Papam: quia scilicet Iudex non
potest dare possessionem, nisi illi, cui de iure com-
petit, & quando quis per Iudicem est subrogan-
dus debet discuti de iure illius in cuius locum quis
vult subrogari, & illo comperto Iudex subro-
gat, & immittit in possessionem, quod non cadit
in subrogatione gratiosa, vt eleganter declarat
Mohed. decis. 327. incip. fuit resolutum: vnde si-
cut Iudex, ita & Episcopus (qui non est nisi
Iudex ordinarius. tot. tit. de offic. ordin.) ex quo
non potest dare possessionem, nisi cui de iure com-
petit, si aliquem subroget, etiam quoad possessio-
nem, & ille lite pendente capiat possessionem, non po-
test effugere vitium attentatorum, ex defectu po-
testatis, quae cessat hoc casu in ordinario.

- 358 Secundò, vt non et procedat in subrogatione
rigorosa, sed in subrogato gratiosae (prout verè
loquitur regula) plures enim sunt inter vnam,
359 & alteram differentiae, & inter et caetera quod
subrogato possessio non datur nisi cum causa co-
gnitione, & discussio iure defuncti, vt post decis.
Rot. 10. alias 411. in fi. vt lite pendente in no. tradit
Mohed. decisio. 327. Quod tamen ex his
quae nouissime fuerunt dicta in vna Abulen.
portionis coram Binarino 21. Aprilis 1572. sub
360 limitandum et videtur, vt non procedat quando
mandatum de subrogando ex aliqua causa praedi-
ctam causam cognitionem non requireret, pu-
ta, quia examen de persona prouisi erat iam an-
tea factum, & quamuis ille in prouisione habe-
ret clausulam gratiosae subrogationis, litterae ta-
men fuissent iuxta stilum (praesertim post sacrum
Concilium Tridentinum) expeditae in forma
mandati de subrogando, & in forma dignum:
quoniam (si vigore talium litterarum ille cape-
ret lite pendente possessionem) non diceretur
attentare, prout tentum fuit in dicta causa, qua
attetis litteris prouisi apostolici, quibus caueba-
tur, quod Andreas prouiso examine prouideretur,
& amoto exinde quolibet detentore mitte-
retur in possessionem, & quod licet in supplica-
tione haberet clausulam gratiosae subrogationis,
litterae tamen fuerant expeditae in forma man-
dati de subrogando, & quod iam ille fuerat an-
tea examinatus, dum dubitaretur (an sua posses-

sio esset attentata) domini tenuerunt illum excu-
sandum fore ab attentatis.

- 361 Tertiò, vt non et procedat, quando ille (in cuius
locum fit subrogatio) aut nunquam posse-
disset, aut tempore subrogationis desisset possi-
dere: quamuis enim aliis domini in vna Augu-
stana sancti Germani coram Caputaquen. 10.
Martij 1561. postquam declarauerunt, quod ces-
sionarius capiens possessionem lite pendente non
diceretur intrusus stante subrogatione, dubitan-
dum reliquerunt, quid si cadens tempore subro-
gationis desisset possidere: limitatio tamen vi-
detur omnino tenenda, tum quia cessat ratio, quod
possessio lite pendente capta videatur continuata,
non aut de nouo acquisita, de qua supra in prin-
cip. nu. 341. & seq. & quod cessante possessione in de-
functo, consequenter cessat principium & conti-
nuatio in subrogato. Tum quia videmus in simi-
362 li, quod statutum et trasferes possessionem defuncti
in heredem, non vendicat sibi locum ad res, quas de-
functus tempore mortis non possidebat, vt per
Tiraq. in tracta. le mort fait. in quarta parte, de-
clar. 1. in princ. & per tot. & in constituto, per quod
363 et non transfertur possessio, quando constituens
tempore constituti non possideret, idè Tiraq. de
constit. poss. in 3. parte, limit. 16. & alibi passim.
364 Quarto sublimitandum et videtur, nisi ipse-
met subrogatus causam iactationis, & iactatio-
num commisisset: quia commissi per eum cau-
sa (si possessionem caperet) diceretur attenta-
re: quia via (quam ipse elegit iudiciallem) sibi
patere debet, si mulier. §. si ff. quod met. causa:
hinc videmus, quod is, qui aliis poterat propria
auctoritate possessionem capere (vt de domi-
no, qui aliis possit propria auctoritate emphy-
teutam expellere, & despoliato, qui itidem po-
test incontinenti propria auctoritate possessionem
recuperare, diximus infra hoc eodem cap.
365 in 1. ampl. princ.) si causa fuerit commissa non et po-
test ultra dicta facultate uti, & consequenter ces-
sat ratio regulae praesentis illationis, de qua supra,
nu. 344. quod subrogatus non diceretur attentare,
quia scilicet censetur Papa sibi facultatem de-
disse possessionem propria auctoritate capien-
di: Quod suadet, quia idem videmus contin-
gere in eo, qui obtinuerit breue ad capiendam
possessionem citra vitium spolij, & attentato-
rum: nam licet regulariter possit lite pendente
possessionem capere, & non attentet, vt dice-
mus proximè in 13. limit. numer. 394. hoc tamen
366 videtur limitandum, nisi et is, qui obtinuerat bre-
ue causam iactationis super illius subreptione
commisisset, vt dicemus ibidem numer. 419. &
ex hac limitatione potest colligi conciliatio, &
resolutio eius, quod contra regulam praesentis
octauae limit. in vna Tirasonen. canonicatus co-
ram Acchill. 9. Iunij 1550. per Nouatum adno-
tatum reperiisse refert nouissime Mandos. super
regul. de subrog. collitig. q. 8. sub nume. 6. vers. co-
367 trarij, videlicet, quod et subrogatus non potest
lite pendente capere possessionem, quoniam (ni-
si saluemus dictum Nouati, vt procedat, quan-
do subrogatus causam commisisset) illud esset con-
tra omnes alias decisiones, & rationes supra al-
legatas, nume. 340. & re vera in casu Nouati age-
batur secundum terminos praesentis limitatio-
nis, vt colligitur ex his, quae refert idem Man-

def. sibi, dum refert ita eum adnotasse, videlicet cōcluserunt domini subrogatum commissā causā sibi mouisse controuersiam, & ideo non potuisse lite pendente capere possessionem, quā consideratione admissa non solum decisio Nouati à contrarietate saluabitur, verum etiam poterit allegari in terminis pro præfenti quarta limit.

368 Quintò necessario intellige t̄ præmissa procedere in eo, qui habet subrogationē gratiosam validam, secus si inualidam, & subreptitiam, 369 puta, quia t̄ illa esset in præiudicium tertij collitigantis, iuxta ea quæ ponit Sarnen. de subrog. 370 collitig. quæst. 8. Vel in ea t̄ nō fuisset facta mentio regressus, quem alius habebat ad beneficium super quo collitigans obtinuit subrogationem, ita vt Papa poterit intelligere, an dictus regressus habuerit effectum, necne: ad not. per Gem. in cap. quā sit. §. primo. in primo notab. de elect. in 6. Vel ex aliquo alio capite subrogatio appareat inualida: quoniam hoc casu possessio eius vigore lite pendente capta diceretur attentata, cum quilibet dispositio intelligatur actu valido, & ideo in vna Nolan. abbatia coram Iunio. 20. Octobris 1557. inter Cardinalem Saracenum (qui per obitum collitigantis obtinuerat subrogationem) & Prosperum Iesualem (qui per obitum eiusdem collitigantis habebat ad dictam Abbatiam regressum) fuit dictum, quod cum Cardinalis vigore suæ subrogationis lite pendente possessionem adeptus fuisset, & Prosper iustaret pro illius reuocatione tāquam attentata, licebat Prospero (implorando officium Iudicis) dare contra Cardinalem de attentatis: nec fuit eo casu Cardinalis ab eis excusatus, quoniam (vt rectè deducebat informantes pro Prospero) subrogatio Cardinalis erat inualida ex pluribus, & præsertim quia non fuerat facta sufficiens mentio regressus prædicti: Immo dum alia vice. 29. Octobris eiusdem anni fuisset iterum proposita, domini idem senserunt, subdentes, quod licet soleat dici, & seruari, quod subrogatus in litem, & ad possessionem non attentat, tamen illo casu erat dubitandum propter regressum Prosperi habentem decretum irritans, destruens quicquid sequitur, cui non apparebat in subrogatione Cardinalis fuisse derogatum: Et ad præmissa de subrogatione subreptitia, & de derogatione facit, quod similiter fuit dictum in alia Perusin. sanctæ Crucis pro Mario Podiano contra Petrum Ioannem Florentinum coram Sarmiento. 28. Maij 371 1568. quod si quis t̄ obtineat beneficium regulare, tanquam sæculare (etiam si habeat in supplicatione clausulam gratiosæ subrogationis tanquam ad beneficium sæculare) & illius vigore lite pendente possessionem caperet, diceretur intrusus, nisi dictæ regularitati fuisset sufficiēter derogatum, prout fuisse derogatum in casu illo cōcluserunt deinde domini. 8. Nouembris 1568. eodem proponente: Quæ ex eo etiam compro- 372 bari posse videntur, quia subrogatio t̄ videtur verificanda, vt colligitur ex his quæ nouissimè fuerunt dicta in alia Virndon. decanatus coram D. meo Oradino. 15. Iunij 1571. in qua (cum ad excludenda attentata daretur de subrogatione gratiosa, & ex aduerso replicaretur, quod illa nō

erat verificata, super huiusmodi verificatione fuerunt multa allegata, & tandem resolutum eam factis verificari, & excludere attentata.

373 Sextò videtur sublimitanda, vt non t̄ procedat quando subrogatus caperet possessionem non solum lite pendente, verum etiam post inhibitionem contra eum exequutam: quia vis, & 374 efficacia t̄ inhibitionis ea est, vt multoties ea, quæ regulariter non essent attentata subiiciantur vitio attentatorum, vt per multa exēpla deduximus infra capitu. 20. de attent. post inhib. in 375 prima ampliatur. princ. cum dicatur t̄ inhibitioni esse implicitum decretum irritans. Cassad. decis. secunda, num. 6. de restit. spol. & in istis terminis, immo etiam fortioribus videntur id tenuisse domini in vna Tolletana canonicatus coram Vestano prima Februarij 1555. in qua subrogatus gratiosè etiam quoad possessionem, si post inhibitionem capiat possessionem etiam vigore Breuis de capiēdo possessionem citra vitium spoliij, & attentatorum. Nihilominus possessio censeretur attentata, vt tibi.

376 Septimò, & vltimò sublimita, vt non t̄ procedat quando nullo modo litteræ fuissent expeditæ, & sine literis fuisset capta possessio lite pendente: quoniam illa non est bona, vt fuit resolutum in vna Spoletana prioratus coram Quiroga. 4. Decembris 1557. & fa. quæ diximus supra 377 nume. 347. & seq. eodem modo clausula t̄ gratiosæ subrogationis obtenta in noua prouisione, etiam quoad possessionem non excusat ab attentatis, quando super dicta noua prouisione litteræ non fuerunt expeditæ, nec illarum vigore capta possessio, sed vigore institutionis de præfentato per ordinarium appellatione pendente facta, vt fuit nouissimè tentum in vna Lucana parochialis Campagnoli coram Binarino 8. Iunij 1571. Quam limitationem Amplia, Pri- 378 mò vt talis t̄ possessio non solum sit vitiosa, & attentata, verum etiam illam capiens incidat in pœnas extrauagantis se. re. Iulij III. etiam si nullos fructus percepisset, vt fuit resolutum in dicta Spoletana Prioratus: Et ex hac ampliatione colligitur vna declaratio, quæ necessariò venit danda ad celebrem decisio. Mohed. 292. 379 fuit dubium: dum in ea absolutè t̄ videtur affirmari, quod subrogatus capiēdo lite pendente, & sine literis possessionem excusetur ab attentatis, vt scilicet illa procedat, & locum sibi 380 vendicaret, antequam t̄ emanauerit dicta extrauagans Iulij, secus hodie post publicationem dictæ constitutionis, quæ (licet sit odiosa, & restringenda, vt fuit dictum in vna Eugubina Prioratus coram Paleotto. 28. Iunij 1556. vt est decisio. in recoll. in 16. incip. obiiciebatur, videtur tamen vsu recepta, & hodie obseruari, cum illa discoloreret titulum inductum per supplicationem nouæ prouisionis, vt est decisio. in recoll. Caputaquen. 1. 395. Secundò amplia, vt procedat t̄ etiam si qui in noua prouisione habuisset clausulam, quod litteræ possent expediri in forma gratiosæ subrogationis, & litteras expediuisset, sed non in forma subrogationis gratiosæ, sed prouisionis: quia si cum illis lite pendente possessionem capiat, non excusatur ab attentatis, vt fuit decisum in vna Astoricens. archidiaconatus coram D. meo Oradino. 13. Iunij 1557. Quod

382 Quod tamen limitandum t̄ videtur, nisi ille postea expediuisset litteras super subrogatione in forma perinde valere: quoniam huiusmodi litteræ perinde valere, sufficiunt ad excusanda attentata, vt fuit tentum in vna Gerunden. canonicatus coram Grato. 6. Nouembris. 1564. Hanc 383 autem ampliatur. t̄ declara, vt facultas ista expediendi litteras virtute dictæ clausulæ dicatur personalis, & non transire in resignatarios, & successores, nisi primus, qui illam obtinuit declarasset animum suum, se velle litteras de super expedire: & licet aliàs eueniente casu in vna Corduben. præstimonij coram Aldobrandino. 28. Maij 1565. & in alia Salamantina beneficij coram D. meo Oradino. 5. Iulij. 1568. domini noluerint resolutionem capere, sed quia decisio videbatur inuicem quodammodo pugnare, causa fuit dilata ad Calendas, pro parte tamen negatiua allegabatur not. per Bart. in l. idem Pomponius. §. ff. de rei vend. & in l. inter stipulatem. §. Stichus. ff. de verb. oblig. & quæ ponit Sarnen. super regula de annal. quæst. 70. & in terminis decisio. Mohed. 239. incip. super Salamantina. Quæ opi. sanè non videtur reiicienda, cum regula sit, quod successor non potest sui authoris animū declarare per supradicta, prout etiam in eandem sententiam videntur inclinasse domini in alia Vrbeuetan. monasterij coram Caputaquen. 23. Februarij. 1562. Tertio amplia hanc vltimam sublimitationem, vt procedat etiam t̄ si vigore litterarum super clausula subrogationis expeditarum, sed ante consensum præfatum per resignantem fuerit capta possessio: quia licet consensus postmodum superueniat, non tamen per hoc excusatur, quo minus possessio sit attentata, vt fuit conclusum in dicta Astoricens. archidiaconatus coram Oradino 20. Februarij 1568. vbi respondetur etiam ad decisio. Put. 18. possessio, vt lit. penden. de breui superuenienti, & demum idem etiam firmatum est in alia positione coram eodè 31. Maij eiusdem anni in eadem causa.

Nonò regulam præfentis primæ illationis limita, vt non t̄ procedat, quando iudicium esset institutum pro adipiscenda possessione, & non adest certus contradictor: quia si relaxetur mandatum de immittendo in possessione, tale mandatum non dicitur facere litem, nec possessio postmodum capta dicitur attentata, vt fuit tentum aliàs in vna Romana domus pro magno Duce Florentiæ coram Paleotto sub die 17. Aprilis 1559.

386 Decimò nisi t̄ cōstet de lite calumniosa, quia tunc capiēdo possessionem lite pendente non dicitur intrusus, & consequenter non dicitur attentare, vt sensit Rota in vna Burgen. canonicatus coram D. meo Oradino, sub die 18. Decembris 1562. fa. quæ latius dicta sunt infra hoc eodem c. de attentatis lite penden. limit. quarta princip. numer. 1. & seq.

387 Vndecimò limita, nisi t̄ capiēdo possessione lite pendente illam habuerit de manu tertij, quia non diceretur attentare, vt est decisio. Egid. 749. licet. in fin. vers. & tamen si pars: vbi formaliter dicit, quod si lite pendente pars acquireret aliquid à tertio, non foret innouatum: quia innouatio dicitur respectu iuris, vel possessionis partis, contra quam, non respectu partis impetran-

tis: & ideo fuit aliàs dictum in vna Pacen. fructuum coram D. meo Oradino 16. Maij 1569. 388 quod potest quis lite t̄ pendente capere possessionem de manu tertij, qui habuerit ius in re ante litem, vel possessionem non vitiosam: pro qua facit, quod fuit alias tētum per dominos in vna Legionen. Archidiaconatus coram Reuma 389 no. 17. Nouembris. 1553. quod collitigans t̄ possit capere possessionem à tertio, etiam lite pendente (prout erat in eo casu) in quo (vt colligitur ex deductis ibi per informantes) Ioan. Baptista habuerat possessionem à capitulo, & sic à tertio. Quam limitationem necessario declarauit, vt procedat t̄ quando iste collitigans lite pendente adipiscitur possessionem, vel aliquod ius à tertio extraiudicialiter, secus si iudicialiter, vt fuit æqua, & notabilis, & noua distinctio dominorum in vna Nursina Prioratus coram Sarmiento 2. Martij 1562. in qua (prætermis aliis, quæ ibi dicuntur) ad propositum de quo agitur subiiciuntur infra scripta: Aut attentans est collitigans, & adipiscitur possessionem extraiudicialiter à tertio, vel aliquod ius, & tunc factum non reuocatur per viam attentati, & ita procedant plura allegata pro Episcopo, vt Egid. decisio 102. & 749. Aut collitigans nanciscitur possessionem à tertio vigore iudicij pendente inter Episcopum, & alium collitigantem, vt in hoc casu (in quo præsupponitur, quod pendente appellatione interposita à Iulio, Episcopus vigore sententiæ, seu mandati de immittendo in sententia decreti accepit possessionem à Ludouico) & tunc videtur attentatum, propter regulā, quæ habet, quod pendente appellatione nihil est innouandum: & fa. decisio. 2. vt lite penden. in no. & decisio. Mohed. 314. & durum esset, quod (reuocata in dubium sententia) ea, quæ ab ipsa dependent, fortirentur effectum: & non obstat decisio Bifigne. quarta, de iudi. quia ibi sententia exequitur contra victum, contra quem est lata, & non est suspensa, hic verò est suspensa: & ex hac distinctione respondetur ad omnia allegata pro Episcopo: placuit tamen dominis (quia materia est difficilis, & implicita, quod dubium restringatur ad hunc vltimum casum, & demum ita etiam tenuerunt in alia propositione eiusdem causæ (secundum dubium ita restrictum) sub die vigesima secunda Maij eiusdem anni 1562. in qua simili- 391 liter considerati t̄ fuerunt duo casus: Primus, quando collitigans capit possessionem de manu tertij sine ministerio actorum litis, & tunc non attentat, & ita dixerunt procedere ex aduerso allegatæ pro attentante decisiones: Egid. 749. in fine, versicul. secundò quia hoc casu. Acchil. de attent. decisio. 6. Peregr. Fab. decisio. 96. circa med. & Mohed. decisio. 344. in fi. Secundus casus est, quando collitigans capit possessionem de manu tertij vigore actorum ad lites, & tunc attentat, & ita dixerunt procedere allegata pro Iulio videlicet doctri. Bald. in l. qui à latronibus. §. 1. vers. sed nos loquimur, de testam. quæ sequitur Imol. in l. si quis filio. §. hi autem. ff. de iniust. testam. quem refert, & sequitur Felyn. in cap. cū super. colum. 1. vers. nisi innouatio. de re iud. Et ad declarationem prædictorum nota, quod executor t̄ qui vigore breuis caperet possessione nomine Camere absque vitio attentatorum restituendam

- tuendam Titio, cum litteras expeditas præsenta-
tauerit non dicitur merè tertius, & ideo quam-
uis tempore captæ possessionis lis non pederet,
si tamè tempore factæ restitutionis lis super sub-
reptione breuis penderet, ista acquisitio de ma-
nu executoris censetur attentata: quinimmo si
ipse executor vellet denuo huiusmodi lite pen-
dente possessionem capere diceretur omnino at-
tentare, cum non sit merè tertius, sed capiat pos-
sessionem, vt colliganti restituat, vt fuit dictum
notabiliter in vna Auerfana beneficiorum coram
Quiroga. 9. Decembris 1556.
- 393 Duodecimò nisi t possessio) quâuis lite pen-
dente) tamen aduersario tacete fuerit capta: Exe-
plum si Capitulum lite pendente immitrat ali-
quem in possessionem, & diu tacuit, deinde velit
contra eum dare de attentatis, asserendo, quod
ille se intrusit lite pendente: quia hoc non potest,
& sibi dicitur præiudicasse, vt fuit dictum in vna
Pacen. fructuum coram eodem Oradino dicta
die 16. Maij. 1569.
- 394 Decimotertiò, & vltimò limita, nisi t posses-
sio sit capta (lite quidem pendente, sed nomine
Cameræ Apostolicæ vigore Breuis) quia tunc
non esset attentata: solent t enim sæpe in curia
(attracta alicuius beneficij litigiosi reservatione)
dari litteræ tam in forma Breuis, quàm sub plû-
bo, cum clausula citra vitium spolij, & attentato-
rum, vt per Stafil. de liter. grat. & iusti. in vltim.
part. de rescript. in form. Breuis, & per Sarnen.
in tracta. Breuium. sub nume. 14. verfic. per Breue
etiam frequenter, vbi sub numer. 15. subdit se id
sæpe vidisse, licet secundum eum sit malè factum,
- 396 & possunt huiusmodi t litteræ impetrari etiam
postquam super beneficio est commissa causa,
& secuta inhibitio (licet illarum vigore posses-
sio post inhibitionem capi non possit) nisi fuerit
in breui inhibitioni sufficienter derogatum, vt
colligitur ex his, quæ habentur in recoll. Paleott.
decif. 303. incip. prætendebatur: in vna Legionen.
præfationum 2. Decembris 1560. Et ratio
huius limitationis illa esse potest: quia princeps
397 t (cum sit supra ius) potest vitium attentatorû
ex litis pendente resultat tollere, vt pro Egid.
decif. 749. & in recoll. Mohed. decif. 43. post mul-
tas: sub rubr. de iur. quesit. seu de maior. & obed.
in vna Placentin. Castri Sarmatis. 26. Ianuarij.
1545. & melius decif. 86. Sanctissimus. ad med.
sub rubric. de ressit. spol. & dicemus latius infra
hoc eodem capit. in 12. limit. princip. attentata
enim quoad hunc effectum videntur esse de iure
ciuili, vt declarauimus supra in prima parte, in
præfatio. num. 66. Et facit quoniam, & aliàs vi-
demus, quod princeps t potest etiam tollere re-
iudicatam, & ius ex sententia proueniens (cum,
& illa sit de iure ciuili, vt post docto. in l. si. præ-
fertim Iaso. C. si contra ius vel vit. pub. & Dec.
in cap. quæ in ecclesiarum, de constit. tradit Mo-
hed. dicta decisio. 43. quin etiam potest princeps
399 t ex certa scientia ciuilem, ac etiam naturalem
possessionem, & insuper vitium spolij tollere,
arg. eorum, quæ ponit Felyn. in cap. postulafti.
col. fin. verfic. & ista limitatio. de rescript. vnde si
potest spolium tollere, multò magis potest fa-
cere, ne spolium incipiat ab initio, cum multa
impediuntur fieri, quæ facta tenent, ad regulâ l.
patrefurio. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. Iur.
- 400 cum simil. Sic, & aliàs princeps t potest tollere
remedium c. reintegranda, vt per Ruy. in conf.
48. videretur. sub nume. 30. lib. 4. & magis ad pro-
positum potest etiam princeps t purgare ipsa
401 attentata, vt latius declarauimus infra in 3. par-
te, cap. 29. de purg. attent. num. 47. verfic. purgatio
verò per principem. Quamuis autem princeps
402 valeat præmissa facere, in dubio tamen t non
præsuntur velle alium spoliare etiam si appo-
suerit clausulam motus proprij, & clausulam nõ
obstante concessione alteri facta, & clausulam
amoto exinde quolibet detentore, vt per Mo-
hed. decif. 97. incip. motu proprio, sub rubr. de
403 ressit. spol. cû generale sit, quod princeps t non
debeat tollere ea, quæ alicui acquiruntur iure ci-
uili, ratione tamen naturalimunito. Abb. in cap.
per tuas. col. 10. de arbit. & post Rip. in 2. libr. re-
spons. cap. 19. habetur in decif. Pedemontan. 2.
num. 13. prout est ius ad reuocandum attentata,
vt diximus supra in 1. parte, in præfatione. num.
62. Et quoniam in materia huius possessionis vi-
gore breuis lite pendente captæ multa veniunt
ex docto. dicenda (ommissis disputationibus,
& breuitati consulendo) potest in proposito
formari
- 404 Regula, quod capiens t lite pendente posses-
sionem vigore Breuis habentis clausulam citra
vitium spolij, & attentatorum non dicatur atten-
tare, quæ suadetur per supradicta.
- 405 Primò, vt procedat, etiam t si possessio non
fuisse capta vigore Breuis, sed Breue postmodû
superueniret, quoniam illa possessio, quæ pri-
ma facie videbatur attentata, reputatur bona, &
substinetur ex superuenientia Breuis, si ille ho-
die Breui vtitur, quasi tunc videatur sibi mutare
causam possessionis superueniente Breui, & titulo
valido. arg. not. per Soci. in l. 3. §. ex pluribus. ff.
de acquir. poss. & in conf. 131. in præfenti. num. 4.
lib. 1. & sicut tenuta nulliter capta substinetur, &
confirmatur, si illa esset de nouo danda, ita, &
hæc possessio substinetur: quia de nouo cû Breui
esset danda, prout per prædicta fuit hoc resolutû
in vna Maiorican. canonicatus coram Thoma de
Tanis 17. Ianuarij 1545. & est in recoll. Put. decif.
18. incip. possessio capta, vt lite penden. Quæ am-
pliatio licet notabilis sit, dubitabilis tamen
reddi posse videtur ex his, quæ aliàs vniuersaliter
dixerunt domini in vna Iuuenacen. iurisdictionis
coram Grato 1. Aprilis 1566. in qua (cum Episco-
pus post inhibitionem ante concilium tridenti-
num attentasset, & postmodum confirmato per
pontificem dicto concilio (per quod in fauorem
Episcoporum suos subditos visitare, & corrigere
volentium derogabatur etiam litis pendenti, &
etiam quibuscunque inhibitionibus) daretur cõ-
tra eum de attentatis ante concilium: à quibus
licet ille se tueri niteretur ex superuenientia con-
cilij, (vt præfertur) inhibitionibus derogantis)
Domini tamen resoluunt contra Episcopû, ex
quo concilium nõ poterat referri ad præterita.
cap. fin. de cõstit. cum simil. Vnde sicut ibi super-
uenientia concilij, ita neque hic in casu nostro
superuenientia Breuis deberet excusare ab attẽ-
tatis, nisi soluas t considerâdo rationem diuer-
sitatatis inter vnum, & alterum casum: quia hic
sumus in possessione capta, & actu gesto lite pen-
dente,

- dente, ibi sumus in gestis, & attentatis post inhi-
bitionem, quæ multoties facit actum transire in
attentatum, qui simpliciter factus lite pendente
non esset attentatus, vt aliàs diximus, & specia-
liter deduximus infra c. 20. de attent. post inhi-
b. in 1. ampliatur. princip. per tot. & ferè in propriis
terminis facit, quia ratio, & simile illud de te-
nuta nulliter capta (quo moti sunt domini ibi)
non procedit quotiescûque tenuta fuisse capta
non simpliciter lite pendente, verum etiam post
inhibitionem: quoniam tunc etiam si illa esset
confirmanda non excusatur ab attentatis, vt de-
clarauimus in dicto cap. 20. de attent. post inhi-
b. in 17. Ampliat. princip. Ex qua solutione videtur
colligenda necessaria declaratio ad præsentem
- 408 ampliatur. de superuenientia Breuis, t vt procedat,
& substineat possessionem captâ lite simpli-
citer pendente, secus si illa capta esset post, & cõ-
tra inhibitionem, quia illa non substineretur ex
superuenientia Breuis, sicut nec tenuta contra
inhibitionem: Quæ declaratio ex his compro-
bari potest quæ dicemus proximè in 7. sublimita-
tione. num. 421. quod quando est inhibitum pos-
sessio nec etiam virtute dicti Breuis valide capi
potest, nisi sit inhibitionibus derogatum.
- 409 Secundò amplia, vt t prædicta clausula ci-
tra vitium spolij, & attentatorum excuset ab atten-
tatis non solum quando opponitur per prin-
cipem, verum etiam si sit apposita per priuatos de
consensu scilicet ambarû partium, inter quas de-
inde lis est suborta, & si apponatur operatur ex-
clusionem attentatorum, vt fuit aliàs apposita in
quadam concordia in vna Messanen. baroniarû
corâ D. meo Oradino, in qua cum sub die 5. No-
uembrijs 1565. prætenderetur quâdam adeptio-
nem possessionis (de qua ibi) fuisse attentatam,
Domini dixerunt non constare de attentatis ex
rationibus allegatis, inter quas præcipuum fun-
damentum fiebat in dicta clausula in concordia
apposita.
- 410 Tertio, vt t procedat, etiam si Breue videretur
conditionale ob clausulam in eo existentem,
quod quatenus possessio esset apud Camerâ da-
retur illi possessio, qui breue obtinuit: quia per
hoc (si ille caperet possessionem) non diceretur
attentasse, vt fuit dictum in vna Legionen. archi-
diaconatus de aiata coram Reumano 8. Nouem-
bris 1553.
- 411 Quarto, vt procedat t etiam quâdo talis clau-
sula non esset expressa in commissione, sed rela-
tiua ad breue, in quo talis clausula habebatur,
puta si breue huiusmodi esset directum Audito-
ri Camera, & ille decernat monitorium cõtra in-
trusum in forma, illum que declarat, & contra eû
decernat mandatum executiuum, & deinde præ-
sentetur commissio in Rota, vt Auditor procedat,
prout potuisset Auditor Camera, & in Ro-
ta fuerit pronuntiatum contra eundem intru-
sum, & decretum mandatum de immittendo in
possessionem in fauorem illius, qui breue obti-
nuerat: nam (cum aliàs dubitaretur an talis pos-
sessio per eum capta esset bona) domini in vna
Hispalen. canonicatus coram Grato 31. Ianuarij.
1564. in partem affirmatiuam inclinasse
videntur.
- Sublimita eandem regulam huius 13. limit.
- 412 Primò, quando t in Breui esset apposita cer-
ta forma, & illa non fuisset seruata (puta si Breue
sit directum Auditori Camera, & in eo dictum,
quod coram eo deberet produci, & exequi, pos-
sessio enim illius vigore capta nõ diceretur bo-
na tali forma minime seruata, quinimmo si in eo
plures essent nominati, & vnus eorum illud pro-
ducendo formam seruaret, illius productio alte-
rum non iuuat, vt fuit tentum in vna Archipref-
biteratus Sanctæ Priscæ coram D. meo Oradino.
11. Martij. 1560.
- 413 Secundò, quâdo t Breue esset subreptiuum:
nam si in eo non sit facta metio litis, quæ est su-
per eodem beneficio, & regressus ad illud alteri
competentis (quamuis illius vigore sit capta pos-
sessio) illa tamen dicitur attentata, vt tenuerunt
domini in vna Nolana Abbatia inter Cardinalè
Saracenum, & D. Io. Michaëlem Gesualdum sub
die 19. Decembris 1558. & est decif. in recoll. Pa-
leott. 115. Ioan. Michaël. in princi. & facit optimè,
quod fuit etiam resolutû in alia Bracharen. Mo-
nasterij Sancti Romani coram Iunio. 20. Aprilis
1556. in qua cum dubitaretur an possessio capta
lite pendente vigore vltimi Breuis (in quo manda-
batur exequi nõnullè præcedentes litteræ in for-
ma Breuis in quibus aderat clausula citra vitium
spolij & attentatorum, & super quibus, & illorû
subreptione erat iam commissa causa) esset attẽ-
tata, vel potius capiens prætextu dicti Breuis ex-
cusaretur ab attentatis, domini tenuerunt pro at-
tentatis: ea ratione moti, quia Papa ignorauit li-
tem pendere super aliis Breuibus, quæ manda-
bat exequi: Comprobari hoc potest etiã ex his,
quæ diximus supra numer. 368. quod etiam subro-
gatio gratiosa non excusat ab attentatis capien-
tem possessionem lite pendente, quando illa est
subreptitia.
- 414 Tertio, quando t esset commissa causa super
subreptione, & obreptione Breuis: quoniam lite
huiusmodi pendente nõ potest virtute dicti Bre-
uis amplius capi possessio citra vitium attentato-
rum, vt fuit tentum in dicta Tolletana Canonica
tus coram Vestano inter Didacû Lassum contra
Franciscum de Pesquera 1. Februarij 1555. & in di-
cta Bracharen. Sancti Romani. 20. Aprilis 1556. &
similiter in alia Auerfana beneficiorum coram
Quiroga. 9. Decembris 1556. necnon in alia Ro-
mana spolij coram D. meo Oradino 29. Nouem-
bris 1561. Quam limitationem Amplia Primò,
415 vt t lite huiusmodi pendente non solum prohi-
beatur pars possessionem capere, sed, & ipse met
executor in breui deputatus (licet ante litẽ pos-
sessionem cepisset) si de nouo post litem prædi-
ctam possessionem caperet diceretur attentare,
vt fuit notabiliter dictum per dominos in dicta
Auerfana beneficiorum. Secundò, vt non solum
adeptio possessionis per huiusmodi litem sit pro-
hibita, verum etiam t restitutio faciẽda illi, qui
Breue obtinuerat, in quo (iuxta stilum) manda-
tur, quod (præsentatis per eum executori literis
expeditis super beneficio) executor debeat illi
possessionem restituere: quamuis enim executor
hoc casu videatur mere tertius respectu litis pen-
dentis super subreptione dicti Breuis, & conse-
quenter, quod recipiens possessionem ab eo [tã
quam recipiens de manu tertij, qui non sit in lite]
non dicatur attentare, secundum ea, quæ diximus
suprà in 1. parte. cap. 3. de attent. à tertio. nume. 55.
Nihilominus

Nihilominus huiusmodi restitutionem cetera tentatam dixerunt domini in eadem Auerfana beneficiorum: subdentes, quod executor hoc casu non est omnino tertius cum capiat possessionem, vt illam restituat parti Breue obtinenti.

417 Quarto sublimita, quando t is, qui breue obtinuerat possessionem lite pendente non per manus executoris in eo deputati, sed propria autoritate cepisset: quia diceretur attentasse, prout in his terminis fuit conclusum per dominos in dicta Toletana canonicatus coram Vestano. i. Februarij. 1555. nec mirum, quia capiendo propria autoritate videtur contrauenire formæ, & privilegio, vt possessio sit citra vitium attentatorum, & Breuis, quod dat, quod immittatur in possessionem per manus executoris: privilegio autem

418 t abutens, & illi contraueniens cadit ab illius commodo, & censetur illi renuntiare, ad no. in c. accedentibus, & ibi Inno. in cap. de terra. de privileg. & in l. 2. C. de iur. domin. impetr. & ibi scribent. & consequenter huiusmodi possessio destituta vi, & efficacia dictæ clausulæ citra vitium attentatorum merito remanet atentata.

Quinto, puto non inutiliter posse limitari, vt

419 non t procedat, quando ipsemet, qui obtinuit Breue causam iactationis super subreptione dicti Breuis committat: quoniam si ille deinde hac lite pereum introducta possessionem caperet, non excusaretur ab attentatis, & licet hoc simpliciter allegaretur per informantes in dicta Toletana canonicatus, potest tamen probabiliter ex pluribus comprobari: & primo, quia id in simili videmus,

420 quod is, qui habet facultatem possessionem propria autoritate capiendi, si iudicem adiuerit, non potest ultra dicta facultate regulariter uti: Capit. decis. 119. numer. 9. cum aliis adductis infra hoc eodem cap. in 1. ampliatur. princ. nume. 2. ergo id eundem in eo, qui obtento Breui habet facultatem etiam lite pendente absque metu attentatorum possessionem capiendi, vt illa amplius uti non valeat, postquam committendo causam super dicto Breui iudicem adiuerit. Secundo, quia idem videmus contingere in gratiose subrogato,

421 qui t licet aliis regulariter possit lite pendente possessionem capere, commissæ tamen pereum causa, id videtur sibi denegari, vt admonuimus supra. num. 364. versic. limitandum videtur. Tertio sicut dispositio t clem. 2. vt lit. pend. & illius privilegium, quod litis pendentia non inducatur, nisi per citationem legitime executam, non operatur respectu illius, qui causam commisit, vt abunde deduximus supra hoc eodem capite in præfatione. nu. 36. ita privilegium istius clausulæ citra vitium attentatorum debet operari respectu illius, qui obtento Breui super illius subreptione causam iactationis commisit. Quarto, quia Papa

422 t dum permittit, quod lite pendente possit capi possessio, verisimiliter intellexit de lite, quæ erat tempore Breuis. arg. l. si ita. ff. de aur. & arg. & non de lite, quam ignorabat, nec scire poterat cum adhuc non esset in rerum natura: cum generale sit, quod concessio non extenditur ad ignorata: quæ ratione (quod Papa non censetur intellexisse de lite quam ignorabat) ad concludendum pro attentatis aliis moti sunt domini in dicta Bracharen. monasterij Sancti Romani coram Iunio. 20. Aprilis 1556.

424 Sexto sublimita, vt regula procedat t in literis in forma Breuis, secus in literis, quæ haberent vim Breuis, prout sunt hodie litteræ missivæ Illustrissimi, ac Reuerendissimi Cardinalis Sancti Sixti, & consueverunt esse modernis temporibus litteræ aliorum Summi Pontificis nepotum, & ideo (si illarum vigore lite pendente caperetur possessio) non videretur excusanda ab attentatis, & quamuis partem affirmatiuam suadere posset, quia illæ virtualiter censentur esse litteræ ipsius principis, qui cum sit supra ius non attentat, vt

425 aliis sæpe dictum est: cum intrans t possessionem autoritate principis non dicatur attentare, cum quoad possessionem capiendam, autoritas principis non dicatur minus posse, quam autoritas præsidis pro tribunali sedentis, quæ solet capiendam possessionem excusare. l. qui vniuersas. §. ite cum prætor, & l. iuste possidet. ff. de acquirend. poss. secundum Bald. in consi. 345. ad euentiã. col. 2. libr. 1. Crau. consi. 5. numer. 7. lib. 1. & consi. 460. nume. 19. versic. non obstat quod recuperatio sit facta lite pendente: Et quia in eo, qui adit principem, vel deputatum à principe, & ab eo literas obtinet non videtur posse considerari aliquis dolus, aut contemptus, qui potissimum solent attendi in attentatis, vt diximus supra in 1. parte in præfatione. numer. 107. Nihilominus negatiua contraria opin. verior videtur, quod immortales litteræ non excusent ab attentatis, prout videtur fuisse resolutum per dominos in vna Mathelicana Iurisdictionis coram Robusterio 25. Maij 1565. Quæ ea etiam ratione mihi satis concludenter

426 probatur, quia licet t vis, & efficacia similium literarum tota pendere videatur à tenore, & forma facultatum dictis Nepotibus concessarum, arg. cap. porro. de privileg. cum similibus. quia tamen (vt plurimum) huiusmodi facultates solent per pontifices limitate concedi in concernentibus iustitiam, secus si gratiam respiciant (cum illa sibi referuare, & alteri non concedere Papa soleat) potest non immerito dici (quod prætextu talium literarum, quia non excusentur ab attentatis) considerando, quod facultas t capiendi possessionem lite pendente respicit potius gratiam, quam iustitiam, quæ dicitur (quod possessor sua possessione non sit lite pendente priuatus. cap. 1. vt lit. pend. cum aliis latissimè deductis infra hoc eodem cap. in 1. declarat. princip. & similiter, quod lite pendente nihil debet innouari, toto tit. vt lit. penden. nihil innou. cum ista innouatio (licet sit prohibita à iure ciuili, tamen naturali quoque ratione dictante est interdicta, vt declarauimus supra in 1. parte, in præfatione. num. 62. Vnde quatenus per dictam clausulam citra vitium attentatorum tolluntur attentata, & remouentur in consequentiã pœnæ, quas attentantes incurrunt (de quibus infra in 3. parte cap. vlti. de pœn. attent.) res ipsa dicitur potius sapere gratiam, quam iustitiam: & propterea ex defectu potestatis huiusmodi litteræ non possent excusare ab attentatis: Et ex hac ratione videtur etiam tolli omnia, quæ supra in contrarium considerantur: Quod si

427 illi t in facultatibus haberent, vt vigore suarum literarum vim Breuis obtinentium possent etiam ea explicare, quæ gratiam cõcernerent, secus esset dicendum per supradicta: Quod sanè intelligendum est t (dummodo in eis clarè appareret) quod scribens

428 scribens

scribens voluisset (non obstante litis pendentia) posse capi possessionem, quia si constat de voluntate, & præsupponitur facultas, non videtur ultra dubitandum secundum Ruyn. in cons. 76. primo est videndum. nu. 6. & seqq. lib. 5. aliàs secus dicitur dum esset: cum in dubio princeps t non præsumatur velle alium spoliare, etiam si apposuerit clausulas motus proprij, non obstante concessione, & amoto exinde quolibet detentore. Mohed. decis. 97. de restit. spol.

431 Septimo, vt non t procedat, quando is qui Breue obtinuit fuisse per iudicem inhibitus: quia inhibito videtur illius executioni esse impedimento, cum illa t siue iusta, siue iniusta sit timenda. Rot. decis. 26. aliàs 307. nota quod audientia. de appell. in anti. vt fuit tentum per dominos in pluribus causis, in quibus præsupponebatur inhibito, vt in dicta Bracharen. monasterij coram Iunio 20. Aprilis. 1556. & dicta Auerfana beneficiorum coram Quiroga. nona Decembris. 1556. & in alia Romana spolij coram Domino meo Oradino. 29. Nouembris. 1561. & etiam in supra allegata Toletana Canonicatus, & præbendæ coram Vestano prima Februarij. 1555. & aliàs in multis similibus causis, in quibus præsupposita inhibitione concluditur pro attentatis:

432 Quod amplia, vt procedat etiam si t inhibito emanasset vigore commissionis super iactationibus, & molestationibus per aduersarium illius, qui breue obtinuerat impetrata, vt senserunt domini in vna Burgen. canonicatus coram D. meo Oradino 19. Ianuarij. 1560. in qua (cum executor, Breuis ob talem inhibitionem recusasset possessionem capere) & propterea instaretur pro moderatione inhibitionis, domini dixerunt in casu illo non esse moderandam inhibitionem, quoniam licet inhibito emanasset vigore commissionis impetrata litteris non expeditis (quæ pro parte eius, qui Breue obtinuerat fuerat in hoc reformata, quod præfixo sibi termino ad docendum de litterarum expeditione, quo elapso, & eo non docto ad moderationem inhibitionis (prout iuris fuerit) procederet, & in tertio de expeditione nihil fuerit doctum) quia tamen in reformatione aderat clausula prout iuris fuerit, & de iure, quando agitur possessorio non requiritur litterarum expeditio, consequenter talis termini præfixio fieri non potuit, minusque; inhibito erat moderanda: ex qua resolutione potest colligi prædicta ampliatio, scilicet, quod inhibito afficit etiam si non emanauerit vigore commissionis super subreptione Breuis, sed generaliter super iactationibus: & 434 insuper colligi, etiam Secunda ampliatio, quod illa t inhibito non est moderanda, prout in casu illo domini tenuerunt.

435 Octauo potest vtiliter sublimitari t in eo, qui obtinuit Breue cum dicta clausula citra vitium attentatorum (prout hætenus locuti sumus) secus in eo, qui in supplicatione, & gratia haberet clausulam, quod litteræ possent expediri in forma gratiosæ subrogationis, etiam quoad possessionem citra vitium spolij, & attentatorum, prout erat gratia facta conclauisitis tempore Pauli quartiani (si litteris desuper non expeditis quis lite pendente possessionem caperet) puta vigore alterius tituli ab ordinario, seu aliàs habiti (sub prætextu supradictæ gratiæ non excusaretur ab at-

436 tentatis) quia illa t clausula citra vitium, &c. est coniuncta cum clausula subrogationis, quæ cum nihil operetur nisi desuper litteris expeditis, vt diximus supra in octaua limit. huius illatio. in septima sublimit. regul. ibi positæ. numero 376. sequitur, quod nec clausula. citra vitium attentatorum possit aliquid operari: quoniam accessorium debet sequi naturam principalis. reg. accessorium de reg. iur. in 6. cum similibus. Quæ limitatio 437 multo magis t procederet, si ille per cuius obitum fuit obtenta prædicta subrogatio, tempore obitus non esset in possessione beneficij, sed alius, quia per dictam clausulam non censetur papam voluisse illum, qui antea possidebat spoliare, sed tantum eos, qui post obitum se intrusissent, vt fuit tandem resolutum in vna Cordubens. præstimonij coram Aldobrandino. 28. Maij. 1565. postquam in aliis duabus præcedentibus positionibus causa fuerat diu disputata absque eo, quod fuisset capta resolutio.

Nono (retentis terminis præcedentis limitationis, quando scilicet; quis habet facultatem expediendi litteras cum dicta clausula gratiosæ, 438 subrogationis citra vitium, &c.) vt non t procedat in cessionario illius, qui dictam gratiam habebat: quoniam si ille desuper litteras non expedit, nec se habuisse animum illas expediendi declarauerit, & deinde alteri cesserit, non potest successor, & cessionarius iuuari beneficio illius clausulæ: sicut dicitur de clausula subrogationis, etiam quoad possessionem, cuius beneficio (præsertim ad excludenda attentata) successor gaude re non potest, vt est decis. in recoll. Mohed. 239. & fa. quæ ponit Sarnen. de triennial. q. 14. & quæ diximus supra. nu. 383. in 7. sublimit. in materia subrogationis.

439 Decimo sublimita; vt procedat t in eo, qui obtinuit Breue, secus in eius successore, quia ius Breuis dicitur expirare per obitum obtinentis, & ideo si is, qui Breue obtinuit moriatur antequam eius vigore esset capta possessio per executores nomine Camera, sed illam executor post illius obitum capiat, & deinde alius prouisus de eodem beneficio similiter possessionem adipiscatur, & postmodum is (qui in locum defuncti subrogationem obtinuerat) velit nisi possessione capta per executores nomine Camera, & petat se ad illam restituere, talis possessio non videtur restitui.

440 tuibilis: quia executor eo tempore capiens t possessionem nihil Camera acquisiuit, cum iam per obitum impetrantis ius Breuis expirasset, vt fuit dictum in vna Oxomen. Archipresbiteratus coram Robusterio 10. Octobris 1567. Quod ex eo etiam comprobatur, quod fuit tentum in alia Plouacen. Archipresbiteratus coram eodem 2. Aprilis 1568. in qua (cum ille, qui Breue impetraverat cum clausula citra vitium spolij & attentatorum non aliter capta nomine Camera possessionem beneficium resignasset referuatis sibi fructibus, & regressu, & deinde alius Breue obtineat, quod sibi fructus consignentur, & possessio resignatario, & contra resignatarium daretur de attentatis, & dubitaretur an ad excludenda attentata posset ille se tueri vigore primi Breuis, in quo in fauore resignantis aderat clausula citra vitium attentatorum) Domini dictis Breuibus non obstantibus tenuerunt pro Ioanne, qui erat

ille, qui passus fuerat attentata, & consequenter ex his clarè apparet, quòd Breue concessum in fauorè resignantis nõ inuua resignatarium quia (vt ibidem fuit dictum) illud ius ex Breui proueniens erat personale, & resignans per resignationem statim illud ammissit. arg. l. quia tale. ff. solut. matr.

Declaratur nunc eadem regula huius 13. limit
441 Primò quòd ÷ in executione huiusmodi Breuis de capiendò possessionem nomine Camerae absque vitio attentatorum nõ requiritur partis citatio, vt est decis. in recoll. Guid. bon. 95. incip. in vna Casalen. de rescript.

442 Secundò quòd ÷ cum huiusmodi Breuia concedi soleant attentata reservatione beneficij, de quo agitur, licet Papa in Breui narraret beneficium esse reseruatum, per hoc tamen ex huiusmodi narratiua non censetur probata sufficenter reseruatio, vt est decis. in recoll. Caputaquen. p. 37. incip. cum reseruatio. vbi id in pluribus causis fuisse tentum attestatur.

443 Tertio quòd ÷ executor, qui nomine Camerae capit possessionem restituendam ei, qui sibi literas expeditas presentauerit, non potest tradere possessionem alteri, quàm ei cuius intuitu cepit possessionem, vt senserunt domini in vna Burgi Sancti Sepulchri, coram Robustèrio 21. Nouèbris. 1565.

444 Quarto quòd ÷ in iis casibus, in quibus, possessio (etiam capta vigore Breuis) esset attentata (prout in singulis limitationibus de quibus supra) possessio non sit relinquenda in manibus commissarij, & executoris, sed restituenda ei, qui est passus attentata, prout in vna Oueten. Archidiaconatus coram Cotta 14. Maij. 1563. in qua cum Breue de capiendò possessionem nomine Camerae esset fundatum in vacatione Archidiaconatus per priuationem Pizzarri, & demum ille obtinisset sententiam priuationis reuocari, & dubitaretur an Pizzarro esset dicta possessio restituenda, vel in manibus dicti executoris relinquenda, Domini dixerunt illi esse restituendam, quia stante sententia predicta apparebat de iniustitia priuationis, & sic cessabat intentio Breuis, & consequenter remansisset possessio apud commissarium sine causa, & Pizzarrus spoliatus.

445 Quintò, vt iliter, quòd ÷ licet Breue, & narrata in eo sint verificanda. Hæc tamen verificatio non diligentissimè, & ad vnguem fieri necesse est,

446 & propterea si in eo ÷ narratur, quòd ille (per cuius obitum beneficium vacauit) illud obtinebat, & possidebat, absque eo quòd probaretur ius, sufficeret probare illius possessionem, vt fuit resolutum in vna Corduben. præposituræ coram D. meo Oradino 9. Iunij. 1559. & iterum eodem proponente 3. Iulij eiusdem anni. Et similiter li-

447 cet de reservatione ÷ beneficij non sit ab initio doctum, sed post captam possessionem, non per hoc diceretur attentata, vt est in recoll. Paleott. decisio. 305. incip. prætendebatur, & tenuerunt etiam aliàs domini in dicta Corduben. præposituræ. 3. Iulij. 1559. & eodem anno in alia Corduben. dimidiæ portionis coram Domin. de Rubeis.

448 Sextò quòd ÷ virtute Breuis capta possessio tunc excusatur à vitio attentatorum, quando

in Breui est nominatim apposita clausula citra vitium attentatorum, secus si per Breue aliquid lite pendente cōcederetur, per quòd tacitè pars prætenderet, quòd papa voluerit etiam facultatem concedere capiendò possessionem lite pendente, & ideo si sit concessum Breue Capitulo, & canonicis lite pendente, vt illi sint exempti ab Episcopo, & illius iurisdictione, & canonici (prætendentes sibi id licuisse) vigore dicti Breuis adepti fuerint quasi possessionem exercèdi iurisdictionem per se absque Episcopo, & peterent se in ea manu teneri, & pars aduersa prætenderet talem possessionem esse vitiosam, ex quo antelitem mortà canonici iurisdictionem cōiunctim cum Episcopo exercebant, Domini in vna Burgen. iurisdictionis coram Domino de Rubeis. 27. Aprilis. 1562. dixerunt, quòd (quia possessio predicta fuerat capta lite pendente) non erat manutenenda, nec poterat vigore dicti Breuis excusari, & facit, quòd aliàs senserunt Domini in alia Regien. canonicatus coram Paleotto contra comitem Anibalem foglianum, de anno à Natiuitate Domini Iesu Christi 1558. quòd Breue non excusat quòdo indiget discussione.

Illatio Secunda, de non transferendain alium lite pendente possessione.

SECUNDO ex eadem regula INFERTUR, quòd sicut possessio lite pendente acquiri (vt supra) ita ÷ nec in alium transferri (etiam per viam permutationis) potest, vt est decis. Rot. 3. aliàs 56. si lite, vt lit. pend. in no. & decis. 3. aliàs 400. nota si lite. eo. tit. in antiq. & inter decis. Delphin. Fran. Marc. quæst. 172. numero tertio. & hodie est decis. in recoll. Put. 4. ille, qui dolo & cæ. sub rubr. de fruct. damn. & interef. vbi refert in vna Perusia bonorum fuisse tentum talem transferebant, etiam ad fructus condemnandum fore. Ad quòd dictum de prohibita testatione possessionis etiam facit, quòd aliàs dicitur, quòd capitulum facta electione Episcopi lite super ea pendente non potest in Archiepiscopum transferre ius eligendi, aut potestatem prouidendi Ecclesiæ in euentum, quòd electus succumbat, secundum Alex. consil. 106. perspectis numero 8. lib. 2.

Hoc tamè dictum de prohibita translatione 450 possessionis lite pendente, Limita, nisi ÷ Executor hoc faceret vigore Breuis, in quo appareret de voluntate principis volentis, etiam lite pendente possessionem in alium transferri, quia vbi constat de voluntate, de potestate non est dubitandum (inquit) not. Ruyn. consil. 76. primò est videndum. num. 6. & sub num. 10. vers. & ex præmissis. lib. 5. & faciunt etiam ea omnia, quæ diximus supra proximè. num. 394. in 11. limit. prima illatio nis de adeptione possessionis vigore Breuis facta, quæ possent etiam ad translationem possessionis pro maiori parte adaptari, sed breuitatis gratia non repetuntur.

Illatio Tertia de non alienando rem litigiosam

TERTIO ex eadem regula proficitur illud 451 vulgare quòd ALIENATIO REI LITIGIOSÆ. lite pendente fieri nõ potest, & facta nõ tenet, vt in rubr. & in tot. tit. ff. C. & i. auth. de litigios. præsertim in l. fin. C. eo. tit. & venit officio iudicis reuocanda. Afflict. deci. 396. in causa comitis. numer. 10. Ita, vt neque res: neque actio litigiosa in alium

in alium, in genere, vel in specie transferri possit. Mil. in verb. litigiosa res, vel actio. fol. 212. & Alexan. in consil. 45. vna. num. 5. lib. 3. Guid. Papa decis. 337. pro declaratione. num. 4. quem refert, & sequitur nouissimè Misinger. in cōf. siue respòso 52. sextæ decadis, incip. facti species. num. 34. & quoad alienationem multa cumulat Paris. in consil. 108. de bono iure. num. 4. lib. 1. Dec. consil. 492. testatur. num. 8. lib. 3. in tantum, quòd nec etiã per 452 præcariũ ÷ in cōtractu alienationis rei litigiosæ appositum transferatur possessio, vt est decis. Afflict. 331. quædam diana. numero 2. quam etiam secutus est nouissimè Menocchi. in 2. respons. causæ finariensis in 4. articulo. num. 56. & iterum replicauit in consil. 2. magni ponderis. nu. 291. lib. 1. & ratio esse potest vltra præiudicium, quòd per alienationem infertur parti, quia talis alienatio 453 ÷ lite pendente facta præsumitur dolo facta, secundum Paris. in consil. 138. duo in ista causa. num. 28. lib. 4. fa. quæ ad hoc propositum de dolo ponit Aug. Bero. in consil. 120. concludo. numer. 33. lib. 1. & quæ post Cephal. in consil. 64. numer. 19. tradit nouissimè Burlat. in consil. 100. verba. nu. 23. lib. 1. & ista potest esse in præsentia illatione Regula, quæ infra scriptis modis Ampliatur.

454 Primò vt nec fauore ÷ piæ causæ alienatio rei litigiosæ substineatur, quamuis enim fauor piæ causæ multa operetur, de quibus abudè per Tiraquell. in tracta. de priuileg. piæ causæ, in proposito tamen pia causam nullũ videtur habere priuilegium, vt patet ex l. fin. ff. de litig. quinimmo non solum, quando res litigiosa dedicatur in sacrum alienans punitur pœna solita, verũ etiã sibi augetur pœna, quia tunc tenetur ad duplũ, vt est tex. ad litteram in dicta l. fin. ff. de litigio.

455 Secundò vt res ÷ litigiosa nec etiam regulariter donari possit. tex. est in d. l. fin. C. de litig. ibi verũ etiã donationibus porrigenda, & tradit Boer. decis. 33. c. 2. & post eũ etiã Menocch. in d. 2. respons. causæ finar. in 4. articulo. nu. 56.

456 Tertio vt nec etiam ÷ pignori, seu hypothecari possit. Mil. in verb. litigiosa res sicut. f. 212. & tradit per tex. in d. l. fin. C. de litig. & l. fi. de reb. alien. non alienan. Alciat. in consil. 61. incip. ad argumentum. nu. 3. lib. 8.

457 Quarto vt ista prohibitio ÷ de nõ alienãdo rē litigiosam duret, est si sit lata sententia abolutoria ab obseruatione iudicij, si credimus Mil. qui id dixit in repert. i. verb. litigiosum beneficiũ esse nõ definit. fol. 212. verũ, quia ÷ Inn. in c. causã quæ. de testib. & Bart. in l. litigator. C. de fruct. & litiũ expens. ab eo citati, aliter dicere videtur, & Inno. (quæ etiã allegat) in cap. consuluit, de off. si. dele. generaliter, & indistinctè dicit, quòd per ab solutionem, ab obseruatione iudicij pereunt omnia acta iudicij, de hoc dicto Mil. valdè videtur dubitandum, præsertim, quia ista ampliatio in effectu non est diuersa ab illa, quam proximè posuiturimus infra. nu. 504. vbi tractabimus, an vitium litigiosæ perempta instantia duret.

459 Quintò ampliã, vt etiã ÷ super re litigiosa, & lite pendente alienata possit executio fieri etiã contra tertium, vt tradit Ruyn. in consil. 34. vna. nu. 12. lib. 5. & est decis. in recoll. Mohed. 12. in eadem, sub tit. de execut. rei iudic. vbi refert ita fuisse re-

solutum in vna Rom. Vineæ. 20. Decembris. 1537. 460 & ampliãdo subdit, quòd tale ÷ brachiũ seculare potest contra succedentè habetẽ causam à litigante exequi etiam absque nouo iudicio, de quo latius nouissimè per Io. Bapt. de Asin. in sua praxi Iudic. §. 31. cap. 2. in 24. ampliãt. regulã ibi per eũ positã per totã, vbi tres diuersos casus circa hoc post Bart. & Paul. de Castr. cōsiderat, prout etiã facit Ioã. de Neuizza. in cōf. 20. clemētissimè. n. 13. & multis seqq. quibus adde nouissimè Pet. Ant. Angussol. in cōf. 49. cū fiscus. in princ. & per tot. li. 2. ex cuius dictis cōclusio prædicta ampliari potest, vt nec ÷ etiã fiscus (qui solet aliàs esse in multis priuilegiatus) rem litigiosam alienare validè possit, & iterum in consil. 51. dubitari non potest. nu. 5. eodem lib. 2. Quamuis autẽ 462 sit hæc executio sine nouo iudicio fieri, nõ ÷ tamẽ sine citatione huius tertij fieri possit, vt elegãter declarat Natta. in cōf. 350. Augustin. n. 4. li. 2. 463 Sextò vt regula procedat etiã ÷ in beneficialibus, quia titulus de litigiosis habet locum etiã in beneficialibus, secundum Franc. in cap. 1. in glo. litigantibus, vt lit. pend. in 6. & ideo si beneficiũ, super quo litigatur alteri resignetur an hoc casu vitium litigiosæ transeat in resignatariũ habentem causam à litigante. Rot. aliàs in vna Vicen. de Papiros noluit aliquid firmare ob multas decisiones, & auctoritates sibi inuicẽ in hoc articulo repugnãtes, Quòd enim tráseat videtur decis. Bifignet. i. vt lit. pèd. Cassad. 8. super reg. Mohed. 207. Sarnen. de triennial. q. & ideo videmus, quòd solet procedi contra intrusos lite pendente. In cōtrarium verò videtur decis. in recoll. Io. Paul. 59. Crecent. 255. Mohed. 210. aliàs 240. prout hæc omnia refert Paleort. decis. 218. dubitãui, vbi & illud addit, quosdam ex dominis senioribus attestatos fuisse, quòd Rota super hoc semper variãuit.

LIMITA TUR regula supra posita, vt legitur in d. l. fin. C. de litig. pluribus modis, &

464 Primò nisi ÷ res litigiosa daretur in dotẽ, vt d. l. fi. ibi exceptis, & c. glo. in l. ante diuisionẽ, & ibi Bald. C. de iure dot. Ang. in authen. de litigios. 465 in princ. vbi ampliãdo ÷ declarat hoc procedere siue dos cōstituatur, siue restituatur, refert, & sequitur Natta. in consil. 401. duo pro fisco. nu. 1. lib. 2. 466 Secundo quãdo ÷ daretur nomine donationis ante nuptias, vt ibidem.

467 Tertio nisi ÷ tráserretur per viam tráfectionis, vel in alterum ex litigantibus, vel etiam in tertium, secundum glo. in d. l. fin. in verb. tráfectionis, & sequitur Natta. in d. consil. 401. num. 2. lib. 2. Pro qua limita. fa. quòd fuit dictum in vna Messanen. Baroniarum coram D. meo Oradino 5. Nouèbris. 1565. in qua feudum, quòd erat litigiosum fuit per mortem vnus litis cōsortis translátũ in alium confortem, qui tanquã hæres capit illius possessionem lite pendente: & petebatur hanc intrusionem reuocari, vt attentatã: Domini tenuerunt nõ cōstare de attentatis per allegata pro Beatrice, p qua inter cæteras rationes allegabat etiã ista, quòd alienatio, & translatio prædicta potuit licitè fieri in litis cōsorte, per doctri. Pet. de bella pert. in l. cẽ semus. col. 1. vers. dico enim. C. de litigios. & ad-

468 ditur etiã ratio, quia per hæc ÷ tráslationẽ nihil deperit aduersario, quia si obtinuerit, itã potest facere executionẽ in re litigiosa nõc quæ est apud Tract. de Attent. g 2

- hunc superstitem, sicut potuisset facere si fuisset apud litem consortem praeiunctum: unde ex hoc potest formari alia limitatio, ut alienatio rei litigiosa fieri possit in fauorem litis consortis.
- 469 Quartò nisi tres litigiosa diuisionis titulo inter ipsos haeredes facta transferretur, ut ibidem in text. vers. diuisiones & c. & in anth. de litigios. post princip. quand. nu. & c. qd̄ clarius exponentes docto.
- 470 ibi, & alibi dicunt, quod res litigiosa potest transferri cum vniuersitate, ut per Mil. in verb. litigiosa res, vel actio. fol. 212. & facit regula. l. in modicis. ff. de contrah. empt. & c. ex litteris de iur. patrona. quod multa licet transferre cum vniuersitate quae alias non liceret. Ad quam limit. vide quae posuimus infra in 7. limit. princip. regulae princip. de attent. lit. pend. vbi de hoc actu diuisionis rei litigiosae plenius tetigimus, & post docto. declarauimus.
- 471 Quintò, ut haec prohibito alienationis non habet locum, quando lis fuisset iniusta, & calumniosa mota: quia tunc non inducit vitium litigiosum: Cassad. decis. 7. de dol. & contum. vbi etiam posuimus nit coniecturas talis calumniosae litis: Idem in filiis, & processus esset nullus, quia non dicitur face re vitium litigiosum: Ad quam limit. vide alia, quae de hac lite dolosa, & calumniosa dicemus similiter infra in quarta limit. princip. regulae princip. de attent. lit. pend. & de lite nulla diximus ibidem in tertia limit. princip. per tot.
- 473 Sextò, ut lis non impediatur alienationem necessariam, quae fit per confiscationem: Lanfranc. decis. 86. incip. litigiosum vitium praefertim tunc quando alienatio necessaria haberet causam de praeterito, & dicemus post Imol. Bart. & Alex. infra in octaua limit. princip. de attent. lit. pend.
- 475 Septimò quando tunc iudicium esset motum coram incompetenti Iudice, tunc enim potest fieri alienatio rei, ut est in pulchro casu decis. Afflict. 85. diu. numer. 3. & 4. vbi loquitur de quadam permutatione, & privilegio concessio occasione dictae rei permutatae lite pendente coram iudice incompetenti mota, & dicit, quod dictum privilegium obstat agenti ad reuocationem dictae permutationis, & privilegij, & ita per dominos consiliarios fuisse notatum, & sic patet ibi, quod alienatio per viam permutationis, de qua ibi valet: Quamuis tunc hoc dictum Afflict. non videatur omnino tutum per ea, quae diximus supra in tertia ampliat. regulae ibi posita, quod per citationem inducatur vera litem pendente. nu. 49. dic. vbi.
- 477 Octauò quando tunc esset renunciatum liti, tunc enim purgatur vitium litigiosum, secundum Mil. in verb. litigiosum beneficium. fol. 212. tradunt docto. in l. cum mota. C. de transact. & expressè posuimus omnes in l. secunda. C. de edend. dum volunt, quod perempta tunc instantia per renunciationem vitium litigiosum amplius non duret, ut per Ale. Ias. Dec. Rip. & alios recentiores repetentes ibi, & dicit similiter Natta in consi. 350. Augustinus. num. 3. lib. 2. post Ang. quod perempta instantia partium consensu cessat vitium litigiosum, nec haberent locum poenae de quibus in l. fin. C. de litig. & dicemus etiam infra in 6. limit. princip. regulae de attent. lit. pend.
- 479 Nonò quando tunc occasione alicuius rei contra

- aliquem agitur criminaliter, cum per talem litem criminalem non inducatur vitium litigiosum, ut post Bald. in cap. Ecclesia Sanctae Mariae. el primo, ut lit. pend. tradit Maranth. in specul. in 4. parte princip. in prima distincta. Iudiciorum. numer. 34. cum eo casu persona potius, quam res videatur efficere litigiosa: glo. in cap. 2. in verb. finita, ut lit. pend. in 6. Sarnen. in reg. de subrogand. colligit. q. 7. post princip. & propterea dixit alias Alex. apud Bar. in l. prima, in verbo mixta. C. de litigios. post Bal. in l. non solum. in lectu. anti. de integ. restit. quod si ego accusatus de tali crimine ex quo bona veniunt confiscanda accusatione tunc pendente illa alieno, res alienata non incidit in vitium litigiosum: Et faciunt, quae tradit nouissimè Io. Bapt. Ferret. in consi. 12. tota controuersia. numer. 17. & consi. seq. lib. primo. vbi post Sarnen. vbi supra (inquit) quod ista est vera, & communis resolutio docto. quem refert, & sequitur nouissimè etiam Menocch. in consi. 79. non est leuis. num. 27. lib. primo. (vbi post eum, & alios) deducit qualiter non dicitur contrahi vitium litigiosum, ex eo, quia lis fit super inhabilitate personae quae ratione sui delicti reputaretur indigna, ut possit retinere emphiteusim, de qua agebatur, ibi.
- 481 Decimò quando tunc ageretur actioe personali: tunc enim non impediatur alienatio, Rot. decis. 3. alias. 56. si lite. ad fin. ut lit. pend. in no. & stat.
- 482 regula, quod non tunc res, sed actio efficitur litigiosa per litem contestationem, secundum Roma. in consi. 270. pro decisione. vers. secundò videndum, vbi testatur hanc esse communi. opi. ut etiam sensit Alex. apud Bar. in l. fin. in ver. iuxta. C. de litig. post Inno. Ang. & Bald. de quibus ibi per eum: & post specul. in §. nouissimè, de appellat. tradit etiam Lancell. Corrad. de pratore. §. 2. de off. prator. in causa ciuil. in cap. de appellat. sub num. 21. vers. sextò, quando agitur: De cuius tamen dicti veritate vide ex recentioribus, per Alciat. in consi. 11. pro more. num. 34. lib. primo, quamuis enim nouissimè Aug. Bero. seu manus Iulius Scarlatinus Regienis, inter consi. Bero. consi. 177. plura. num. 18. lib. primo, dixerit, quod per motionem litem personalem res non efficitur litigiosa secundum veram, & communem opi. de qua ibi ille testatur: Aduertendum tamen mones, quod nouissimè etiam Didac. practi. quaest. cap. 15. num. 6. hunc articulum late pertractauit, & relatis dictis Roma. & aliorum quamplurium autoritatibus, opinionibus, & illis hinc inde discussis, tandem concludere videtur, quod sicut omnes conueniunt, nec vlla est inter iuris vtriusque interpretes contentio, quod per citationem tunc in actione reali res efficitur litigiosa: vbi per eum in princ. dicto numero 6. ita etiam ad finem huius articuli residet in hoc, quod quando tunc actione personali petitur in effectu dominium, vel vtile, vel directum, tunc etiam res efficitur litigiosa, & quod haec opi. videtur verior, & vtilior secundum eum, & temerarium esset ab ea in iudiciis discedere, secundum Ias. quem allegat in consi. 43. col. fin. lib. primo.
- Undecimò arg. l. cum pater. §. quindecim. ff. de leg. 3. animaduerti quandoque aliquos regulam supra positam limitare voluisse, ut non tunc procedat, quan

- dat, quando res litigiosa fuisset semel alienata, & non fuisset reuocata, nam si iterum alienaretur, videtur, quod amplius ex privilegio attentatorum non possit petire reuocari, ex quo per hoc videtur facta perpetuo alienabilis, sicut dicunt docto. in dicto §. quindecim, quod res prohibita alienari si semel alienetur censetur facta perpetuo alienabilis: sicut etiam dicunt alii docto. de mero imperio, quod de sui natura non est delegabile, & tamen si incipiat delegari censetur factum delegabile, ut post Bart. in dicto. §. quindecim. tradit Tiraquell. in tracta. de vtroque retractu. §. 32. in glo. prima. numero 6. & 8. Quorum opi. quamuis ex eo etiam melius comprobari posse videretur, quod post alios dicebat Alciat. in consi. 19. statuta. numero octauo libro secundo, quod alterata natura feudi (puta per statutum) nihil impedit, quin quacunque alienatione transferri possit: Nihilominus veritati tunc adherendo praefens limitatio (licet prima facie videatur certo modo applaudens) nullatenus tamen est tenenda, sicut enim attentata lite pendente in prima instantia (si non fuerunt petita reuocari in ea) possunt nihilominus peti reuocari in secunda, non obstante, quod in prima fuisset conclusum in causa, ut dicemus infra in 9. ampliat. princip. regulae de attent. lit. pend. ita res litigiosa semel alienata (si non fuit reuocata) poterit quandoque reuocari, considerato maxime privilegio ipsorum attentatorum respectu eius, qui passus est attentata, quod in quacunque parte iudicij potest illorum petere reuocationem, Mil. in verb. attentata post appellationem in partibus. fol. 30. & odio, quo iura maxime profectuntur attentantes, de quo per doct. in cap. cordi. de appell. in 6. & nos saepe alibi in hoc tracta. diximus.
- Duodecimò notabiliter limita ex intentione Alex. apud Bart. in leg. final. in verb. transferri. C. de litigios. ut non tunc procedat, quando res litigiosa essent tempore periturae, quia tunc alienari possent, per alienationes. ff. famil. harcis. quod notandum esse admonet Alex. ibi: Quod ex eo comprobari potest, quod alias dicitur pendente iudicio vniuersali petitionis hereditatis non posse possessorem hereditatis intentare iudicium particulare contra occupatores particularium rerum, vel debitorum hereditatis, nisi res essent tempore periturae, ut in l. si bonae fidei, & l. si quis libertatem. ff. de petit. hered.
- Decimò tertio ex eodem Alex. ibidem limita, (& haec limitatio ad mobilia videtur restringenda) ut non tunc procedat respectu sequestratoris, si enim lite pendente fructus (puta rei litigiosae) sequestrantur, non impeditur sub praetextu litem pendente sequestrare illos vendere, cum illorum precium succedat hoc casu loco rei: bon. tex. secundum eum, in l. fin. ff. de requir. reis, vbi etiam in id citat Bart. in leg. interesse ff. de acqui. possess. & Bald. singulariter in leg. si oleum. ff. de dol. & alia quamplura ad hoc propositum.
- Decimo quartò limita nisi tunc fuisset mota per falsum procuratorem: quoniam (cum talis motio litem non faciat litigiosam) consequenter non impeditur tanquam rei litigiosae alienatio, ut expressè in materia, de qua agimus considerat Olfac. in decis. Pedemont. 144. ex actis.
- numero octauo. Pro qua limit. licet ille solum videatur allegare hanc rationem, quod non entis nullae sunt qualitates, & arg. a contrario sensu sumptum, ex l. prima. §. si inter. in fine, ff. de litigiosis, & Afflict. decis. 85. diu. numero quarto (qui tamen non loquitur de lite nulla ratione personae procuratoris, sed iudicis, de quo nos diximus supra proxime numero 475. in 7. limit.) Magis tamen concludenter allegari potest id, quod diximus supra in prima parte, cap. tertio de attent. a tertio in secunda sublimit. vltimae limitationis regulae ibi posita. numero 475. dum post Cassad. decis. 40. introducta super reg. deduximus, quod lis introducta per assertum procuratorem regulariter (nisi etiam sit subsecuta inhibito non facit attentata, & non impedit, quominus ordinarius possit de beneficio sic (ut praefertur) litigioso prouidere, unde ita etiam ad propositum limitationis per Olfac. considerata potest dici, quod non habeat impedire alienationem.
- Decimoquintò limita, ut non tunc procedat, quando lis esset super possessione, quia per eam res non efficitur litigiosa, quominus possit alienari, sed sola possessio, glo. in cap. 1. vbi etiam Abbas numer. quinto, & alij de confir. vtil. vel inutil. Cassad. decis. 6. numero secundo, de rescript. Mil. in verb. litigiosa res. fol. 123. de quo aliquid etiam per Port. Imol. in consi. 162. cum in praedij. num. 16. libro quarto. & per Bapt. Villalob. in collect. communi. opi. littera L. numero 131. vers. litem pendente super possessione: & post Cassad. dicta decis. 6. sequitur ex recentioribus Madof. super reg. de subrog. collig. quaest. 13. numero quarto: vbi praeterea ad hoc allegat Calderi. in consilio 1. de praeb. Panorm. in cap. Ecclesia Sanctae Mariae. numero septimo, ut lit. pendente. Felj. in rubr. de rescript. column. 3. & in cap. dilecti. numero octauo, de except. & Curt. Iunior in consi. 165. numero quinto, attestantem hanc esse communem opin. quibus adde Sarnen. de triennal. quaest. 53. numero octauo. & post eum, & Mil. vbi supra, & Cald. in consi. quinto, de praeb. & Oldrad. consi. 299. Pet. Rebuff. de pacific. possess. sub numero 166. & Olfac. in decis. Pedemont. 144. ex actis. num. 10. & Natta consi. 145. vertente. numero 16. lib. primo, qui alios in id allegat, & subdit, quod hoc regulare est, quod hoc vbi non est quaestio super re, sed super iure aliquo rei connexo, tunc res ipsa nunquam efficitur litigiosa, quin possit alienari, ut videtur casus secundum eum in l. quamquam. §. Iulianus. ff. de aqua pluui. arcend. & ista est vera, & communi. opi. de qua post Cassad. decis. 4. in princ. ut lit. pend. & Cyn. Bar. & Bal. in l. secunda. C. de litigios. Inno. & Butrig. in cap. cum M. Ferrarjen. de constit. Io. And. & Abb. in dicto cap. Ecclesia Sanctae Mariae, & in cap. fin. ut lit. pend. testatur Io. Bapt. Ferret. in consi. 12. tota controuersia. numero quarto, libro primo: Quamuis autem res ipsa hoc casu non censetur prohibita alienari, ipsa tamen possessio, & ius ad ipsam recuperanda, & ius spoliij vti que lite pendente super spolio non possit cedi, aut alienari: quia tale remedium censetur effectum litigiosum, & intrat dispositio. l. si. C. de litigios. ut fuit tunc in vna Reatina castris aposte cora Binarino. 12. Decēbris. 1573. Nisi cedēs possit videri, an remedium possessorium accederet.

petitorio, quod non erat litigiosum, vt fuit ibidem per dominos consideratum, & dictum, vt vi
 495 deretur. Item & alio casu videtur, quod nõ obstante, quod possessio sit litigiosa, possit tamen quis eam acquirere citra vitium attentatorum, quando scilicet caperetur per eum, qui fuisset gratiose subrogatus, etiam quoad possessionem: Exemplum, prouisus de canonicatu, tãquam de vacanti per obitum petit à capitulo possessione, & cũ fuisset sibi denegata, fuit à denegatione appellatũ, & comissa causa appellationis, & eius vigore inhibito, & consequenter fuit ipsa possessio effecta litigiosa, si deinde resignatarius, qui in resignatione fuerat etiam gratiose subrogatus (etiam quoad possessionem) possessionem canonicatus adipiscatur, non videtur attentare, quia subrogatio gratiose quoad possessionem excludit attentata, non solum respectu litis pendens ante gratiam subrogationis, verum etiam litis subsequens, vt fuit tentum in vna Gerunden. canonicatus coram Grato. 26. Maij. 1564.

496 Decimosexto, vt non procedat, quando super re adhuc non est datus libellus, quia cum ad hoc vt res dicatur facta litigiosa de forma requiratur libellus secundum Bald. in authen. litigiosa. C. de litigios. & ibi Azzo. in summa, quos refert & sequitur Natta. in consil. secundo, circa primum numero primo. lib. 1. sequitur, quod non dato libello non censetur prohibita rei alienatio.

Decimoseptimo ex his, quæ ponit idem Natta in dicto consil. 2. sub num. 2. vers. præterea quomodo sequestrum & c. colligitur alia notabilis limitatio, vt non procedat, quando iudicium incipit à sequestro, quia per sequestrationem rei nõ dicitur res effici litigiosa, vt ibi per eum.

Decimo octavo, & notabiliter ex eodem ibi
 498 limita, vt non procedat, quando non est questio de ipsa re, sed contenditur de opere facto in ipsa re, vt post glo. in leg. quanquam. §. primo, & ibi Imol. ff. de aqua pluuiæ arcend. & Bart. in leg. prima. §. primo, de litigiosis, & Abba. in cap. Ecclesia, vt lite pendente. tradit in pulchro casu ille ibid.

499 Decimonono, quando lis esset super hypotheca, quia tunc res ipsa non efficitur litigiosa. l. prima. C. de litigios. leg. prima. ff. eod. tit. clarius habetur in authen. de litigiosis. §. ad hæc autem. ibi, litigiosi vocabulo hypothecas separari decernimus, & est decis. Afflict. 331. quædam, & alia Senatus Pedemon. 144. ex actis. numero sexto, & tradit etiam Natta. in dicto consil. 2. num. 2. vers. præterea quomodo.

500 Vigesimo limita, nisi lis, & cõtrouersia esset coram arbitris, quia huiusmodi lis non dicitur facere rem litigiosam, vt post Bald. & Salyc. in l. prima. C. commu. diuidund. tradit etiam idem Natta. in dicto consil. secundo. numero quarto. De

501 qua tamen limitatione subsistendum videtur per ea, quæ latè diximus infra cap. 15. de attent. pend. compromisso: vbi huc articulum ad partes deputauimus, an pendente compromisso coram arbitris dicatur attentari, & tandem firmauimus conclusionem affirmatiuam ibi. numer. 127. & numer. 129. quod coram arbitris dentur attentata, & arbitri possint illa reuocare: Subtineri tamen

502 hæc limitatio potest, & verè, quando questio esset coram arbitratore, tunc enim res non dice-

retur litigiosa, & alienatio non esset interdita, quod etiam animaduertit Natta. ibi. numer. 7. & nos etiam admonuimus in dicto cap. 15. in fin. numero 14. licet secuti non fuerimus, vt patet ibidem. num. 26. & sequentibus.

503 Vigesimo primo, quando t iudiciũ fuisset super beneficio, vel alia re ad instantiam curialis vigore Eugeniæ, institutũ, quoniã cũ tale iudicium non faciat litem, aut rem litigiosam, vt fuit resolutum in vna Spoletan. beneficiorum coram Accorambono. 8. Nouembris 1533. consequenter cessabit dispositio l. fin. C. de litigios. & talis res tanquam non litigiosa poterit alienari.

504 Vigesimo secundo, & ultimo limita, nisi t alienatio rei litigiosæ fieret perempta instantia, tunc enim (quamuis vitium litigiosi, secundum aliquos) duret, nihilominus alienatio valet, & tenet, ad no. per Bart. in leg. fin. C. de litigios. post

505 princ. Verum (quia articulus iste, an vitium t litigiosi duret perempta instantia, maximi potest esse effectus in contingentia facti, & sæpè practitari animaduerti) operæ precium duxi illum plenius attingere: Et quamuis aliàs docto. in l. 2. C. de edendo, post Bart. ibi, & in leg. litigator. C. de fructib. & lit. expensis, reasumentes secundum membrum, distinctionis Bar. ibi, de actis ordinariis iudicij causam respicientibus, & non instantiam, ponant hanc questionem, & non parum dubitent an vitium litigiosi reale sit, vel potius personale. Nihilominus (omnium, qui in dictis locis, & etiam alibi hunc articulum tractauerunt dicta colligendo) Sciendum est, quod plures in hoc articulo colliguntur fuisse opiniones.

506 Prima quod vitium t litigiosi (etiam perempta instantia) duret, quæ ex infra scriptis fundari potest, & Primo, quia non est dubiũ, quod per citationem, ac etiã litis cõtestationem (quæ hoc casu ab omnibus præsupponitur) litis pendentia dicitur inducitur, est quoad effectũ attentatorum, secundũ ea quæ diximus latè supra nu. 28. & nume. 151. quæ litis pendentia similiter causat hoc vitium litigiosi: Vnde effectus iste proueniens à citatione, vel à litis contestatione (cũ iam sit in esse deductus, & consumatus) etiam quod lis, & instantia (quæ erant ipsius causa) cessauerint per peremptionem, effectus tamen consumati non cessant, vt notum est, & tradit latè Tiraquell. in tract. cessante causa in 12. limit. in princip. Secundo hæc opinio nititur auctoritate Bar. in l. litigator. numero tertio. C. de fruct. & lit. expens. vbi formaliter innuit, quod alibi determinatũ est, quod vitium litigiosi inducitur per litis contestationem durat etiam perempta instantia: Hanc sententiam tenuerunt quidam (vt refert Inno. in cap. causam, quæ post princ. de testibus: & videtur sequi Purpuratus in dicta l. 2. numero 90. C. de eden. vbi non solum hæc ratione m subdit, quia iam est effectus consumatus, verum etiam, & aliam post Bald. ibi, & in leg. pen. ad fin. C. de arbit. & in l. properandum. §. 2. col. fin. vers. tertio quæro. C. de iudic. & in tit. de pace constant. in vers. vel tempore, quia licet perempta sit instantia, durat tamen vigor actionis. Idem tenet etiam Gozad. in dicta l. 2. numero 29. inquiens, quod quando instantia perit nõ renuntiatione, sed lapsu temporis, tunc non tollitur effectus

effectus litigiosi: Idem etiam secutus videtur Io. de Vico Mercato in dicta l. 2. sub nu. 53. vers. quidam autem sunt effectus, vbi inquit, quod effectus, qui licet respiciant ordinaria iudicij, non tamen respiciunt instantiam, vt interruptio præscriptionis, vel alienatio rei litigiosæ, durant etiã perempta instantia, ibique videtur etiam testari de commu. opi. dum statim subdit, Hanc comm. opi. quod effectus, qui non respiciunt instantiam durent etiam in alio iudicio declara. & c. quam etiam tacitè sensisse videtur Sarnè. de annal. pos. q. 44. col. fi. vers. sed vt prædictorum, vbi loquens de lite finita per sententiam inquit, quod licet lis per sententiam finiatur, effectus tamen litis, vt quod quis sit malæ fidei, quod res sit litigiosa, & quod sit interrupta præscriptio, durat per annos triginta, donec sententia potest mandari executioni, & sensisse etiam Aug. Bero. in consilio 1. plur. numero 15. libro 3. dum (inquit) quod acta ordinaria iudicij licet pereant perempta instantia, illorum tamen effectus non perit, Quod etiã aliqui ex dominis aliàs sensisse videntur, vt patet ex decis. in recoll. Gambar. 21. incip. decernuntur. dum dicunt, quod per lapsum instantiæ non tollitur vitium litigiosi, quamuis in resolutione casus (de quo ibi) id omnino sequuti minimè videantur.

507 Secunda opinio est, quod vitium t litigiosi per peremptionem instantiæ sit sublatum, & consequenter, quod alienatio de re, super qua litigabatur facta valeat: hanc opin. tenet Salyc. in l. properandum. §. & siquidem. sub numer. 15. vers. tertio quæro. C. de iudic. & Alex. in dicta l. secunda. numer. 19. & similiter Dec. sub numero 59. & ibi etiam Rip. sub numer. 28. cum quibus etiam sentire (licet suboscure) videtur etiam Iason in dicta l. secunda. sub num. 19. vers. secundo limita, & nouissimè eandem amplexus est Senatus Pedemont. vt est decis. illius 144. ex actis. numer. 9. vbi pariter tenet, quod siue lapsu temporis (prout ad præfens nos loquimur) siue renuntiatione, siue sententia superioris instantiæ sit perempta, alienatio valeat, & post Iaso. Dec. & Rip. vbi supra: eandem opinio. sequitur nouissimè Hier. Gab. in cons. 52. puto. num. 8. libro primo. Cuius opinionis Primò illud præcipuum est fundamentum, quod ponit Saly. vbi supra, quia scilicet authent. de litigios. & l. fin. eod. titulo, ad impediendam, & annullandam alienationem exigunt litem pendere, vt ibi si quis lite pendente, & c. instantia autem perempta lis non dicitur ultra pendere secundum eum, ergo & c. Secundo text. in l. prima. C. de præscript. long. temp. & ibi not. docto. vbi expressè patet, quod contractus factus post factam, & commissam questionem valet, & tenet.

Tertiò videtur etiam fuisse opinio, quod vitium t litigiosi duret perempta instantia, quoad effectus litigiosi respicientes personas ipsorum litigantium, non autem quoad tertium, quominus ille possit de re, super qua litigabatur contrahere. Hanc sentit Bar. in dicta l. secunda, & ibi Alex. atque etiam Iaso. in locis supra citatis, dum considerant diuersitatem inter effectus litigiosi concernentes litigantes, & concernentes ipsam rem, & ex Bart. ibi clarius hanc opi. posuit (licet eam non sequatur) Rip. ibi. sub nume. 28.

& eam sensisse videntur Curt. Senior in cons. 72. Magnifice. sub nume. 9. vers. ad aliud, quod res, & Paris. in consilio 104. in præfenti. numero 155. libro primo, dum voluerunt, quod vitium litigiosi tertio non obstat: Sed hæc opinio sicut emãnauit metu contrarij de dicta l. prima. C. de præscrip. long. temp. ita eam expressè reprobant docto. præsertim Dec. & Rip. in dicta l. secunda. Nec immeritò cum expressè appareat in dicta l. prima, quod alienatio (de qua ibi, post motam, & omisam questionem facta) necessariò per alterum ex litigantibus facta fuisse præsupponitur, & propterea.

510 Quarta demum est t opinio, similiter distinctione opiniones concordans, videlicet, quod (cũ plures sint effectus vitij litigiosi, etiam de iure antiquo videlicet, & Primus quod impediatur alienatio, Secundus, quod interruptatur præscriptio, Tertius, quod si possessor caderet à possessione non possit eam recuperare, Quartus annullatio actus, & instrumenti, & Quintus incurfus certarum pœnarum (qui duo ultimi effectus fuerunt introducti de iure nouo. per l. fin. C. de litigios.) prout de his omnibus habetur latius apud Barto. in l. prima, ad fin. ff. de litigios. & per Angel. in authent. de litigios.) ad propositum nostrum vitium litigiosi, quo ad primum effectum ipsius alienationis non duret post peremptam instantiam, sed quoad interruptendam præscriptionem, & ceteros effectus benè duret: Quæ opinio satis concludenter videtur probare in dicta leg. prima, in qua apparet, quod alienatio valet, atque etiam, quoad effectus interruptionis durat: Hanc opi. posuit Bar. expressè in dicta leg. fin. C. de litigios. & in dict. leg. fin. eodem titu. & eam secutus videtur Paris. apud Barto. in leg. litigator. in verb. instantia. C. de fruct. & lit. expens. dum pro declaratione huius materiæ remittit se ad Bart. in dicta l. fin. & nouissimè eandem secuta est etiam Rota in vna coram Chifanen. vt in recollect. eiusdem decis. 82. in qua formaliter adnotauit, Vitium litigiosi an duret etiam perempta instantia, fuit dictum, quod si querimus quo ad præscriptionem, & durat, aut quoad alienationem, & extinguitur. ita Bar. in l. 1. C. de litigio. Ias. & Dec. in l. 2. C. de edend. & quamuis Rip. ibi dem teneat contrarium, placuit tamè Rotæ Bar. opin. hæc ille.

Quid dicendum? omissis pro nunc aliis effectibus, qui ex vitio litigiosi procedunt (de quibus diximus proximè post Bar. in d. l. 1. ff. de litigios. cum illorum discrepatio parum ad materiã (de qua agimus) conferre possit, retento principali articulo, an alienatio rei litigiosæ post peremptam instantiam facta valeat, vel potius vti attentata veniat reuocanda (prout in regula supra in hac tertia illatiõne posita præsupponitur): Pro vera t huius articuli resolutione (quantũ attinet ad propositũ nostrũ) iudicio meo necessariò est cõsideranda, & diligenter ponderanda, ratio ipsa quare scilicet attentata reuocentur: Quæ (vt alibi etiã adnotauimus) duplex teste videtur, vna scilicet contemptus iudicis, & illius iurisdictionis, altera verò præiudicium, quod attentado alteri parti infertur, & ideo aliàs dicebat Egid. decis. 49. agens, quod in attentatis plus pòderatur cõtemptus iudicis, quã ius agentis: Et Oldrad. in

conf. 169. profundamēto. post princ. & iterum in
 conf. 206. in causa Carnotēsi. post princ. quod in
 attentatis reuocandis contenpta pratoris maie
 stas vindicatur. Sic etiā edictū ne lite pendente
 513 aliquid innouetur intelligitur, quando aliquid
 innouatur, aut petitur in praiudiciū partis. Rot.
 decif. 25. aliās 310. si reus. vers. sed posito. nume. 3.
 de rescrip. in nō. & dicemus latius infra in prima
 declar. princip. regula princ. de attent. lit. pend.
 Quæ rationes sicut in attentatorum reuocatione
 (quæ fit ad instantiam partis) ambæ concurrere
 debent, vt dicemus etiā infra in tertia parte, c.
 27. de iudic. & per quem attent. reuocentur. vers.
 circa secundam inspectionem: Ita in præsentī ar
 ticulo videtur, quod prima facie ambæ confide
 rari possint: Et quo ad primam satis ex eo appa
 ret, quia iudex causā etiā post peremptam in
 stantiam remanet iudex, quia si sumus in prima
 instantia per absolutoriā latam ab obseruatione
 iudicij, iudex siue sit Ordinarius, siue delegatus
 non perdit iurisdictionem, vt no. expressē Inno.
 in cap. consuluit. num. 2. de offic. deleg. si verò in
 stantia perimitur in secunda instantia lapsu fata
 lium, tunc iudex appellationis remanet iudex,
 & potest ad executionem sententiæ (quæ per de
 sertionem in rem transiit iudicatam) deuenire,
 etiā ipso appellante vterius non citato, vt per
 Franc. in c. personas. numer. 24. de appellatio. &
 dicemus latius infra cap. 12. de attent. appellat.
 pend. in prima ampliā. nu. 40. Vnde si stante iu
 dicis iurisdictione possessor etiā post perem
 ptam instantiam rem alienat, videtur iudicem, &
 illius iurisdictionem alienando contemnere, &
 consequēter intrat prima ratio reuocationis: &
 tanto magis, quia per sententiam absolutoriam
 ab obseruatione iudicij res non desinit esse liti
 giosa, secundum Mil. in verb. litigiosum benefi
 cium. fol. 212. & diximus supra, numer. 226. in eo
 articulo an, & quando lis per sententiam dica
 tur finire: Quo verò ad secundam rationem de
 partis praiudicio parum videtur habere dubita
 tionis, quia scilicet illud idem praiudiciū, quod
 parti infertur per alienationem factam etiā li
 te pendente (quod est, quia difficilior fit sibi recu
 peratio, ex quo res ad manus noui possessoris de
 uenit) consideratur etiā, quando res post pe
 remptam instantiam alienatur: Quamuis autem
 prædictæ rationes, vt supra consideratæ, reuoca
 tionem alienationis (de qua agimus) satis effica
 514 citer suadere possint: Mihi tamen magis placet
 opin. Bart. & dominorum per Chiffanen. (vt su
 præ relata, quod quoad alienationem regulari
 ter perempta instantia non daret vitiū litigiosi,
 etiā quoad personas ipsorum litigantium, secu
 tus in hoc vltimo Dec. in dicta l. secunda. nume.
 59. nec fit alienatio huiusmodi tanquam atten
 tata reuocanda: Et ratio, quæ me mouet est, tum
 quia hoc casu cessat ratio, tam praiudicij partis,
 quam contemptus iudicis, vt apparebit ex dicen
 dis infra. sub nume. 515. in responsione ad contra
 ria, tum etiā, quia non videtur dubium, quod
 si actor, qui egit contra possessorem permittat
 periri instantiā, ista peremptio causatur ex ne
 gligentia ipsius actoris, vnde nō debet ille con
 tra l. itaque fullo. ff. de furtis. ex sua negligentia
 consequi hoc commodum, vt reo sit prohibitū
 commercium rei suæ, quod aliās est de iure gen

tium. l. ex hoc iure. ff. de iure natur. gent. & ciuil.
 & tanto minus, quanto, quia si sumus in instan
 tia perempta per absolutionē ab obseruatione
 iudicij in prima instantia lata, est in facultate ei
 dem actoris iuxta l. properandum. §. & si quidem,
 & ibi not. C. de iudic. relictis expensis de nouo
 iudicium instituere, & iterum illaqueare reum,
 & possessorem, ne lite pendente rem alienare
 possit: Quod si perempta esset instantia per de
 sertionem, tunc posset iudicium reparare, & re
 staurare saltem per viam restitutionis in integrū,
 si habuit iustam aliquam causam, qua pendente
 similiter possessor alienare prohiberetur, & si a
 lienaret regulariter attentaret, iuxta ea, quæ di
 cemus latius infra cap. 18. de attent. pend. restit.
 in integrum: Quod si præsupponeret nullam
 iustam causam ad obtinendam restitutionē eum
 habere, absurdum videtur, quod sine iusta cā, &
 stante sua negligentia reus post peremptam in
 stantiam priuetur facultate de re sua disponēdi,
 contra l. in re mandata. C. mandati: ita vt nō cō
 missa per actorem causa restitutionis in integrū
 ille rem alienaret huiusmodi alienatio ad instan
 tiam dicti actoris veniret tanquā attentata reuo
 canda: dixi ad instantiā actoris propter ea, quæ
 dicemus infra, nu. 523. in 2. limit. de reuocatione
 ex officio mero Iudicis eo casu faciēda. Et te
 515 nendo eam ad singula fundamenta supra in vna
 quaque opinione adducta respondetur, & ad
 Primum primæ opinionis, quod effectus liti
 giosi tanquam consumatus etiā post perem
 ptam instantiam durat respondetur, quod talis
 effectus potest dici consumatus temporaliter,
 quoniam causa effectus litigiosi est ipsaalis, vt
 considerabat Saly. in dicta l. properandum. §. &
 si quidem, sub numer. 51. C. de iudic. vt diximus
 supra in primò fundamento secundæ opinionis:
 ista autem causa non est perpetua, sed tempora
 lis, cum referatur ad litem pendentem, & fit limi
 tata ad durationem litis, ergo limitatum debet
 producere effectum, iur. vulgar. aliās perempta
 instantia vel partis renuntiatione. vel etiā sen
 tentia superioris vitium litigiosi, & illius effe
 ctus tanquam consumatus adhuc durare debe
 ret, quod est falsum, vt dicunt omnes in dicta l. 2.
 C. de edendo, & de sententia superioris expressē
 loquitur O fasc. in dicta decif. Pedemont. 144. ex
 actis. sub num. 9.

Ad secundum de autoritate Bart. in l. litiga
 tor. C. de fruct. & lit. expen. respondetur, quod
 Bart. ibi loquitur quoad effectum malæ fidei, &
 præscriptionis, non autem quoad alienationem,
 de qua agimus: & nos quoque cum Bart. tene
 mus quoad effectum præscriptionis durare vi
 tium litigiosi, vt supra admonuimus.

Primum verò fundamentum secundæ opin.
 cum firmet, & corroboret nostram, & Bart. opi
 nionem non indiget responsione.

Secundum verò de l. prima. C. de præscriptio.
 longi temp. quatenus loquitur de præscriptio
 interrupta, non obstat per supra dicta, quatenus
 verò loquitur de alienatione firmat supra positā
 conclusionem.

Fundamentum autem tertiæ opini. & distin
 ctionis inter personas litigantium, & tertium
 (cum nos in hac quarta opi. ampliando conclu
 serimus vitium litigiosi perempta instantia, etiā
 quoad

quoad litigantes sublatum fore secundum opi.
 Dec. per tex. in d. l. prima) ruit hæc consideratio,
 & distinctio.

Ad ea autem, quæ vltimo loco consideraba
 mus, & Primò, quo ad primam rationem, quæ
 militat in reuocatione attentatorum videlicet de
 contemptu Iudicis, & eius iurisdictionis respon
 detur, quod licet perempta instantia, & lata sen
 tentia absolutoria ab obseruatione iudicij in pri
 ma instantia Iudex non perdat iurisdictionem,
 nec desinat esse Iudex, tamen per alienationem
 non videtur aliquo modo contemni, quia nihil
 fit contra eius præceptum, seu in praiudicium
 suæ iurisdictionis, sed vtitur possessor facultate
 sibi à iure concessa, vt de re sua possit disponere,
 cum quilibet sit suæ rei moderator, & arbiter. l.
 in re mandata. C. mandat. Illud autem dictum
 Mil. ex aduerso allegatum est sanè intelligendum
 de sententia absolutoria ab obseruatione iudicij
 lata ex alia causa, quam ob peremptam instantiā,
 puta ob libellum ineptum, vel ob defectum per
 sonæ procuratoris, & similia, vt ibidem admo
 nuimus: Quo verò ad secundam de praiudicio
 partis respondetur, quod licet adfit praiudiciū,
 tamen (quia illud culpa, & facto suo fuit causā
 tum) est ipsi actori imputandum: sicut dicimus,
 516 quod si accusator infra tempus statutum accu
 sationem prosequi neglexerit sibi imputatur, &
 grauissime punitur. l. prima. C. vt intra certum
 tempus: vt tradit Gomes super reg. de triennial.
 qu. 28. in epilogo casuum negligentia. casu 201.
 vbi contra negligentem 214. casus considerat. Et
 tanto magis, quia hoc praiudicium (si actor ve
 lit) poterit esse modici temporis, cum per iudi
 cium nouiter instituendum tale praiudicium fa
 cile reparari possit, sicut videmus, quod praiudi
 cium, quod facile reparari potest non habetur à
 iure in cōsideratione, & ideo licet prohibere ali
 cui, ne possit in aliqua causa appellare (prout cō
 tingit in possessorio) proculdubio sit praiudiciū:
 517 illud tamen non habetur in cōsideratione, ex
 quo reparari potest in iudicio petitorio, vt tra
 dunt doct. præsertim Ripa. in l. 4. §. condemnatū.
 nu. 21. ff. de re iud. & est decif. Pedemont. 25. num.
 22. & tradit latissime Contard. in repet. l. vnica.
 C. si de momentan. poss. in prima limit. princip.

Erit ergo conclusio per supra dicta, quod alie
 518 natio rei litigiosæ facta postquam instantia est
 perempta, etiā quoad personas litigantium di
 catur valida, nec veniat tanquam attentata re
 uocanda, & consequenter, quod hæc vigesima
 prima, & vltima limitatio regulariter sit vera, &
 tenenda: Quam etiā vno modo ampliari pos
 519 se crediderim, vt procedat etiā si Iudex in
 causa inhibuisset: quamuis enim inhibitio sit ma
 ximi momenti, cum siue iusta sit, siue iniusta ti
 menta sit. Rot. decif. 26. aliās 307. nota quod au
 dientia. in fin. de appellat. in antiq. & faciat illicitum,
 quod aliās fuisset facienti licitum, secundū
 ea, quæ latius dicemus infra capit. 20. de attent.
 post inhibit. in prima ampliā. & per totam: Ni
 520 hilominus (quia & ipsa inhibitio videtur cer
 tis terminis coarctari, & litem, seu appellationē
 concomitari, & eò vsque durare quousque cau
 sa, & articulus appellationis pendet, vt admo
 nuimus in dicto cap. 29. de attent. post inhibit. in
 quarta declaratione principali, quia perempta

instantia lis non dicitur amplius esse, vt post Bar.
 & Saly. diximus supra in primo fundamento se
 cundæ opinionis. nu. 507. & etiā supra in materia
 quado lis dicatur pendere. nu. 287. vers. circa vlti
 521 mū) consequens est, vt nec etiā effectus inhibi
 tionis perempta instantia duret. Quod tūc præ
 cipue procedere absque difficultate dicendū ef
 522 fet, quado Iudex protulisset in causa absoluto
 riā ab obseruatione iudicij, tunc enim absoluen
 do videretur etiā, quoad suā inhibitionē partes
 absoluerē, inhibitionē quæ tacite reuocare, quæ
 tacita reuocatio eneruat vim, & effectū inhibi
 tionis, vt diximus dicto c. 20. de attent. post inhibit.
 in 2. limit. princ. Eandē quoque conclusionē duo
 bus modis intelligi posse, & debere arbitror.

523 Primò, vt procedat in actore non possessore
 (cuius negligentia instantia est perempta) quia
 si reus conuentus, & possessor post peremptam
 instantiam rem litigiosam alienet, non attentat,
 vt proximè concludendo diximus, secus autem
 esset dicendum, si essemus in actore possessore
 sua negligentia instantiam labi permittente, &
 post peremptam instantiam rem alienante: po
 ne enim, quod per eum sit commissæ causa iacta
 tionis, & iactationum, ita vt comprehendat etiam
 petitorium (quod quando fieri dicatur declara
 uimus infra in secunda limitatione principali hu
 ius cap. de attent. lit. pend. numer. 23.) tunc vide
 tur, quod eius alienatio non valeat, & etiā pe
 rempta instantia sit reuocanda: quamuis enim
 regulariter inter actorem, & reum sit seruanda
 æqualitas, ad no. in l. non debet. ff. de reg. iur. &
 propterea, quod supra firmauimus in reo posses
 sore perempta instantia alienante, videretur con
 cludendum etiā in actore possessore (vt supra)
 alienante: Nihilominus, quia militat hoc casu
 diuersa ratio, non mirum si diuersa quoque re
 sultatiuris dispositio, quoniam cum alienatio
 (vt diximus) dicatur esse in praiudicium partis
 (quia difficilior sibi fit recuperatio) Reus, &
 possessor alienans quoad peremptionem instan
 tiæ caret culpa, Actor verò, & possessor alienans
 dicitur esse in culpa, quia sua negligentia permi
 sit labi instantiam: & propterea sicut ratione ca
 rentiæ culpæ reus est excusandus, ita actor pos
 sessor ratione culpæ, quia possidens iudicium in
 tentauit, & in eo prosequendo negligentiam adhi
 buit, & demum in praiudicium rei alienauit, de
 bet condemnari ad huiusmodi reuocationem,
 Et præsertim, quia si aliud diceretur, posset actor
 facile prohibitionem legis, de non alienando re
 litigiosam eludere, permittendo instantiam pe
 riri quod est in eius potestate, non autem ipsius
 rei: Nec aliquid mouet, quod æqualitas inter
 eos sit seruanda, quoniā, & aliās videmus, quod
 actor mouens litem est ex aliqua causa deterio
 ris conditionis, quam reus, cui mouetur iudiciū,
 etiā in materia nostra attentatorum: exemplū
 in citatione, quæ si sit tantummodo decreta con
 tra reum, & non sit legitimè executā per eā non
 inducitur litem pendentiā ad effectum, vt si reus
 rem alienet, aut alium actū dicatur dicatur atten
 tare, secus autem est respectu actoris, quia quo
 ad eum per decretum duntaxat citationis indu
 citur talis litem pendentiā, vt etiā si citatio non
 fuerit executā dicatur attentare, vt declarauim⁹
 supra in hoc cap. nume. 36. & hanc limitationem
 de acto

de auctore possessore sua culpa permittente instantiam perire: videntur sensisse domini in vna Florentina pecuniaria coram Prospero. sub die 10. Ianuarij 1542. vt est in recollet. Put. decif. 10. incip. lis finita. sub rubr. vt lit. pend. Secundo eadem conclusio intelligenda videtur, & limitanda, vt procedat quando instantia est perempta per absolutoriam latam ab obseruatione iudicij in prima instantia (prout hactenus ferè semper locuti sumus) quòd si per desertionem appellationis, & lapsum fatalium secunda instantia perimeretur fecus esset dicendum, ex quo diuersa in hoc vltimo casu potest ratio considerari, nam Iudex in primo casu (licet remaneat Iudex, etiam post absolutoriam ab obseruatione iudicij) tamen per alienationem non videtur aliquo modo lædi, aut contemni, ex quo sibi tunc nihil remanet in causa faciendum: quando autem instantia perimitur per desertionem appellationis, tunc Iudex non solum remanet Iudex, sed & restat sibi aliquid in causa faciendum, cum enim sententia per desertionem in rem transiuerit iudicatum per Iudex à quo, vel ad quem secundum casus diuersitatem ad sententiæ executionem deuenire, etiã ipso appellante vterius non citato. Franc. in c. personas. num. 24. in fin. de appellatio. Boer. decif. 206. cum aliis allegatis infra cap. 12. de attent. appell. pend. in prima amplia. princ. in prima ampliat. secundæ regulæ ibi posita: quinimmo dixerunt quidam, quòd respectu huiusmodi executionis etiam post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam remanet litis pendentis effectus, vt post alios latè per Gomes super reg. de annal. q. 44. per tot. præsertim vers. tertio ista opi. cõcludens, quòd quamuis per sententiam lis dicatur finiri, vt & nos diximus supra. num. 213. tamen respectu huius executionis remanent tales litis reliquæ, quòd si post sententiam quis possederit per annum (dum fit executio) non potest dici pacificus possessor, ex quo executio videtur subsistere litem: Vnde ita potest dici in casu, in quo Iudex per desertionem appellationis debet sententiam executioni demandare, vt respectu huius executionis remaneant tales litis reliquæ, vt impediant alienationem, & propterea (si dum Iudex vult exequi sententiam, reus & possessor rem litigiosam propria autoritate alienauerit) negari non potest, quin Iudex hoc casu contemni, & lædi dicatur, cuius cõtemptus ratione dari reuocationem attentatorum supra demonstrauius: & propterea huiusmodi alienatio post peremptam instantiam per desertionem appellationis factam esset tanquam attentata ex officio Iudicis (cuius fuit læsa Maiestas) reuocanda: nam ad instantiam partis non esset huiusmodi reuocatio permittenda: quia per desertionem appellationis sua culpa, & negligentia inductam (præsertim si de desertione constaret notoriè ex actis) videtur etiam notoriè constare de illius nõ iure, quo casu ad instantiam partis regulariter non fit reuocatio, sed bene ex officio Iudicis, vt latè deduximus, ac declarauimus infra in tertia parte, cap. 24. de reo, & exceptionibus sibi contra attentata. compet. q. 1. Tertio supradictam conclusio-

525 nem necessariò intellige t de alienatione rei, super qualitigabatur facta post peremptionem in

stantiæ (& ita propriè loquuntur docto.) non autem de alienatione, quæ fieret lite adhuc pendente, & ante peremptionem instantiæ: quia eo casu alienatio omnino esset attentata. l. fi. & tot. tit. C. de litigios. secundum ea, quæ supra in prin. huius illationis posuimus. num. 451. Nec ex superuenienti peremptione potest talis alienatio tonualefcere, exemplo eius quòd regulariter dicimus, quòd ea, quæ appellatione pendente fuerunt attentata per appellationis desertionem nõ conualefcunt, & possunt tanquam attentata reuocari: vt diximus infra cap. 12. de attent. appell. pend. in prima ampliat. princip. num. 2.

DECLARATVR nunc prædicta regula in hac tertia princip. illatione posita nonnullis modis, &

526 Primò quòd t si agatur super re, & beneficio res intelligitur facta litigiosa tam super proprietate, quàm super possessione, vt est decif. Cassad. 9. num. 3. de caus. possess. & propriet. de quo tamen latius dicemus infra in secunda limitatione principali reg. princip. de attent. lit. pend.

527 Secundò quòd vitium t litigiosi obest ipsi litigantibus, non autem tertio quin possit super re illa contrahere, vt post Bar. in l. i. ff. de litigios. & Ang. in authen. de litigios. col. 1. tradit Curt. senior in cons. 72. Magnifice. sub num. 9. vers. ad aliud, quòd res fuerit litigiosa: & Ofasc. in decif. Pedemont. 144. ex actis. sub numer. 7. versicu. in secundis. in fin. vbi (inquit) quòd hoc datur pro cautela.

528 Tertio declara, quòd t licet res litigiosa non possit regulariter alienari, vt supra, potest tamen possessor in ea acquirere ius, id est, dominiũ, sed non publicianam, secundum Mil. in verbo litigiosa res licet. fol. 216. ad quod facit id, quòd no. Bald. in l. 2. col. fin. C. ne lit. penden. quem refert, & sequitur Alex. apud Bart. in l. 1. in verb. litigiosa. C. de litigio. vbi voluit, quòd vitium litigiosi impedit alienationem, nõ autem acquisitionem in possidente.

Illatio quarta de prouisione beneficij litigiosi per executorem expectanti non facienda.

529 Quartò hinc etiam prouenit, quòd aliàs habetur apud docto. quòd prouisio t facta expectanti ab executore apostolico de beneficio super quo erat lis, tanquam vacanti per mortem rei, qui lite pendente decessit, non valeat, vt est decif. Rot. Bisignett. 20. vtrum. numer. 2. & decif. Egid. 667. auditor. Quòd t limitari seu declarari potest, quòd licet regulariter prouisio lite pendente facta non valeat, vt supra, prouisio tamen & impetratio beneficij facta lite pendente super eodem beneficio valida est, si nullus litigantium ius in eo habebat, vt dicit formaliter Egid. decif. 210. Impetratio, quinimmo ex hoc illud

530 etiam notabilius infertur, quòd si Nuntius t habebat in facultatibus, quòd possit disponere de beneficijs, etiam si litigiosa, & c. non per hoc poterit cõferre beneficium, quòd litigaretur in Curia, nisi vacaret per viam resignationis, quia illa verba etiam si litigiosa intelliguntur respectu resignationis, vt est decif. in recollet. Put. 56. nuntius. sub rubr. de præben. in vna Salamantin. beneficij coram Reumano. 3. Decembris 1546. & decif. eiusdem 7. nuntius. sub rubr. de offi. deleg. & vicar.

Illatio

Illatio quinta de presentatione per patronum, & institutione per ordinarium lite pendente non facienda, & possessione per præsentatum non capienda.

532 Quintò ex eadem regula (quod lite pendente nihil est innouandum) INFERTVR, quòd similiter ea pendente, Nec PATRONVS t PRÆSENTARE, Nec ORDINARIVS instituere, Nec PRÆSENTATVS CAPERE possessionem possit: Quæ illatio (vt patet) tria continet dicta: Primum de patrono præsentante, Secundum de Ordinario instituyente, Tertium de præsentato possessionem capiente.

533 Quoad t primum (licet articulus iste aliquibus hodie fortasse videri possit facilis, & expeditus, attentata dispositione cap. 1. vt lit. pend. in 6. prohibentis expressè, vt si (aliquibus apud sedè apostolicam, vel alibi litigantibus super electionibus de se in discordia celebratis.) aliquem ipsorum mori, vel iuri suo renunciare, aut à professione ipsius contigerit quoquo modo excludi ad electionem aliam (lite super electione superstitis electi pendente) nullatenus procedatur, aliàs attentata contra hoc electio ipso iure viribus nõ subsistat, cum illius dispositio secundum cõmunes traditiones (de quibus infra proximè. num. 575.) etiam in præsentationibus sibi locũ vendicet: Nihilominus quàm sit hæc conclusio controuersi iuris euidenter apparet ex diuersis scribentium opi. qui varijs distinctionibus contrarium quandoque tueri conati sunt, vt per docto. in capi. avaritiæ. de electio. in 6. & in dicto cap. 1. vt lit. pend. eod. libr. & in capit. ex literis, & cap. consultationibus. de iur. patron. & per Lap. tam in dicto capi. 1. quàm in alleg. 22. an sufficiat. num. 3. & allegat. 136. per totam, præsertim sub num. 8. & per Roch. de Curt. in tracta. de iur. patron. in verb. honorificum. q. 23. & in verb. competens similiter. q. 23. & latius per Lamberti. in tractat. de iur. patrona. libr. 2. in prima parte. q. 6. articu. 12. per tot. Quinimmo, & Rota ipsa (licet in multis causis tenuerit, quòd patronus lite pendente præsentare non possit, vt per Sarnen. de subrog. collig. q. 13. per tot. (quandoque tamen visa est subsistere, vt in vna Aretin. Cappellanæ coram D. meo Oradino 6. Iulij. 1568. in qua (cum prætenderetur possessionem per vnum ex præsentatis post institutionem Ordinarij lite pendente captam esse attentatam) domini ad literam dixerunt, quòd viderentur resolutiones in alijs causis factæ, quia aliqui dicebant fuisse resolutum, quòd pendente controuersia inter plures præsentatos quis esset instituendus, non est inducta talis lis, vt vnus impediat capere possessionem. Aliqui dicebant id non procedere, quando esset appellatum à sententia Vicarij instituentis: Minusque dubitabatur de sententia, quia inclinabant, quòd requiratur processus: Hæc illi: Resolutionemque huius articuli perdifficilem esse ex his omnibus, quæ mox subiiciemus omnibus omnino constabit: Verum quia (vt mihi ex iis conicere licet) omnes videntur admittere, quòd præsupposita

534 litis pendentia sit regulariter t prohibita Præsentatio, institutio, ac possessionis adeptio, de quibus agimus: cum omnes (excepto Lambertino in loco supra allegato) firmare videantur quòd dictum. c. 1. vt lit. pend. in 6. procedat etiam

in præsentationibus, vt per docto. ibi, præsertim Gemi. col. 4. vers. nec obstat si dicatur, vbi dicit, quòd aliter sentire esset iudaizare, stãdo solũ verbis illius tex. qui tantũ loquitur de electione, vbi etiã subdit post Lap. ita etiam debere seruari in practica: & tradit etiã Cal. in cõf. primo, vt li. pen. & est decif. in recollet. Sarnè. 31. incip. c. primũ, & alia in recollet. Guidobo. 104. dixerunt. sub rubr. vt lit. pend. Tota que difficultas, & inter eos diuersitas eò redigi videtur, qn scilicet lis hoc casu penderet dicatur, cũ aliqui t senserint, quòd cõtrouersia inter præsentatos nõ facit litè, quæ impediatur, vt senserunt domini in dicta Aret. cappellanæ: Aliqui t quòd immo requiratur iudicialis discussio, & causæ cognitio, de qua per gl. in c. fi. in verb. inanes. de elect. in 6. cuius dispositio (licet loquatur in electione) habet tamè locũ etiã in præsentatione, vt ibidè in glo. prima: aliqui t verò senserint, quòd petitio præsentatorũ institutiũ, pro institutione, & productio suarũ præsentationũ corã Ordinario facta nõ faciat possessionem interim ab altero captã esse attentatã, nisi fuissent aliàs litè contestati, vt fuit de mente Dominorum in vna Calaguritana beneficij corã A. Augustino. 25. Ianuarij. 1554. Idcirco ante omnia præmittendũ est, quãdo ad effectum, (de quo agimus) lis dicatur pendere, & licet supra in principio huius secundæ patris. nu. 10. sex modis litem incipere, & pendere dixerimus, quia tamen in duobus ex eis (videlicet per solam causæ commissionem, item & per appellationem extrajudicialè) vnuerfaliter firmauimus, quòd regulariter per eos lis nõ dicatur introduci, & alij duo videlicet per subrogationem gratiosam, item, & per admissionem tertij nõ videntur ad litè, de qua nunc tractamus posse cõmodè applicari (cũ hic agi videatur duntaxat de lite inter præsentantes, vel inter præsentatos) solũ remanere videtur reliqui duo modi de quibus ibi, videlicet per citationem, item, & per litis contestationem: ad quod vltimum (quòd videtur t requiri contestatio litis ad hoc, vt patronus præsentare non possit) videtur in terminis decif. Rot. 1. aliàs 140. possessor. de iure patro. in no. & quamuis aliàs Domini in vna Astoricens. sanctæ Christianæ coram Grato. 9. Martij 1569. videantur, & alium modum introducendũ litem ad propositum, de quo agimus sensisse, & confirmasse, videlicet per t edicti propositionem, de qua in capit. fi. de elect. in 6. Si tamen rectè consideretur, vix potest t admitti, quòd per dictam edicti propositionem litis pendentia inducatur ad effectum, vt patronus præsentare prohibeatur, tum quia per eam vocantur volentes se opponere, vt in text. ibi, vt si qui sint, qui se velint opponere compareant, & c. & quando non est lis super titulo beneficij, sed proceditur per oppositiones non inducitur litis pendentia ad effectum, de quo agimus, vt dicemus proximè in l. i. limit. numero 588. Tum quia dato, quòd per eam lis induceretur, quatenus tamen vocatio (de qua ibi fieret nominatim contra coelectum, & cõmpresentatum, vel certum oppositorem, dicendum esset non tam per edicti propositionem, quàm per citationem litem fore inductam, cum illa vocatio nominatim facta nihil aliud sit, quàm citatio, & sic non esset modus litem introducendũ à prædictis diuersus, & separatus: Hoc vno præ-

missio,

Quadruplex
plea hinc
q. in spe-
ctio.

missio, profaciliori propositi articuli resolutione quadruplex hic cadit inspectio. Prima quando lis esset inter plures patronos super iure presentandi: Secunda quando iudicium esset inter plures a diuersis patronis in discordia presentatos: Tertia quando lis esset inter unum ex patronis & unum ex presentatis. Quarta quando lis esset inter Ordinariū, & patronum seu presentatū.

Circa primam (licet doctores in capitu. 2. de restit. in integr. (prout eos refert nouissimè Ioan. Baptista Ferret. in consilio 192. videtur. num. 15. lib. 1.) senserint, quod tunc quando quæstio est inter electores super iure eligendi, potest deueniri ad aliam electionem, ita etiam quando quæstio est inter compatronos super iure patronatus possit deueniri ad aliam presentationem: ea ratione, quia quando lis pendet inter electores, vel compatronos super iure eligendi, vel presentandi, & non super beneficio ius deductum inter eos in litigium non alienatur, nec transfertur in electum, vel presentatum, sed remanet penes electores, seu compatronos litigantes, & ideo non prohibetur à iure electio, vel presentatio ad beneficium, de quo non est quæstio: & quod propterea dictum capit. primum, vt lit. pend. in 6. non censetur corrigere capit. cum venissent. de restit. in integr. breuiter tamen tunc dicens videtur, quod regulariter (si lite super iure patronatus pendente) presentatus cedat, vel decedat patronus, qui illum presentauerat alium presentare non valeat, tum ex illa generali prohibitione, de qua in Rubro, & nigro, vt lit. pend. nihil innouetur, tum ex text. in c. ex litteris. à contrario sensu ubi antequam super iure patronatus inter Abbatissam, & militem controuersia esset suborta de iur. patro. & in cap. cum venissent, de in integr. restit. & utrobique glo. & scribentes, & pro hac opinio. est decis. Rot. prima aliàs 140. possessor de iur. patro. in no. quam sequitur Stefan. Aufrer. (qui alios in id citat) in addit. ad decis. Capp. Tolof. 107. ad med. vers. vnde lite pendente, & Iacob. Henric. in cons. 3. quidam ciues. numer. 56. lib. 3. & eandem tenet Cassador. decis. 3. solent. num. 2. & 5. vt lit. pendente. qui loquitur de derogatione iuris patronatus attentata lite, & consequenter, quando litigatur super eo, & eandem videtur tenere Hostien. in dicto cap. cum venissent, dum distinguit inter presentationem, & electionem, vt pendente lite electio permittatur, presentatio verò censetur prohibita (licet hæc differentia tanquam iure, & ratione concludenti carès à doctoribus reici videatur, vt p. Rocch. de curt. in tracta. de iur. patronat. in verbo competens. q. 23. vers. quinta fuit opi.) & quod quando ius patronatus tunc est litigiosum, beneficium possit valide impetrari, etiam non facta illius mentione, aut derogatione ex eo, quia Ordinario, aut patrono nullum sit præiudicium (cum propter litem ille presentare, & iste instituere non possit) est decis. in recollet. Simonetta 33. incip. in vna Glasquen. coram Cassadoro. Nec ab hac opi. dissidere in effectu videtur Ferret. in dicto consil. 192. numer. 15. cum ipse videatur loqui in patrono possessore, dum dicit (maximè possessores) quo casu, & nos quoque presentationem permitti dicemus proximè. num. 646. Quæ conclusio duobus modis limitanda videtur.

544 Primò, vt non procedat quando lis super iure patronatus non esset principaliter, & nominatim mota, sed accessoriè, & in tacitam quandam consequentiam introducta, scilicet, super re, cui competit, & quodammodo est annexum ius presentandi, & ius patronatus, puta quando aliquod castrum, vel villa haberet ius presentandi ad aliquam ecclesiam: nam si super villa, aut castrum lis moueatur, non per hoc presentatio dicitur impedita: quamuis enim ius presentandi videatur hoc casu accessorium ad castrum, & litigioso facto principali videretur dicendum etiam accessorium fore litigiosum, ad reg. accessorium. de reg. iur. in 6. & consequenter presentationem

545 impediri: nihilominus per litem tunc motam super villa, aut castrum dominus illius potest (etiam hac lite pendente) presentare, vt est in terminis dicta decis. 1. aliàs 140. de iur. patro. in no. cum qua concordat decis. Egid. 701. si possessor. vbi subdit, quod non debet quis prætextu litis motæ à sua possessione desistere: immo si ille impeditur fieret contra eum in hoc inuolutio, & attentatio: quem retulit, & in proposito suo secutus est etiam Fely. in cap. cum Bertoldus. col. fin. sub nume. 29. ad fi. vers. quartò per id quod. de re iudi. Quinimmo ex eisdem decis. potest hoc dictum ampliari, vt procedat etiam si emptor, ac possessor castri, vel comitatus nunquam antea presentasset: quia comitatus, & castrum ipsum censentur quasi possessionem presentandi semper retinuisse, vt post Inno. in cap. cum super. de caus. poss. & propr. & in cap. litteris. de restit. spol. dicitur domini, & Egid. vbi supra post princip.

546 Secundò, & notabiliter limita, vt non procedat dicta conclusio in patrono, qui ante litem motam esset in quasi possessione presentandi, quia poterit etiam lite pendente presentare, vt tradunt doctores in c. consultationibus, & in c. ex litteris. de iur. patro. & ibi glo. magna. quæ dicit, quod hoc multis placuit, inter quos fuit Taced. Vinc. & Goffred. & alij relati per Lap. alleg. 136. curiose. nu. 7. & communiter hoc doctores sentire attestatus est Abbas in dicto c. ex litteris. sub nu. 6. Nec sine ratione, quia præsupposita quasi possessione presentandi ante litem non debet illa quis lite pendente regulariter priuari, cap. 1. vt lit. pend. cū aliis latius adductis infra hoc eod. cap. in 4. declarat. princip. in princip. & per tot. sed potius permitti, quod sibi liceat suam possessionem continuare, vnde continuando non diceretur regulariter attentare, iuxta ea, quæ latius dicemus hoc eod. c. in prima limit. prin. Pro qua limitatione facit, quod aliàs senserunt domini in vna Tuden. parochialis. de Tabuchia coram Grato. 29. Nouembris 1567. quod presentatus tunc capiens possessionem lite inter patronos pendente vigore institutionis à Nuntio Sedis Apostolicæ factæ, dicatur attentasse, nisi præsupponeretur patronum, qui illum presentauerat fuisse in quasi possessione presentandi: Hæc autem secunda limitatio necessaria

547 rior sublimitanda videtur, Nisi tunc lis esset super ipsa quasi possessione presentandi, quæ conclusio (licet in se vera, sit & tenenda) non defuerunt tamen, qui contrarium tunc tenuerint, & ideo vt illius veritas clariùs appareat dicendum est, quod Triplex est in ea opi. Prima affirmatiua, quod patronus

549 tunc possessor etiam lite pendente super possessione presentandi possit licitè presentare, quam ponit, & tuetur Lap. alleg. 136. numer. 8. asserens ita etiam sensisse Hostien. & Ioan. And. in c. cum venissent. de re iur. in integr. & istam esse veritatem, & hanc tanquam veram opinionem ipso audiente tenuisse legendo Io. de Calderinis in dicto capitu. cum venissent. eandem videtur tenere Egid. decisio. 701. si possessor. ad med. vbi (quicquid alij dicant) tuetur, quod sola litis motio non inuoluit talem presentationem, nisi ex alio capite restulter præsumptio mala fidei in presentate: Quæ opi. ex infra scriptis suaderi potest. Primò quia (vt sentiunt omnes supradicti) lite pendente non est quis commodo possessionis priuandus. capit. 1. vt lite pendente. cum simil. adductis infra hoc eod. cap. in quarta declarat. princ. vbi ampliando demonstrauimus id procedere etiam si possessio esset contra ius, & destituta titulo, & constaret notoriè de non iure possidentis, & quis esset ipso iure illa priuatus, vt in 1. 3. 7. & 8. ampliatur. reg. ibi positæ. Secundò quia (si sola motio litis super possessione impediret patroni presentationem) aperiretur via fraudibus: quia quilibet super dicta possessione quæstionem confingeret, & facile esset cuiuslibet extraneo (& qui nullum ius haberet) dicere se patronum, & in possessione iuris patronatus, & possessionem, & proprietatem deducere in iudicium, & à sententia contra se lata appellando per plures annos negocium differre, quod est inconueniens, & contra omnia iura, vt dicit Lap. ibi num. 8. & seq.

551 Tertio addi potest, quia (sicut lis tunc mota super possessione non impedit proprietatis alienationem. Cassad. decis. 6. num. 9. de rescript. cum aliis adductis supra in tertia illat. numer. 491. in 15. limit. reg. ibi positæ) ita videtur, quod non debeat impedire presentationem, quæ videtur prouenire ab ipso iure presentandi, & proprietate iuris patronatus. Secunda potest esse opi. negatiua, quod immo patronus tunc hoc casu presentare non possit, si lis sit super possessione: Hanc tenet glof. in dicto c. ex litteris. in glo. mag. circa fi. ibi, & hoc credo verius, & ibi Abbas numer. 8. & glof. in c. hæc quippe. in verb. debeant. ad med. vers. quod intellige verum. 3. quæstio. 6. & Rota expressè in dicta decis. 1. aliàs 140. possessor. de iur. patro. in no. & Stefan. Aufrer. in addit. ad dictam decis. Tolof. 197. ad med. vers. vnde lite pendente, maximè super possessione, & c. (post Inno. in dicto c. consultationibus) eandem tenere videtur Alex. (seu quisquis ille est, qui inter cons. Alex. huic sententiæ se subscripsit) in cons. 75. visis. nu. 46. lib. 4. & sequitur etià Iacob. Henric. in dicto cons. 3. ciues. nu. 56. lib. 3. Quæ similiter ex infra scriptis suadetur. Primò quia ad hoc, vt possessio tunc iuris patronatus sit bona plura requiruntur, & inter cætera, quod adsit bona fides, vt docet Calderi. in cons. 12. incip. quæ requirantur. de iur. patro. Per litè autem super possessione inducitur mala fides, vt dicit Rota dicta decis. 1. merito, & c. Secundò quia ad hoc, vt patronus possessor possit lite super iure presentandi pendente presentare, debet illius possessio esse quieta, & non reclamata, vt sentiunt glof. & omnes in dicto ca. cum venissent, & dicto capit. ex litteris, & ponit (alios allegans) Aufre. vbi supra: vnde cum per litem motam super possessione illa desierit esse quieta, & sic potius

reclamata, sequitur, quod illa non sit hoc casu attendenda. Tertio quia sicut lis super possessione impedit illius usum, & translationem, vt diximus in dicta tertia illat. in loco supra citato. numero 493. ita debet impedire actum presentationis, quia presentando vteretur possessione, quæ est iam effecta litigiosa, & ex hoc tollitur tertium fundamentum primæ opin. Tertia demum videtur fuisse se opi. quod (licet patronus tunc hoc presentare valeat, superior tamen non debeat presentatum instituere, sed illius institutio differatur in euentum causæ. Hanc ponit glof. dicto cap. ex litteris. de iur. patro. eandem refert etiam glof. in dicto capitu. cum euenissent. & sentit etiam glof. in dicto capitu. hæc quippe. 3. quæst. 6. & posuit etiam referendo Abbas in dicto capitu. ex litteris. sub numer. 6. & post Innocen. sentit etiam Alexand. in dicto cons. 75. sub num. 46. & refert inter alias opi. Rocchus de curte vbi supra, in verb. competens. quæst. 13. in 2. & 3. opi. ibi relatis: Et ratio est, quia (vt omnes sentiunt) possessor si succumbat tenetur restituere omnes fructus, quos percepit post litem contestatam, capitu. grauis. de restit. spol. cum simil. sed si institueretur is, qui lite pendente fuit presentatus, & presentator succumberet in proprietate, non posset illum fructum presentationis restituere, quia legitimè institutus remoueri non debet, & ideo propter hanc impossibilitatem debet differri institutio secundum eos: Verum quia fundamentum huius opin. potius respicit casum (quare scilicet Episcopus instituere non possit) quam assignet aliquam rationem quare scilicet patronus hac lite pendente presentare possit, propterea à secunda

555 tunc supraposita opi. non videtur recedendum: Et tenendo hanc, Non obstant alia allegata in contrarium, quoniam respõdetur, & ad primū quod regula illa quod lite pendente quis non debet commodo possessionis priuari, non procedit, quando vterque prætenderet se possidere, & age retur interdicto retinendæ, & sic mota lite super possessione, vt declarauimus in dicta quarta declarat. princ. in 9. limit. regul. ibi positæ post Capit. decis. 96. num. 11. Nam & aliàs videmus, quod licet quis prætextu continuationis possessionis possit regulariter se excusare ab attentatis, iuxta ea, quæ fufius dicemus infra hoc eod. capit. in prima limit. princ. id tamen non procedit, quando lis esset super ipsa possessione, vt est decis. Rota 7. aliàs 116. nota quod vbi Episcopus, de sentent. excomm. in anti. vt ibidem declarauimus in vltima limit. regulæ ibi positæ. Ad secundum Respondetur, quod cum quilibet præsumatur bonus, & delictum, & fraus non præsumatur. I. merito. ff. pro socio: cum simil. non est credendum, quod quis temerè velit litem super possessione mouere, præsertim considerando, quod temerè litigans tenetur ad expensas, damna, & interesse, ad not. in l. properandum. C. de iud. & §. primo, & tot. tit. instit. de pœn. temer. litig. vnde saltem metu pœnæ præsumendum est, quod quis se ab huiusmodi lite abstinebit, præsertim præsupposito iuramento calumniæ, quod hodie solet præstari. cap. primo. de iuram. calum. in 6. cum nemo præsumatur immemor salutis æternæ. l. si. C. ad l. iul. repet. vt etiam considerabat Rocchus, vbi supra in verb. competens. quæstio. 23. in fi. Ad

tertium verò respondetur, vt supra in tertio fundamento huius opi. Ex quibus sequitur, quòd in hac prima inspectioe dicta sublimitatio firmari possit, scilicet, quòd licet lite pendente super iure presentandi possit patronus, qui sit in quasi possessione presentare, id tamè intelligatur, nisi èt ipsa possessio sit in iudiciu deducta per supradicta.

556 Circa secundam inspectioem (quando t scilicet lis esset non inter patronos, sed inter presentatos) breuiter subordinando ea omnia, quæ diffusè videntur ponere docto. sunt in proposito plures casus considerandi.

557 Primus casus sit, quando t effemus in duobus presentatis à patronis clericis, & tunc si lite inter eos pèdète alter cedat, vel decedat, non possunt patroni alium presentare, & intrat dispositio dicti cap. primi, vt lite pendent. in 6. quæ (licet loquatur de electione, & aliqua vis fuerit dissensio inter docto. an habeat locum in presentatione facta à patronis laicis (vt ex infra dicendis apparebat) communis tamen est omniū opi. & ab eo nullus descrepat, vt testatur Lamberti. in dicto tracta. de iur. patro. in 12. artic. 6. q.

558 Primæ part. 2. lib. in princ. quòd omnino t procedat, & vendicet sibi locum in presentatione facta à patronis Ecclesiasticis, cum illa habeat vim electionis. Abbas in cap. cum autem. in tertio notab. & in ca. pastoralis. in ultimo not. de iur. patr. & tradit remissiuè Lambert. vbi supra: quibus ad de Cassad. decif. 4. num. 3. de iur. patr.

559 Secundus casus sit, quando t sumus in presentatis à patronis laicis, & lite inter eos pendente a altero ex eis cedente vel decedente patronus velit alium post quadrimestre tempus in locum illius presentare: quoniam similiter hoc casu negatiuè concluditur, quòd patronus non possit, quia cum de iure ille habeat tatum quatuor menses ad presentandum. cap. cum propter. de iur. patro. cum simil. vtique illis elapsis omnino presentare prohibetur: & in hoc concordant omnes, & nemo discrepat, vt pariter testatur Lambert. vbi supra, nume. 2. vers. secunda conclusio.

560 Tertius casus sit, quado t Patronus laicus vel let infra quadrimestre tempus (lite inter presentatos pendente) alium presentare: & sicut superiores duos casus faciles sunt, & de plano procedunt ita perdifficilis est iste, & maximè docto. tor quere videtur, vt patet ex his quæ fufissimè ponit idem Lambert. vbi supra post Rocch. de curte, & alios per eum ibi citatos: Pro cuius casus, & articuli resolutione (eoru dicta subordinando) Tres in hoc colliguntur opiniones.

561 Prima, quòd Patronus t laicus lite inter presentatos pendente possit alium intra quadrimestre tempus presentare: Hanc opi. posuit Card. in cap. pastoralis. q. vltima. de iur. patro. eandem in casu suo tenuit Rocch. vbi supra. in verb. honorificum. q. 23. vers. ego aliàs aduocado contrariu tenebam, & similiter huius fuit sententiæ Lambert. in dicto tracta. de iur. patr. in prima parte libri secundi, in 12. art. 6. q. num. 11. vers. quid dicendum in hoc passu: concludens dictum cap. primum vt lit. pend. in 6. nullo modo habere locum in presentationibus: Fundatur hæc opi. ex infra scriptis, &

562 Primò quia (cum patrono t hoc casu sit à iure indultum, vt intra quatuor menses variare, & accumulando alium presentare. cap. cum autem. &

cap. cum propter. de iur. patron. vtique si alium presentat vt iure suo, vt dicebat Card. in di. ca. pastoralis. in fi. vnde, quod sit lege permittete poenā non meretur. l. gracchus. C. ad l. Iul. de adul. cū simil. prout multè diceretur incurri poenæ si huiusmodi presentatio præsupponeretur attentata, de quibus infra in tertia parte, capit. vlt. de poen. attent. per tot. Secundò secundum Rocchū vbi supra, ob generalitatem dicti cap. cum autè, quæ videtur dare variationē patrono infra quatuor menses indiffinitè, & indistinctè. Vnde etiā generaliter (& sic etiam lite pendente) potest intelligi l. prima. §. generaliter. ff. de legat. present. cum simil. Tertio quia attentata regulariter non dantur nisi concurrente partis præiudicio, aut cōtemptu Iudicis, vt adnotauimus supra in prima parte, in presentatione. nu. 26. & 27. In huiusmodi autem presentatione lite pendente per Patronum laicum intra quadrimestre tempus facta cessat vtrumque, ergo debent etiam cessare attentata. c. cum cessante. de appell. cum simil. de contemptu patet, quia patronus nihil facit contra prohibitionem Iudicis, sed vtitur (vt dictum est) iure suo, at

563 tento, quòd presentatio t non dicitur actus iudicialis, vt est de mète Lap. alleg. 22. an sufficiat. sub num. 2. de præiudicio similiter patet, quia (vt inquit) Abbas in dicto cap. cum autem. sub nu. 4. vers. item licet patronus. de iure patronatus pot patronus in præiudicium primi presentati alium accumulare. mouebatur Rocch. vbi supra per illud, quod generaliter dicit Abb. in dicto c. quòd

564 autem. in 2. notab. num. 3. quòd patronus t pot variare vsque ad institutionem Episcopi, ergo èt quòd lis pendeat inter presentatos variare poterit quando cunque vsque ad institutionem. Quin

565 tò quia ratio t variationis patrono laico hoc casu intra quatuor menses permittè, ea videtur, vt scilicet ille possit corrigere errorem si quem (primum presentando) commisit, secundum Card. in dicto cap. cum autem, & Io. And. in cap. cum vos. in vltima col. de off. ordin. quæ ratio correctionis (cū ita militet lite pendente, sicut lite nò pendente) meritò etiam præsupposita lite debet Patronus posse variando alium presentare. Sextò suaderetur hæc opinio ratione, quam aliàs considerabat Felyn. in apostil. ad reg. de subrog. collitig. quam refert Sarnen. super eadē regula. q. 13. post princ. vers. solum huic conclusioni. quia scilicet, si diceremus patronum hoc casu non posse presentare, sequeretur incoueniens, quòd altero ex presentatis collitigantibus decedente, superstes qui fortasse habebat malam causam (ex eo quia non haberet concurrentem compresentatum) posset obtinere in illa lite iniuste, & tanto magis, si præsupponeretur defunctum fuisse legitimum possessorem: nā ex hoc superstiti iniuste in causa obtinèti daretur vitiosus ingressus, quod inra maxime abhorret, cap. eum qui: de eo qui mit. in poss. lib. 6. Septimò vltra eos pro hac opinione allegari potest tex. in c. pastoralis. de iur. patr. vbi patet,

566 quòd patronus (etiam t pendente appellatione) presentare potest. Vnde multò magis id sibi licere debet lite simpliciter pendente, ex quo ap

567 pellatione t videt maioris efficacie, respectu attentatorum, quam lis: Si quidem per appellationem

568 t non solum inducitur pendentia cause, sicut per litem, verum etiam inducitur suspensio, quæ ligat manus,

manus, & Iudicis, & partium, vt illa pendente nihil valeant innouare. c. non solum. de appell. in 6. cum simil. intantum, vt si post huiusmodi suspensionem Iudex t à quo procederet, processus sit nullus. Egid. decif. 707. cū aliis infra cap. 12. de attent. appell. pend. in præfatione. num. 68. Quinimò appellatio t dicitur esse tantæ potentia, vt non solum suspèdere verum etiam extinguere dicitur sententiam. ad no. in l. 1. in fi. ff. ad Turpillia. vt diximus latius in dicto cap. 12. in præfatione. numer. 72. Et propterea videmus, quòd actus, 571 t qui alias non esset attentatus, si sit interposita appellatio transit in attentatum, vt patet in processu facto post recufationem Iudicis, qui (secundum aliquorum opinionem) quamuis lis pendeat super recufatione, validus reputatur, nisi vltra eam fuerit appellatum, vt retulimus infra capit. 6. de attent. post recuf. Iud. in principio. numero 2.

Secunda sit opinio negatiua, quòd patronus 572 t in casu, de quo agitur presentare non possit: Hanc tenet Calderi. in cons. 1. an Capitulum sub rubr. vt lite pend. per tot. & Gemina. in cap. 1. in vltimo notab. vt lite pend. in 6. & ibidem Franc. in glosa in verb. statuimus, & Lap. (sibi parum constans) alleg. 22. incip. an sufficiat, & etiam in dicto capitul. primo, concludens ibi, quòd lite pendente inter presentatos siue infra quadrimestre tempus, siue post, patronus laicus non possit accumulare, prout Lap. ita dicentem referunt tam Gemina. in dicto capitul. primo, quam Lambert. in dicto tracta. de iur. patro. in loco supra alleg. num. 9. Eandem opinionem post Calderi. & Lap. in dicta alleg. 22. ponit etiam Mil. in verbo patronus etiam laicus lite pendente. fol. 253. & Paris. in cons. 47. videtur. nu. 13. lib. 4. & ista est communis opinio, de qua testatur Sarnen. de subrog. collitig. quæst. 13. post princip. Immo dicitur etiam esse magis communis, vt attestatur Rocch. de curte in dicto tracta. de iur. patro. in verb. honorificum. numero 53. quæstio. 23. in fine: prout etiam de communi attestatur Mandos. in addit. ad dictam decif. Lap. 22. in verbo renunciantem: Et quamuis Lamberti. vbi supra (postquam circa hoc nimis forsā euagauit) non fuerit veritus hanc attestationem de communi in dubium refricare, vt per eum ibi numer. 18. ab ea tamen nullatenus recedendum videtur, cum eam Rota non solum tempore Sarnen. sed etiam antiquitus tempore Sixti, & Alexandri fuerit secuta, vt refert Sarnen. vbi supra in finalibus verbis, & extat eiusdem Sarnen. circa hoc decifio in recollet. suis 31. incip. capitulum primum in vna Barchinonen. beneficij sancti Christofori coram Marcello. 27. Nouembris 1538. & etiam modernis temporibus eandem tenuerunt domini in vna Compostellana de barona coram Montiffalconen. 16. Februarij 1554. vt est decifio in recollet. Guidobon. 104. incip. dixerunt domini. sub rubr. vt lit. pend. Fundatur hæc opinio ex pluribus, & Primò quia d. cap. primum (quo lite pendente expressè prohibetur electio) 573 habet t locum etiam in presentationibus, vt dicunt doctores omnes ibi, & admonuimus supra in principio huius illationis. sub numer. 533. nec dicitur constitutionem illam comprehendere presentationem per modum extensionis, sed po

tius ex identitate rationis ibi includi, vt eleganter deducit Calderi. in dicto consilio 1. Secundò quia sicut posse, quod habebant olim electores post mortem primi, hodie impeditur t propter litis pendentiam, ita & posse patronorum alium presentandi intra quadrimestre tempus erit impeditum ob litis pendentiam ex identitate rationis, secundum Calderi. ibi, quem refert, & sequitur Gemina. in dicto capit. 1. in vltimo notabili.

Tertio quia per presentationem secundi videtur inferri præiudicium superstiti, quia vltimò presentatus posset esse potentior primò, & sic superstiti daretur durior aduersarius, quod videtur absurdum. arg. notat. in rubric. & tot. tit. C. ne liceat potentio. & ex hoc resultaret èt aliud præiudicium superstitis collitigantis, quia (vt cum potentiori contendere valeret) multo maiores quoque cogere subire expensas: Nec videtur bona responsio, quam huic obiectioni tacitè videtur dare Card. in dicto cap. pastoralis. (prout eum refert Lamberti. vbi supra. sub num. 10. vers. qui etiam mouetur.) scilicet non esse hoc præiudicium expensarum attendendum, quia debuit, & potuit superstes hanc accumulationem, & presentationem per patronum faciendam præuidere: Vnde si quas expensas fecit videtur illas voluntariè fecisse, nec potest de patrono conqueri, cum ille presentando dicatur vsus iure suo: quoniam replicari potest negando, quòd primo presentatus debuerit hoc præuidere, cū ille habeat regulam pro se quòd lite pendente nihil debet in 575 nouari, cum dubium t non dicatur id, de quo est regula. Bar. in l. quoties. ff. si quis caution. cui tanquam carrocio Bononiens. nos inniti debere admonet gloss. in l. omnis diffinitio. Je reg. iur. vt per multa deducit Tiraq. in tracta. de vtroque retract. §. 1. glos. 9. num. 209. & tanto magis, quia si hodie (vt ex præmissis clarè constat) articulus iste non est absolutus (an lite pendente liceat patrono laico alium presentare) ratione huius dubij primò presentatus (si quas fecerit expensas) videtur omnino excusandus.

Tertia demum colligitur opinio (quam distinguendo ponit Rocch. vbi supra. quæst. 23. circa med.) quòd t Aut lite pendente vno ex presentatis decedente presentatur per patronum laicum alius tertius, & procedat supradicta secūda negatiua opinio: Aut presentatur superstes, & tunc talis presentatio non obstante litis pendentia valeat, quasi tunc cesset ratio prohibitionis, de qua in dicto cap. 1. vt lite pend. in 6. & hoc casu procedant omnia, quæ dicta sunt supra in prima opinione: Pro qua distinctione facit vltra Rocch. etiam illa ratio, quòd sicut ea, t quæ sunt appellatione pendente non dicuntur attentata, quando tendunt in faciliorem exitum ipsius appellationis. capitulum teneamur, & ibi Franc. in 2. notab. de appellat. c. tua, & ibi Abb. numer. 2. extra de spons. duorum, ita nec etiam ista presentatio facta in fauorem superstitis debet censeri attentata, cum illa tendat nedum in faciliorem exitum ipsius litis, verum etiam in illius extinctionem, vt admonuimus etiam supra in prima parte, capitul. 3. de attentatis à tertio, nume. 128. Verum (quia hæc tertia opinio non videtur vniuersalis, & quatenus respicit presentatorem) Traçt. de Attent. h 2

rationem tertij videtur concordare cum secunda negatiua opinione supra posita, & quatenus loquitur de presentatione superstitis potest commode pro limitatione regulæ infra ponendæ accommodari, propterea si altera prædictarum opinionum est tenenda, à secunda t̄ supra posita (quam communem esse diximus) nullatenus recedendum esse censeo: Et tenendo eam ad allegata in contrarium pro prima opinione Respondetur, & ad Primum, quod immo lites pendentes solet impedire quem uti iure suo, & facit illicitum, quod antea erat licitum, ut per plura exempla deduximus infra hoc eodem capite, in prima ampliacione principali per totam. Ad secundum quod cum vna lex declaretur per aliam. l. sed si lege. ff. de petit. hered. cum simil. generalitas cap. cum autem de iur. patron. declaratur per alia iura, quæ prohibent lite pendente aliquid innouari, ut expresse respondent omnes tenentes secundam opinionem: Ad tertium, quod dato, quod non adfit contemptus iudicis, neque præiudicium primi præsentati (quoad hunc effectum, ut sua prima præsentatio non sortiatur effectum, ut videbatur considerare Abb. in dicto cap. cum autem.) versatur tamè præiudicium primi præsentati, quoad expensas, quas ille subiisset, & quoad dignitatem si ille (postquam diutius tãquam rector illius beneficii, ad quod fuerat præsentatus in iudicio comparuisset) postmodum ob factam à patrono secundam præsentationem succubisset: Nec est bona t̄ consideratio facta per Cardinal. in dicto cap. pastoralis, quod ille potuit, & debuit hanc accumulationem præuidere: quoniam hoc non est admittendum, ut supra proximè. sub numer. 574. responsum fuit. Ad quartum, quod dictum t̄ Abb. in dicto cap. cum autem, quod patronus potest variare vsque ad institutionem & c. debet declarari nisi superueniat lites pendentes, quia cum illa impediatur id quod antea erat licitum, ut proximè diximus, superueniente tali impedimento variatio quoque videtur impedita. Ad quintum, quod licet ratio correctionis erroris militet etiam respectu patroni (etiam lite pendente) præiudicium tamen, quod propterea inferretur primo præsentato videtur excludere hanc correctionem lite pendente, cum (ut dictum est) ista sit regula, ut donec lites pendet aliquid non sit innouandum, præsertim, quando actus tenderet in præiudicium alterius, cum tunc talis actus censeatur attentatus, iuxta ea quæ posuimus infra hoc eodem capite, in prima declaratione principali. Ad sextum respondetur, ut per Sarnen. in eadem quæstio. 13. quod non debet præsumi illum iniuste obtinere posse, quia colligens superstes propter subrogationem (quam obtinere potest) iuuabitur bono iure mortui colligantis, & sic cessabit vitiosus ingressus. Ad septimum, & vltimum respondetur, quod licet in dicto cap. pastoralis. permittatur præsentatio appellatione pendente, considerandum tamen t̄ est, quod cum ibi non fuerit processum in forma iudicij (cum non adsint tres illæ personæ, quæ solent formare iudicium, videlicet iudex, actor, & reus. cap. forus. de verb. signif.) appellatio de qua ibi fuit extrajudicialis, quæ nisi fuerit commissa, aut saltem oblatæ probatio causæ in ea expressæ, non dicitur in-

ducere lites pendentes, ut firmauimus supra in hoc eodem capite in præfatione. nu. 200. ex quo sequitur, quod præsentatio de qua ibi, nec etiam lite pendente facta censeatur. Ex quibus omnibus apparet communem sententiam fundatam, & à contrariis etiam defensam.

Verum quia conclusio in ea firmata non est perpetua, sed ex præmissis, & ex dictis in variis locis per scribentes nonnullæ limitationes ad eam applicari possunt, propterea pro faciliore totius huius materiæ intelligentia est constituenda.

583 Regula generalis, quod Patronus t̄ lite pendente regulariter præsentare non potest, quam ita generaliter concipimus, ut omnes casus (qui præsentem illationem respiciunt) comprehendat: Quæ regula ex his omnibus firmari potest, quæ supra pro secunda opinione fuerunt adducta: Quibus adde, quod idem fuit etiam nostris temporibus tentum in vna Astoricens. sanctæ Christianæ coram Grato. 9. Martij 1569. in qua (quia partes omnia confundebant) domini firmarunt duas conclusiones. Prima fuit, quod cap. 1. ut lit. pend. in 6. habeat locum in duobus præsentatis in discordia à patronis litigantibus super præsentatione. Secunda fuit, quod litigantibus duobus præsentatis in discordia patroni non possunt accumulare: Quam regulam

AMPLIA,

584 Primò ut non solum t̄ procedat in patronis clericis, & ecclesiasticis, verum etiam si simus in patronis laicis, per ea omnia, quæ dicta sunt supra in tertio casu secundæ inspectionis in 2. opinione. nume. 572.

585 Secundò ut idem vendicet sibi locum etiam si t̄ sumus infra quadrimestre tēpus (intra quod aliàs patrono laico licet variare, & accumulare iuxta dispositionem c. cum autē. de iur. patr.) secundum ea, quæ firmauimus vbi supra in dicta secunda opinione, dicto num. 572. & seq.

586 Tertio ut patronus t̄ prohibeatur lite pendente (ut supra) præsentare non solum quando alter ex præsentatis decederet, verum etiam si beneficiū renunciauerit, per tex. in dicto cap. primo (vbi omnes id sentiunt) ut lit. pend. in 6. & in terminis fuit id resolutum per dominos in dicta Astoricens. sanctæ Christianæ coram Grato.

587 Quarto quod lite t̄ pendente non solum prohibeatur is præsentare, qui habet ius patronatus, vel aliàs ius præsentandi ad aliquam ecclesiam, verum etiam is, qui habet ius deseruiri faciendi alicui ecclesie per aliquem (etiam ad eius nutum amouibilem) & idè si monasterium prætentat beneficium sibi vnitum, Didacus autem prætentat illud ad se spectare, & sic lite super proprietate inter eos introducta, & ea pendente, Prior monasterij monachum ad deseruendum illi beneficio deputauerit (qui vigore deputationis, & nominationis possessionem illius acceperit) talis deputatio, & possessionis adeptio attentata dicenda sunt, ut fuit resolutum in vna Vlixbonen. parochialis de Toia, coram D. de Rubeis. 15. Nouembris 1563. in qua (licet ad excusanda attentata allegaretur quod c. 1. & 2. ut lit. pend. in 6. (quod loquitur de lite inter electos, vel (ut docto. concludunt per supra dicta) inter præsentatos aut super iure præsentandi) non poterat habere locum in casu illo, in quo agebatur de facultate deseruiri faciendi per

di per aliquem ad nutum amouibilem quod erat quid diuersum à præsentatione, & iure præsentandi: domini tamen tenuerunt pro attentatis: cum lis esset super dominio dictæ parochialis: nec immerito, quia cōcurrerat, & præiudicium partis, & contemptus iudicis, quæ (ut aliàs diximus) potissimum in attentatis considerantur, de contemptu de se patet, de præiudicio autē apparet, quia illa deputatio, & nominatio ad effectum deseruiri faciendi est effectus proueniens à dominio, quod per prædictam vnionem monasterium sibi acquisitum prætendebat, vnde cum similiter Didacus dominium, & proprietatem eiusdem beneficii prætenderet vigore coadiutorie ad se pertinere, aperte colligitur eius præiudicium,

L I M I T A eandem regulam,

588 Primò ut t̄ præsentatio, de qua agitur non censeatur prohibita, quando lis non penderet super titulo beneficii, sed aliàs per oppositiones, quæ fierent præsentatis ne instituerentur: quia

589 per talem litem t̄ non censeretur factum beneficium litigiosum, & patronus non impediret denuo præsentare: quamuis enim aliàs domini in dicta Astoricens. sanctæ Christianæ videantur sensisse, quod propositio edicti, de qua in c. fin. de elect. in 6. (vbi etiam agitur de huiusmodi oppositionibus) dicatur litem facere: In alia tamen Aretina de Ragusin. coram D. meo Oradino. 24. Aprilis 1559. clarè, & expresse contrarium tenuerunt, videlicet, quod si lis sit inter eum, qui fuit præsentatus à patrono, & eum qui prætendens se possessorem opposuit se præsentato (etiam iudicialiter) ne ille instituat, patronus hoc casu non est impeditus præsentare: Pro qua limitatione faciunt ea quæ diximus supra in prima parte cap. 3. de attent. à tertio. num. 120. quod quando non est quæstio principaliter cuius sit beneficium, sed incidenter (prout est quando sumus in huiusmodi oppositionibus) nec etiam Ordinarius prohibetur conferre. Quæ limitatio procedere videtur, etiam si in isto iudicio institutionis faciendæ vel ne, fuissent producta iura concernentia titulum ipsius beneficii, putà instrumenta suarū præsentationum, ut fuit dictum in dicta Aretin. de Ragusin. cum qua concordat, quod similiter fuit dictum in alia Calaguritana beneficii coram A. Augusti. 25. Ianuarij 1554. præsertim si fuissent producta in parte, & partibus, ut in dicta Aretin.

590 Secundò ut non t̄ procedat, quado patronus vellet lite pendente superstitem præsentare (secundum opinionem Rocch. de curte in dicto tracta. de iur. patron. in verbo honorificum. q. 23. de qua supra in tertia opinione. num. 576.) cum tunc videatur cessare ratio dicti c. 1. ut lit. pend. in 6.

591 quamuis hæc t̄ limitatio satis videatur reddi posse dubitabilis ex his, quæ nouissimè dixerunt domini in vna Posuanien. parochialis coram Serafino. 14. Ianuarij 1572. quod lite inter duos præsentatos pendente (si alter decedat, alter verò fuerit ab Ordinario in locum prædefuncti subrogatus, & in possessionem beneficii immisus) talis possessio tanquam attentata veniet sequestranda: vnde sicut ibi prouiso facta per Ordinarium in fauorem superstitis, non videtur bona, ita etiã in casu nostro debet censeriiualida præsentatio de superstite per patronum lite pendente facta, cum videatur militare eadem ratio: Nisi for-

592 t̄ diuersitatis rationem cōsideres, quod idè ibi prouiso Ordinarij irritatur, quia scilicet ille prætermissa præsentatione, per patronum faciendâ, & illa non expectata ad huiusmodi superstitis subrogationem deuenit, nam si Ordinarius ad præsentationem patroni in fauorem superstitis factam illum instituisset, aliud fortè, fuisset per dominos ibi resolutum.

593 Tertio quando t̄ lis esset inter patronos super iure præsentandi, & alter eorum (qui lite pendente vellet præsentare) esset in quasi possessione præsentandi: quia (cum tunc præsentando diceretur suam quasi possessionem cōtinuare) præsentatio ab eo facta non posset regulariter dici attentata, nisi etiam esset lis super ipsa quasi possessione, ut latius diximus supra in hac illat. vers. circa primam. num. 541. & num. 546.

594 Quarto quando t̄ lis fuisset mota per procuratorem alterius præsentati cū cautione de rato admissi, & quamuis principalis citatione per procuratorem obtentam (dum viueret) tacite ratâ habuerit, citatio tamen per procuratorem non fuisset in actis reproducta, nisi post mortem principalis præsentati: quamuis enim aliàs domini in vna Nucerna beneficii de fossato coram Sarmiento. 5. Decembris 1565. simpliciter dixissent, quod stantibus citatione, ratificatione, & reproductioe prædictis, diceretur constare de lite, & beneficium fuisse effectum litigiosum: in alia tamen eiusdem causæ positione coram eodem 18. Aprilis 1567. (in qua dubitarunt an constaret de lite ad effectum clausulæ derogationis iuris patronatus in totum, quatenus litigiosum) videntur de hoc substituisse, & dixerunt velle videre an lis per præmissa inducta fuerit in præiudicium patronorum, ita ut beneficium tãquam litigiosum non obstante iure patronatus potuerit conferri, & consequenter de mète dominorum ibi potest præfens limitatio admitti, quod patrono non censeatur præiudicatum, quominus possit præsentare, quando lis esset inducta per citationem obtentam ab asserto procuratore, & reproductam post obitum principalis: Quòd eo magis suadetur, quia & aliàs citatio obteta per assertum procuratorem non dicitur regulariter facere litem respectu Ordinarij, ut propterea illius impediatur collatio secundum ea, quæ latius diximus supra in prima parte, cap. 3. de attent. à tertio. num. 110. & seq. quæ cum procedant in collatione Ordinarij ex identitate rationis possunt etiam ad præsentationem patroni extendi, prout de vno ad aliud videntur etiam docto. extendere in dicto c. 1. & etiam in c. 2. ut lit. pend. in 6.

595 Quintò limitari potest ut t̄ non procedat, quado in loco esset statutum, quod patronus etiam lite pendente posset præsentare, ut ad excludendam attentatam præsupponebatur aliàs in facto in vna Astoricens. sancti Augustini coram Sarmiento. 10. Decembris. 1563. super quo licet nihil fuerit ibi per dominos resolutum (quia de statuto, quod allegabatur nullatenus constabat) de mente tamen dominorum videbatur esse, quod si de eo constitisset vtique cessare debuissent attentata: nec sine ratione, quia cum attentata sint de iure ciuili, ut latius declarauimus supra in 1. parte, in præfatione. num. 50. non est inconueniens quod 596 per t̄ statutum possit super eis disponi, ad not. Tract. de Attent. h 3

in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. cum & alias videamus, quod per statutum in certis casibus potest tolli appellatio, vt per Jocho. in dicta l. omnes populi. & per Bald. in l. fin. in 2. col. vers. nunc quid statutum. C. de sent. & facit, quia (sicut Princeps potest tollere, & disponere super attentatis, vt diximus supra in dicta præfatione. nu. 44. ita etiam cum statuētis, quoad ea, in quibus habent statuendi facultatem videantur Principi æquiparari) vt post alios tradit Rolan. conf. 86. Illustri domine. num. 16. & seq. lib. 1. dicendum est præsentationem patrono (etiam lite pendente) permittere posse per statutum, ex qua limitatione potest alia refutare, & hæc erit

598 Sexta limitatio, vt idem t̄ dicendum sit si in loco vigeret consuetudo, quod patroni (etiam lite pendente) præsentare valerent, Tum quia magna solent esse vis consuetudinis, ad not. in l. de quibus. ff. de legib. & dicitur esse potentior statuto. Calcan. conf. 3. col. 2. Crau. in tract. de antiquitat. tempor. in princ. num. 42. & post eos Rolan. in conf. 67. dominus Iacobus. nu. 34. lib. 3. Tū quia consuetudo t̄ potest facere, vt actus (qui de sui natura esset attentatus) non censeatur attentatus, vtputa, si post interpositam appellationem fuerit capta beneficii possessio, quia licet irregulariter cõfenda sit attentata vt in rubro, & nigro nil inno. appell. pend. Attamen preposita consuetudine (quod etiam interposita appellatione liceret capere beneficii possessionem, ne ob diuurnam vacationem beneficia aliquod detrimentum paterentur) huiusmodi possessio ab attentatorum vitio excusaretur, vt admonuimus infra ca. 12. de attent. appellat. pend. in 48. limit. princip.

600 Septimo limita, vt non t̄ procedat, quando præsentatio per patronum fieret post appellationem extraiudicalem (& sic quando lis prætenditur inducta per huiusmodi extraiudicalem appellationem) quia cum illa regulariter non inducat litem pendendam ad effectum attentatorum, nisi causa fuerit commissa, aut probata fuerit causa in ea expressa, prout latius declarauimus in hac præfatione. num. 200. præsentatio hoc casu à patrono facta non potest dici attentatorum vitio subiecta, & pro hac limitatione vltra prædictam rationem videtur in terminis textus in c. pastoralis. de iur. patro. secundum intellectum de quo supra proximè num. 582.

Octauo, & vltimo limitari potest, vt regula 601 t̄ non procedit in omnibus illis casibus, in quibus Ordinario lite pendente non est prohibita collatio: quia nec illis debet esse patrono prohibita præsentatio, cum videatur militare eadem ratio, puta quando lis esset calumniosa, vel lis esset finita, & in aliis omnibus casibus, de quibus abundè diximus supra in prima parte, cap. 3. de attent. à tertio, in vltima limitatione reg. ibi posite. num. 90. & multis sequentibus, quæ breuitatis causa hic non repetuntur.

602 Circatertiam inspectionem quando t̄ scilicet lis esset inter aliquem ex patronis, & vnum ex præsentatis, an per hoc dicatur beneficium effectum litigiosum, ita vt patroni prohibeantur alium præsentare: duplex potest esse opin. Primo t̄ affirmatiua, quod patronus hoc casu possit alium intra quadrimestre tempus præsentare: Hanc conclusionem ponit in terminis Franc.

in cap. si hi contra quos, sub nume. 5. vers. ex quibus inferitur, & inferius vers. aliquando est questio inter electum, vt lit. pen. in 6. & nouissime et post Franc. ibi Io. Bapt. Ferrett. in conf. 192. videtur. nume. 14. lib. 1. Quia ea videtur ratione moti, quia scilicet per huiusmodi litem beneficium non videatur effectum litigiosum. Secunda potest esse

604 se opi. t̄ negatiua, quod patronus hoc casu præsentare minimè possit, & (quamuis ex doctoribus non reperiam, qui specificè hunc casum ponat) suaderi tamen potest. Primò ex hoc, quia si in casibus simplicibus (quando lis est inter solos patronos) & similiter inter solos præsentatos vtrobique negatiuè concluditur, vt in superioribus inspectionibus. nu. 542. & nu. 557. & nu. 558. & nu. 572. idem videtur dicendum, quando lis est inter patronum, & præsentatum, & sic in casu mixto, qui regulariter sub casu simplici solet comprehendendi, ad not. in l. 2. ff. de verbor. oblig. & in l. vim passã. §. 1. ff. de adu. cum similib. Secundò quia cum in ista materia valeat arg. de electione ad præsentationem (quod patet quia c. 1. vt lite pend. in 6. loquens in electione procedit etiam in præsentatione, vt post docto. diximus supra. num. 573.) casus iste in materia electionis videtur resolutus, cum ad sit super hoc decis. in recoll. Peregr. 96. incip. vtrum sit procedendum. ad si. in vna Salamantina Abbatia coram eodem. 7. Februarij 1547. vbi fuit resolutum, quod (si capitulum litet inter eum, & electum pendente alium eligat) talis electio sit attentata: Vnde idem videtur concludendum lite inter patronum, & præsentatum pendente, vt si patronus alium præsentet talis præsentatio sit attentata: Et tenendo t̄ hanc ad allegata in contrarium pro prima opi. & ad autoritatem Franc. &

606 Ferrett. Responderi t̄ potest pluribus modis, & Primò, quod illi ad hoc nullam neque legem, nec concludentem rationem allegat, & erubescimus sine lege loqui. l. illam. C. de collat. cum similib. Secundò quod lis ista in effectu non videtur esse nisi si super iure præsentandi, quia dum patronus litigat cum eo, qui est præsentatus ab alio, nihil aliud videtur in effectu agere, quam eum excludere tanquam malè præsentatum, & ab eo qui non habeat bonum ius præsentandi, vnde sicut quando lis simpliciter est super iure præsentandi inter patronos, non potest lite pendente alius præsentari, vt diximus supra in prima inspectione. nu. 542. ita etiam debet esse in hac lite, quæ in effectu non est nisi super iure præsentandi. Nisi præsupponeretur patronum hoc casu esse in quasi possessione præsentandi, quia tunc præsentare posset, vt ibidem firmauimus. numer. 546. & rectè procederet opinio Franc. & Ferrett. quæ hoc casu bene sustineri potest: Et hanc in veritate credendum est fuisse illorum mentem, præsertim ipsius Ferrett. ibi, dum subdit illa verba, patronos maximè possessores, & dum in fine talem rationem assignat, quæ videtur concludere, quod inter eos ageretur super iure præsentandi, dum inquit, quod per præsentationem ius, quod erat, apud litigantes non alienatur, & non transfertur lite pendente in alium. Tertio & melius, quod Franc. in loco ex aduerso allegato loquitur de lite per oppositiones pendente, nam verè loquitur de prouiso à capitulo, quod se opponebat prouiso à Papa, & executori eisdem: Vnde non mirum si tali lite

tali lite pendente non impeditur præsentatio, cum & nos supra nu. 540. firmauerimus, quod per huiusmodi oppositiones non inducitur talis litis, quæ præsentationem impediatur, & cum Franc. ibi in vers. ex quibus loquatur, de huiusmodi lite etiam in ver. aliquando, & c. dicendum est, quod loquatur, de eadem lite, cum dicat tali lite, & c.

607 Circa quartam inspectionem, quando t̄ scilicet lis esset inter Ordinarium, & cõfirmatorem, qui habebat instituire præsentatum ex vna, & patronum, aut ab eo præsentatum ex altera (puta, quia Ordinarius prætedat ius patronatus minus bonum esse) an hac lite pendente possit præsentare? Et quamuis hanc quæstionem in specie non viderim, & prima facie videatur dicendum, quod t̄ Ordinarius possit, de huiusmodi beneficio (etiam lite pendente) alteri prouidere (quæ prouisio, vt de se patet, excluderet patroni præsentationem) iuxta doctri. Innoc. in c. dudum. sub num. 4. in verb. dispensatum, de electione. quem refert, & etiam sequitur Vital. in tracta. de clausul. in clausula, Nil noua. accusatione pendente. numero 7. vbi vult, quod Ordinarius possit de beneficio prouidere, & per aliquem indebitè retineri præterdit, etiam si is, ad quem pertinet collatio sit ille, qui mouet litem, puta, quod quis iniuste detineat duas curatas. Ergo eodem modo debet posse de beneficio prouidere, cuius ius patronatus prætedat non esse legitimum, & indebitè præsentari: Contrarium tamen 609 t̄ possit de beneficio prouidere, & per aliquem indebitè retineri præterdit, etiam si is, ad quem pertinet collatio sit ille, qui mouet litem, puta, quod quis iniuste detineat duas curatas. Ergo eodem modo debet posse de beneficio prouidere, cuius ius patronatus prætedat non esse legitimum, & indebitè præsentari: Contrarium tamen 610 verius t̄ videtur, præsertim præsupposito, quod patronus esset alias in quasi possessione præsentandi, Tum quia litem motio non debet alicui ius suum auferre, & possessionis commodo quem priuare, cap. primo, vt lit. pend. & dicemus infra, hoc eodem cap. in quarta declaratione princip. per tot. Tū quia sic omnia iura patronatus possent facile per Ordinarium deludi huiusmodi lites introducentes, præsertim, quia videmus, quod iura non indistinctè permittunt Ordinario, vt Ecclesias, quæ sunt de iure patronatus ordinem, sed certis ex causis, puta ob patronorum discordiam, vel negligentiam, vt in cap. primo, in capit. cum te, & capi. cum propter, de iur. patro. Vnde cum his causis cessantibus Episcopus non ordinat huiusmodi Ecclesias, sequitur, quod patroni per hoc à præsentatione non excludantur: Et ad 611 autoritatem t̄ Innoc. Respond. retorquendo, nam (sicut ibi ille dicit) motio litem per Ordinarium facta non prohibet eum de beneficio prouidere, quia motio litem non auferit sibi ius suum, ita etiam (cum hic ista motio litem non auferat patrono ius suum, ex quo lis (vt dictum est) non impediatur quem illa pendente vt possessionis commodo) concludi potest, quod hac lite pendente patronus (qui sit in quasi possessione præsentandi) licet valeat præsentare per supradicta.

612 Quoad secundum dictum, quod Ordinarius t̄ prohibeatur lite pendente præsentatum instituire non est hic multum insistendum: cum enim supra in capit. 3. de attent. à tertio. numero 92. fuisse declarauerimus quando, & quibus casibus possit Ordinarius beneficium lite pendente vacans cõferre, satis etiam ex ibi dictis liquere potest in quibus casibus Ordinarius instituire lite pendente præsentatum possit, cum in effectu institutio hoc casu censeatur esse beneficii colla-

tio. arg. c. si. de instit. cum similib. & propterea quo ad hoc secundum dictum sufficit legem ad ibi dicta remittere: Quibus adde, quod si pendente coram Ordinario controuersia quis ex præsentatis sit instituendus. Legatus de latere vnum instituat, & ille capiat possessionem, talis institutio, & possessio censetur nulla, & attentata, vt fuit resolutum in vna Parme. Cappellania coram Put. 15. Iunij. 1544. vt est decis. in recoll. suis 40. incip. processus. sub rubr. de iudic. 1507.

Quoad Tertium, & vltimum huius illationis dictum de præsentato capiente lite pendente possessionem beneficii, ad quod fuerit per patronum præsentatus, dicendum est, quod regulariter t̄ talis possessio debet censeari attentata: Et hoc, hodie videtur expeditum, cum fuerit id pluries per dominos tentum, vt est decis. in recoll. Guid. bon. 104. dixerunt sub rubrica, vt lite pendente prout in vna Neapolitana Cappellania coram D. meo Oradino, de mense Decembris. 1562. in qua fuit 613 dictum, quod si t̄ lis inter duos præsentatos sit instructa, & feratur sententia pro vno, & ille instituat, & possessionem capiat, Rota habuit talem possessionem pro attentata, idque in aliis causis quoque fuisse tentum, Et in alia Tolletana Cappellania coram eodem 9. Iulij 1567. & in alia Compostellan. de Barona coram Chifanen. 16. Februarij. 1554. & nouissime etiam in similibus terminis pro attentatis fuit etiam tentum in alia Lucana parochialis. Campagnoli coram Binarino. 8. Iunij. 1571. & nouissime in alia Calaguritana beneficii sanctorum Iacobi, & Andree coram Blanchetto. 7. Maij. 1574. Et ista potest esse

615 Regula, quod præsentatus t̄ lite pendente possessionem citra vitium attentatorum capere non potest: quæ non solum nititur generali illa propositione, quod lite pendente nihil debet innovari, verum etiam, & alia speciali, quæ habet, quod lite pendente quis non debet capere possessionem, de qua latè diximus supra, in prima illat. princ. num. 298.

AMPLIATUR supradicta Regula,

616 Primò, vt huiusmodi t̄ possessio censeatur attentata non solum si fuerit capta vigore institutionis per Ordinarium, de præsentato facta, verum etiam si fuerit capta vigore literarum super nona prouisione per præsentatum obtenta expeditarum, vt fuit alias dictum in vna Valentina sancti Iacobi coram Vestano. 7. Maij. 1554. 617 Idem si possessio t̄ capta, fuisset vigore institutionis factæ à Legato de latere, lite coram Ordinario pendente, quia diceretur attentata, ex quo Legatus non potest se introumittere de beneficiis litigiosis, quorum prouisio soli Papæ reseruatur, cap. 2. vt lit. pend. in 6. vt est decis. Acchil. sub die 16. Februarij. 1554. incip. fuit dubium an lis inter duos, & c. quæ allegabatur, & dabatur (licet inter recolletas Acchil. ego non repererim) per informantes in vna Astoricen. parochialis sancti Augustini coram Sarmiento. 10. Decembris. 1563. Sed pro ea (quatenus loquitur de Legato de latere) est in terminis decis. in recoll. Put. 40. processus. sub rubr. de iudic. in vna Parmen. Cappellania coram eo. 15. Iunij. 1544.

618 Secundò, vt procedat t̄ Ordinarius immitteret in possessionem superstitem, quem in

- locum defuncti subrogauerat, quia talis immis-
sio, & possessionis adeptio fuit aliàs reputata in-
uualida, & attentata, & apud Rotam esse seque-
stradam nouissimè in vna Posuanien. parrochia-
lis coram Serafino. 14. Ianuarij. 1572. quamuis (vt
etiam admonuimus supra) id potius credendū
sit prouenisse ex eo, quia Ordinarius prætermis-
sa præsentatione patroni ad subrogationem su-
perstitis deuenerat, quàm ex litis pendentia.
- 619 Tertiò, vt procedat non solum si sit lis inter
præsentatos, verum etiam si lis esset inter ipsos pa-
trones. Et ideo si præsentatus litè inter patronos
pendente fuerit à Nuncio Sedis apostolicæ insti-
tutus, & illius vigore possessionem capiat, talis
possessio censetur attètata, vt inclinauerunt do-
mini in vna Tuden. parrochialis, de Tabuchia co-
ram Grato. 29. Nouembris 1567. Veletiam si lis
esset inter vnum ex patronis, & vnum ex præsen-
tatis, per ea, quæ dicta sunt in tertia inspectio-
ne, nu. 602.
- 620 Quartò, vt censetur attentata possessio nõ
solum quando lis penderet, quia lis esset conte-
stata, verum etiam si sit capta post oppositionem
ipsi præsentato factam, quia nec tunc Iudex po-
test illi possessionem tradere, vt allegantur deci-
siones Vestani. 227. libro 2. & 266. libr. 3. Verum,
quia per huiusmodi oppositiones regulariter li-
tem nõn introduci diximus supra, nume. 540. de
621 hæc ampliatio nõn parum videtur dubitan-
dam, nisi eam sublineamus (præsupponendo,
quòd oppositiones fuerint factæ per certum cõ-
tradictorem, & demum cum causæ cognitione
fuerit per Ordinariũ facta præsentati institutio)
quoniam (cum hoc casu talis institutio dicatur
habere vim diffinitiuę sententiæ, vt per Lamber-
ti. in tracta. de iur. patro. in 4. articulo. 11. quæstio-
nis secundę partis libri secundi. nu. 4. ita vt etiam
à tali sententia institutionis possit appellari, vt
per eundem ibidem in 5. articulo dictæ quæstio-
nis) sequitur, quòd etiam iudicium, & litis pen-
dencia præcedens debeat causare attentata, pro-
ut solent resultare in aliis litibus, & iudiciis super
quibus fertur diffinitiuã sententia.
- LIMITATVR eadem Regula,
- 622 Primò, vt non procedat, quando quis esset
præsentatus à patrono, qui esset in quasi posses-
sione præsentandi, quia cum tunc (præsupposita
quasi possessione) patronus licitè præsentet,
& suam possessionem continet, consequenter
videtur etiam cessare consideratio attentatorũ,
ex vulgari illa propositione, quòd continuans
non attentet: Et pro hac limitatione plurimum
facit id, quòd dixerunt domini in dicta Tuden.
de Tabuchia coram Grato, in qua (licet incli-
narent pro attentatis, vt supra, dictum est) refer-
uauerunt tamen nisi præsupponeretur patro-
num in casu, de quo ibi fuisse in quasi posses-
sione præsentandi: Verum (licet hæc ratio con-
tinationis benè militet, quoad actum præsentati-
onis respectu patroni, qui præsupponitur in
quasi possessione præsentandi, respectu tamen
ipsius præsentati (qui non potest, dici quòd sit
in quasi possessione capiendi possessionem) ces-
sare omnino videtur consideratio continuationis,
& consequenter, quòd adeptio possessionis
præsentati non excusetur ab attentatis, sub præ-
textu continuationis ipsius præsentantis: Nisi
- 624 dicamus, quòd præsupposito, quòd patronus
etiam lite pendente præsentauerit secundum ea,
quæ diximus supra, in hac illatione. nu. 546. ade-
ptio quoque possessionis (tânquam consecutiua
ad præsentationem, & institutionem) faciat ces-
sare attentata, vt post Lamberti. & alios admo-
nuimus etiam infra, hoc eodem capite, de atten-
lit. pend. in quinta limit. princ. nu. 6.
- 625 Secundò, vt nõ procedat quando præsen-
tatos non fuisset lis contestata, & propterea
non diceretur attentata possessio capta per insti-
tutum (postquam ipse, & alius ab aliis patronis
præsentatus coram Ordinario comparuissent, &
quilibet institutione de se fieri petuisset, & etiam
iura (hoc est) instrumenta suarum præsentatio-
num produxissent (dummodo litem aliàs non
fuissent contestati, vt fuit dictum in vna Cala-
guritana beneficij (in quatale factum præsup-
ponebatur) coram A. Augustino 25. Ianua-
rij. 1554.
- 626 Tertiò, fallit quando præsentatus, & institu-
tus ab Ordinario immitteretur in possessionem
ab eodem Ordinario, coram quolis penderat,
quia tunc non diceretur attètata possessio, pro-
ut esset si fuisset immisus ab alio Iudice, vt aliàs
allegabatur in terminis, & dabatur per informã
tes in dicta Astoricen. parrochialis sancti Augu-
stini coram Sarmiento 10. Decembris. 1563. su-
pra allegata decisio Acchill. sub die 16. Februa-
rij. 1554. incipit fuit dubium: in qua postquam
ille annotauit, quòd domini omnes dixerunt per
litem inter præsentatos (quiseorum esset insti-
tuendus) coram Ordinario introductam benefi-
cium fuisse effectum litigiosum, & cap. primum
vt lit. pend. in 6. habere locum, etiam in duobus
præsentatis, & possessionem ab instituto capram
esse attentatam, subdiderunt formaliter. Et hæc
procedunt, quando possessio capta fuit vigore
prouisionis alterius, quàm Ordinarij, corã quo
lis penderat, sed quando possessio esset vigore
institutionis illius Iudicis coram quo litigaba-
tur fuit dictum, quòd secus esset: vnde domini ibi
clare hanc limitationem sentiunt, Quam possu-
mus etiam ea ratione comprobare, quia (vt sæ-
pè aliàs dictum est) attentata potissimum cau-
sanur, & fundantur in partis præiudicio, & Iu-
dicis contemptu, vt supra in prima parte in præ-
fatione. numero 26. & 27. quæ hoc casu videtur
cessare: nam (præsupposito, quòd pars ab hu-
iusmodi institutione non appellauerit) videtur
acquiescere, & consequenter non potest allega-
re præiudicium, & similiter Iudex, qui senten-
tiam institutionis protulit, & in illius executio-
nem præsentatum immisit in possessionem, non
potest dici aliquo modo contemni, immo sibi
in omnibus obtemperatur, cum illius sententia
executioni demandatur: Verum (si rectius con-
sideretur) de hac limitatione plurimum substi-
tendum videtur, quia, Aut Ordinarius, coram
quo inter præsentatos super institutione litiga-
batur processit summarie, extraiudicialiter, &
sine causæ cognitione, & tunc per huiusmodi
processum non potest dici lis introducta, vt not.
docto. in c. fi. de elect. in 6. quod ex eo etiam ap-
paret, quia talis institutio dicitur habere vim in-
terlocutoria, ita vt etiam si ab ea fuerit appella-
tum, nihilominus institutus potest valide eapen-
dente

Illatio se-
cunda.

Electio se-
cunda lite
super pri-
ma peditio
fieri non
potest re-
missio.

Illatio se-
cunda.

dente possessionem capere, vt per Lamberti. in
tracta. de iur. patro. in 5. articulo 11. quæstionis se-
cundę partis secundi libri, & adnotauimus etiam
infra, capit. 12. de attent. appell. pend. in 46. limit.
princip. Aut Ordinarius certo contradicte cõ-
parente processit cum causæ cognitione ad insti-
tutionem, & tunc (quia illa habet vim senten-
tiæ diffinitiuæ) si institutus post institutionem
intra decem dies (qui solent dari ad appellan-
dum) possessionem acceperit, vtique diceretur
attentare. ca. non solum. de appell. in 6. cum aliis
adductis infra, capit. 11. de attent. pend. temp. ad
appell. numero 14. & seq. Si verò præsupponatur
ab institutione fuisse appellatum, tunc quia cen-
sebitur appellatum à diffinitiuã, vel vim diffini-
tiuã habente, necessario intrat consideratio at-
tentatorum, dicto capitu. non solum, & in rubr.
& tot. tit. ff. nil nou. appell. pend. Aut si præsup-
poneremus, quòd nullo modo fuisset appella-
tum, & possessionem per institutum fuisse ca-
ptam post lapsus termini ad appellandum (quo
casu forsitan posset præsens limitatio aliquo mo-
do verificari) & tunc in rei veritate dicendum est
quòd attentata cessent, non tam ex eo, quia im-
missio in possessionem fuerit facta à Iudice co-
ram quo lis penderat, quàm ex eo, quia cessat
omnino ratio præiudicij partis, & contemptus
Iudicis, de quibus supra.

- 628 Quartò limitari potest, vt nõ procedat quã-
do extaret statutum, quòd præsentatus (etiam
lite pendente) immitteretur in possessionem per
ea omnia, quæ diximus supra, nu. 595. in quinta li-
mit. ex quibus ibi successiue dictis, nu. 598. potest
etiam alia &
- 629 Quinta colligi limitatio, vt non procedat
quando extaret consuetudo, quòd similiter in-
stitutus posset lite pendente possessionem cape-
re per supra dicta.
- 630 Quid autem iuris sit à appellatione penden-
te, an possit ad præsentationem deueniri, dice-
mus infra c. 12. de attent. appell. pend. in 37. limit.
princip.

Illatio sexta de alia electione lite super pri-
ma pendente minime faciendã.

Sextò, ex eadem Regula inferitur, quòd lite
inter duos electos super validitate electionis pē-
dente, si alter moriatur, aut resignet non potest
ad aliam electionem deueniri, aliàs attentata cõ-
tra hoc electio ipso iure viribus non subsistit, vt
cauetur expressè in ca. primo, vt lite pend. in 6. &
ibinotant omnes scribentes. Verum: quia arti-
culus iste non videtur admodum expeditus, mul-
tasque ob diuersas docto. super hoc opinio. vide-
tur pati difficultates: licet multa pro illius reso-
lutione dicenda veniant, præsertim vt hæc diuersæ
docto. sententiæ ad concordiam reducatur, quia
tamen de illius veritate latiùs diximus infra, hoc
eodem capitul. de attent. lite pend. in 22. limit.
principali regulæ ibi positæ per totam, ne bis
idem repetamus sufficiat lectorem ad ibi dicta re-
mittere.

Illatio septima, De inuualida rescripti lite
pendente impetratione,
litis mentione non
facta.

SVMMARIVM.

631 Impetratio rescripti, vel privilegij de litis pendentia

mentionem non facta non valet.

- 632 Beneficium impetrans tenetur facere mentionem de lite
de super pendente.
- 633 Commissio causa appellationis nõ valet non facta me-
tione, quòd penderat terminus apostolorum peten-
dorum.
- 634 Rescriptum debet facere mentionem de appellatione in-
terposita,
- 635 Tam propria, quàm aduersarij,
- 636 Tam iudiciali, quàm extraiudiciali.
- 637 Vnio beneficij censetur subreptitia, & nulla non facta
mentionem de lite, quæ super beneficio vertebaratur.
- 638 Cessio beneficij litigiosi non valet, nisi fuerit metio fa-
cta de lite.
- 639 Dispensatio ad ordines suscipiendos obtenta per filium
presbiteri lite pendente (nõ facta illius mentione)
non dicitur valida.
- 640 Etiam si lis pederet duntaxat per commissionem cau-
sæ, & citationem ad instantiam actoris decretam,
& nondum contra reum executam.
- 641 Lis ad effectum reddendi rescriptum subreptitium cõ-
setur pendere per solam commissionem secundum
aliquos.
- 642 Commu. est opi. quòd tunc faciendã est mentio de lite,
quando est lis contestata.
- 643 Concessio etiam motu proprio facta non valet, si nõ est
facta mentio litis secundum aliquos.
- 644 Commu. tamen videtur in contrarium.
- 645 Mentio litis non censetur esse sufficiens per clausulam
generalem obstantem litis pendentia.
- 646 Nisi fiat etiam mentio de processu, & statu causæ.
- 647 In expressione intrusionis facta lite pendente non suffi-
ciunt clausulæ generales, sed debet specifica de illa
fieri mentio, remissiuè.
- 648 Clausula cuius litis statutũ, & merita &c. sufficit ad
substinendum commissionem à vitio subreptionis ob-
non factam litis mentionem.
- 649 Adiecti quoque impetratio requirit litem, & status
causæ mentionem.
- 650 Simpliciter impetrantis nõ excusat ab omissione men-
tionis litis pendentia.
- 651 Lis quando est nulla, & processus quoque nullus, non
est de ea faciendã mentio.
- 652 Processus nullus non interrumpit prescriptionem.
- 653 Commu. opi. quod de rescripto nullo non est mentio fa-
ciendã.
- 654 Lis pēdens vigore recursus aduersus semetipsum præse-
nti prætorio non est in impetratione exprimendã.
- 655 Litis finitæ, & sopitæ non est mentio faciendã.
- 656 Mentio litis non est faciendã, quãdo sumus in causa
matrimoniali, secundum aliquos.
- 657 Litis mentio omissa non vitiat rescriptum, quãdo Pa-
pa tacite sensisset litẽ adesse, puta si apposuerit clau-
sulam citra vitium attentatorum, quæ litem præ-
supponunt.
- 658 Nec quando lis est super vna re, rescriptum autem im-
petratum super alia re in effectu diuersa.
- 659 Subreptio ob non factam litem mentionem nõ vitiat ip-
so iure, sed ope exceptionis.
- 660 Nisi etiam in ipsa impetratione sit obreptio.
- 661 Taciturnitas litis pendentia nõ reddit rescriptum sub-
reptitium, quando illius expressio non mouisset Pa-
pam ad denegandum.
- 662 Tertius non tenetur facere mentionem de lite super ea-
dem re inter alios pendente.

SEPTIMO, & vltimò ex eadem regula infer-
ri videtur, quòd lite pendente prohibitum
est sup

est supplicare principi, aut impetrare rescriptum, vel priuilegium non facta Mentione, de pendentia Litis, vt l. 2. & tot. tit. C. vt lit. pend. & aliter facta impetratio rescripti, & literarum non valet: Quam conclusionem licet late, & eleganter, quo ad hunc effectum particularem reddendi rescriptum subreptitium, tractet Menoch. in tracta. de arbit. Iud. lib. 2. centuria 3. casu 202. per totum. Nos tamen ex eo, & aliis ea duntaxat hic subiiciemus, quæ particulariter materiam attentatorum aliquo modo tangere videntur, in cæteris ad eum lectorem remittendo: Sit itaque in præsentia septima illatione,

- 631 Regula, quod lite pendente non licet principi supplicare, aut rescriptum ab eo impetrare, nisi facta de lite mentione, vt est decis. Rot. Fastoli causa 35. dub. 94. incip. eodem die, & tradit Franc. in capi. vt debitum. numero 34. de appell. & est decis. Egid. 46. exceptio: vbi inquit, quod contra rescriptum Papæ, potest opponi exceptio litis pendentia in partibus, si de ea non est facta mentio, & bene facit decis. Afflict. 98. pulchrum, & 220. in causa. numer. 14. & seq. prout eum allegat, & sequitur Prob. in addit. ad Ioan. Monach. in rubr. vt lit. pend. in 6. vers. vltimus: Mil. in verb. si est impetrata. Paris. consilio 74. gratia. numero 15. lib. 4. hinc dicebat Petr. de Anchar. in conf. 17. viso processu, & Fely. in c. exceptionem. colum. 9. num. 32. de except. quos refert, & sequitur Blanc. in tracta. de compromiss. in 4. q. principali. num. 123. quod per exceptionem litis pendentia impeditur Iudicis impetratio, & causæ delegatio, 632 & pro hac illatione facit in simili quia impetrans beneficium tenetur facere mentionem, de lite, de super pendente. Cassad. decis. 18. num. 6. de 633 præben. Et quod commissio causæ appellationis non facta mentione, quod pendebat terminus apostolorum petendorum non valet: Boër. 634 decis. 256. numer. 5. t idem quando non est facta in impetratione, mentio, de appellatione interposita. Mil. in verb. gratia dicitur, & vers. sequent. fol. 154. quod dictum, de appellatione late, & eleganter prosequitur Ant. Gab. in tracta. com. conclus. libr. 2. de Iud. conclus. 4. numer. 7. vbi numer. 8. ampliat, vt non sit necesse ad inuadendum processum fuisse oppositum, de subreptione, & insu- 635 per, quod debet fieri metio de appellatione trã propria, quam partis aduersæ, vt ibi numer. 9. tam 636 de iudiciali quã de extraiudiciali, tam si sit appellatum ad Papam, quam si ad inferiorem, vt ibi numer. 11. tam per appellatorem, quam per appellatum, vt ibidem numer. 12. Sic videmus, quod vnio facta, de aliquo beneficio non facta mentione de lite, quæ de super pendeat, habetur pro subreptitia, & nulla, prout fuit dictum in vna Britoricens. monasterij camaldulen. 12. Martij. 1550. coram Fabio, vt est decis. in recollec. Guid. bon. 103. 638 Vnio. sub Rubrica de vnion. Sic & cessio beneficij litigiosi non valet, nisi facta litis mentione 639 t etiam si tantum penderet per commissionem causæ, & citationem ad instantiam actoris decretam, & nondum contra reum executam, vt post Stafil. de lit. grat. & iust. fol. 144. & Sarnen. in cõpendio sig. nu. 64. fuit tentum in vna Britoricens. & est decis. in recollec. Guid. bon. 154. voluerunt 640 domini: sub rub. de litigios. Eodem modo t dispensatio obtenta per filium presbiteri, lite pen-

dente (nõ facta mentione litis) ad ordines suscipiendos non censetur valida, vt senserunt Domini in vna Bononien. parrochialis, de ponticulo, coram D. meo Oradino 16. Decembris 1566. De qua conclusione, licet late, & eleganter apud Fely. in cap. super literis. numero 28. versiculo sexta conclusio, & in capitulo, ceterum. numero secundo, & sequent. extra de rescript. vltra eum tamen,

AMPLIARI posse videtur,

- Primò, quod ad effectum, vt quis teneatur facere mentionem, de lite, aliàs impetratio non valeat, non requiritur, quod sit decreta citatio, per quam lis dicitur pendere, secundum ea, quæ late diximus supra, nume. 28. sed sufficit causam fuisse 641 tempore impetrationis commissam, t si credimus Mil. (qui id dixit) in verb. litis pendentia inducitur. fol. 212. & in verb. gratia si dicatur impetrata. fol. 153. & tradit expressè Fely. in c. causam, quæ. el. 2. num. 18. de testibus, vbi relatis super hoc opinionibus, subdit, quod fortè ista opin. est de iure verior: quod nouissimè ponit etiam Anto. Gabriël. in tracta. commu. conclu. libro 2. de Iud. conclu. 4. nu. 26. post Are. in dicto c. causam, quæ. (licet, & ipse super hoc referat opiniones) quibus adde Aug. Bero. in conf. 146. in causa. numer. 21. lib. 3. quod tamen non videtur absolutè tenendum, t contrariū enim, quod mentio de lite nõ fit facienda, nisi quando lis est contestata, tenet Curt. Iun. in conf. 174. Sacratissime, nu. 4. & licet dicat hoc habere aliquam difficultatem, istam tamen testatur esse communem opinionem, videlicet requirilitem contestatam esse, quod etiam aduertit Gabriël: vbi supra, sub nu. 25. 642 Secundo, vt procedat etiam t si motu proprio sit facta concessio. Mil. in verb. gratia, si dicatur impetrata. fol. 153. Paris. conf. 74. gratia. numer. 17. lib. 4. & melius per Ruyn. cõf. 80. quamuis, nu. 4. in fin. lib. 5. vbi particulariter mouetur hac ratione, quia lite pendente nihil debet innouari: Quamuis idem Ruyn. in conf. 76. primo est videndum, numer. 5. libr. 5. aliter tenuisse videatur, Ad quod dictum de motu proprio vide aliquid per Rebuff. in sua prax. benefic. super regul. de iur. quæ sit. nõ tollen. gloss. 6. nu. 9. fol. 201. Ad idem vide staphil. omnino, de lit. grat. & iustit. fol. 85. vers. secundo principaliter, qui videtur tenere hanc ampliationem, licet alleget aliquos tenentes contrarium: Hanc ampliationem ponit etiam Menoch. vbi supra, nu. 12. qui vltra Ruyn. in dicto conf. 80. in id citat etiam Crauet. in responso pro repub. fauiliani. nume. 51. & Roland. conf. 31. in fi. libr. 2. quam etiam tenet Io. Cephal. conf. 133. numer. III. libr. 1. & Gabriël. dicta conclusione 4. numero 20. licet ibidem in vers. contrarium sentit, & c. aliquos in oppositum alleget, præsertim Brun. in conf. 21. 644 col. fin. vers. non obstat, si dicatur t attestantem communem opinionem esse contra hanc ampliationem.

Tertio, Quod non sufficiat fieri mentione de

- 645 lite t sub generali illa clausula non obstante litis pendentia, nisi fiat etiã mentio t de processu, & statu causæ, ad no. in c. inter monasterium, de re iudic. & notat Salycet. in l. secunda. C. vt lite pendente. quos refert Ruyn. consilio 76. primo est videndum, numero sexto, libro quinto, & consilio 229. vifa. numero 8. libro primo, & in consi. 61. in lite

in lite. num. 2. libr. 5. vbi dicit, quod debet expressissimè fieri mentio de lite: Menoch. late vbi supra. numer. 29. & seq. & Ant. Gabr. vbi supra dicta conclusione 4. numero 4. & Augustin. Bero. conf. 1. plura. numero. 10. libro 3. vbi similiter dixit, quod sufficit facere mentionem in genere, de processu, ac de principalibus actibus, & articulis.

- 647 Quod autem essemus in expressione intrusionis non sufficit expressio per clausulas generales sed specifica debet de illa fieri mentio, vt adnotauimus infra in tertia parte. ca. vltimo, de pœnis attent. in 18. pœna. dic. vt ibi. Declara tamen hoc, quod licet requiratur expressa mentio de lite, non tamen requiritur, vt exprimat qualiter causa sit instructa, sed ad substinendum commissionem à vitio subreptionis, sufficit, quod appo- 648 natur t clausula solita, videlicet, cuius litis statum, & merita, & c. vt est decis. in recollec. Acchill. de Grass. 65. commissio in qua: sub rubr. de commissio.

Quarto, vt procedat etiam si in rescripto petere tur tantum dari t Iudici adiunctum, & collegam, vt post glo. Panor. & alios in capi. coram, de offi. deleg. (reprobata opi. Bald. & Archidia. ibi) tradit Menoc. (cuius opi. mihi placet) vbi supra, nu. 6.

Quinto etiã si commissio mentionis litis fuisset facta per simplicitatem t vel ignorantiam secundum eundem ibi, nu. 11. Gabr. vbi supra. nu. 27. vbi quam plures allegat, & inter ceteros Ias. dicentè se hoc dictum alibi non legisse.

- LIMITARI similiter potest prædicta regula, 651 Primò, vt non procedat t quando lis, & processus esset nullus, quia tunc non tenetur de eo facere mentionem, vt est decis. Afflict. in pulchro casu 366. in pleno consilio. numer. 9. & seq. Ruyn. dicto conf. 76. numer. 8. lib. 5. & in conf. 8. quia. in princ. & per tot. libr. 4. & Curt. Iun. in conf. 174. sacratissime. numer. 5. Nam & aliàs in simili vide- 652 mus, quod t processus nullus, non interruptit præscriptionem, vt per Ruyn. conf. 47. in causa. numero 8. lib. 4. & sequitur (alios allegans) Mádof. super reg. de subrog. collig. q. 9. nu. 6. vbi ad propositum. nu. 7. post Curt. Iun. in cõf. 126. incip. 653 præsupponitur in facto. sub nu. 8. attestantè t hanc esse commu. opi. tradit, quod de rescripto nullo, non est facienda metio: ad quam limit. fa. multa, quæ ponit Menoch. vbi supra. nu. 81. & Gabr. vbi supra. nu. 14. & melius nu. 32. qui præter præallegatos, etiam alios citat.

Secundo, quado essemus in recurso petito aduersus sententiam t præfecti prætorio, & lite eius occasione mota: nam de illa non tenetur quis in impetratione facere mentionem, vt nouissimè per Franc. Marc. in decis. delphin. q. 624. nu. 7.

- 655 Tertio, Quando t lis fuisset sopita, vel suspensa, nam impetratio rescripti valet, etiam si de lite non sit facta mentio, vt de primo, est conf. Ancharan. viso processu. colu. prima, de secundo est conf. Curt. Iun. 174. col. 2. quos in vtroque refert, & sequitur Crauet. conf. 182. Videtur tñ. 4. libr. 1. quos sequitur Menoch. vbi supra. nu. 15. & 16. Vel causa esset finita, quia sententia in ea lata transiitum fecisset in rem iudicatam, vt post Paris. conf. 30. col. 5. libr. 4. tradit idem Ant. Gabr. dicta conclus. 4. nu. 41.

656 Quarto limita t vt nõ procedat in causa ma-

trimoniali: quia iura disponetia, quod debeat fieri mentio de lite, & statu causæ limitantur, vt nõ habeant locum in causa matrimoniali, si credimus Andr. Barbat. qui id post Lap. dixit in conf. 46. Turonensis delegatus. nu. 7. lib. 2.

- 657 Quinto potest limitari t vt nõ procedat, quando Princeps tacitè sensisset extare litè, puta, quando in gratia apposuisset clausulam sine vitio attentatorum, quoniam cum attentata regulariter litem præsupponant. Cassad. decis. 6. super reg. per appositionem dictæ clausulæ censetur etiam facta metio litis pendentis ad substinendum rescriptum, vt tenuerunt Domini in vna Florentin. pecuniaria coram Guid. bon. sub die 10. Februarij 1553. & alia Oxomen. Archipresbiteratus coram Robusterio 31. Iunij. 1567.

658 Sexto, quando lis t penderet super vna re, & rescriptum impetraretur super re diuersa, quoniam sententia lata vigore secundi rescripti censetur valida: & ideo si lite pendente super ad iudicatione cuiusdam administrationis bonorū quibusdã monachis per Papam cõcessorum, per aduersarium (non facta mentione dictæ litis) committatur causa super subreptione cõcessionis Papæ, & de super feratur sententia declaratoria subreptionis, dum in vna Valentin. monasterij regu corã Serafino 26. Ianuarij attentata, huiusmodi diuersitate causarum daretur de inualiditate dictæ sententia, quia rescriptum fuerat impetratum non facta mentione litis, & similiter sententia lata fuit pendente prima lite, Domini tenuerunt pro validitate sententia.

- 659 Septimo, vt non procedat t quando si lis fuisset expressa non mouisset Papam ad denegandum, quoniam hoc causa taciturnitas litis pendentis nõ reddit gratiam subreptitiam, vt post docto. in c. super literis, & in cap. ad audientiam, de rescript. tradit Io. Bapt. Ferret. in conf. 229. Reuerendissime. nu. 4. lib. 1.

Declarari etiam præmissa possunt.

- Primò, vt regulariter talis subreptio nõ facta 660 etiam mentionem litis non vitiet t ipsi iure, sed 661 opus est exceptioe, nisi in impetratione sit etiã obreptio. Mil. & ibi addit. in verbo rescriptum per quod causa, & in verb. rescriptum ad litem, & per Ruyn. in conf. 91. in lite. in princ. & nu. 2. libr. 5. licet contrarium teneat Gab. vbi supra. nu. 81. Secundo, vt procedat in rescripto nõ facta liti 662 tis metioe impetrato à parte t fecus si a tertio Ruyn. dicto conf. 61. nu. 19. lib. 5. Menoch. ibidem. nu. 22. & post Ruyn. in dicto conf. 61. etiam Ant. Gabriël. vbi supra. nu. 38.

Et per præmissa satis apparet verã esse regulã, quam supra posuimus, quod regulariter omnis actus lite pendente factus, dicitur attentatus, & nullus, præsertim hi omnes, de quibus supra particulariter vidimus, videlicet Adeptio, & trãlatio possessionis. Alienatio rei litigiosa, Promissio, de beneficio, Presentatio patroni, Institutio Ordinarij, Processus, & Impetratio rescripti facta lite pendente, intelligendõ tamè prout supra in singulis diximus.

AMPLIATIO PRIMA.

SVMARIUM.

LITIS pendentia facta illicitum, quod antea erat licitum.

Domini

- 2 Dominus qui poterat propria autoritate emphiteutam expellere, & ingredi possessionem, si Iudicem adiuverit, lite pendente non potest ultra vti dicta facultate.
- 3 Nisi velit ingredi ex noua causa, vel,
- 4 Nisi in principio litis per protestationem huiusmodi facultatem sibi reseruauerit, vel,
- 5 Nisi esset commissa causa, tantum super molestationibus & manutentione.
- 6 Spoliatus habet facultatem in continenti recuperandi possessionem, secundum commu. opi.
- 7 Spoliatus committens causam spolij non potest amplius lite pendente etiam in continenti recuperare.
- 8 Nisi in precibus, ac causa commissione huiusmodi facultatem sibi reseruauerit.
- 9 Recuperans in continenti, dicitur continuare.
- 10 Continuans non attentat etiam si faciat per modum recuperationis, remissiuè.
- 11 Precarij reuocatio, quæ ante litem motam fuisse licita, lite pendente est, illicita.
- 12 Aedificium demolire, nec etiam domino lite pendente licet.
- 13 Obligatus ad centum cum facultate, quod pro illis possit dare tot terras, si patiat litem super centum contestari non potest lite pendente amplius vti dicta facultate.
- 14 Regressum habens ad beneficium licet illius vigore videatur habere facultatem propria autoritate ingrediendi possessionem, si tamè fuerit desuper lis introducta, non potest ultra vti dicta facultate, lite pendente, aliàs videretur attentasse.
- 15 Abbas potest Monachum ad nutum suum amouere.
- 16 Inquisitione pendente contra Abbatem, cui Monachus adhaereat, non potest dictus Abbas dictum Monachum amouere.
- 17 Matrimonium contrahere sicut ante litem cui libet liberè licet, ita post litem pendentiam (quoad validitatem matrimonij) non fit illicitum.
- 18 Contrahens secundum Matrimonium lite pendente super validitate primi (licet non attentet) punitur tamè pena extraordinaria.
- 19 Autoritate propria, qui poterat suam possessionem defendere, si lite pendente, atque etiam post Rotalem inhibitionem iuit ad consilium regium pro manutentione suæ possessionis non attentat.



Non c. prosequendo materiam attentatorum Lite pendente. Scendum est, quod Regula prædicta nonnullas recipit Ampliationes, Limitationes, & Declarationes.

AMPLIATIO. Igitur ista regula,

Primò, vt procedat etiam si actus, qui fit lite pendente esset aliàs facienti licitus lite non introducta. Nam lis introducta facit illum illicitum, & attentatum, Exemplum, si potest dominus in certis casibus emphiteutam propria autoritate expellere, & propria autoritate ingredi possessionem, vt per Iaso. in l. secunda. sub numero centesimo quinto, versiculo, & tenendo hanc partem, post Aret. in consi. vigesimo primo, diligens, & alios de quibus ibi per eum, C. de iur. emphiteor. & tamen si pro expellendo emphiteota Iudicem adiuverit, & coram eo illum pro expulsiōe conuenerit; non poterit vterius lite pendente vti facultate illa ingrediendi rem propria autoritate, quia via, quam elegit sibi pateat, vt per Iaso. in dicta l. secunda, numero 114. cui adde

decif. Capi. 119. numero nonò, & Alex. consilio 105. magnifice prætor. num. 25. post Bald. & alios per eum allegatos. libr. 3. & Ruyn. consi. 57. circa. per totum. libr. 4. & quæ post Alex. consil. 130. numero. 15. libr. 4. & Dec. in consi. 116. colum. 4. vers. tertio, non obstat. tradit. Hubert. Zuccard. in repetit. l. fin. numer. 122. vers. fit tamen cautus. C. de edict. diu. adr. toll. & Hier. Grat. in consi. 90. commissis. numero 3. libr. 1. & Augustin. Bero. in consilio 54. concludendum. numero. 12. libro 3. & senfietiam Natta. in consilio 430. in causa. numero 23. libr. 2. Quamuis contrarium in hoc videatur sentire Paris. consi. 172. in causa. numero. 8. & seq. lib. Quam tamen ampliacionem in hoc, primo exemplo limita tribus modis. Primò nisi dominus velit ingredi possessionem ex noua causa, puta ex cessatione solutionis pensionis, vt per Alex. in dicto consi. 105. Secundò, si nisi in principio Iudicij per protestationem dominus reseruauerit sibi illam facultatem propria autoritate ingrediendi, vt post Iaso. in dicta l. 2. sub numero 114. versic. istud limita, sentit Capit. dicta decif. 119. numero 9. & tradit Alexan. in consilio. 130. in causa. strazarolorum. numero. 15. libr. 4. & Bero. dicto consilio, 54. numero. 15. Quamuis, & in hoc contrarium videatur sentire Ruyn. in dicto consilio, 57. circa. sub numero 3. libro 4. Tertio si ex his, quæ habentur in re collect. Sarnen. decif. 1. incip. attentare non dicitur, potest limitari, vt non procedat, quando lis tantum penderet, quia commissæ esset causa super molestationibus, & manutentione, quia hoc casu habens facultatem propria autoritate capiendi possessionem, non dicitur attentare, vt fuisse tatum refert in vna Farfen. coram Vestano. 25. Nouembris 1531.

Aliud exemplum huius ampliacionis esse potest, nam si spoliatus habet à iure hanc facultatem, vt in continenti, & quanto citius potest, liceat sibi recuperare possessionem, vt l. 3. §. cum igitur. ff. de vi. & vi armat. & est communis opinio, de qua testatur Abb. consi. 62. in controuersia orta. col. 3. numero 8. libro 2. Quod si pro recuperatione contra spoliantem instituerit iudicium comittendo causam, non poterit lite pendente vterius vigore dictæ facultatis recuperare possessionem si nisi in præcibus, & commissione causæ illam sibi reseruauerit, vt concludit in pulchro casu. Dec. consi. 460. Vifo. numero 19. libr. 3. & tradit etiam Natta, in dicto consi. 430. in causa. numero. 24. libr. 2. Quæ ampliatio in hoc exemplo, ex eo etiam videtur admodum notabilis si quodis, qui in continenti recuperat dicitur continuare, vt per Dec. post alios: in dicto consilio 460. Vifo. numero vigesimo, libro tertio, & Regula fit, quod continuans non attentat. si etiam si continueret per modum recuperationis, de quo dicemus infra in sexta ampliatio. primæ limit. princ. numero 24.

Aliud etiam potest esse exemplum si in reuocatione præcarij facta lite pendente ab eo, qui ante litem constituerat, se præcario nomine alterius possidere, quia licet aliàs talis reuocatio sibi iussit licita, tamè post litem motam fuit iudicatum, quod esset tanquam attentata reuocanda, de quo per Afflic. decif. 131. quidam. nu. 1.

Aliud exemplum esse potest, quia licitum est domino, & possessori aedificium demolire, & rudera

rudera, & ornamenta ad reparationem, & ornamentum alterius sui loci transferre. ad l. cætera. §. ite quærit. ff. de legat. 1. l. 2. C. de ædific. priua. & tamen postquam super aliqua re est lis introducta, & illa pendente hoc sibi amplius non licet, vt in pulchro casu consuluit: Aug. Bero. in consi. 118. cum Alfonso per totum. præsertim numero. 4. & 28. libr. 3.

15 Aliud exemplum in Abbate si qui potest Monachum ad nutum amouere: nam si Abbas inquitur, & inquisitioni monachus adhaereat non potest inquisitione pendente Abbas illum amouere, Rot. decif. 1. aliàs prima, incipien. primò quod: de restit. spoliati, in antiq. Egid. decif. 256. monachus, & nouissimè Ant. de Mattheis in repet. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poss. num. 64. in 29. Fallen. quem refert, & sequitur etiam Menocch. de recup. poss. Remed. 17. q. 19. num. 52.

13 Aliud quoque potest exemplum poni si in eo, qui esset obligatus ad dandum centum, & ex cõntentione partium haberet facultatem pro illis centum dandi aliud, puta terras, quoniam hoc casu, cum simus in dispositione hominis, si debitor patitur, super petitione facta de centum litem cõtestari, vtique hac lite pendente, non poterit ultra terras dare, & consequenter ob litem introductam perdit facultatem, quam antea habebat, vt est doctrin. Bart. in litem veniunt. §. idem restit. num. 2. ff. de pet. hered.

14 Aliud etiam exemplum esse potest in eo qui habet regressum ad aliquod beneficium: Quamuis enim ex forma regressus, videatur habere facultatem regrediendi, & possessionem propria autoritate capiendi, & videretur dicendum quod litis pendencia non induceret spoliū attentatum quando intrans possessionem lite pendente haberet talem facultatem. arg. eorum quæ post Bal. in l. qui legati, in fin. C. vt in possess. leg. & nota. in l. 1. C. vnde vi, & l. 3. §. non igitur. ff. de vi, & vi arma. Barto. in creditores. col. pen. C. de pignor. ponit Alex. in consi. 131. in causa. col. fi. libr. 4. Nihilominus eueniens eorum in vna Roma. beneficiati sancti Petri, primò coram Cotta 10. Iulij 1568. (in qua quidam habens regressum licet illum apud acta non iustificasset, tamè illius vigore cepit possessionem, & dubitaretur an esset attentata.) Domini inclinauerunt pro attentatis, & ita fuit etiã deinde pronunciatum, vt apparet ex his, quæ fuerunt deducta alia vice dum eadem causa per eundem proposita fuit 3. Decembris 1568. in qua dubitabatur, an lata dicta sententia esset locus sequestro iuxta clemen. ad cõpescendas de sequest. poss. & fruct. Idèquè demum in eadè causa firmanunt. sub die 2. Maij. 1569. d. Serafino proponete.

Ex quibus exemplis patet verã esse hanc primam ampliacionem, videlicet, vt lite pendente dicatur innouare, etiam is, qui faceret actum, qui sibi aliàs suo iure competeat, nam pendencia litis videtur illicitum facere, quod aliàs erat licitum, vt patet ex supradictis.

17 Quam tamen limita, vt non procedat in actu matrimonij cõtrahendi, qui sicut ante litem cui libet liberè est licitus, ad cap. gemma, extra de sponsal. ita per litis pendenciam (quoad validitatem matrimonij) non fit illicitus, & ideo si lite pendente super validitate primi matrimonij, ego cõ

traho secundum, etiam contra prohibitionem Iudicis, & deinde pronuntietur primum inualidum valet secundum, vt in cap. 2. de matr. contrac. contra interd. eccles. Vnde si secundum valet, apparet, quod litis pendencia non fecit actum illum illicitum: Et quamuis text. in dicto capit. 2. & in c. cum in apostolica, de sponsal. & in dicto c. tenor. de re iudic. dicant talem cõtrahentem condigna pena plectendum, aduertendum tamè est: quia non est talis pena, quæ denotet illum actum esse illicitum, & attentatum, cuius attentati pena solet inter cæteras esse nullitas, & reuocatio actus, vt patet ex his, quæ latius ponemus infra cap. 12. de attent. appellatione pend. in 17. ampliatio. princip. & dicemus infra latius in 3. parte, capit. 31. de pen. attent. in prima pœna. nu. 7. si sed est pœna extraordinaria imposita ibi propter Iudicis contemptum, vnde patet, quod respectu attentatorum actus matrimonij ibi est licitus, & consequenter probatur præsens limitatio: **D**ECLARA tamen hanc ampliacionem, vt non procedat in casu si quem aliàs considerauit Rota, videlicet, quãdo is qui poterat, propria autoritate defendere possessionem suam, post inhibitionem Rotale fuit ad cõsiliū Regiū pro manutentione suæ possessionis, quia hoc casu non voluerunt domini eum attentasse, ea ratione, quia licet posset propria autoritate defendere, tamè vrbanius egit, vt per ea, quæ ponit Paris. in cõf. vltimo. in 4. vol. est hodie decif. in recollet. Achill. de grass. 24. attentare noluerunt domini: sub rubr. de reddit. ex qua decif. aperte colligitur differentia inter eum qui vult defendere suam possessionem, & eum qui vult possessionem ingredi, prout loquitur supradicta decif. Capit. 119.

AMPLIATIO SECUNDA.

SVMMARIVM.

- 1 **S**CANDALA, & rixæ vt tollantur, multa tollerantur.
- 2 **S**equestrum etiam factum ad tollenda scandala, dicitur attentatum si fiat lite pendente.
- 3 **E**tiam si fiat vigore Breuis apostolici.
- 4 **P**ræcarij si fiat lite pendente de non accedendo ad re de qua agitur, de eius reuocatione, est in primis cognoscendum.
- 5 **A**uocatio possessionis (si lite pendente per Iudicem fiat) debet ante omnia in possessorio summario de eius relaxatione cognosci.
- 6 **S**tatura, & constitutiones lite pendente facta dicuntur attentata, etiam si dicuntur facta ad tollenda scandala.

SECUNDO. Ampliatur quod licet aliàs multata permittantur si ad hoc, vt rixæ & scandala tollantur de quibus per Fely. (qui triginta tria specialia in hoc ponit) in cap. 2. de præscript. quæ refert, & sequitur nouissimè Petr. de Benintend. in decif. Rotæ bononien. 79. mota. sub numero. 70. & ex recentioribus. Menocch. in consi. 51. cum rerum. numero. 44. libr. 1. vbi alios allegat. Nihilominus si actus fiat ad tollenda scandala, puta si lite inter aliquos pendente Ordinarius ad tollenda scandala, velit sequestrare rem super qua est lis, tale sequestrum non valet, & tanquam attentatum veniet reuocandum, vt not. Lap. allegat. 78. vacauerat. num. 10. & Paris. consi. 41. optim. numero. 28. libr. primo; pro quo facit decif. Afflic. 98. pulchrum: dum loquitur de sequestro appposito; non lite, sed appellatione pendente, Tract. de Attent.

de quo, & nos infra. capitu. 12. de attentat. appellat. pend. suo loco dicemus in duodecima limit. princ. Quod dictum de sequestro potest ampliari, & vt procedat etiam si fieret vigore breuis apostolici, secundum terminos, in quibus loquitur Paris. dicto consilio 41. vt colligitur ibi. num. 22. & propterea dicebat ad propositum istud Aug. Bero. in consili. 45. in causa. in princ. lib. 3. post Paul. de Cast. in consil. 3. incip. in causa. lib. 2. quod si lite pendente emanauerit præceptum à Iudice de non accedendo ad rem, vel fuerit auocata possessio, antequam procedatur in causa principali, vel possessorio plenario, debet discuti de isto possessorio summario, & reuocari tale mandatum, & relaxari auocata possessio, & eum per suam interlocutoriã debet postmodum Iudex in possessione tueri, quem fuisse in possessione tempore litis motæ sibi constiterit, quamuis contrarium videatur sensisse, in consil. 116. pendente libro 3. vt admonuimus, in dicta duodecima limit. ibi vide. Hæc autem, quæ in hac ampliati. dicta sunt, de scandalo non videntur vniuersaliter ad omne scandalum, sed duntaxat ad actum sequestrationis referenda, propterea, quæ dicemus infra, hoc eodem cap. 4. in tertheadecima limit. princ. Vel et ad actum constitutionis, aut statuti. Nam si lite pendente, alter liti gantium aliqua conditio statuta quæ tendant in præiudicium collitigantis, & prætendat illa excusata ab attentatis, sub prætextu, quod fuerint facta ad tollenda scandala, huiusmodi allegatio nõ videtur admittenda, prout non fuit admissa in vna Casaraugustana de Caspe coram Groppe rio. 4. Februarij. 1569. in qua fuit resolutum allegata statuta fore attentata.

AMPLIATIO TERTIA.

SVMMARIUM.

1. Impugnans litem si quid contra eum, illa pendente inno uetur, potest pro illorum reuocatione se in lite fundare, secundum aliquos.
- Contrarium videtur verius, vt num. 4.
2. Impugnare qui aliquid nixus est, non debet ex eo regulariter commodum sentire.
3. C. ex eo. de reg. iur. in 6. procedit de iure communi, non autem stante regula de subrogan. collitigant.
5. Impugnans litem pendentiã non potest opponere de subreptione rescripti, quasi de illa litem pendentiã mentionem non fecerit.
6. Litem impugnans non potest in ea se fundare, quando super impugnatione secuta est declaratio.

TERTIO Amplia. vt procedat et si quis lite antea impugnasset, nõ si ad docendum de nullitate actorum attentatorum lite pendente velit postmodum se in lite fundare, vtique potest, vt not. Ruyn. in consil. 75. circa. nu. 4. lib. 4. post Compostel. Pet. de Anch. Fely. & oes in c. capitulũ. extra de rescript. per l. diximus. in prin. ff. de excus. tut. quod procedit et si quis in impugnatione succubisset, vt post Bar. & Alex. tradit Ruyn. ibi. Huius autem ampliacionis vis in eo consistit, quia regulariter ex eo quod quis nixus est impugnare nõ debet aliquod commodum sentire, cap. ex eo, de reg. iur. in 6. ca. cum olim. de cens. & latissimè per Fely. in d. c. capitulum S. Crucis. nu. 22. de rescript. & nouissimè, ac et latissimè per Ant. Gabr. in tract. comu. conclu. lib. 6. de reg. iur. conclusi. 1. vbi regulam prædictam, multis ampliacionibus,

ac limitationibus exornat. Cui & ad præsentis quoque ampliacionis corroboracione adde in simili, quod collitigans, qui per obitum collitigantis obtinuit subrogacionem, potest se fundare, & vt iure collitigantis, et si illud antea impugnasset, vt considerabant aliã Dñi in vna Tirafonen. Cappellaniã corã Quiroga. 6. Nouembris. 1556. dicentes regulã d. c. ex eo. de regul. iur. in 6. procedere de iure coi, non aut stante regula de subrogan dis, quæ virtualiter præsupponit impugnationem propter litẽ. De qua ampliati. subsistendũ videtur ex his, quæ dicemus inf. in d. c. 12. de attẽt. ap. pel. pend. in 41. limitat. princ. vbi concluditur gesta pendente appellatione impugnata non dici attentata. Nisi consideres rationem diuersitatis, quia ibi impugnatur appellatio, negando fuisse appellatũ, hic vero impugnatur lis, non quia negetur lis mota, sed ex aliqua alia cã iniuste mota, quæ cõsideratio licet aliquale rõnem diuersitatis inter litẽ, & appellacionem constituere videatur, adhuc tamẽ de hac ampliacione videtur subsistendum ex his, quæ in simili post Pet. de Anc. in consil. 16. viso processu, & Card. in consil. 67. ad fin. & in consil. 94. & Bald. in l. ex placito. col. 4. C. de rerum permut. tradit Fely. in c. cãm. que. el. 2. nu. 19. de testibus dum vult, quod ille, qui impugnauit litem pendentiã non possit opponere de subreptione rescripti, quasi de illa pendentiã nõ fecerit mentionem, & consequenter ex hoc apparet, quod impugnans litem non debet gaudere priuilegio pendentiã litis: Quod secutus est nouissimè etiam Ant. Gabr. commu. conclu. lib. 2. de Iudic. conclu. 4. num. 43. post Anch. vbi sup. & Fely. in c. 1. col. 12. vers. fallit sextò, de rescript. & in terminis, quod is, qui conatus est iudicium declinare, & illud impugnauit, non possit illius pendentiã ad impediendam executionem allegare, ttradit Iaco. Henric. in consil. 38. quoniam, sub num. 18. vers. præterea de illa litem pendentiã. lib. 3. Si tñ ampliacionem teneas illam declara, vt impugnans, ita demum possit se in lite fundare si super impugnatione nulla fuerit secuta declaratio, vt post Fely. Petr. de Anchar. aliõsque in prin. cip. allegatos declarat, & hoc communiter tene ri attestatur per docto. Augu. Bero. in consil. 54. concludendum. sub num. 17. vers. vel secundo, & melius lib. 3.

AMPLIATIO QUARTA.

SVMMARIUM.

1. Alienatio rei litigiosæ non valet etiam si sit facta post sententiã absolutoriã latã ab obseruatione Iudicij.
- QUARTO**, ampliatur, vt procedat etiam si actus putat alienationis rei, de qua est lis, fiat post latam sententiã absolutoriã ab obseruatione Iudicij, vt dictum est supra in præfatione, in materia alienatiõis rei litigiosæ in quarta ampliacione. num. 457.

AMPLIATIO QUINTA.

SVMMARIUM.

1. Attentata reuocantur etiam post mortem attentantis. Etiam in successore in beneficio, vt num. 3.
2. Verbum attentare sonat in delictum.
- QUINTO**, videtur posse ampliari, vt talia attentata reuocentur etiam post mortem attentatis, cum enim attentare sonet in delictum. Egid. decif. 18. oneratio, & delicta regulariter morte extinguantur, vt in rubr. & tot. tit. C.

tit. C. ne ex delict. defunct. videbatur dicendum, Attentatorum reuocationem post mortem attentantis locum non habere, cuius tamen contrarium tradit Mil. in verb. attentata lite pendente. vers. c. 1. fol. 29. Quæ ampliatio adhuc ampliari potest, vt procedat etiam in successore in beneficio, vt colligitur ex his, quæ fuerunt tentata per dominos in vna Calaguritana translationis coram Sarmiento 23. Ianuarij. 1570. in qua dixerunt quod per tria prima capita (quæ per partem in dicta causa allegabantur) non excluderetur, quin translatio illa fuisset attentata, & pro secundo capite ibi allegatũ fuerat per partem, quod cum illi clerici (qui fecerant lite pendente illam translationem omnes essent mortui, & alij in eorum locum suffecti (qui non fuerunt in dicta lite) respectu clericorum, de nouo suffectorum non poterat esse locus attentatis, quod tamen fundamentum domini reiecerunt & magis ad propositum huius ampliacionis facit quod fuit tentum in aliã Ariminen, nullitatis, & attentatorum coram Acorambono 27. Aprilis 1556. quod resignarius tenetur ad purganda attentata per resignantem, non obstante quod ad excludendam purgationem allegaretur, quod in beneficialibus non datur successio, sed nouum ius creatur, & quod successor, qui in nullo deliquerat, non debebat in aliquo puniri.

AMPLIATIO SEXTA.

SVMMARIUM.

1. Attentata lite pendente reuocantur etiam si passus attentata nihil probet de iure suo.
2. Nisi econuerso constaret de non iure illius qui attentata passus est.
- SEXTO**, vt procedat etiam si is contra quem lite pendente attentatur nihil probet de iure suo, quia sola litem pendentiã absque alia probatione Iuris ipsius litigantis (in cuius præiudicium attentatur) impedit aliquid fieri, aut impetrari, & siquid fiat tanquam attentatum reuocabitur, & impetratio non valebit. Franc. in cap. 1. nu. 5. vt lit. pend. in 6. Quod limita nisi è conuerso constaret de non iure ipsius, contra quem attentatur, vt per Franc. ibidem; de quo tamen dicemus infra in tertia parte, capit. 24. de reo, & exceptionibus contr. attent. competen. q. prima. num. 2. & per totam, vbi plenius tractabitur de exceptione ista non iuris petentis attentata reuocari.

AMPLIATIO SEPTIMA.

SVMMARIUM.

1. Spoliatus contra quem est præsumptio iuris non restituitur.
2. Spoliatus lite pendente restituitur ex priuilegio attentatorum, etiam si contra eum esset præsumptio iuris.
3. Præterquam in beneficialibus.
- SEPTIMO**, vt procedat etiam si contra petentem se restitui tanquam lite pendente spoliatum esset præsumptio iuris: licet enim regulariter et spoliatus, contra quem est præsumptio iuris non restituatur, ad notat. in capitu. ad decimas. de restit. spolia. in sexto. si tamen sit aliquis
1. Spoliatus lite pendente, talis præsumptio non impedit restitutionem via attentatorum faciendam, ad not. in capitu. si constiterit, & ibi Areti. de accusat. & per Franc. in cap. bonæ. de appell.

& post eos tradit Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 77. vers. 9. fallit. ff. de acqui. possessio. 3. quod tamen post alios de quibus ibi per eum, intelligit non procedere in beneficialibus.

AMPLIATIO OCTAUA.

SVMMARIUM.

1. Attentata non veniunt de iure reuocanda, sed sunt ipso iure nullæ remissuè.
- OCTAUA** ampliã, vt attentata de quibus agimus, non solum veniant reuocanda, vt verum etiam sint ipso iure nullæ: ad tex. in cap. 1. in fin. vt lit. pendente. in 6. de qua attentatorum nullitate latius dicemus infra capit. 12. de attent. appell. pendente. in 17. ampliati. princip. per totam. Ea enim quæ de attentatis appellatione pendente, ibi diximus, etiam in attentatis lite pendente locum sibi vendicare non est ambigendum, declarando tamen, vt ibi.

AMPLIATIO NONA.

SVMMARIUM.

1. Attentata lite pendente in prima instantia possunt peti reuocari etiam in secunda instantia.
2. Conclusio in causa, in prima instantia non præcludit viã attentatorum reuocationi, secundum veriorẽ opinionem remissuè.
3. Reuocatio attentatorum potest peti etiam post tres conformes in negotio principali latas.
- NONO**, vt attentata lite pendente in prima instantia possint peti reuocari etiam in secunda instantia, vt expressè annotauit Aug. Ber. in consil. 51. in hac causa. nu. 7. lib. 3. & nos latius etiã demonstrauimus infra in 3. parte, c. 23. quando, & intra quæ temp. attent. reuoc. sit pend. num. 33. & nu. 41. dum firmauimus quod conclusio in causa in prima instantia non præcludit viã attentatorum reuocationi secundum veriorẽ opinionem. Quinimo non solum in secunda instantia, verum etiã post tres conformes potest peti reuocatio attentatorum, si attentans, per tres conformes in negotio principali succubisset, vt colligitur ex his quæ fuerunt dicta in vna Tirafon. iuridict. siue attentatorum corã Robusterio. xj. Febr. 1566. & adnotauimus ibidem in 5. limitatione. nu. 57.

AMPLIATIO DECIMA.

SVMMARIUM.

1. Innouare lite pendente nec etiam in aliquo minimo licet.
2. Negatiua oratio vniuersalis (dum negat omnem potentiam) efficit, vt etiã in aliquo minimo verificetur.
3. Oratio negatiua indefinitè, & vniuersaliter concepta de proprietate sermo. nis omnes casus, & omnes personas comprehendit remissuè.
4. Possessio etiam momentanea lite pendente capta restitui debet pro purgatione attentatorum.

DECIMO, regula supra posita ampliari potest, vt lit. pend. ne dũ in magno sit prohibita innouatio et verũ etiam, vt nec in aliquo minimo liceat innouare, ea potissimum ratione, quia cum rubri. vt lit. pend. nihil innouetur sit concepta per dictionem nihil, vniuersalẽ negatiuã, tũ negat omnem potentiam, efficit, vt etiã in aliquo minimo verificetur, vt in propriis terminis nostris post Soci. Sen. in consil. 21. col. 3. vers. c. & prædicta. lib. 1. (ita declarantem l. vlt. C. de notariis in illis verbis nihil innouari) tradit nouissimè Menocch. in consil. 35. cum hæc non leuis numer. 14. libro 1. Pro qua facit quod aliã dicitur, quod oratio negatiua indefinitè, & vniuersaliter con-

ceptade proprietate sermonis omnes casus, & omnes personas cōprehēdit, vt post Deci. Tiraq. Alciat. & Roland. ibi citatos latius diximus infra cap. 12. de attentat. appel. penden. in præfatio. num. 75. Quæ Ampliatio ex eo etiam cōprobari posse videtur, quod post Dominos diximus supra in præfatio. huius cap. nu. 313. quod possessio lite pendente captā etiam si fuisset momentanea debet pro purgatione attentatorum restitui illi qui passus est attentata, antequam in negotio principali procedatur.

AMPLIATIO VNDECIMA.

SYMMARIUM.

- 1 Conatus quandoque in attentatis punitur, licet non sit secutus effectus, & infra. num. 15.
- 2 Possessionē lit. pend. capere volens, & faciens ad id præparamenta (licet illam non capiat) an debeat nisi lominus aliqua ex pœnis attentatorum puniri, & concluditur affirmatiuè, vt infra. num. 16.
- 3 Dammodo arbitrio boni viri fuerint talia, ex quibus possessor moueri potuerit ad se muniendum, vt num. 16.
- 4 Percutere volens clericum, & faciens quantum in se est, nō dicitur excommunicatus nisi illum percusserit.
- 5 Cogitationis regulariter nulla est pœna.
- 6 Statutum puni. ns capientem possessionem beneficij sine licentia non comprehendit eū, qui accessit vsque ad ostiū beneficij, & deinde absque eo, quod possessionē caperit, retrocessit metu armatorū, qui intus erat.
- 7 Affectus punitur, licet non sequatur effectus.
- 8 Et hoc ponitur pro regula.
- 9 Regula est inhaerendum, & ab ea non discedendum, remissiuè.
- 10 Edictum ne lite pendente aliquid innouetur, procedit vbi innouatur aliquid in præiudicium tertij.
- 11 Verba dispositionis cui conueniunt conuenit etiā dispositio, & è contra.
- 12 Attentare. Hoc verbum de sui proprietate verificatur, etiam si delictum non sit perfectum, & quis non peruenit ad actum.
- 13 Innouatio lite pendente, etiam in minimo est prohibita.
- 14 Præparamenta ad aliquid faciendū licet videantur esse conatus, possunt tamen per se considerata dici delictum, seu pars delicti, & debent puniri.
- 15 Arma portans causa occidendi, quamuis non occiderit, tamen punitur de delatione armorum.
- 16 Conatus punitur quando non habet effectum, quia quis fuit impeditus impedimento facti.

VNDECIMO, videtur posse ampliari, vt in tantum attentata sint odiosa, vt quandoque in eis sit aliquo modo puniendus affectus etiā si non sit secutus effectus, & consequenter, quod licet quis attentatum non perfecit, sed attentare attentauerit, nihilominus sit aliqua pœna puniendus: Pone enim quod Titio, & Mevio possessore super aliquo castro litigantibus Titius extraiudicialiter iactauerit se velle Meuium lite pendente spoliare, & aliquod etiam ad hoc præparamentum ostenderit, ita vt Meuius postquam hoc rescitit cōuocatis amicis ita se in possessione castri munierit, vt Titium venientem repellere posset, qua in re quam plures fecerit impensas, & tandem Titius visa difficultate capiendi possessionem ab hac prouincia animum reuocauerit, & nihilominus Meuius (asserens per hoc eam lite pendente innouasse) præterdat sibi reficienda fore damna & interesse, quæ ob

hanc causam passus est: probabiliter hoc casu dubitari potest quiseorum iustiorum causam foueat. Et quamuis in fauorem Titij multum faciant infrascripta, & primò quia Titius non capiendū possessionem, delictum non consumauit, ergo non debet tanquam attentans puniri: sicut in simili dicimus quod si quis faciat quantum in se est, vt clericum percutiat, si tamen non percusserit non incidit in excommunicationem c. si quis suadente diabolo, vt post gloss. in cap. in audientia. de sent. excom. & alios per eum alleg. firmat Fely. in tracta. quando conat. puniat. sub nu. 10. vers. & hinc est. Secundò, quia regulariter cogitationis nulla est pœna, vnde si Titius cogitauit lite pendente Meuium spoliare, per hoc non videtur puniendus. l. cogitatio. ff. de pœ. cum simil. Tertio, & melius, quia videmus in simili, immo in fortioribus terminis, quod si stet statutum, quod accedens ad capiendū possessionem beneficij sine certa licentia puniatur, non punitur ille, qui sine licentia accessit vsque & propè ecclesiam, & timore armatorum, qui inibi erant, retrocessit, vt post Bald. in sua disputa. Accusatus de vi turbatiua. in fin. tradit Fely. in dicto tract. num. 16. In contrarium tamè, quod Titius veniat puniendus faciunt infrascripta, & Primò, quia regulariter affectus punitur licet non sit secutus effectus. ad l. is qui cum telo. C. de Sicariis, & hanc propositionem pro regula ponit Fely. in dicto tract. in princ. & à regula autem non est discedendum, vt per multa deducit Tiraq. de vtroque retract. §. i. gl. 9. nu. 209.

Secundò, quia delictum ne quid lite pendente innouetur vendicat sibi locum, quando aliquid innouatur in præiudicium partis, vt post Rot. dec. 25. aliàs 310. si reus. versic. sed posito. de rescrip. in no. diximus hoc capit. in i. declarat. prin. in prin. sed hic ex iactationibus, & præparamentis Titij fuit illatum præiudicium Meuius, qui subiit dictas expensas, ergo, &c. Tertio cuius verba alicuius dispositionis conueniunt illi conuenit et dispositio & è contra. l. 4. §. toties. ff. de dam. inf. Attentati autem verbum conuenit casu nostro, quia proprietatis huius verbi & Attentare est, vt verificetur, etiam si delictum non sit perfectum, & quis non peruenit ad actum, vt est doctri. Bart. in l. si quis non dicam rapere. C. de epis. & cler. ergo Titius dicendus est attentasse, et si ad actum adeptio nis possessionis non peruenit Quartò, quia satis potest dici Titium faciendū præparamenta innouasse: tunc innouatio etiā in aliquo minimo sit hoc casu prohibita, vt annotauimus in supra proxima ampliatio: Quintò, quia licet illa præparamenta videantur conatus ad capiendū possessionem, & ad attentandum: possunt tamen (etiā de per se considerata) dici innouationes, & attentata, & cōsequenter delictum de per se, vel saltem pars delicti, quò casu punitur: sicut dicimus de eo, qui portat arma causa occidendi alium: nam licet delatio armorum videatur conatus, & præparamentū ad homicidium, nihilominus, etiam si homicidium non sit secutum, debet de delatione armorū puniri, quia delatio cōsideratur tanquam delictum, vel pars delicti, non autem tanquam conatus, vnde ita etiam iactationes, & præparamenta, de quibus supra, consideranda sunt tanquam innouationes, de per se, & tanquam

quam tales puniende (si nō omnibus illis pœnis, quæ solent militare contra attentantem, videlicet pœna nullitatis actus: pœna restitutionis rei in pristinum statum: pœna restitutionis fructuū, quos percepit, & similibus, de quibus pœnis sigillatim differuimus infra in 3. parte, capit. vlt. de pœn. attent. in 1. 2. & 3. pœna. numer. 7. & num. 12. & num. 15.) debet saltem vindicare sibi locum pœna refectionis damnorum, & interesse: quam inter alias pœnas contra attentantes connumeramus ibidem in 5. pœna: & ideo concludendum videtur, quod quamuis adeptio possessionis non sit secuta, & huiusmodi iactationis, & actus faciendi præparamenta non videantur posse per Iudicem efficaciter reuocari, & solitis attentatorum pœnis puniri, si tamen præparamenta, & iactationes fuissent tales, ex quibus arbitrio boni viri, possessor potuerit probabiliter moueri ad ita se muniendum, dictasque expensas faciendum, vtique Titium ad refarcienda huiusmodi damna condemnandum fore, quamuis attentatum quo ad possessionem non consumauerit, sed duntaxat attentare attentauerit. Et tenèdo hanc ad contraria: Responderi potest, & ad primū præfertim ad simile de volente clericum percutere, quod sunt diuersi termini, quia illa voluntas de per se non consideratur, neque tanquam delictum, neque tanquam pars delicti, prout considerantur ista præparamenta, vt dictum est supra in 5. fundamento 2. opi. nu. 13. Præfertim quia Titius desistit à capiendū possessionem, & à consumando delictum propter impedimentum facti, quia scilicet Meuius se muniuit: quo casu quòd propter impedimentum facti delictum non consumatur, punitur conatus, licet non sit secutus effectus, vt post Card. in cle. i. col. fi. de eo, qui mittit in possess. reiseruand. causa: tradit notanter Fely. vbi supra. nu. 3. vers. fallit primò: Ad secundum quòd in casu nostro non sumus in simplicibus terminis cogitationis, quia cogitatio processit ad actum faciendi præparamenta. Ad tertium quod nihil obest, immo concordat, quoniam neque hic Titius punitur, tanquam attentauerit capiendū possessionem, videlicet pœna nullitatis, & aliis pœnis de quibus supra proximè, sed punitur tantum pœna restitutionis damnorum, & interesse, quæ videntur causata ab innouatione, & præparamentis Titij, ob quæ Meuius probabiliter fuit coactus subire dictas expensas, ac pati illa damna, ac interesse.

AMPLIATIO DVODECIMA.

SYMMARIUM.

- 1 ACTVS factus lite pendente dicitur attentatus, etiam si fiat in executionem monitorij cum inhibitione, cuius vigore lis est introducta.
 - 2 Tertius si fuit admissus ad causam, & lite huiusmodi pendente capitulum tradiderit possessionem canonici catus ei, ad cuius instantiam fuerat factum monitorium capitulo, vt illi possessionem traderet, talis possessio dicitur attentata.
- D**VODECIMO amplia vt actus factus lite pendente dicatur attentatus, etiam si dicatur factus in executionem monitorij cum inhibitione, cuius vigore lis est introducta. Exemplum (cum quidam præterderet sibi deberi canonicatum, obtinuit monitorium ab ordinario contra capitulum ipsius Ecclesie, omnesque

alios ad parendum præcibus primariis per eum super dicto canonicatu obtentis, & ad tradendum sibi illius possessionem cum expressa inhibitione, ne alicui alteri possessionem tradere auderet, præterquam dicto instanti, nam si (reproduco monitorio) procurator capituli compareat, & insuper vigore clausulæ omnèsque alios, &c. & tertius etiā pro suo interesse fuerit admissus ad causam, & capitulum lite sic pedete illi, qui obtinuerat monitorium cum dicta inhibitione possessionem tradiderit) dubitatum fuit in vna Colonien. canonicatus coram Cotta 2. Iunij 1572. an talis possessio diceretur esse attentata, & quamuis ad excludenda attentata allegaretur, quòd dicta possessio erat conformis monitorio, & inhibitioni, & capitulum tradendo possessionem paruerat præcepto superioris, & faceret in executionem dicti monitorij, & consequenter non poterat verè dici, quòd attentauerit, ex quo attentata præsupponunt dolum, Rot. decif. 5. aliàs 25. de restitu. spol. in no. qui non videtur posse considerari dū exhibetur obedientia, Domini tamen tenuerunt possessionem esse attentatam, quia fuit data lite pendente etiam quo ad illum tertium secundum Regulam in Rubro, & nigro, vt lite pendente nihil innoua. & licet domini ibi expressè non respondeant ad illud de dolo, potest tamen arg. tolli, quia stante, quòd capitulum tradendo possessionem præiudicium inferebat illi tertio vtique non cessat dolum: Præterea (vt in facto ibi præsupponebatur) capitulum non dederat possessionem vigore monitorij, sed ex propria auctoritate.

LIMITATIO PRIMA.

SYMMARIUM.

- 1 ACTVS facti per modum continuationis non dicuntur attentati.
- 2 Continuans non attentat. & Ratio assignatur. numer. 5.
- 3 Litis ampliatur. 15. modis, vt nume. 7. 8. 10. 13. 15. 31. 36. 39. 40. 49. 48. 57. 59. & nu. 75. mota prætextu non debet quis sua possessione desistere. Limitatur sex modis, vt num. 67. 69. 73. 78. 87. & numero 90. Immo si illud faceret desperet.
- 4 Eligendi quasi possessionem continuans regulariter non attentat secundum commu. opin.
- 6 Continuans non spoliatur.
- 7 Attentare dicitur, qui prohibet ne quis suam possessionem continuat.
- 8 Continuans suam possessionem (etiam si vsus illius esset principaliter contra ius in iudicio deductum) non dicitur attentare.
- 9 Nisi esset contra ius, id est, captā lite pendente, quia tunc nullum dicitur habere iuris adminiculum.
- 10 Inhibitio non operatur, vt suam possessionem quis continuat non possit.
- 11 Nisi essent in possessione acquisita per clausulam constituti.
- 12 Vel esset aliàs possessio turbida.
- 13 Continuatio possessionis etiam vigore clausulæ, constituti excusat ab attentatis.
- 14 Nisi lis sit super inu. liti. diti. e. contractus, cui fuit appositum constitutum, & secuta inhibitiō.
- 15 Continuatio possessionis non solum facta ab eadem persona, verum etiam si fiat cum mutatione personæ excusat ab attentatis. Licet aliqui contr. vt nu. 22.
- 16 Hæres vniuersalis potest possessionem bonorum defuncti

- Et absque vitio a tentatorum lite pendente apprehendere. Ratio assignatur. num. 8. & 19.
- 17 Instantia causa cum toto iure defuncti transiit in heredem, prout erat apud defunctum
- 20 Subrogatio gratiosa etiam quoad possessionem operatur, ut possessio dicatur continuata a predecessore in subrogatum legis, & principis ministerio.
- 21 Successor etiam singularis potest allegare continuationem possessionis sui auctoris.
- 22 Continua in possessione non dicitur quando fit mutatio personae penitus diuersae, & quae auctorem non representat.
- 24 Possessione beneficii nomine camerae capta, si is (qui obtinuit deinde beneficium) post inhibitionem aliquos actus faciat, non potest illos ab attentatis excusare sub praetextu, quod continuauerit possessionem prius nomine camerae captam.
- 25 Recuperans incontinenti possessionem dicitur continuare, & non attentat.
- Immo etiam ex interuallo in casu de quo num. 30.
- 26 Spoliatus ingrediens lite pendente possessionem a qua fuerat eiectus, dicitur attentare.
- 27 Recuperatio possessionis infra quantum tempus fieri debeat ad hoc, ut dicatur incontinenti facta, relinquatur arbitrio boni viri.
- 28 Incontinenti factum dicitur quandoque, etiam id, quod fit intra decem annos.
- An autem hoc medio tempore requirantur praeparatione relinquatur arbitrio Iudicis considerata qualitate rei, & personarum aequum, & passivum, ut nu. 29.
- 30 Haeres pendente iudicio petitionis hereditatis, potest agere contra tertium rem partem ularem hereditatis occupantem, & illam ab eo recuperare.
- 31 Continuare suam possessionem dicitur quis etiam si opus esset expellere violentem ingredi.
- Nisi essemus in rebus mobilibus, ut num. 34.
- 32 Spoliare non dicitur, qui pro defensione rei suae alium expellit.
- 33 Possessione civile tantum habens, aut naturalem tantum, quando expellere possit violentem ingredi remissive.
- 35 Detentionis, non autem possessionis probatio requiritur in attentatis.
- 36 Continuare qui poterat propria auctoritate suam possessionem, non dicitur attentare si post inhibitionem iuit ad consilium Regium pro illius mantentione.
- 37 Pro sua possessionis mantentione licet etiam lite pendente ad re alium Iudicem.
- 38 Dummodo Iudex non excedat terminos mantentionis.
- 39 Reficiens dicitur continuare, & ideo non attentat, etiam post praecipuum, & inhibitionem sibi factam.
- 40 Instrumentalis possessio praecedens operatur, ut actus subsequentes tanquam facti in continuationem illius non censentur attentati.
- 41 Dummodo instrumentalis fuerit bona, & per eam fuerit acquisita possessio.
- 42 Secus si per eam nihil fuisset acquisitum, puta a alio existente in possessione.
- 43 Vel si postquam acquisiuit illam ammisit, puta quia fuerit electus.
- 44 Vel si capiens deinde Iudicem ad uerit, & ab eo monitorium obtinet, ut fructus sibi restituatur, & huiusmodi occasio fuerit inhibitus, nam actus postmodum gestos non potest ab attentatis excusare sub praetextu continuationis.
- 43 Possessor instrumentalis adiens Iudicem tanquam meticulosus videtur illam possessionem instrumentalem ammittere, & habere se pro eiecto.
- 46 Possessio generica puta nualium in genere (in quo quis

- ante litem fuit) sufficit ad inducendam continuationem respectu nualium in specie, & si dictorum nualium in specie fuerit lite pendente capta possessio dicitur potius continuata, quam attentata.
- 47 Nisi nualium in specie alter esset in actuali quasi possessione.
- 48 Ad inducendam continuationem possessionis (ut excludantur attentata) sufficit etiam praesumpta praecedens possessio.
- Nisi ipsemet causam committat. num. 10.
- 51 Vel aduersarius probaret suam quasi possessionem (etiam priuatiue) quo ad eum pro quo erat praesumptio de iure communi num. 52.
- Idem si esset questio super ipsa quasi possessione. nu. 54. Vel allegaretur non propria, sed possessio Tertij. nu. 55. Nisi essemus in Tertio qui alium representaret, ut in haerede, & subrogato. num. 56.
- 51 Episcopus praesumitur esse in quasi possessione corrigendi de iure communi.
- 53 Episcopus in qualibet parte suae diocesis potest erigere tribunal, Ita ut concurrat cum aliis inferioribus habentibus iurisdictionem.
- 57 Ex possessione rei principalis censetur etiam quis esse in possessione annexorum, & ideo si quid in annexis lite pendente fiat non dicitur attentari, sed continuari.
- Nisi constaret quod alius esset in possessione annexorum. num. 58.
- 59 Transferens detentionem rei super qua litigatur mediae locatione in conductorem, non dicitur attentare, sed continuare possessionem.
- Etiam si conductor esset vir nobilis, & locatore potentior.
- 60 Rubr. & tit. C. ne liceat potent. & de alienat. Iud. mutand. causa fact. declaratur tribus modis.
- Primo requiritur ut sit facta in potestatem. nu. 61. Secundo ut sit translata possessione, aut proprietate. nu. 62. Tertio ut adsit dolus, ut ibidem.
- 63 Ad verificandam continuationem possessionis totius rei sufficeret habuisse possessionem medietatis pro indiuiso ante litem.
- 64 Possidens rem pro indiuiso non potest continuare suam possessionem in medietate, sed dicitur continuare in tota re.
- 65 Civilis possessio sufficit ad introducendum continuationem ad effectum excludendi attentata.
- 66 Civiliter possidens si lite pendente capiat naturalem vacantem, non dicitur attentare, sed continuare.
- 67 Statutum mandans pro noua possessione solui gabellam, non habet locum, quando civiliter possidens capit naturalem.
- 68 Locator si commissa per conductorem contra eum causa capiat hac lite pendente possessione non attentat.
- 69 Continuatio possessionis lite pendente censetur prohibita quando Papa causam ad se aduocauit.
- Dummodo per continuationem fiat prauidicium negotio principali, aliis secus.
- 70 Continuatio possessionis, ut lite pendente sit licita debet fieri eo modo, quo fiebat ante litem, secus si sit in prauidicium partis.
- 71 Possessionem instrumentalem canonicus si quis prius coeperit, & deinde lite pendente iterum illam capiat cum perceptione fructuum, & distributionum quod dicitur non dicitur vii possessione diuerso modo sed continuatiue.
- 72 Possessor verus ille dicitur qui percipit fructus.
- 73 Existens in possessione eligendi de iure speciali non potest lite

- test lite pendente etiam possessionem continuare, alias diceretur attentare.
- Contra rariu. n. gatur. n. m. 76.
- 74 Archiepiscopus habet praesumptionem pro se circa ius visitand. Ecclesias suffraganeorum, & praesumitur esse in quasi possessione visitandi.
- 75 Suffraganei si probauerint quasi possessionem exemptionis respectu Archiepiscopi, & lite inter eos pendente Archiepiscopus voluerit illos visitare dicitur attentare.
- 77 Capitulum de iure communi non habet ius exercendi iurisdictionem, in Episcopo.
- 78 Possessio ut lite pendente continuari possit, debet de ea constare etiam de tempore ante litem.
- 79 Nec ad excusandum ab attentatis sufficeret possessio turbida, & de qua dubitaretur, & nu. 81.
- Licet aliqui contra, ut nu. 80.
- 82 Turbida possessio non suffragatur ad excludendum attentata sub praetextu continuationis.
- 83 Non dicitur turbida possessio quae fuit capta eo ipso die, quo fuit petita reductio laudi, cuius vigore fuerat facta immisio in possessionem.
- 84 Sequenti relaxatione, fructuumque sequestratorum consignatio facta post inhibitionem Rotalem in fauorem eius, qui ante inhibitionem vigore laudi fuerat immisus in possessionem non dicitur attentata.
- 85 Possessio, ut excludat attentata debet concludenter probari.
- 86 Possessio probata per testes nulliter examinatos non sufficit ad hoc ut si quid lite pendente fiat, illud praetextu continuationis excusetur ab attentatis.
- 87 Innouari potest in prauidicium possessionis nouae.
- 88 Possessio de recenti non excusat ab attentatis sub praetextu continuationis.
- 89 Temuta si fuerit data, & statim illius occasione lis inintroducta non potest habens temutam pretendere posse eam licite lite pendente continuare.
- 90 Perfidia ubi notaretur in attentante, reuocatur attentata non obstante praetensa possessionis continuatione.
- 91 Et dicitur nouum, & notabile remedium ad reuocanda attentata, licet cessent alia remedia.

LIMITATVR nunc ista regula principalis, quod actus facti lite pendente regulariter sint attentati quampluribus modis, & PRIMO ut non procedat quando tales actus fierent per modum CONTINUATIONIS, & Ideo (si quis existens in possessione alicuius rei) illam per modum continuationis exerceat, non dicitur innouare, & ratio est, quia regulariter lite pendente, non debet quis commodo possessionis priuari, ad c. i. vt lit. penden. cum simil. Cuius dicti, & rationis materia (licet & hic commodè collocari possit) quia tamen, & in hac principali conclusio ne (quod continuans non attentat, & illa, quod lite pendente, non debet quis commodo possessionis priuari) pro plena materiae pertractatione sunt diuersae, ac distinctae ponenda regulae cum suis ampliationibus, & limitationibus, ideo (ne materiae confundantur) tractabimus, hic solum materiam, & regulam continuationis possessionis, re feruantes aliam pro quarta, & vltima declaratio ne ad hanc regulam principalem: Vnde redeundo ad principalem regulam huius primae limitationis ex ea apud doctores illud tritum, & vulgare dictum, & quasi adagium semper allegari videtur, quod continuans, non attentat. Quod quo-

modo procedat, & sit intelligendum (si illud per modum regulae cum suis ampliationibus, & limitationibus explicemus) facillimè cuique apparebit. Sit igitur in hac prima limitatio.

- 2 REGULA ista, quod continuans non attentat. Quae probatur per not. per glo. magistrum ad med. in cap. non solum de appell. in 6. & in Clem. 2. vt lit. penden. & post eam Mil. in verb. innouare, & in verb. lit. pendente: pro qua est decis. Rot. 10. alias 89. Not. quod ubi post. de appell. in antiq. & decis. 43. alias 321. si appellatus de appell. in no. & decis. 44. alias 344. licet in causa. eo. tit. in no. ubi subditur, quod praetextu litis non debet quis a sua possessione desistere. Immo, si illud faceret, desiperet: Egid. decis. 701. Si possessor: Lafranc. decis. 447. possidens: Capit. decis. 72. sub numer. 2. Franc. in c. c. teneamur, in primo not. de appel. Paris. cof. 41. nu. 38. li. 1. Goz. cof. 75. Bel. lo. cof. 18. pp. 24. & seq. & nouissimè Menoc. de recup. poss. Remed. 17. nume. 49. q. 17. (ubi nulum ex praallegatis citat, sed ex recentioribus solum Bertrand. in conf. 31. num. 2. in r. parte lib. 1.) & Aug. Bero. in conf. 87. in causa. numer. 5. lib. 1. & nouissimè Natta cof. 606. approbo. nume. 13. lib. 3. apud quos omnes (ne lectorem allegationum mole grauari velle videamur) alios innumeros in hoc dicto concordantes videre cuilibet in promptu erit, In tantum, ut nulli sit dubitandum hanc esse communem opinionem, de qua testatur Paul. de Cast. in conf. 346. forma ampliori. col. 1. circa med. lib. 1. prout (loquens de eo, qui erat in qua si possessione eligendi) de ea testatur etiam Prob. apud Io. Monach. in c. i. vt lit. pend. in 6. & quod ab hac opinione nemo discrepat, testatur etiam Ant. Gab. (multos in id allegans) comm. cof. lib. 5. conclus. 6. in princ. Et huius regulae non solum illa est ratio quam considerat Paul. de Cast. in d. conf. 346. quia scilicet si continuans in per ceptione fructuum in lite succubat, tenetur eos restituere, iuxta ea, quae plenissimè dicemus infra in c. vlt. de poenis attent. in tertia poena, verum, & alia (videlicet) quia possessionis commodo lite pendente quis priuari non debet, ut in c. i. ext. vt lite pend. De cuius rationis dicto, & eius veritate late dicemus infra in dicta vltima declaratio ne: Cuius regulae in simili concordat alia propositio, Quod continuans non spoliatur. Rot. decis. 11. alias 259. si rector. de restit. spoliatur. in no. & post eam. Dec. conf. 460. viso. nu. 20. lib. 3.
- 7 AMPLIATVR nunc ista regula multipliciter, & Primo ut non solum continuatio non sit attentata, & quinimmo prohibitio, vel impedimentum (ne quis possit suam possessionem continuare) esset attentatum, ut no. glo. in dicto c. non solum, & Mil. ubi supra, & tradit Paris. conf. vltim. lib. 4. n. 14. ubi dicit illam glo. communitè approbari, quod & post Bertrad. in conf. 51. nu. 3. & cof. 253. nu. 1. in r. par. lib. 2. & lib. 6. affirmant nouissimè Menoch. de recup. poss. Remed. 17. nu. 50. q. 17. & tenet etiam Aug. Bero. in conf. 119. in causa. nu. 2. & nu. 10. lib. 3.
- 8 Secundo etiam si visus possessionis esset principaliter contra ius in iudicium deductum Franc. per illum text. in c. significante. in 4. not. & melius ibi in glo. r. num. 9. de appell. & post eam Ant. Gab. commun. conclus. lib. 5. de appell. & post eam Conf. 6. num. 9. & tradit post Cardin. in Clem. 2. op.

posit. de appell. & gl. in cap. non solum, de appell. in 6. & Imol. in c. bonæ, eod. tit. & in cap. venerabilis, de censibus, & allegata per Moder. in c. cum teneamur, de appell. Paris. conf. 39. non possunt. numero 6. lib. 1. Ruin. conf. 57. circa sub num. 3. lib. 4. Dec. conf. 97. in casu, in princip. lib. 1. Hanc tamen ampliacionem intellige, nisi possessio esset contra ius, id est capta lite pendente, quia hoc casu si post captā (vt præfertur) possessionē per aliquod temporis spacium in ea permanferit, illamq; continuauerit, huiusmodi continuatio illum non iuuat ad effectum, vt excusetur ab attentatis, secundum terminos regulæ huius primæ limitationis, quia nullum dicitur habere iuris adminiculum, de quo latius dicemus infra in 2. declaratione quartæ declarationis regulæ principalis attentatorum lite pendente.

10 Tertiò amplia, etiam si quis fuerit inhibitus: nam etiam post inhibitionem continuando, non dicitur attentare, vt probatur in c. 1. ext. vt lit. péden. & tradit Paris. d. conf. 39. nu. 8. vbi alios allegat. per no. in c. causam quæ, & in c. cum dilecta. de rescrip. & in c. cum olim, de offic. deleg. & tradit ex recentioribus Io. de Neuizza. in conf. 82. pro Hieron. nu. 35. iunctis his, quæ ibidem ponit numero 12. & post Paris. vbi supra. & Dec. in conf. 103. in causa possessionis: ponit etiam nouissimè Mandos. super regul. de subrogan. Collitigant. q. 8. nu. 5. & in tract. de inhibib. quæst. 23. per totam. Atque etiam Ant. Gab. vbi sup. numero 8. vers. 1. amplia. vbi in id allegat etiam Bertrând. conf. 4. col. 1. & seq. vol. 3. in no. & conf. 31. col. 1. vol. 1. in antiq. & est in recoll. Paleott. decis. 264. extabat, ad fin. Nisi si in casu de quo in proxima ampliacione, in quo post inhibitionem prætextu continuationis non excusaretur ab attentatis, & nisi si allegata possessio esset turbida, & in dubium reuocata, vt latius infra proximè, in 4. sublimit. num. 71. vers. immo magis dixerunt aliqui.

13 Quarto, vt procedat non solum, quâdo sumus in continuatione veræ, & actualis si possessionis verum etiam quando essemus in continuatione possessionis, quæ habetur per clausulam constituti possessorij, vt colligitur ex not. per Paris. cōf. 172. in causa. sub numer. 12. libro quarto. Quod tamen limita si, vt non procedat, quando lis esset super validitate, seu inualiditate contractus, in quo fuerit tale constitutum appositum, quia (hac lite pendente, & post inhibitionem in ea factam) in vim dicti constituti possessionem continuare quis non potest absque vitio attentatorum, vt est in recoll. Cottæ. decis. 168. Pro qua limit. fa. quæ dicimus infra in d. 4. limi. nume. 71. vers. immo magis. Et melius quod fuit per Dominos dictum in vna Fulginaten. bonor. & spoliij attentati coram Caputaquen. 11. Februarij 1558. in qua (cum dubitaretur, an donatarius, qui commissa causa super validitate donationis, & lata sententia in eius fauorem, & interposita per eius aduersarium appellatione possessionem est ingressus) diceretur attentasse, & ad excusanda attentata allegaretur, quod ipse vigore clausulæ constituti (per quam & ciuilem, & naturalem habebat possessionem) ingrediendo videretur potius continuasse, quam de nouo acquisisse) Domini tamè dixerunt, quod (ex quo commissio erat super validitate donationis) talis possessio fuit attentata per cōf. Soci. 78.

nu. 7. ad fi. vers. cōfirmatur ista opinio. lib. 3. Quod etiam firmauerunt Domini in eadem, eodem proponente, sub die 20. Iunij. 1558.

Quintò vt procedat non solum quando talis continuatio fit ab eadem persona, si verum etiam quando fit cum mutatione personæ (quæ tamen representet illum de cuius possessionis continuatione tractaret. Hinc videmus, quod hæres si vniuersalis potest possessionem bonorum defuncti absque vitio attentatorum apprehendere, ad text. in aut. nunc si hæres, & ibi Bald. col. 1. vers. nota istam. C. de litig. & in corpore, vnde sumitur, in aut. de litigio. in princip. vers. & hoc adiiciendum est: quia instantia cum toto iure defuncti si transit in hæredem, prout erat penes defunctum. I. hæres absens, & le. si petitor. ff. de iudic. c. quia G. & ibi Abb. Fely. & alij de iudic. & post Soci. in conf. 31. col. 4. in princ. lib. 1. tradit Marant. in Specul. in 5. parte, numer. 12. fol. 69. Qua ratione attēta fuit aliàs in terminis nōstris per Dominos in vna Mefanè. Baroniarum coram D. meo Oradino. 5. Nouembris. 1565. decisum, non constare de attentatis ob id, quod is, qui (vti hæres) caperat in casu illo possessionem dicitur continuare possessionē defuncti, non autem attentare. si Quæ conclusio potest etiam ea ratione comprobari, quia (cum per mortem possessoris dicatur fieri possessio vacans) regulariter vacans possessio potest etiam lite pendente citra vitium attentatorum capi, vt diximus supra in prima illatione huius regulæ principalis. num. 329. si Et ex eo est, quia cum persona hæredis (qui nunquam fuit in lite) possit dici tertius, consequenter sequitur, vt non dicatur attentare, iuxta ea, quæ latius diximus supra cap. 3. de attentatis à tercio. numero 6. Et suadet etiam hæc quinta ampliatio ex decis. Egid. 529. Si Titius. vbi lite pendente inter duos commendatarios diuersarum præceptoriarum super iuribus alterius præceptorij (si alter moriatur & sibi Seius subrogetur, & in possessionem dictorum iurium inducatur) talis inductio (licet lite pendente facta) non reuocatur per viam attentati, quia videtur potius continuatio, quam noua inductio, cum præceptorij nunquam possessionem ammisserit, vnde ex d. dec. satis colligitur hæc ampliatio, vt talis continuatio procedat citra vitium attentati, etiam si fiat mutata persona. Quod ex eo etiam cōprobari potest, quia subrogatio gratiosa etiā quoad possessionem operatur, vt possessio dicatur continuata à prædecessore in subrogatum legis, & principis ministerio, non autem denuo acquisita, vt fuit aliàs tentum per Dominos in vna Perusina parrochialis Sanctæ Crucis, sub die 24. Decembris 1558. & est decisio in recolle. Paleott. 118. iuxta, & in alia Gebenen. parrochialis coram A. Augustino sub die 27. Februarij. 1553. vt refert Paleott. ibi, post Mohed. in decis. per eum allegatis. Quæ conclusio suadet etiam ex his, quæ dixerunt Domini in alia Cremonen. præposituræ coram Caputaquen. 4. Decembris. 1560. in qua voluerunt, quod successores si etiam singularis, possit allegare continuationem possessionis sui auctoris, non solum si ad eam fuit gratiosè subrogatus (quod non videtur habere dubium, per ea, quæ dicta sunt supra in 1. illat. numero 339. & seqq. in materia subrogati) verum etiam si non cōstaret de subrogatione, prout retulerunt ibi fuisse tē-

tum in vna Asculan. coram A. Augustino, & eodem Caputaquen. de mense Maij 1556. & de mense Nouemb. 1577. vbi etiam D. meus Oradino in voto suo super illa causa (vltro Alciat. regul. 2. præsump. 21. limit. 2. & 5.) addit ad idem etiam Claud. in l. Pomponius. §. ff. de acquir. poss. Bal. in l. Celsus. nu. 6. ff. de vsucap. & Alex. conf. 32. col. fi. li. 3. Quod etiā senserunt Domini in vna Vicen. S. Felicis coram Caputaquen. 21. April. 1559. in qua de dicta Asculan. mentionem faciunt. Et licet præmissa videantur posse in dubium reuocari ex his, quæ ponit Natta in cōf. 399. post quā numero 2. lib. 2. (dum conatur deducere, quod facta cessio, & mutata persona non possit habere locum continuatio) cessat tamen omnis difficultas intelligendo præsentem ampliacionem (vt supra dictum est) in eo, qui fuit gratiosè subrogatus, prout etiam ille in fine dicti consilij re-

23 cte animaduertit. Secus autem si esset dicendum, si persona mutata, & quæ ad inducendam exclusionem attentatorum vigore continuationis vel letniti possessione alterius personæ diuersa, & in qua non adesset prædicta representatio, & subrogatio, prout (si capta possessione alicuius beneficij noie Cameræ apostolicæ, si q. deinde obtinuerit illud beneficium faciens quosdam actus possessorios (postquā fuerat inhibitus) velit (ad excusanda attentata) allegare, quod illos fecit per modum continuationis possessionis nomine cameræ aliàs captæ, tales enim actus esse attentatos, nec excusari prætextu assertæ cōtinuationis tenuit aliàs maior pars dominorum in vna Parmen. parrochialis Sancti Siluestri coram Iunio. 20. Aprilis. 1556.

25 Sextò amplia, vt procedat, etiam si talis continuatio fieret per modum recuperationis: Continuare enim dicitur, qui possessionem in continenti recuperat, & per consequens non dicitur attentare, vt est decis. Rotæ Fastol. causa 20. in primo dubio, & post eam Dec. conf. 460. viso. n. 20. lib. 3. Pari. conf. 1. numer. 143. & conf. 41. optimum. nume. 38. & 39. li. 1. aliàs enim (si quis præsupponatur à possessione eiectus, & lite pendente possessionē ingrediatur) regulariter si diceretur attentare, etiam, quod prius possederit, vt fuit tentum in vna Theatina Archipresbiteratus coram Caputaquen. 10. Octobris. 1560. vt est in recoll. eiusdem primo, decisio. 229. incip. cum lis. Quæ continuatio per modum recuperationis, licet debeat fieri incontinenti, quantum tamen si temporis exigatur relinquatur arbitrio boni viri, vt inquit Paris. conf. 24. præsupponitur. numero 16. & seqq. libr. primo, & quandoque incontinenti si dicitur fieri, licet fiat infra decem annos, vt idè Paris. d. conf. 24. nu. 15. & Gozzad. conf. suo primo. num. 31. Quod etiam post Bald. & alios quos allegat, firmat Alciat. in conf. 45. lecta instructio ne, nume. 11. lib. 1. & iterum conf. 104. non obstantibus. in princ. An autem si intra tempus ante recuperationem requirantur præparamenta, seu potius protestatio, & quod in hoc debeat considerari qualitas rei, & personarum actiue, & passive, tradit not. Ruin. conf. 42. quoniam scio, nu. 16. & seq. lib. 4. quem refert, & cum commendatione sequitur nouissimè Menoch. in conf. 2. magni ponderis. num. 180. lib. 1. & quod hæc omnia relinquuntur arbitrio iudicis tradit nouissimè, &

(relatis pluribus opinio.) firmat idem Menoch. in tractatu de arbit. iud. libr. 2. cent. 1. casu 11. per totum post Bart. Bald. Angel. Alex. Bellamer. Bertrând. Ruin. Marfil. & Tiraq. in locis per eum alleg. Quæ Ampliatio adhuc ampliari potest, vt non solum procedat quâdo recuperatio fieret incontinenti, verum etiam si ex interuallo in casu infra scripto, puta quando intentato contra aliquem Iudicio vniuersali petitionis hæreditatis, reus, & possessor (hac lite pendente) vellet agere coram alio iudice pro recuperatione alicuius rei particularis contra tertium, qui dictam rem particularem possideret: hoc enim casu (si feratur sententia in fauorem possessoris, illèque rē recuperet, talis sententia, ac recuperatio non censetur attentata, nec venit reuocanda, vt fuit aliàs resolutum in vna Mantuana coram Io. Paulo, vt est in recoll. Gambar. decis. 41. incip. Mantuana.

31 Septimò etiam si si pro continuanda sua possessione opus esset expellere volentem ingredi (nam si qui pro defensione rei suæ aliquem expellit non dicitur spoliare, sed possessionem suam defendere) vt post Io. Andr. in addit. ad Spec. in titu. de petitor. & possessor. §. 1. in fin. not. Mil. in verb. spoliare non dicitur, fol. 367. vnde sicut expellens in isto casu non dicitur aliū spoliare, ita nec (ad propositum nostrum) dicitur attentare possessor, si expellat volentem ingredi lite pendente, cum hoc casu inter spoliū, & attentatum non videatur diuersa ratio. Generaliter autem quomodo possessor si habens naturalem tatum, vel ciuilem tantum possit expellere volentem ingredi, vide apud eundem Mil. in verb. possessor, potest illud, & c. fol. 279. Quamuis autem pro continuanda possessione liceat repellere volentem ingredi (quando sumus in rebus stabilibus) non tamen si liceret (quando essemus in rebus mortalibus) lite pendente illas auferre ab eo, qui illas detinebat, etiam per eum, qui in illis prætenderet interesse, & se dominum: quia tunc diceretur attentare, nec excusaretur sub prætextu, quod dicta asportatio fuerit facta animo continuandi suam possessionem ciuilem, vt fuit resolutum in vna Amerin. attentatorum coram Finetto. 14. Nouembris. 1569. & ex multis, quæ in dicta causa allegabantur (ad quæ decis. se refert) illa erat potissima ratio, quia scilicet in attentatis, & pro illorum reuocatione, non requiritur probatio possessionis, sed sufficit detentio. Rota decis. 11. aliàs 56. nota quod si aliquis, de caus. poss. & proprie. in antiq. & dictum est latius infra in 3. par. c. 26. de probatio. attentatorum, vers. Regula in hoc primo extremo. Quæ detentio in casu illo erat penes pupillas, quæ passè fuerunt attentata: Quibus potest addi ratio, quia scilicet continuatio (vt excludat attentata) debet fieri eo modo, quo ante litē, vt dicemus infra in 2. lim. huius reg. Ablatio autē, & asportatio est vsus diuersus, vt de se patet.

36 Octauò Amplia, vt procedat etiam si si is, qui poterat propria autoritate defendere, & continuare suam possessionem iuisset (postquam etiā fuisset inhibitus) ad consilium Regium pro maintenance suæ possessionis, nam non attendere eum dixerunt Domini in vna coram Prospero, vt est decis. in recoll. Achill. de Grass. 34. attentare noluerunt, sub tit. de attent. quam refert (licet omnino probare non videatur) Mandos. in tract. commissio in

missio. in 14. formul. commissiois attentat. in verb. reuocandi, quæst. 4. cuius Ampliationis vis in hoc consistit, quia litis pendentia (& multò magis inhibitiō) videbatur facere actum illicitum, qui aliàs fuisset agendi licitus, vt supra, hoc eodem capit. in r. Ampliat. princip. per totum, & infra capitul. 20. de attent. post inhib. in prima ampliat. per totam. Et pro ista Ampliat. fa. quia pro t. conferuatione, & manutione suæ possessionis licet etiã ad alium iudicẽ accedere, ad no. in c. cum teneamur, de appell. Paris. consil. 172. quod est vltim. 37 lib. 4. Si autem t. consilium regium, aut alius iudex vltra manutionem possessionis aliud faciat (puta sequestrando, & ad manus Curie domini iustitiæ rem, de qua agit apprehendendo) & sic modus excedatur, tunc ea omnia dicuntur esse attentata, vt fuit resolutum in vna Cæsar Augustana iuris eligedi coram D. meo Oradino 7. Febr. 1561. secundum quam resolutionem fuit deinde idem tētum in alia Vercellen. iactationis parochialis de Aldea coram Paleot. sub die 27. Iunij 1561. vt est in recoll. eiusdem Paleot. decif. 372. incip. dubium erat.

39 Nonò Amplia, vt procedat etiam si t. huiusmodi continuatio fieret per modũ refectionis, quia reficiens etiam post præceptum sibi factum, non dicitur innouare, vt consuluit Alcia, in causa propria in consil. 100. incip. Alciati causa, in fi. numer. 8. lib. quinto.

40 Decimò Amplia, vt etiam t. possessio instrumentalis ante litem sufficiat ad excusandum ab attentatis actus qui fierent deinde lite pendente t. si per talem instrumentalem fuit acquisita possessio, vt fuit dictum per Dominos in vna Vrbeuetan. parochialis Castri ficulis coram Acorambono, sub die 5. Maij 1557. in qua (cum ante litem motam Cardinalis Crispus, vigore sui regressus, cepisset instrumentalem possessionem, & deinde lite mota prætenderetur illum (eiiciendo Capellannum Fœlicis aduersarij, nonnullos alios actus faciendo) attentasse, & ad excusanda attentata allegaret, quod illos fecerat per modum continuationis) Domini dixerunt, quod si per illam instrumentalem Cardinalis acquisiuit possessionem, tunc cessant attentata, aliàs (si eo tempore Fœlix fuisset in possessione) ita vt (alio possidente, per instrumentalem Cardinalis nihil acquisiuisset, vel etiam quia non esset locus regressui) tunc fuerunt pro attentatis. Quod etiam firmatum fuit in alia Ilerden. sacristiæ corã Fantutio sub die 9. Decemb. 1555. quod videlicet, possessio instrumentalis (de qua ibi) esset bona, & alia capta illic ad nonnullos annos esset continuatiua. Quod etiã fuit resolutum in alia Roma. Canonicius S. Mariæ Rotundæ coram Cotta, 19. Nouëbris 1563. quod cum prima possessio (quæ erat instrumentalis) esset bona, & capitulariter tradita secunda possessio præsumatur cõtinuatiua, & nõ attentata, non obstat, quod esset capta appellatione pendente, t. secus tamen esset, si per instrumentalem nihil acquisiuisset, puta quia fuisset capta alio existente in possessione, vt erat in facto in vna Theatina Archipresbiteratus coram Caputaquen. 25. Octobr. 1560. t. Item secus si per illam instrumentalem acquisiuisset possessionem, sed acquirens illam ammisisset: quia fuit expulsus, nam tunc stante interruptione non potest a-

legari continuatio. l. naturaliter. ff. de vsucap. vt tenuerunt Domini in dicta Theatina coram Caputaquen. 25. Octobr. 1560. Hæc autem quæ de instrumentali possessione dicta sunt, videtur possid. se non inutiliter limitari, vt t. non procedat, quãdo (postquam illa fuisse capta) capiens Iudicem adiuerit, & absque eo quod dixerit illum adire, vt vrbanius ageret simpliciter petierit, & obtinuerit ab eo monitorium contra possessorem, vt euacuaret, & fructus restitueret, nã si postea fuerit inhibitus, & post inhibitionem aliquos actus possessorios fecerit, & velit eos ab attentatis excusare sub prætextu continuationis non videtur id admittendum, eo quia t. adeundo simpliciter iudicem (tanquam meticulosus) possessionem illam instrumentalem dicitur ammisisset, & habuisse se pro eiecto. leg. 1. §. in operis, & ibi glo. & l. de pupillo. §. meminisse. ff. de no. oper. nuq. Ias. in leg. 2. numero 115. C. de iur. emphit. quæ ammissio excludit continuationem. l. naturaliter. ff. de vsucap. quo argumento in contingentiã facti vt bantur excellentes Aduocati in vna Meten. parochialis de Racuria coram Chiffanen. 18. Ianuarij 1555. in qua licet quoad processum, & alios actus (præter possessorios) Dominus tenuerint, p. attentatis, & quoad possessionem dixerint, quod videretur, motuum tamen videtur satis stringere, & probabiliter, ac verè posse pro limitatione præmissorum accommodari.

46 Vndecimò videtur posse ampliari, vt t. ad excusandũ attentata prætextu continuationis, nõ solum sufficiat probare in specie possessione rei, super qua prætenditur fuisse attentatum, verum etiam si probaretur possessio generica, & ex illa vellet, quis inferre ad continuationem possessionis aliarum rerum sub illo genere contentarum: Exemplum si capitulum alicuius Ecclesiæ sit in quasi possessione exigendi decimas noualium in genere, & deinde Papa, decimas noualium futurorum alteri (puta Comiti) concedat, & hac occasione inter capitulum, & Comitem orta lite, Capitulum (probata sua possessione in genere) obtineat mandatum de manutenendo, cuius vigore exigat decimas noualium post concessionem Comitis ad culturam redactorum, & Comes prætendat talem exactionem fore attentatam (quia lite pendente nihil erat innouandum) attento, quod Capitulum respectu nouorum noualium nullam potest in specie prætere possessione, Capitulum verò ad excusanda attentata alleget, quod (cum esset in quasi possessione noualium) quicquid exegit fecit in continuationem suæ antiquæ possessionis, & aliàs cum casus euenisset de facto in vna Hispalen. decimarum coram Serafino 26. Februa. 1567. Domini dixerunt articulum attentatorum esse in obscuro, & de attentatis nõ cõstare, cum gesta à Capitulo fuerint facta virtute mandati de manutenendo dati à Rota, & consequenter illa possessio antiqua, & noualium in genere fuit sufficiens ad excludenda attentata in noualibus nouis, & in specie: in quorum possessione verè nunquam potuerat esse Capitulum:

47 Quod limita nisi t. huius possessionis in specie, aliàs esset in quasi possessione, vt cõsideratur etiã infra proximè in xiiij. ampliatiõne, de annexis, in fi. num. 58.

48 Duodecimò potest ampliari, vt t. ad inducendã hanc con-

hanc continuationem sufficiat etiam præsumpta possessio de iure communi, vt colligitur ex his, quæ ponit Rota. decif. 10. aliàs 89. nota quod vbi. verf. & ratio, ibi quia vbi de iure t. communi præsumitur possidere non videtur attentare, & c. de appellat. in anti. ex qua decif. fuit aliàs resolutum in vna Boianen. Iurisdictionis inter Archiepiscopum Beneuentanum ex vna, & Episcopum Boianen. ex altera coram Capizucco sub die 21. Iunij. 1555. quod (licet præfatus Episcopus prætenderet se exemptum à visitatione dicti Archiepiscopi, & desuper causam iactationis commisisset, quia tamen dictus Metropolitanus (qui per alium visitabat) fuit visitare prohibitus, & visitator contra prohibetes cõfuras fulminauit (licet dictus Episcopus prætenderet ea omnia fuisse tanquam attentata reuocanda) Rota tamè dixit nõ constare de attentatis, attento, q. Metropolitanus præsumebatur de iure esse in possessione visitandi, & Episcopus non d. ocuerat se esse in quasi possessione libertatis. Illud autem, quod dictũ est, quod is, qui præsumeretur de iure communi possidere (si quid lite pendente fecerit) potest prætextu continuationis, se ab attentatis excusare, vt in Metropolitanano, & aliis qui respectu inferiorum dicuntur habere fundatam intentione de iure communi videtur notabiliter limitandum. Primò t. vt non procedat, quando ipsemet ordinarius commisisset causam superioritatis, & iurisdictionis, quia (si quid faceret postquam causam commisit, & lite pendente) diceretur attentare, vt dixerunt Domini in vna Iuuenacen. iurisdictionis corã Grato, die 1. Aprilis 1566. in qua (cum Episcopus prætenderet Archipresbiterum Terlisij esse sibi subiectum & posse eum, & clericos, suæ ecclesiæ visitare, & corrigere, ille verò e contra diceret se exemptum, & pro parte Episcopi fuisset commissa causa in Rota (qua p. d. te quosdam clericos carcerasset, & alia etiã fecisset in præiudicium litis pendentes) & daretur cõtra eum pro parte Archipresbiteri de attentatis, à quibus ille se tueri nitebatur ex eo, quia (licet quasi possessio corrigendi per eum nõ fuerit probata, t. tamen de iure communi præsumebatur ad fundandã eius intentionem. c. i. & c. irrefragabili, & to. tit. de offic. ord.) Domini tamen tenuerunt constare de attentatis, ob regulam, quia facta fuerant lite pendente, & ad præsumptã possessione de iure communi dixerunt, quod ius cõmune non obstat, quia tueretur eum, non tamen vt attentet, postquam ipse causam commisit. Quæ consideratio (vltra eos) coadiuari ex eo potest, quod diximus supra hoc eodem cap. 4. in prima ampliatiõne, quod litis pendentia facit illicitum quod fuisset aliàs facientilicium, præsertim in exemplis de domino directo, & de spoliato, qui si contra emphiteutam, & contra spoliante alter, causam committant, non possunt amplius lite pendente, propria auctoritate re ingredi prout antea potuissent. Quod ex eo etiam comprobari potest, quod in similibus terminis concluditur in subrogato, quicquid possit (etiam lite pendente) possessionem licite capere, id tamen sibi denegatur, si ipsemet causam commisisset, vt diximus supra in præfatione huius cap. 4. in prima illatio. numero 364. verf. quartò limitandum videtur, & similiter in eo, qui obtento Breui, cum clausula

citra vitium attentatorum, licet regulariter absque dicto vitio possit possessione capere, id tamè sibi vltra non conceditur postquam ipsemet causam super subreptione Breuis commisisset, vt diximus etiam in dicta præfatione, in prima illat. numero 419. verf. quintò puto non inutiliter. Secundò limita, vt non procedat, t. quando contra hanc præsumptam quasi possessionem de iure cõmuni Episcopo competentem is (qui passus est attentata) probaret suam quasi possessionem ante litẽ (etiã priuatiuè quoad Episcopum) tunc enim huiusmodi præsumpta possessio sub prætextu continuationis non excusaret attentata, vt senserunt Domini in vna Abulen. iurisdictionis corã D. de Rubeis. 4. Iulij. 1565. in qua (cum Episcopus causam super iurisdictione contra Archipresbiterum commisisset, & lite pendente Vicarium in loco (vbi Archipresbiter prætendebat habere iurisdictionem) deputasset, & in super notarius, (ne ad audientiam Archipresbiteri accederent prohibuisset, & pro parte Archipresbiteri daretur de attentatis, & instaretur pro reuocatione dicti Vicarij, & prohibitionis prædictæ. Et pro parte Episcopi allegaretur t. quod de iure cõmuni ille habet intentionem fundatã, vt liberè possit in qualibet parte suæ diocesis erigere tribunal. c. i. de offic. ord. c. cum Episcopus, eo. ti. in 6. (ita vt concurrat, etiam cum aliis inferioribus habentibus iurisdictionem, ad no. in c. pastoralis, de offi. ord. & in c. cum ab ecclesiis, eo. ti. Hostien. in c. fi. de offic. Archid. & post alios Franc. in d. cap. cum Episcopus, numer. 3. Pro parte verò Archipresbiteri pro verificatione attentatorum fuissent examinati testes super illius quasi possessione, & fuisset semel dubitatum antea sub die 8. Iunij. 1565. an constaret de attentatis, & Domini loco resolutionis iterum dubitauerint, an testes probarent possessionem Archipresbiteri priuatiuè quoad Episcopum, demum dicta 4. Iulij tenuerunt probari possessionem, etiam priuatiuè quoad Episcopum, & sic tacitè senserunt constare de attentatis. Præsertim (dum in fine dixerunt) considerandam esse præfixionem termini ad docendum de attentatis, quam Episcopus allegabat, quasi præfixio excluderet Archipresbiterũ ab attentatis, non aut quod non constaret de illis: Ex quibus sequitur, quod præsumpta possessio non suffragatur, quando per aduersarium probaretur de sua contraria possessione, & re vera in dicta Abulen. non poterat nisi pro attentatis concludi. Tum quia regulare est quod probatio possessionis ante litem (facta per eum, qui passus est attentata) excludit continuationem, vt dicit Rota. d. decif. 10. aliàs 89. de appell. in anti. Tũ quia in dicta Abulen. Episcopus met causam commiserat. Vnde in trat etiam præcedens limitatio, prout demũ contra Episcopum fuit resolutũ sub die 27. Nouëbris. 1566. eodem proponente, etiam postquam latifimè fuit vltimò loco disputatum, an iurisdictione, de qua ibi fuisset in iudicium deducta, tam priuatiuè, quam cumulatiuè inter eosdem Episcopũ, & Archipresbiterũ, & optimè faciunt decif. quas allegauimus infra. nu. 74. & seqq. Tertio limita, nisi t. esset quæstio super ipsa possessione, quia tunc præsumpta possessio, nõ sufficeret ad effectũ continuationis, prout verè sentit dicta decif. Rota 10. aliàs 89. nota, quod vbi de appell. in anti. & melius

& melius, & clarius id habetur decif. 7. alijs 116. nota, quod ubi Episcopus, ibi secus esset si super possessione, &c. de sent. excom. in antiq. Qualimitatio comprobari potest ex eo, quod in simili dicitur, quod licet patronus, qui est in quasi possessione presentandi, possit etiam lite pendente presentare, ut deduximus supra hoc cap. 4. in praefatione in 5. illatione, in 2. limi. regulæ ibi positæ, numero 546. id tamen sibi minimè licet, si sit quaestio super ipsa possessione, ut ibidem, versicul. hæc autem secunda limitatio. numero 550. Quartò limitatio, ut procedat quando allegatur propria possessio, secus si allegatur possessio tertij, quoniam licet possessio praesumatur continuata, quando quis allegat propriam possessionem, hoc tamen non procedit si allegatur possessio tertij, ut dixit formaliter Put. decif. 11. possessio, sub rubrica de caus. poss. & propriet. ita fuisse decifum in vna Armen. Capellæ coram A. Augustino 28. Octo. 1547. auctoritate Bar. in l. 2. C. de excep. & Paris. conf. 47. in fi. lib. 4. & Anchar. conf. 97. col. pen. 56 vers. præterea. Quæ limitatio intelligenda est in merè tertio, secus si essemus in tertio alium representante, ut in hæc de, vel subrogato, per ea, quæ diximus supra in v. Ampliat. huius primæ limitatio. num. 16.

57 Decimo tertio Amplia, ut ex possessione rei principalis censetur etiam continuari possessio in annexis, & accessorijs (licet quis in dictis annexis verè, & actualiter, non fuerit in possessione, ut possit dici eam continuare, nisi habito respectu ad possessionem rei principalis, Exemplum, si quis vigore literarum Apostolicarum adeptus fuerit possessionem Canonicatus, & præbendæ cum iuribus, & pertinentiis suis, & annexis, & ita fuerit per Capitulum admissus, dato sibi stallum in choro, & loco in Capitulo) & deinde orta differentia inter admissum, & Capitulum super dicto Canonicatu, & fructuum illius perceptione, commissa causa in Rota, & secuta etiam inhibitione contra prouisum, & tempore perceptionis distributionum quotidianarum (Capitulo recusante illas sibi dare) prouisus habito recursum ad Auditorem Cameræ, & docto de sua possessione, & admissione ad canonicatum, (& consequenter etiam ad distributiones quotidianas) ab eo obtineat mandatum de manutenendo, cuius vigore perceperit dictas distributiones: Capitulum autem prætenderet eum attentasse, ille verò ad excusanda attentata allegaret, quod fecerat in continuatione suæ principalis possessionis, quam habebat in canonicatu, & dubitaretur an prouisus obtinendo dictum mandatum de manutenendo, & illud exequendo diceretur attentasse, eueniente casu in vna Camerinen. attentatorum coram Al. do brandino. 6. Martij 1554. inclinauerunt Domini pro non attentatis, & demum 17. Maij eiusdem anni eodem proponente, fuit tentum pro non attentatis, quia prouisus fecerat animo continuandi possessionem, quam habebat in distributionibus quotidianis, nam cum in literis concederetur Canonicatus, & præbenda cum iuribus, & pertinentiis suis, & cum annexis, & Capitulum postea immittat eum in possessionem iuxta formam litterarum, censetur immittere, etiam quoad distributiones tanquam in annexis, & accessorijs, & allegabatur doctri. Anch. in c. sine pos-

sessione. col. 16. ad fi. vers. si ergo Canonicus, de re. iar. in 6. Ferret. in conf. 14. numero quarto, & 5. qui alijs allegat, & in simili Dec. in conf. 271. sub num. 17. vers. & licet dux, & vers. secundo potest responderi. Quod tamen necessariò intellexerunt, nisi constaret, quod alius esset in quasi possessione harum distributionum respectu eiusdem Canonicatus, ea ratione, quia si apparet de vera alterius possessione, utique ista tacita possessio in annexis resultans ex possessione rei principalis non induceret continuationem, cum appareat per alium esse interruptam, nec excusaret ab attentatis. iuxta decif. Rottæ 10. alijs 89. nota, q. de appell. in antiq. & quamuis Domini ibi resoluerint pro non attentatis, quia tamen prouisus (licet possessionem suam continuauerit per dictum mandatum) videtur fuisse in aliqua culpa, cum tale mandatum debuisset obtinere à Rota, vbi causa pendebat, fuit per modum prouisionis ordinatum, quod prouisus illi mandato cederet, retenta tamen distributionum possessione, & articulo extensarum dilato in aliud tempus.

59 Decimo quarto Amplia, ut talis continuatio possessionis citra vitium attentatorum non solum fieri possit fructus percipiendo, & alios actus possessorios exercendo, verum etiam rem super qua litigatur alteri locando, & sic etiam de retentionem in conductorem transferendo, ea ratione quia rem locare dicitur actus possessorius ad l. quod meo, & l. quamuis. §. per colonum, & ibi not. ff. de acquir. possess. & ita fuit tentum in vna Rauennaten. bonorum, coram Gropperio, decima Decembris. 1563. in qua fuit dictum, quod locatio (de qua ibi dubitabatur) non erat attentata, quia in facto præsupponebatur, quod locatores essent in possessione ante locationem. & ideo censentur locasse continuando possessionem, per consil. Paris. vltimum, libro quarto. Quæ ampliatio ex his, quæ ibi in facto præsupponebantur adhuc ampliari posse videtur, ut procedat etiam si talis locatio fuit facta viro nobili, & ipso locatore potentiori: quia non per hoc esset dicenda magis inualida, aut attentata, quasi tunc haberet locum titulus. C. nelicet potentioribus, & titulus de alienat. iud. mutad. caus. fact. tum

60 quia dispositio dictorum titulorum longè est diuersa à titulo de litigiosis, & à materia nostra attentatorum, ut declarat gloss. in cap. primo, in verb. fuerint, & ibi quoque Abb. in secundo notab. de alien. iud. mut. causa fact. Tum quia ad hoc, ut illa iura sibi locum vendicent requiratur, ut sit facta in potentiorum alienatio dominij, vel saltem possessionis, quod non cadit in locatione, cum per eam nec possessio, nec proprietates in conductorem transferatur. l. certè. §. is, qui rem. ff. de præcar. l. prima. C. commun. de vsu cap. cum simil. In eum igitur, non potest dici facta alienatio, qui non possidet suo, sed nomine conductoris, ut tradit Abbas in d. cap. 1. sub numero primo, de alie. 61 iud. mut. causa fact. Præsertim quia l. 1. C. nelicet potent. procedit quando quis dolose, & in fraudem rem de qua agitur in alium transfert, ut declarat post alios Menocch. de recuperand. possess. in primo remed. quæst. 33. sub numer. 381. ad fin. & Roland. in consil. 38. de duobus. numero 26. libro secundo. qui dolus in locatore hoc casu, non videtur posse considerari, cum vtatur iure suo, & lege permittente

permittente ad l. Gracchus, de adulter. cum simil. 63 Decimo quinto Amplia, ut pro verificatione huiusmodi continuationis etiam ad effectum excludendi attentata respectu totius rei sufficiat habere medietatem illius rei super qua litigatur pro indiuiso, & ideo si mortuo consocio, & litis consorte superstes, sub prætextu deuolutionis, consolidationis, reintegrationis, aut alia ex causa dicat totam rem ad se pertinere, & lite (ut præfertur) pendente aliquem actum possessorium faciat, non dicitur attentare, sed potius suam antiquam possessionem continuare, & ratio est, quia 64 possidens pro indiuiso non potest continuare suam medietatem, nisi in tota re, ad no. per Bartol. & post alios ibi Iaso. in l. serui electione. §. labeo, numero 17. & 18. ff. de leg. primo, unde licet quis non esset dominus nisi pro medietate pro indiuiso, ista tamen indiuisibilitas (ut ita dixerim) causat possessionem respectu omnium, & singularum partium ipsius rei, & consequenter (licet de nouo acquiratur ius in proprietate alterius medietatis) tamen actus possessorij facti per superstitem mortuo consorte, si referantur ad possessionem antiquam (quæ erat respectu totius) erunt continuatiui, & non de nouo acquisitiui. Et propterea ex hac ratione dixerunt alijs Domini non constare de attentatis in vna Massanen. Baroniarum coram Domino meo Oradino, 5. Nouembris 1565. in qua (cum Beatrix, & Georgius essent domini pro indiuiso cuiusdam Baroniæ, & lite desuper pendente, inter eos ex vna, & alios ex altera, moriatur Georgius, & Beatrix, eo defuncto cœpisset possessionem, & fecisset nonnullos actus possessorios (præsertim petendo à rege inuestituram) & pars aduersa allegaret dictos possessorios actus fuisse attentatos, & per eos Beatrix se intrusisse, & instaret pro reuocatione huiusmodi intrusionis, & attentatorum, Domini dixerunt non constare, de attentatis, ex quo Beatrix suam possessionem dicitur continuasse per superius allegata per informantes pro Beatrice, ad quæ domini ibi, se retulerunt.

65 Decimo sexto amplia, ut ad hanc continuationem introducendam ad effectum excludendi attentata, sufficiat etiam sola ciuili possessio ante litem, & ideo si ciuili possessore capiat lite pendente naturalem vacantem non dicitur attentare, sed suam possessionem continuare (quia talis adeptio non dicitur noua acquisitio, sed potius continuatio, ut est text. (& ibi not. omnes, præsertim Abb. in vltimo notab. numero septimo) in capit. cum venissent, extra, de 67 restitution. spoliat. inferentes propterea, quod statutum mandans, quod pro noua possessione soluat gabelle, non procedit in acquirente, (ut præfertur) naturalem possessionem. cuius tex. & Abbat. auctoritate in terminis nostris, quod is non dicatur attentare, sed suam possessionem continuare concludit Paris. conf. 172. in causa, nu. 12. libro 4. quem sequitur ex recentioribus Mandos. in tractatu, de inhibition. quæstio. 23. atque etiam nouissime videtur secuta Rota, secuta est in vna Bononien. prætorum attentatorum coram Cotta. 16. Ianuarij. 1570. in qua fuit tentum 68 quod si locator commissa per conductorem causa iactationis contra eum hac lite pendente

capiat possessionem rei locatæ, non dicitur attentare, considerata priori possessione, quam habebat ante litem, ut etiam admonuimus infra hoc eodem capitulo, in quinta limitat. principali, in princip.

LIMITATIO PRÆDICTA REGULA,

69 Primò, ut non procedat, quando Papa causam ad se aduocasset, ut post Franc. in cap. vt nostrum. col. 3. sub nu. 5. vers. in eadem glo. de appellat. tradit Paris. in conf. 39. non possunt. sub nu. 7. lib. primo, vbi allegat etiam Innoc. Dec. & decif. Rot. 4. alijs 76. de testi. in no. & post Paris. vbi supra, tradit Anton. Gabriël. commun. conclus. lib. 5. de acquir. possess. conclus. 6. nu. 14. & seq. vbi id declarat procedere quando per continuationem possessionis fieret præiudiciu negotio principali, alijs secus, & procedere in auocatione, non autem in commissione appellationis, vt latius per eum.

70 Secundo, quando uteretur possessione non eo modo, quo ante litem, sed diuerso, nam ex quo text. in d. c. cum teneamur, de appella. & doctor. præsertim Franc. in primo not. dicunt non attentare eum, qui utitur eo modo, quo ante litem utebatur, fatis à contrario sensu colligitur, quod si diuerso modo uteretur esset attentatum. argum. l. 1. ff. de offic. eius, & l. cum prætor. ff. de iudic. cum simil. & not. expressè gloss. magistra. in c. non solum. in glof. mag. ad med. versicul. dic tamè. de appellatio. in sexto, & ibi omnes, quam communiter à docto. approbari attestatur August. Bero consil. 118. cum Alphonfus, numero 7. 8. & 24. libro 3. vbi plura ad hanc limitat. eleganter ponit, & dixit notabiliter Alexand. apud Bartol. in l. prima, in verbo litigiosa. ff. de litig. post alios, quos allegat, quod etiam lite pendente potest quis uti sua possessione, dummodo licitè utatur, secus si illicitè ad præiudiciu partis. Non diceretur tamen uti diuerso modo, quo prius ille, qui antea accepit possessionem instrumentalem Canonicatus, si lata deinde pro eo sententia (à qua pars appellauit) pendente appellatione, iterum possessionem Canonicatus accepit cum perceptione fructuum, & distributionum quotidianarum, ut fuit in effectu resolutum in dicta Romana Canonicatus Sanctæ Mariæ Rotundæ coram Cotta. 9. Nouembris. 1563. in qua (cum ad excludendum, ne secunda possessio appellatione pendente capta esset continuatiua, ex aduerso per Aduocatos allegarentur multa, & præsertim, quod secunda possessio erat diuersa à prima, cum illa esset debilis, & inanis, hæc autem plenior, & multum ab illa dissimilis, ad text. in l. Titia, in princip. ff. de solut. l. litibus. C. de agric. 72 & censit. lib. 11. attento, quod ille est proprius, & verus possessor, qui fructus percipit. gloss. in l. si quis, in verb. finiat. & ibi Bal. colum. tertia. C. fin. regund. Dec. in conf. 56. in causa, nu. 3. & 6. & melius. conf. seq. col. 2. post prin. & conf. 125. in causa, col. 1. Aymo. in conf. 107. Antonius. col. 2. Et quod licet permittatur lite pendente possessionis continuatio (vt in regula supraposita) non tamè permittitur variari, & alterari (quod fieri videtur per acquisitionem possessionis plenæ, & efficacia) quasi hoc casu quis non possit dici, quod utatur possessione eo modo, quo prius, sed alio pleniori) & videatur potius acquisitio noui iuris, & non

Tract. de Attent. k

ua, & valida possessionis, quam cōtinuatio.) Nilominus Domini hac ratione minimè attentata, concluderunt, quòd stante prima possessione bona (vt in facto præsumponebatur) licet esset instrumentalis, ac sine fructibus, secunda esset continuatiua, & consequenter esset cēfenda eadem, & non diuersa à prima.

73 Tertiò, † quando essemus in eo, qui esset in quasi possessione eligendi, de iure speciali, non autem de iure communi, quia is lite pendente, (si vellet continuare) attentaret, secundum Paulum de Castro, in consilio 403. illa quæ. numer. 2. libro primo, quem refert Prob. in addit. ad Ioan. Monac. in capitul. primo, vt lite penden. in sexto. Pro qua limitat. facit, quod aliàs fuit resolutum per dominos in vna Bifonen. iurisdictionis coram Capizuccho, de anno 1555. Quòd † cùm Archiepiscopus habeat præsumptionem pro se circa ius visitandi ecclesias Suffraganeorum, & præsumat esse in possessione visitandi, si lite super iure visitandi pendente continuet visitare non attentat, † nisi Suffraganei probauerint quasi possessionem exemptionis, vt est decif. in recollet. Caputaquen. in prima parte 125. incipien. cum Archiepiscopus, & alia eiusdem 250. incipien. cum Archiepiscopus in vna Bononien. iurisdictionis. 21. Iunij 1555. Quæ limitatio † videtur in dubium posse refricari ex his, quæ ponit Paleot. decif. 284. cùm aliàs in vna Burgen. iurisdictionis. 16. Octobris 1558. vbi capitulum prædebat se esse exemptionem ab Episcopo per Breue, & ex eodem Breui, sibi competere ius quædam exercendi (& cōsequenter illud erat de iure speciali) & voluerunt domini, quòd si Capitulum ante litem erat in quasi possessione illa exercendi non dicatur attentata se suam quasi possessionē cōtinuando. Nisi dicas, quòd Breue, non inducit ius speciale vniuersaliter, attento, quòd nonnulla ex his, quæ in breui (in casu illo) cōtinebātur, competeabant Capitulo, de iure communi, vt in casu illius decif. visi sunt etiā domini cōsiderasse. Quæ tamē saluatio, nec ex præmissa cōsideratione saluari posse videtur, sed potius in totum à dicta resolutione per Paleot. in supradicto loco relata recedendum fore (prout ab illa in effectu recessisse, etiam videntur domini) attento, quòd in eadem Burgen. iurisdictionis (Domino de Rubeis proponente) primum sub die vigesima-septima Aprilis. 1562. fuit tentum, quòd Capitulo instanti pro mandato, de manutenendo, illud non esset dandum, ex eo, quia possessio capituli exercendi iurisdictionem sine Episcopo fuerat capta lite pendente, & deinde dum in eadem dubitaretur an possessio capituli (etiam inspecto iure communi) posset excusari ab attentatis ad effectum obtinendi prædictum mandatum, de manutenendo, Domini (eodem D. de Rubeis proponente) sub die prima Iunij. 1562. dixerunt cōstare de attentatis, inspecto iure cōmuni, quia nec † hoc casu Capitulum habet iurisdictionem simul cum Episcopo, & consequenter, cùm possessio Capituli eo casu esset de iure speciali, & illa ibi non attendatur ad effectum manutentionis, sequitur, quòd nec etiam ad effectum continuationis de qua agimus, possessio competens de iure speciali sit attendenda, quia tam manutentio, quam continuatio excusans ab

attentatis præsupponunt possessionem non vitiosam, vt supra dictum est, num. 9. & infra, in tertia parte. c. 31. de pœnis atten. in 6. pœn. ad fi.

78 Quartò limita, vt procedat † in eo (de cuius possessione ante litē motam constat) secus si nō constet verè, aut præsumptiue, quia scilicet de iure communi præsumeretur possidere: ad not. per Rot. decif. 10. aliàs 89. nota, quòd vbi. de appell. in antiq. & quæ tradit Io. Crot. in consili. 101. viso puncto. num. 12. & eleganter per Nattā in cōf. 706. approbo. num. 10. & seq. libro 3. si enim contra talem allegantem cōtinuationem suæ possessionis (ad effectum effugiendi attētata) probetur aduersarium esse in possessione, tunc dicitur attentare, vt est dicta decif. Rotæ 10. aliàs 89. nota, quòd vbi. de appell. in antiq. ibi nisi probetur alium possidere: ad quod facit dicta decif. Caputaquen. 125. in 1. parte, licet post princip. & quæ ponit Franc. in cap. significante, col. 3. nume. 10. & seq. vers. sed quando constaret. de appell. vbi sentit, quòd etiam si esset quæstio principaliter de possessione, & aliquid attentetur contra eum (de cuius meliori possessione cōstat) per eius aduersarium, tunc tale attentatum (etiā prætextu suæ possessionis) non excusatur, sed reuocatur, etiā per iudicem delegatum, etiam si tale attētatum dicatur factum ante litem coram eo contestatā, vt post Hostien. & alios latius ibi per eum: Immo magis † dixerunt aliqui, quòd etiam si non probaretur aduersarium esse in possessione, sed dubitaretur vter esset in possessione, & consequenter essemus in possessione turbida, is qui faceret actum post appellationem interpositam prætextu continuationis non excusaretur ab attentatis, sed illa deberēt reuocari, & ita dixit Alex. (qui licet loquatur de gestis appellatione pendente, idem tamē ad propositum nostrum potest dici de gestis lite pendente, cùm non videatur diuersa ratio) in cons. 99. Vis. num. 3. libro 5. quem refert, & sequitur Dec. in cons. 103. in causa. num. 2. lib. 1. Quāuis Alex. in dicto cons. non videatur habere hanc responsionē pro tuta. Et contrariū † quòd quando est dubium quis prius possessionem cœperit, attētatorum reuocatio non sit faciēda, nisi petens attētata reuocari probet. de prioripossessione, sentit Stefan. Bertrand. in consili. 49. viso processu. sub num. 1. vers. & si fortasse. libro 1. Hæc 81 † tamen Alex. opi. videtur omnino amplectenda, attento maximè, quia in hanc sententiam videntur aliàs inclinasse Domini in vna Bononien. attentatorum coram Fantutio 27. Iunij 1561. in qua (cùm comes Nicolaus de Calderinis haberet possessionem bonorum sibi donatorum ciuilem, per clausulam constituti, & naturalem per apprehensionem post obitum donantis, & illarum vigore obtinuisset mandatum de manutenendo ab Auditore Camera (cùm Marcus Antonius de Rubeis eius aduersarius à decreto dicti mandati appellasset, & intra legitima tempora causam appellationis commisisset in Rota & eius vigore inhibuisset, & post inhibitionem Nicolaus vigore dicti mandati fuisset immisus in possessionem, & per aduersarium diceretur immisionem esse attentatam, ille verò prætextu continuationis, vellet eam ab attentatis excusare) Domini (licet noluerint capere resolutionem) inclinauerunt tamen pro attentatis, secundum

dum regulam, quæ habet, quòd inhibitio facit attentata. Et ad id de continuatione respondent illud procedere † quando possessio non esset turbida, & reuocata in dubium, prout erat ibi. Pro qua opin. facit etiam dicta decif. in recol. Cottæ. 168. quòd possessio ciuilis habita vigore clausulæ constituti non suffragatur ad effectum continuationis, quando reuocatur in dubium validitas instrumenti, in quo est appositum constitutum: & faciunt etiam ea, quæ posuimus supra, in fine 12. ampliationis præsentis primæ limitat. nume. 54. versic. 3. limita: Turbida autem possessio † non diceretur si (lato laudo cōtra quosdam fratres in fauorem quorundam de canonicis) eo die, quo fratres petierunt reductionem laudis, canonici ingressi sunt possessionem bonorum, de quibus agebatur, quæ erat penes quemdam cōductorem habentem causam à fratribus (etiam colonos expellendos) quoniam per talem immisionem factam à nuncio publico cēsantur domini de canonicis acquisiuisse plenam possessionem, & propterea (si per fratres deinde commissa causa reductionis in Rota, & obtenta illius vigore inhibitione, & contra Dominos de Canonicis legitime exequenti) Domini de Canonicis petant, † & obtineant à iudice in partibus relaxari sequestrum super fructibus dictorum bonorum factum ad instantiam dicti conductoris, sibi que illos consignari, licet talis relaxatio, & continuatio videretur attentata tanquam facta post inhibitionem Rotalem (quia tamen prima possessio erat plena, & non turbida) Domini tenuerunt pro non attentatis in vna Bononien. bonorum coram Domino de Rubeis 15. Iunij 1565. † Quòd autem dictum est præcedentem possessionem excludere attentata prætextu continuationis, intellige procedere, quando de huiusmodi præcedenti possessione concludenter constat † secus si de illa appareret per testes nulliter examinatos, vt fuit tētum in vna Segobien. præstimoniorum corā Gropperio. 12. Ianuarij 1568. in qua (cùm is, qui antequam esset inhibitus obtinuerat mādātū, de manutenendo ab Auditore Camera examinatis desuper duobus testibus parte non citata, & (postquam fuerat in Rota citatus) vigore dicti mandati perceperat fructus præstimoniorum, Immo executor in dicto mādato deputatus alium delegauerat, & per aduersarium prætenderetur, quòd dicta perceptio, & delegatio essent reuocanda per viam attentati, ille verò ad excusanda attentata allegaret continuationē possessionis) Domini tamē dixerunt, quòd possessio quæ allegabatur tanquam continuatiua esset apta excludere attentata, tamen de ea per dictos testes non constabat, quia fuerant nulliter examinati, & non probabant concludenter.

87 Quintò, vt † nō procedat in possessione noua, quia in præiudicium nouæ possessionis potest aliquid innouari, Imol. in c. laudabilem, extra, vt lite penden. per text. in c. tenor, extra de re iud. & in c. veniens, extra de regu. & propterea si appareat, quòd quis re vera nō esset in possessione † nisi de recenti, hic prætextu continuationis huius possessionis non excusaretur ab attentatis, vt cōsuluit Aug. Bero. in cons. 110. an à sententia. in fin. 89 nu. 39. & seq. lib. 3. dum voluit, quòd † si alicui fuisset data tenuta, & statim occasione dicta tenuta

fuerit lis introducta, non potest hac lite pendente habens tenutam sub prætextu continuationis ab attentatis excusari.

90 Sextò, & notabiliter limita, vt regula tñō procedat quotiescunque in attentate, & sub prætextu continuationis ab attentatis se excusare volente, notaretur perfidia: quoniam hoc casu propter perfidiam, sit reuocatio talium attētatorū, vt est casus secundum vnum intellect. in ca. cum M. Ferrariensis, extra de consub. vbi Abb. sub nu. 32. versicul. in gloss. fin. & vers. & not. singulariter hoc dictum, iuncto vers. superiori. incip. Nec debet fieri reuocatio propter pendētiā litis, post Innoc. ibi (inquit) quòd quando in attētate notatur perfidia (non obstante præfata cōtinuatione) attētata reuocantur, prout erat in illis canonicis, in casu illius decretalis, qui cum tenebantur nouis supernumerariis canonicis per ipsos antea electis præbendas assignare, & sibi de illis providere, illi præbendas, & possessiones vacantes transfulerunt in semetipsos, & notabiliter ibi subdit, & nota † singulariter hoc dictum, est enim nouum remedium reuocandi attentata, lite pendente, vbi scilicet notatur perfidia in attentante, licet cessent alia iuris remedia.

LIMITATIO SECUNDA.

SUMMARIVM.

- 1 DIVERSA causa vbi consideratur ab ea, in qua pretenditur fuisse attentatum non censetur attentari.
- 2 Litis pendencia non obstat illi iudicio, cui non obstat sententia.
- 3 Iudicium pendens contra aliquem super arrepto, non impedit, quominus possit contra eundem formari iudicio ordinario agi.
- 4 Attentata non extenduntur ad causas diuersas, aut personas diuersas.
- 5 Continentia cause quæ dicantur remissiuæ.
- 6 Dispositio in nulli. C. de iud. in quo dixerat a dispositione l. vbi captum. ff. de iud. remissiuæ.
- 7 Causa tripliciter considerari potest, quia, Aut est diuersa, Aut eadem, Aut diuersa quidem, sed aliquantulum connexa.
- 8 Diuersa vbi est causa, ibi regulariter cessat consideratio attentatorum.
- 9 Collatio beneficij facta lite tantum super possessione pendente, non dicitur attentata.
- 10 Possessio capta pendente iudicio possessorio non dicitur attentata.
- 11 Fructus propria auctoritate vigore facultatis sibi competentis percipiens non dicitur attentare, si lis tantum super beneficio, & iure regrediendi ad illud pendebat.
- 12 Commissio causa super regressu, ob non solutionem pensionis non facit beneficium litigiosum.
- 13 Lis in possessorio dicitur facere litem etiā respectu petitoris, quando agitur de verificatione supplicationis, in qua esset facta mentio litis, de qua hic.
- 14 Pendencia litis super criminalibus non facit collationem ordinarij interim factam esse attentatam.
- 15 Lis super possessorio regulariter non facit de litigiosam.
- 16 Attentata sine lite regulariter non dantur.
- 17 Lis super proprietate, ac beneficio regulariter facit litigiosam etiā possessionem.

- 18 *Committens causam super possessorio Auditori Camera post inhibitionem emanatam vigore commissionis super beneficio antea in Rota presentat, dicitur attentare.*
- 19 *Pacificus possessor videtur quis etiam si sit lis mota super beneficio, secundum aliquos.*
- 20 *Committens causam iactationis, & iactationum, in dubio censetur committere tam petitorium, quam possessorium.*
- 21 *Nisi adsit dictio taxativa tantum, &*
- 22 *Iste est stilus Rota.*
- 23 *Lis pendens super cessione bonorum non facit esse attentatam executionem sententia interim factam.*
- 24 *Inopia iudicio pendente super expensis reservatis in fine litis, si ob id, quod non fuerat paritum iudicato feratur declaratoria ob non partitionem, illa non dicitur attentata.*
- 25 *Lite pendente super extensione consensu, & inhibitione quarundam scripturarum ad dictam extensionem facientium procedi potest ad expeditionem causa principalis.*
- 26 *Absolutionis a iuramento coram ecclesiastico causa pendente, potest iudex laicus in negotio principali procedere.*
- 27 *Præsertim si agatur vigore obligationis in forma Camera.*
- 28 *Legatarii possunt agere ad legata etiam pendente iudicio super petitione hereditatis.*
- 29 *Cautione tamen præstita de restituendo in euentum succumbentia.*
- 30 *Criminale iudicium non facit rem litigiosam, ut illa non possit alienari.*
- 31 *Lis super hypotheca rei non facit rem litigiosam.*
- 32 *Personalis actio litigiosam rem regulariter non facit, sed tantum ipsam actionem, secundum communem opinionem.*
- 33 *Assignatio, de duabus quartis partibus de fructibus suarum portionum facta portionarios, contra quos agebatur super excrecentia fructuum dictarum portionum, ut inde alia portio erigeretur, non dicitur attentata.*
- 34 *Citatione una facta super obseruatione contractus, & deinde alia super inobseruantia eiusdem contractus illius resolutiva, dicuntur inducta diuersæ lites, ita ut solutio interim facta non censetur facta lite pendente super inobseruantia resolutiva contractus.*
- 35 *Litis pendentia super inobseruantia, non impedit, quin lite pendente possit adimpleri, & illius obseruatia validat iudicium.*
- 36 *Lis pendere non dicitur per oppositionem, ne aliquis per Episcopum instituitur, sed ad officialem remittatur.*
- 37 *Etiam si opponens iura produxit, & terminum ad respondendum à iudice obtinuerit.*
- 38 *Lite pendente coram uno potest coram alio iudice agi, quando iudicia tendunt ad diuersos fines, ita ut exceptio rei iudicate in uno, in alio non obstat.*
- 39 *Nullitatis causa non impedit processum in causa principali, quando sunt inter se diuersæ.*
- 40 *Lis cum Capitulo censetur diuersa à lite cum singularibus personis ipsius Capituli.*
- 41 *Intimatio collationis facta Capitulo per executorem, facit litem etiam quoad personam particularem Capituli ibidem presentem, quamuis viderentur causæ diuersæ.*
- 42 *Agens contra usufructuarium, ut declaretur eum ab*

- omni suo iure cecidisse, non potest pendente hoc iudicio ordinario, redire ad viam extraordinariam, quia licet sint diuersæ causæ, tamen electione vnius altera tollitur.*
- 43 *Causa ubi est eadem, & inter easdem personas protulduo regulariter dicitur attentari per actum factum à partibus.*
- 44 *Iudicium regulariter, ubi captum est, ibi finiri debet.*
- 45 *Processus secundi iudicis valet non obstante pendentiæ litem super eadem re coram alio iudice.*
- 46 *Præsertim si ageretur ex causa necessitatis.*
- 47 *Vel citatus haberet priuilegium,*
- 48 *Vel esset in crimine hæresis,*
- 49 *Vel primus iudex esset negligens in iustitia administranda.*
- 50 *Vel esset in executiuis, & nu. 76.*
- 51 *Vel dominus temporalis ipsis litigantibus inhibuisset, ne coram primo iudice litigarent.*
- 52 *Processus primi iudicis dicitur nullus, quando secundus iudex, qui de eadem causa incepit cognoscere esset superior, & facit actum motu proprio.*
- 53 *Iudex secundus procedens ad instantiam partis solum inuoluit processum primi iudicis inferioris à tempore scientia, non autem ante notitiam.*
- 54 *Iudex laicus debet supersedere in causa coram eo mota, si sciat eandem prius coram ecclesiastico fuisse introductam.*
- 55 *Processus Ordinarij non valet si sciebat causam in curia pendere.*
- 56 *Appellationis à grauamine causa commissa una cum toto negotio principali, si pronuntietur malè appellatum, negotium principale remanet apud iudicem appellationis ex stilo dominorum.*
- 57 *Negotium principale commissum in appellatione à grauamine censetur commissum in euentum grauaminis, & hoc multi imperiti ignorant, secundum aliquos.*
- 58 *Iudex coram quo secundo loco fuit comparitum non potest in causa procedere si per primum iudicem coram quo causa pendebat fuisse inhibuitum.*
- 59 *Processus factus super eadem re per secundum iudicem (postquam pars opposuit de litem pendentiæ coram primo) est nullus.*
- 60 *Exceptionem litem pendentiæ coram alio iudice esse impeditiuam processus coram alio, non est dubium.*
- 61 *Examen testium factum per unum iudicem delegatum Apostolicum in partibus vigore Breuis non dicitur attentatum, quamuis eadem causa penderet vigore specialis commissionis in Rota.*
- 62 *Iudex de partibus licet non possit inhibere iudici in curia, si tamen pars extracuriam non excipiat de lite pendente in curia processus valet.*
- 63 *Subreptio regulariter non vitiat rescriptum, nisi à parte opponatur.*
- 64 *Iusta est appellatio si non admittatur exceptio litem pendentiæ.*
- 65 *Appellare quis debet à processu per secundum iudicem facto, nec sufficit sola oppositio de litem pendentiæ coram primo, secundum communem opinionem.*
- 66 *Appellatio à non admissione exceptionis litem coram primo iudice pendenti iusta reputatur.*
- 67 *Exceptio litem pendentiæ impedit non solum processum, verum etiam impetrationem secundi iudicis.*

- 68 *Immo impedit etiam compromissum, & illius petitionem.*
- 69 *Etiam si actor esset paratus renuñciare instantiæ inchoata, &*
- 70 *Etiam si iudicium esset summarium*
- 71 *Exceptio litem pendentiæ post capturam à carcerato opposita quod id effectum attentatorum, idem operatur, ac si ab initio fuisset opposita.*
- 72 *Processus secundi iudicis valet etiam post oppositionem partis quando lis de qua opponit fuisset dolose, & in fraudem instituta.*
- 73 *Exceptio litem pendentiæ coram primo iudice, non in forma iudicij, sed per defectus, & contumacias instituta non inuoluit processum secundi.*
- 74 *Oppositio de huiusmodi litem pendentiæ, tunc operatur quando res iudicata obstat actioni.*
- 75 *Exceptio litem pendentiæ coram primo, debet opponi ante litem contestatam coram secundo iudice. ibidem.*
- 76 *Exceptio litem pendentiæ coram primo iudice non potest opponi in executiuis.*
- 77 *Contumax coram primo iudice non potest allegare litem pendentiæ coram eo apud alium iudicem.*
- 78 *Exceptio litem pendentiæ opponi potest, quando verè lis pendet contra opponentem secus si pendet contra suum fideiussorem, vel econtra.*
- 79 *Actor qui lite coram primo iudice introducta ab eo recedens comparuit coram alio non potest inuari litem pendentiæ coram primo.*
- 80 *Impugnans litem non potest in ea se fundare.*
- 81 *Facta magis voluntatem declarant, quam verba.*
- 82 *Appellationem impugnans non potest in eam se fundare.*
- 83 *Alienatio necessaria (puta per diuisionem) improbat respectu pronocantis ad diuisionem.*
- 84 *Clausularato manente pacto non inuoluit inobseruatem.*
- 85 *Appellans censetur appellationi renuñciare, si aliquid inuoluerit appellatione pendente.*
- 86 *Attentans si fuerit spoliatus non restituitur.*
- 87 *Connexitas causarum ubi consideratur, ibi etiam attentata considerari possunt.*
- 88 *Exceptio litem pendentiæ non obstat iurisdictioni, nisi res iudicata obstat actioni.*
- 89 *Connexa, incidens, dependens, & emergens causa, quæ dicatur remissiuè.*
- 90 *Lite in petitorio, & possessorio in Rota pendente, si alter ex colligantibus agat coram Auditore Camera contra colonos rei de qua agitur, an talis processus sit attentatus, Et dicitur attentatus nu. 91.*
- 91 *Auditor Rota videtur magis delegatus, quam ordinarius præsertim in sententiando.*
- 92 *Par in parem non habet imperium.*
- 93 *Nisi præuenierit, quia tunc potest inhibere alteri.*
- 94 *SECVNDÒ principaliter dicta regula, (quod factus facti lite pendente regulariter sint attentati,) Limitatur non procedere, quando esset causa Diuersa, & actus gestus, qui pratenditur attentatus, non respicit, aut tangit causam illam, quæ in iudicio pendet. Trita est enim iuris regula, quod ex diuersis non fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. fina. ff. de calumniat. cum vulg. & regulariter tibi iudicio cui non obest sententia, nec etiam litem pendentiæ obest. l. sed si ante. ff. de excep. per quam Rip. resp. capitulo secundo, sub titulo de except. respondit, t quod pendente iudicio super arreſto cõtra debitorem*

per implorationem officij iudicis obrento, potest cõtra eundem debitorem procedi super debito principali, intentado actionem, & iudicium formiter, & in propriis terminis nostris, quod attentata non extendatur: t ad causas diuersas, aut ad diuersas personas, eleganter deducit Rui. cons. 75. quantum. num. 9. & sequenti lib. 5. & not. Anton. Corsett. in singul. suis in verb. appellatio. incip. regula est, versicul. limita quinto. Verum, quia ista limitatio ita simpliciter posita, potius videretur materiam inuoluere, quam aperire, & lectoris animum posset dubitantem relinquere, ideo, vt clarè pateat (ommissio t quibus modis dicantur contentia causa, & in quibus t differant dispositio l. ubi cõceptum. ff. de iudic. a dispositione l. nulli. C. de iudic. de quo eleganter per Afflict. decisio. 354. in causa, vique ad numeronum, & per Menoc. in tracta. de arbit. lib. secundo, centuria quarta, casu 371. per totum: ubi latè, & eleganter tractat & declarat materiam dict. l. nulli.) Sciendum est, quod ad propositum nostrum, prout ex dictis doctorum in diuersis locis colligitur, causa t tripliciter considerari potest. Aut enim est penitus diuersa, Aut est eadem causa, Aut diuersa quidem, sed tamen causa, quæ pendet aliquo modo connexa.

Quo ad primum, quando causa, quæ pendet, & illa, in qua dicitur attentatus sunt penitus diuersæ (qua diuersitas quomodo accipiatur, vide infra, capitulo 12. de attentat. appellatione pendente, in secunda Limitat. princip. numero quarto, & sequent.) Sit regula, t quod talis actus considerata huiusmodi diuersitate non dicitur attentatus, vt fuit aliàs decisum per Dominos in vna Romana attentatorum inter Episcopum Viterbium, & Vincentium Rutilium coram Vesterano de anno 1554. die septima Maij. Exemplum lite pendente inter aliquos non superiure, aut beneficio, t sed super possessione aliquibus beneficij, Ordinarius aut per mortem colligantibus, aut aliàs illud beneficium confert, an collatio sit attentata, & quamuis si lis penderet super beneficio Ordinarius conferendo contra prohibitionem capit. si hi contra quos, vt lit. pendens in 6. diceretur attentare, vt dictum est supra, in prima parte, capitulo tertio, de attentat. tertio: in vndecima limitat. numero 92. Quia tamen actus collationis per quam transfertur ius, & datur titulus beneficij, respicit ius, & proprietatem, quæ nihil habet commune cum possessione, iuribus vulg. Idcirco non dicitur attentare, cum sola possessio dicatur eo casu facta litigiosa, vt est decis. Casad. 4. Maior pars, numero primo, in tit. vt lite pendente quem refert, & sequitur nonnullimè Menocch. in tractat. de arbit. iud. lib. secundo, centuria 3. casu 202. numero 18. remittens se ad latius dicta per Dec. in consilio 483. numero decimo, & Rip. in l. naturaliter. §. nihil communi, numero decimo tertio, & 14. ff. de acquir. poss. & tradit Sarnen. de Triennial. questio. quinquagesima tertia, numero octauo, & Rebuff. de pacif. poss. numero 166. Ex qua propositione, quod proprietates nihil habeat cõmune, cum possessione, & illud ad propositum nostrum decisum est apud dominos decis. 10. aliàs 417. si pro spoliato, nu. 2. vers. sed ponè retento, de caus. poss. & propriet. in no. quod si in prima instantia spoliatus?

suspendat petitorium, & in possessorio obtineat pro se sententiam, quæ tranſuerit in rem iudicatam, & deinde, ita (vt præfertur) pendente petitorio, ille sine executore ingressus fuerit possessionem, talis ademptio possessionis non reuocatur per viam attentati, quia scilicet pendencia petitorij differt à possessione, vbi dicunt in fine, quòd ita fuit sententiatum: Ex eadem ratione emanauit alia decisio, quæ est in recollet. Acchill. de Grassi. 186. lite pendente super beneficio. sub rubric. de lite, in vna Cordubien. pensionis coram Fabio t quòd lite pendente super beneficio, & iure regrediendi ad illud non dicatur attentasse is, qui propria auctoritate fructus perceperat vigo re facultatis, quam habebat, vt posset propria auctoritate fructus percipere, ex quo lis tantum erat super beneficio, & iure regrediendi, non autem super possessorio, seu facultate fructus percipiendi, ad quod facit, quod habetur in recollet. Put. 2. decis. 68. quod commissio causæ t super regressu ob non solutionem pensionis, non facit beneficium litigiosum. Illud autem hoc loco prætermittendum nõ est, quòd licet Conclusio supraposita, quòd lis in possessorio non faciat litem in petitorio regulariter vera sit, in vno tamen casu illam non procedere dicendum est, videlicet quando t essemus in verificatione alicuius Supplicationis (putà reservationis pensionis ex causa cessionis) in qua esset facta mentio litis sub his verbis, videlicet Martinus cædit omni iuri sibi super beneficio, vel ad illud quomodolibet competenti, nec non liti, & causæ defuper inter eos, seu alios quoscunque quomodolibet pendenti, quoniam illud verbum liti, licet relatum ad illud verbum (defuper) designet litem super beneficio, & sic petitorio, ad sustinendam tamen reservationem pensionis sufficit, quòd lis penderet tantum in possessorio, & per eam illa narratiualis cæsetur verificata, vt fuit resolutum in vna Ciuitaten. pensionis coram A. Augustino. 3. Martij. 1553. Sicut, & simpliciter præfata ordinarij collatio (licet lite pendente facta) non diceretur attentata, si lis inter aliquos non pendeat super beneficio, sed super t criminalibus ab altero ex litigantibus, seu etiam inuicem obiectis secundum Paris. consil. 47. videtur. nu. 42. lib. 4. Et vltra præmissa, quòd per litem motam t in possessorio regulariter non fiat res ipsa litigiosa est decisio Cassad. 6. Palatium. numero 2. de rescript. Mil. in verb. litigiosa res, in fin. foli. 213. cum aliis adductis supra in 3. illatione. numero 491. in 15. limitatione regulæ ibi positæ: Quo casu si super re (super qua non dicitur lis pendere) aliquid fiat, non dicitur attentatum, considerata causarum diuersitate: quia ad hoc t vt dentur attentata, debet adesse lis, sine qua nõ cadit, vt dicebat aliàs Cassad. decisio. 6. super reg. Cancel. incip. voluerunt domini. num. 2. Quamuis hoc non videatur conuerti, nam econtra t lis mota super proprietate, & super beneficio facit litigiosam etiam possessionem, vt est alia decisio Cassad. 9. incipien. Rota in antiquis. numer. 3. de caus. posses. & propr. vbi eleganter ponit, quando quid dicatur fieri litigiosum, cuius auctoritate in vna Camera cen. Archidiaconatus 7. Maij. 1554. fuit dictum, quòd si commissio t causa in Rota super

beneficio, & facta inhibitione aduersarius committi faciat causam super possessorio Audi tori Camera, ille dicatur attentasse, quia etiam possessorium, quod continetur in ventre petitorij dicebatur pendere in Rota, vt est recollet. Caputaquen. parte secunda. decisio. 46. incip. attentare dicitur. Quod tamen videntur aliter, quandoque sensisse domini, dum dicunt, quòd lite mota super beneficio t nihilominus possessor si ante erat pacificus dicitur adhuc esse in pacifica possessione, vt est decisio. Rot. 3. aliàs 36. not. de caus. posses. propr. in antiq. & decisio. 3. aliàs 61. sufficit: de præben. in no. Nisi dicas Rotam intelligere quo ad effectum interrumpendi pacificam possessionem, puta ad effectum regulæ triennalis, secus quo ad effectum attentatorum, vt si possessor conuentus super beneficio aliquid innouet circa possessionem non dicatur attentare, quia hoc esset absurdum, & contra omnes regulas, quæ dantur in hac materia attentatorum, & possessor inuitaretur ad attentandum circa possessionem, & per consequens ad delinquendum, cum attentare sit delinquere, & sonet in malam partem, secundum Egid. decisio. 18. operatio, quod non est dicendum. argum. l. relegatorum. ff. de interd. cum similit. Quia non sequitur beneficium est inter aliquos litigiosum, ergo possessor non est pacificus, vt aliàs dicebat Mohed. in recollet. suis decisio. 205. & si sub rubric. de allegat. Lap. ad fin. In dubio autem stante commissione cum ista clausula placeat S. V. causam, & causas t Inactionis, & molestationis circa possessionem dictorum canonicatus, & præbendæ, &c. & alia clausula, quòd Oratoris plurimum interest ab huiusmodi molestationibus liberari, An censetur commissio causa tantum super petitorio, quam super possessorio, & censeri super vtroque commissam tradit Cassador. dicta decisio. 6. Palatium, de rescript. & post eum & alios per eum citatos ex recentionibus Menocch. de recuper. poss. Remed. 15. questio. 27. numero 363. & ita etiam fuit nouissimè determinata in vna Burgen. Canonicatus coram D. meo Oradino. sub die 18. Martij. 1560. censeri causam commissam super vtroque, nisi in illa clausula circa possessionem adfit etiam t dictio taxatiua tantum, & quòd ita t seruat Rota, quicquid sentiat aliàs communis opinio, de qua mentionem facit Cassado. dicta decisio. 9. vt attestatur etiam Mandos. super reg. de subrog. collig. q. 14. num. 6. cum qua decisio. concordat etiam in recollet. Cottæ. decisio. 10. Aliud potest esse exemplum huius diuersitatis causarum: tu obtinui contra me sententiam pro tuo credito, ego paupertate laborans institui contra te iudicium cessionis bonorum, & ad hoc te citaui, t an lite pendente super cessione bonorum faciendâ, necne tu possis contra me exequi sententiam? & quia causa crediti tui diuersa penitus est à causa cessionis meæ, dictum est executionem valere, vt est decisio Cappell. Tolos. 28. item fuit, &c. & quòd ob pendenciam iudicij inopia non dicatur attentari si procedatur in negotio principali, facit quod fuit tentum in vna Toletan. Canonicatus coram D. meo Oradino. 4. Februa. 1555. in qua (cum fuisset præsentata commissio) quod parito iudicato, quoad possessionem fructus, & expensæ

expensæ reseruentur in fine litis, & pendente iudicio inopia (quia de partitione quoad possessionem non sufficienter constabat) iudex ob non partitionem illum declarauerit excommunicatum, & dubitaretur, an ille veniret excusandus ab incurſu excommunicationis, ex eo præsertim, quia illa declaratoria fuerat lata pendente iudicio inopia) Domini tenuerunt non esse excusandum: Similiter t si lite pendente super validitate resignationis beneficij occasione consensus forsitan non sufficienter extensi, cuius occasione altera pars mouerit litem contra tertium, super exhibitione nonnullarum scripturarum ad dictam extensionem facientia, & petat interim in causa principali super federi, & non deueniri ad illius expeditionem pendente lite super exhibitione dictarum scripturarum, Domini in vna Oueten. Archidiaconatus de Tineo coram eodem Oradino. 6. Februarij 1555. tenuerunt quòd non obstantelitis pendencia causa principalis expediretur. Commissio quoque super nullitate executorialium non facere litem super beneficio dixerunt Domini in vna Illerden. Canonicat. & præben. coram Caputaquen. 10. Octobris 1561. Similiter pone, quòd lite pendente, coram Iudice Ecclesiastico t super absolute à iuramento, Iudex laicus velit procedere super negotio principali, & cum illud sit diuersum à causa absoluteionis processum valere non obstante litis pendencia, tenuit consilium Neapolitanum, vt per Afflictum decisio. 30. fuit dubitatum: t quam in materia obligationis in forma Camera, secutus est Gales. in tractatu de oblig. Cameral. in 3. parte principali. quæstio. 5. sub capitu. de vi instrumenti. numer. 25. fol. 145. Sicut etiam si lite pendente super petitione hæreditatis t legatarij velint agere contra hæredem ad legata (data tamen t cautione de restituendo in euentum succumbentia) nam utique possunt, & per consequens considerata actionum, & litium diuersitate non dicerentur attentare, vt tradit Crauet. in consil. 164. nobilis. nu. secundo. libr. primo. Similiter si agitur t criminaliter contra aliquem super aliqua re, res non efficitur litigiosa, & propterea poterit alienari. Maranth. in Specul. suo in 4. parte principi. in prima distinct. Iudiciorum. numer. 34. & dictum est supra in tertia illatione principali huius regulæ princip. in nona limita. regulæ ibi positæ. numer. 479. Eadem est ratio si lis sit t super hypotheca. Afflict. decisio. 331. Quædam. numer. 6. & dictum est etiam in dicta 3. illatio. numer. 499. versicu. 19. quando. Aut ageretur t actione personali, tunc enim stat regula, quòd non res, sed actio efficitur litigiosa, & ista est communis opinio, de qua testatur Roma. consilio 270. Pro decisione. versic. secundo videndum, & latius diximus in dicta tertia illatio. numer. 481. versic. decimo, quando. Quibus proximis est quòd aliàs decimam est apud dominos in vna Calaguritana de leganis. 13. Maij 1547. quòd lis t dicitur pendere si opponens se contra filium patrimoniale instat, quòd non fiat institutio per Episcopum, sed quòd remittatur ad eius officialem, vt est decisio in recollet. Put. 2. lis non dicitur. in titu. vt lite pendente. Eodem modo cum in vna Casar augustan. de mauri coram

Montiffalconen. 4. Februarij 1555. dubitaretur an constaret de attentatis, ex eo t quia lite per Martinum contra beneficiatos introducta super excrementia fructuum (quam sibi Martinus pro titulo beneficij assignari debere prætendebat) dicti beneficiati in fraudem d. Martini (vt ipse prætendebat) duas quartas partes suorum beneficiorum duobus quibusdam tertijs (lite adhuc pendente) assignauerant, quæ assignatio fuerat tantquam attentata per sententiam ordinarij declarata, & instaretur in curia pro confirmatione dictæ sententiæ: & pro attentatis allegaretur, quòd dicti beneficiati lite pendente non poterant alienare, & cedere illas quartas, quia rei litigiosæ alienatio prohibetur. l. fin. C. de litig. cum alijs. latius adductis supra in tertia illatio. princip. per totam, & quòd dicti quartanarij quauis essent tertij, tamen quia habebant causam à parte, quæ erat in lite, censebantur attentasse, iuxta ea quæ late etiam posuimus supra in 1. parte. c. 3. de attentatis à tertio. nume. 16. Domini tamen tenuerunt pro non attentatis: & quamuis in resolutione nõ fuerit expressa aliqua ratio (ex voto tamen Domini mei Oradini ibi) satis colligitur, quòd fuit diuersitas ista, de qua agimus, si quidem cum lis penderet super fructibus excrementibus, & assignatio fuerit facta de re diuersa, id est de duabus quartis deducendis ex proprijs beneficiorum portionibus cessant attentata, & tolluntur omnia in contrarium adducta. Ex hac diuersitatis causarum consideratione, illud etiam prouenit, t quòd citatione vna facta 4. Decēbris 1560. super obseruatione instrumenti, & alia facta 25. Februarij 1562. super inobseruantia eiusdem instrumenti quæ illud resoluēbat, dicuntur adeo inductæ diuersæ lites, vt resolutiones factæ medio tempore, non dicantur factæ lite pendente super in obseruantia resolutiua contractus, vt fuit dictum in vna Suanen. afflictus. Coram Caputaquen. 29. Aprilis. 1566. & huius diuersitatis effectus ille erat in casu de quo ibi, quia solutiones prædictæ factæ lite pendente super obseruatione instrumenti videbantur factæ de consensu actoris, quod non erat si dicerentur factæ lite pendente super inobseruantia, qui consensus eo casu multum operabatur, & ratio differentia effectus potest t quia litis pendencia super obseruantia non impedit, quin lite pendente possit adimpleri, & superueniens implementum validet Iudicium, vt post Alciat. in l. cum proponas. 12. numer. 11. C. de pact. diximus infra hoc capitu. in 11. limita princip. Quod non videtur admittendum quando lis introducitur super inobseruantia & resolutione contractus. Sicut etiam dicimus, quòd si patroni prætendentes beneficium vacasse, ad illud Titium præsentauerint & petierint coram Ordinario ipsum institui, & deinde habita de his notitia, Meuius prætendēs se beneficij possessore coram eodē Ordinario se opposuerit multa allegado ad impediendâ institutionē Titij, quauis t coram eodē Ordinario fuerint producta iura pro parte Meuij, & datus terminus ad respondendum Titio, nõ tamen per hoc beneficiū dicitur factū litigiosum, ita vt patroni nõ possint vltra (quasi lit. pend.) præsentare, vt tenuerunt aliàs domini in vna Aretin. de Ra-

id similiter obtineat, si Iudicium esset summarium, quorum omnium secundum eum, ea videtur esse ratio, quoniam nimirum regula nostra vniuersalis, quia scilicet lite pendente nihil debet innouari. Quinto, ut huiusmodi oppositio inualidet processum secundi Iudicis, etiam si non a principio, sed ex post facto fuerit facta, quando scilicet secundus Iudex incipit a captura, quia si carceratus non opponit litem pendentiam coram primo, non potest sibi imputari, & opposita post idem operatur, ac si ab initio fuisset opposita; etiam quo ad effectum attentatorum, ut eleganter considerat Soci. consil. 199. in causa. num. 9. vsque ad fi. lib. 2.

SUBLIMITA hanc tertiam limitationem.

72. Primo, ut non procedat quando lis (de cuius pendencia pars opponit coram secundo Iudice) fuisset dolose, calumniose, & in fraudem instituta, quia tunc non obstante dicta oppositio valeret processum secundi Iudicis, ut est decisio Boer. 161. & videtur. nume. 4. pro qua tenendo cum eo quod causa absolutionis a iuramento, & causa negotij principalis possit dici eadem (de qua tamen videtur dubitandum per ea, quae supra dicta sunt, numer. 26. & quae ponit Paris in consil. 177. in causa. in fi. lib. 4. facit quod ponit Afflict. decisio. 31. Episcopus Nucerinus. numer. primo.

73. Secundo, Sublimita, ut non procedat, quando coram primo Iudice non fuisset processum in forma Iudicij; sed per defectus, & contumacias, quia tunc oppositio huiusmodi litem pendentiae non inualidat processum secundi Iudicis, ut est dicta decisio Boer. 161. numer. 4. vbi in fine dicit, quod ita fuit conclusum, & latum arrestum de anno 1521. die 8. Ianuarij; & ita esse tenendum.

74. Tertio, praemissa intellige vera, ut tunc oppositio litem pendentiae supra dictos effectus operetur, quando res iudicata obstaret actioni, ut post Iaso. in l. nulli. C. de Iudi. & alios per eum citatos. tradit idem Blanc. vbi supra versicu. & aduerte.

75. Quarto, intellige supradicta de oppositione, ut illa fieri debeat ante litem contestatam, ut post Bald. in pluribus locis per eum citatis, & Calcan. in consil. 102. colum. fin. tradunt nouissime An. Gabriell. in dicta. conclus. prima de Iud. nume. 36. in l. limitat. & Ioann. Bapti. de A. fin. in sua praxi Iudic. §. 13. cap. 2. in 4. ampliat. regulam per eum ibi positam.

76. Quinto, similiter praemissa de oppositione intellige, ut non procedant in executiuis, in quibus super eadem re possunt plura, & diuersa remedia intentari, nec potest opponi de litem pendencia, secundum Ias. in consil. 28. reuerende. colum. fina. lib. 1. quem refert, & sequitur Ioan. de Neuzza, in consil. 4. incip. de vultu dei, nume. 13. col. fin. in fi.

77. Sexto, intellige, ut hanc litem pendentiam coram primo Iudice, allegare minimè possit ille, qui coram eodem Iudice fuisset contumax, is enim non potest allegare pendenciam litem, quam per contumaciam spreuit, ut tradit Bart. in d. l. vbi captum. ff. de Iud. & fufius & magis vniuersaliter diximus in hoc eod. cap. in 18. limit. princip. per totam.

78. Septimò illud de oppositione intellige verum, quando opponitur de lite, quae verè pendet contra opponentem, secus si opponatur de lite mota contra eius fideiussorem, vel e contra, ut declarat in terminis istis Paul. de Castr. consilio 87. in causa. colum. 1. sub num. 1. versic. nec obstat prima ratio. lib. 1.

79. Octauò necessariò praemissa de oppositione intelligenda, & declaranda videntur, ut non vendicent sibi locum, in eo, qui (lite coram primo Iudice pendente) aduersarium coram secundo traxit, & deinde sub praetextu, quod continentiae causae diuidi non deberent, opponeret contra eum de litem pendencia coram primo, & instaret, quod causa ad primum Iudicem remitteretur, quia non videtur, quod de hac litem pendencia hoc casu dare possit. Quod ex pluribus suadet. Primò quia si contumax non allegat litem pendentiam, quam per contumaciam spreuit, ergo (arg. sumpto à paritate, vel etiam maiori ratione) multo minus debet posse allegare, is qui à primo Iudice recedens (ex quo illum contempsit) diceretur attentasse, si quidem per recessum à Iudice dicitur sibi fieri contumelia, ut inquit Iurisconsultus in l. litigatores, in princ. ff. de arbit. & vbi cadit Iudicis contemptus videntur considerari attentata: ut admonuimus supra in prima parte, in praefatione in descriptione attentatis. numer. 26. & in attentatis contempta pratoris dignitas vindicari dicitur, ut per Oldrad. in consilio 206. in causa Carnocen. post princ. Praesertim quia hoc casu recedens à primo Iudice non solum videtur esse in dolo (prout est ille, qui est contumax, & est etiam regulariter attentans. Rot. decis. quinta. alias 25. ex quibus, de restit. spol. in no.) verum etiam esse magis dolosus, ex quo, postquam semel coram primo in iurisdictionem consensit ab eo temerè recessit, quia turpius eicitur, quam non admittitur hospes, & multa impediuntur fieri, quae facta tenent. ad no. in l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel ali. iur. Secundo facit, quia impugnans litem non potest se in ea fundare: ut per Felyn. in capitu. causam quae. el. 2. numer. 19. de testib. & tradit latius Ant. Gabriell. commun. conclus. lib. 2. de Iud. conclus. 4. numer. 43. quibus adde Iacob. Henric. in consil. 38. quoniam. sub numer. 18. vers. praeterea de illa litem pendencia. lib. 3. vbi in terminis tenet, quod is qui litem impugnavit, non potest illius pendentiam allegare, is autem, qui à primo Iudice recessit, facto ipso litem impugnavit, ergo non potest (allegando eam) in illa se fundare.

80. Tercio, cum facta magis voluntatem declarent, quam verba. l. si tamen. §. ei qui seruum. ff. de edil. edic. cum alijs ad id congestis per Tiraquel. in tracta. de vtroque retr. titu. secundo. in gloss. finis, sub numero septuagesimo quinto. Tertio huic proxime facit, id quod alias dicitur, quod is, qui appellationem impugnavit, non potest se in ea fundare, ut post Specul. & alios ibidem alleg. diximus infra in hac secunda parte. cap. 12. de attentat. appel. penden. in quadragesima prima limit. principali, per tot.

81. Quarto, sicut alienatio necessaria (quae fit per diuisionem, & quae etiam lite pendente fieri permittitur iuxta ea, quae latius dicemus infra in

82. Quod ad tertium, quando causa non est verè eadem, sed est separata quidem, & diuersa, inuicem tamen connexa, & in hoc similiter fit regula, quod si stante huiusmodi annexione, actus lite pendente facti dicantur attentati, ut post Bald. & Abb. ponit Deci. in consil. 33. viso. sub numer. 4. col. 3. circa med. lib. primo. Crauet. d. consil. 181. Iudex. numer. 5. lib. primo. & ita nouissime ex auctoritate Decij in dicto consil. 33. fuit decisum in vna Nursina spolijs coram D. meo Oradino 16. Iunij 1559. Quam declara vno modo videlicet, ut tunc causae intelligantur connexae, quando sententia lata in vna parit exceptionem rei iudicatae in alia, quia exceptio litem pendentiae non obstat iurisdictioni, nisi exceptio rei iudicatae obstat actioni, ut est decis. Capit. 122. in fine. nume. 9. post Bald. & alios de quibus ibi, & tradunt etiam Dec. & Crauet. in dictis consil. quod etiam sentit Guid. Pap. in consil. 114. quia in causa. nume. 3. post Ioan. Ferrar. in pract. sua Papien. in tit. de forma respon. rei. in gloss. verb. litem pendentiae, & Alexand. in consil. 105. magnifice praetor. num. 74. lib. 3. & Blanc. post Ias. & alios de quibus ibi in dicto numer. 123. vers. & aduerte. Quid autem iuris sit, quando huiusmodi diuersitas causarum consideratur respectu attentatorum, quae sunt appellatione pendente, infra suo loco latè dicemus, cap. 12. de attent. appellation. pendente. in 2. limit. princip. regulam ibi positam: Connexa tamen quando dicatur causa vide apud Nattam, in consil. 135. magnifice, post princip. lib. 1. & latè, & eleganter nouissime per Menoc. de arbit. iud. lib. 2. centuria 1. casu 95. nu. 6. & seq. cui adde ex recentioribus Hier. Gabriel. consil. 38. sententia lata. num. 6. lib. 1. vbi post Imol. consil. 139. declarat id arbitrio iudicis committi, prout etiam quando causa dicatur dependens, incidens, & emergens, vide apud eundem Menoc. d. tracta. lib. 1. q. 45. num. 6. & seq. Verum quia in praecedenti capite. nume. 45. quando scilicet causa est eadem pro regula firmamur, quod processum secundi iudicis valeat, post si militer dubitari, quod si lite principali super petitorio, ac possessorio alicuius beneficij in Rota pendente alter ex colligantibus in causa connexa compareat coram Auditore Camerae, puta pro Monitorio contra colonos bonorum beneficij, ut ipsi comparenti respondeant de fructibus, an talis processus ante oppositionem litem pendentiae in Rota sit validus, & quamuis ex regula supra posita d. nu. 45. videret à maiori ratione dicendum, quod si id procedit quando est vna, & eadem causa, tanto magis quando est solum connexa, tamen Domini in vna Firmana S. Sebastiani coram Gropperio. 5. Decembris 1595. in su praedictis terminis simpliciter tenuerunt esse attentatum, & i deo ordinantur ibi, quod ille comparens caderet attentatis, ac reficeret expensas: Quae resolutio praedictis non videtur admodum coherere, nisi consideres, Vel quod ibi non sumus in Iudicibus paribus, quia Auditor Camerae licet & ipse habeat iurisdictionem à Papa, tamen videtur magis Ordinarius, Auditor tamen Rota est magis delegatus praesertim in sententiado. Rot. decis. 16. alias 342. dubitatur, de re iud. in no. Et sic intret prima limit. de qua supra nu. 52. Vel dicamus, quod ibi praesupponatur, quod coparens

83. ita in octaua limitat. princ. in princ. & per tot.) improbatur respectu prouocantis ad diuisionem, ut post Ioan. Cephal. in consil. 64. mense Aprilis. num. 9. lib. primo. diximus ibidem sub numer. 4. sic comparitio coram secundo Iudice licet permittatur, ut in regula supraposita. num. 39. ita ut litem pendencia coram primo hoc casu regulariter non obstat, nec reddat nullum processum) id tamen admitti non debet respectu prouocantis, & à primo Iudice recedentis, quia quo ad eum lis erit habenda in consideratione, ut sibi taliter obstat, ut non possit se in ea fundare, sicut obstat illi, qui ad diuisionem prouocauit per supra dicta. Quinto id in simili suadet, quia sicut pars, quae non seruat promissa in contractu, sed ab eis in obseruando recedit, non potest iuari clausula rato manente pacto, quae erat appositae in contractu, ut post gloss. in l. qui fidem. ff. de transac. & alios per eum alleg. tradit Afflict. decisio. 220. in causa. numer. 5. & post Barto. in d. l. qui fidem. numer. 10. Paul. de Castr. numer. 6. & Ias. numer. 6. nouissime idem tenet Pet. Ant. Augul. in consil. 21. promissio. numer. quinto. lib. secundo. ita probabiliter dici potest quod recedens à lite non possit se in pendencia litem fundare. Sexto similiter facit quia tamen sicut appellans si appellatione pendente, aliquid attentet censetur suae appellationi renunciare. cap. an sit: secundum intellectum, extra de appellat. Vel priuatur beneficio appellationis secundum alium intellectum, de quibus latius diximus infra in tertia parte. capitu. 31. de poen. atten. in 13. & 14. poena, ita & in casu proposito (si lite pendente coram primo recedens ab eo, & coram secundo procedens potest dici attentasse, per ea quae diximus supra. numer. 79. in primo fundamento) debet censeri, & beneficio litem pendentiae renuntiasse, vel beneficio litem pendentiae priuatus, ita ut in vtrunque euentum non sit sibi permittendum, ut ultra possit se in dicta litem pendencia fundare. Septimo pariter in simili comprobatur, quoniam attentans tamen regulariter si fuerit spoliatus, non restituitur, & consequenter priuatur beneficio, & priuilegio spolijs, ut post Cassad. decisio. tertia petens. in fin. de restit. spolia. & decisio. 9. incip. Rota. in antiquis, de caus. poss. & prop. latius diximus infra in tertia parte. capitu. 31. de poen. atten. in sexta poena. Vnde eodem modo (tenendo quod iste de quo agitur per recessum à primo Iudice dicatur saltem ad effectum, de quo nunc agimus attentasse) censeri debet priuilegio (quod ex litem pendencia resultat) renuntiasse, ita ut non possit illam ultra allegare, aut se in ea fundare. Praesertim, sub praetextu, quod continentiae causae diuidi non debeant, cum ille fuerit primus, qui illas diuiserit, nec debeat quis ex culpa, & improbitate sua consequi commodum, ad not. in l. itaque fullo. ff. de furt. quod hic esset, si postquam partem aduersam coram diuersis Iudicibus magnis sumptibus, ac laboribus vexauerit, sibi pro libito voluntatis concederetur, ut dimisso Iudice, coram quo secundo loco sponte comparuerat ad primum Iudicem alias à se derelictum reuerteretur, in praedictum partis, cuius plurimum forsan inter est, ut causa coram secundo incepta ad finem de bitum perducatur,

rens fuisse antea inhibitus, & propterea vis, & efficacia inhibitionis (quæ multum operatur, vt adnotauimus in cap. 20. de attentatis post inhib. in 1. ampl. princ. per tot.) operetur etiã eo casu inualiditatem processus Auditoris Cameræ, & secundi iudicis. Quia ratione attenda ad regulam prædictam (præsupposito quod Auditor Cameræ, & Auditor Rotæ in iurisdictione sint pares, cū vterq; videtur delegatus à Papa) potest alia quoque adhiberi limitatio, vt processus secundi Iudicis (quando illi sunt pares) non solum sit inualidus postquam pars coram eo opposuit delitis pendentia coram primo, verum etiã quando primus parti, quæ coram secundo cõpareret (prout erat casus in dicta firmana) vel etiã ipsi Auditori Cameræ antea inhibuisset: t̄ quamuis enim dicatur quod par in parem non habet imperium. l. ille à quò. §. tempestiuum. ff. ad Trebell. tamen quando t̄ vnus præuenit (prout erat in casu illo) potest alteri inhibere, vt post Alex. in conf. 9. libr. 4. tradit Augu. Bero. in conf. 117. ex vltima. nume. 4. libr. 3. vt adnotauimus etiam infra cap. 20. de attent. post inhib. in præfatio. q. 3. nu. 99. vers. quinta prædictæ affinis, &c.

LIMITATIO TERTIA.

S V M M A R I V M.

- 1 Lite inualida pendente non habet locum remedium attentatorum.
- 2 Iudicis contemptus non consideratur, quando lis est nulla & inualida, secundum commu. opin.
- 3 Litis inualida nulla est faciend. mentio in præcibus.
- 4 Alienatio rei facta lite pendente coram iudice in cõpetenti valet, secundum aliquos.
- 5 Subreptiuum rescriptum videtur facere litem, etiam quo ad regulam de subrog.

TERTIO principaliter limitatur Regula, vt non procedat quando actus fierent lite quidam de facto pendente, sed quæ de iure est nulla, flante enim litis t̄ nullitate non habet locum remedium attentatorum, vt est decis. Afflic. 366. in pleno consilio. num. 12. & seq. cessat hoc casu tale remedium, cum non adsit aliquis iudicis contemptus, cuius virtute vt aliàs sæpè dictum t̄ est, attentata veniant reuocanda, vt est commu. opin. de qua testatur Paris. conf. 41. optimum, num. 36. lib. 1. Quæ limitatio comprobari potest ex his, quæ extra hanc materiam cõgesta sunt per doct. præsertim modernos in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. hoc vno ad propositum nostrum addito, quod lis nulla in tantum nullum operatur effectum, vt t̄ de ea nulla sit in præcibus faciend. mentio, vt tradit Curt. Jun. in conf. 174. sacratissimè. nume. 5. & Ruin. conf. 8. quia. nu. 2. & per to. lib. 4. vbi multos ad hoc propositum allegat, pro qua limitatione facit decis. Affli. 85. diu. nu. 3. & 4. dum vult, t̄ quod alienatio facta lite pendente coram iudice incompetenti valeat, & sic non attentatum, quamuis (vt remissiuè diximus sup. in 3. illat. huius regul. princ. nu. 475. in materia litigiosæ. in 7. limit. regulæ ibi positæ) huiusmodi Afflic. decis. non sit absque difficultate, dic vt ibi. Hæc autè, quæ dicta sunt de lite nulla non procederent, si lis esset introducta vigore rescripti subreptitij, t̄ si quidem regulariter etiã ad effectum reg. de sub-

rogandis, videtur facere litem, & processum eius vigore factum valere, vt tradit Mandos. super reg. de subrog. q. 9. num. 8. post Fely. de quo ibi de commu. opi. attestantem.

LIMITATIO IIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Lis calumniöse & dolosè introducta non videtur facere attentata, & ideo.
- 2 Sententia, & processus factus per secundum iudicem, lite coram primo calumniöse introducta valet.
- 3 Possessionem capiens lite pendente, non dicitur intrusus, quando constat, quod lis esset calumniosa.
- 4 Calumnia præsumptio facit vt pendente restitutione in integrum valide fiat executio sententiæ.
- 5 Statutum cogens ad compromittendum, non attenditur, quando compromissum calumniöse peteretur.
- 6 Processus secundi iudicis valet, etiam si primus coram quo calumniöse erat lis introducta, inhibuisset.

QUARTO principaliter limitatur, quado lis fuisset calumniöse, in fraudem, t̄ aut dolosè instituta: Actus enim illa pendente facti nõ dicuntur attentati, vt de alienatione rei litigiosæ est decis. Bisignett. 2. incip. cum quædam. num. 2. in fi. de rer. permut. vbi voluit, quod motio iniusta litis non inducat vitium litigiosi, & alia Casfad. 7. conclusit, numer. 1. de dol. & contum. quas post Sarnen. super reg. de annali. q. 45. tenet etiã Mandos. super reg. de subrogand. collitig. quæst. 11. nu. 6. t̄ de processu, & sententia facto per secundum iudicem lite coram alio iam (calumniöse tamen) introducta quod valeant, & est decis. Boer. 161. & Christi, per tot. præsertim. num. 4. vbi inquit, quod ita fuit iudicatum, & factum arrestu: facit decis. Afflic. 31. Episcopus Nucerinus, per tot. vbi lite calumniöse in vltima die termini solutionis super absolutione à iuramento coram iudice ecclesiastico introducta, valet processus per iudicem laicum factus, & condemnatio subsecuta, & quod ita fuit iudicatum, t̄ & quod capiens possessionem lite pendente, si constat, quod lis sit calumniosa non dicatur intrusus & consequenter nõ attentet, sentit Rota in vna Burgen. canonicatus coram D. meo Oradino, sub die 18. Decembris 1562. Pro qua limitatione (omissis multis, quæ in detestationem calumniarum adducilata possent) ad propositum de quo agimus facit, quod in simili dicitur, t̄ pendente restitutione in integrum posse fieri, & non impediri executionem, quando esset præsumptio, quod esset calumniöse petita, vt per Lap. alleg. 53. an oporteat. numer. 8. & Paris. conf. 100. contractus. sub num. 3. lib. 1. & dicitur latius infra suo loco. capit. 18. de attenda. restitu. in integr. pend. in 1. limitat. regulæ ibi positæ. nume. 54. & magis ad propositum, facit decis. Boer. 2. nu. 27. in 1. parte, qui post alios, de quibus ibi dicit, quod valet electio per capitulum lite in fraudem inter electos mota: nã & alias statutum t̄ quod cogit ad compromittendum non habet locum, quando compromissum calumniöse petitur, vt post multos ibi allegatos fuit resolutum in vna Senogalien. coram Caputa quen. 25. Nouembris, 1560. & est in recollet. ipisius prima parte, decis. 224. incipien. statutum, & supradicta de actibus gestis lite calumniosa pendente, vt

6 dente, vt valeant. t̄ Amplia vt procedant etiam si primus iudex inhibuisset, vt notanter dicit Boer. dicta decis. 161. vers. tum secundo: de quo latius etiam infra cap. 20. de atten. post inhib. in 7. limit. princip. per tot.

LIMITATIO V.

S V M M A R I V M.

- 1 ATTENTARE non dicitur faciens actum accessorium eorum, quæ gesta erant ante lite motam.
- 2 Possessionem ciuilem ante lite motam, capiens lite pendente naturalem non dicitur attentare.
- 3 Locator capiens possessionem rei locatæ postquam conductor contra eum causam commisit non dicitur attentare.
- 4 Consecutiuus actus etiam lite, vel appellatione pendente fieri potest, & quis dicatur actus consecutiuus, num. 8.
- 5 Denuntiatio excommunicati fieri potest etiã pendente appellatione secundum aliquos.
- 6 Gratia quando præcedit liti pendenti, & lis non est super gratia, lis non impedit executionem gratiæ.
- 7 Possessio capta vigore resignationis, & gratiosa subrogationis in ea contentæ pendente appellatione à denegatione possessionis non dicitur attentata.
- 8 Præbendæ collatio dicitur actus consecutiuus ad receptionem in canonicum, & in fratrem, & econtra.
- 9 Traditio possessionis dicitur actus consecutiuus ad electionem præcedentem.
- 10 Possessio adeptio facta (pendente appellatione) per electum, & confirmatum, aut per præsentatum, & institutum valet tanquam effectus consecutiuus in ris præcedentis.

QUINTO Limitatur t̄ vt non procedat quado actus esset accessorius eorum, quæ gesta erant ante lite motam. Exemplum in eo, qui antelitem motam t̄ habebat ciuilem possessionem, & lite pendente acquisiuit naturalem, nam talis acquisitio (cum videatur accessoria ad ciuilem) non dicitur attentata, vt est tex. in c. cum venissent, & ibi not. Abb. de restitu. spoliat. & per multa post alios tradit Paris. consilio 172. in causa. numero 12. libro quarto. quem sequitur etiam nouissimè Mandos. in tracta. de inhib. quæstio. 23. & fuit etiam nouissimè tentu in vna Bononiæ. prætenforum attentatorum coram Cotta. 16. Ianuarij. 1570. in qua t̄ is, qui locauerat quædam bona cum pacto expresso, quod finita locatione conductor dimitteret possessionem, & liceret locatori propria autoritate illam capere (& cõsequenter retinendo penes se ciuilem transfulerat tantum naturalem in conductorem) si commissæ causa iactationis per conductorem, locator lite pendente capiat naturalem possessionem nõ dicitur attentare propter anteriorem possessionem, quam apud se habebat per dictum consil. Paris. Et pro ista limitatione facit quod diximus infra cap. 12. de attentat. appellation. penden. limitat. 40. princip. post Franc. in c. bonæ. qu. 13. in fine. de appellat. quod t̄ actus consecutiuus ad actum à quo appellatur (etiam pendente appellatione fieri potest, & quod denuntiatio excommunicati, cum sit actus accessorius nec cessarius & consecutiuus ad excommunicationem, ideo etiam pendente appellatione ab excommunicatione fieri potest, secundum Franc. in cap. pasto-

ralis. §. verum, nume. 1. de appellat. Quibus addit, quæ ponit Egid. in conf. 35. in prin. t̄ quod quando gratia præcedit liti pendenti, & lis non est super gratia, tunc nõ impeditur executio gratiæ propter talem litem, quia effectus trahitur ad tempus suæ causæ, quo argu. vtebantur aliàs excellentes aduocati in vna Gerunden. canonicatus coram Grato 26. Maij. 1564. in qua dubitatur t̄ an possessio capta vigore resignationis, & gratiosæ subrogationis in ea contentæ pendente appellatione per alium interposita à denegatione possessionis esset attentata, & pro negatiua allegabatur, quod (cum lis non esset super resignatione, & super gratia talis pendenti nõ poterat impedire executionem gratiæ, & possessionis ademptionem, & pro negatiua tenuerunt domini ibi: quamuis in decisione non faciat specialem mentionem de hac ratione, sed de ea solum, quia subrogatio excludit attentata. Actus autè consecutiuus esset, puta t̄ collatio præbendæ actui receptionis in fratrem, & canonicum, & econtra, vt dicit glo. in c. dilectus. in verb. vacaret. de præben. Sic & t̄ actus traditionis possessionis diceretur actus consecutiuus ad electionem præcedentem, vt post Franc. diximus in d. limit. 40. post princ. quod est etiam de mente Lambert. in tract. de iure patro. in 3. artic. 6. q. princ. secundæ part. lib. 1. nu. 6. & iterum in 5. art. 11. q. princ. secundæ part. lib. 1. nu. 2. in fi. vbi voluit t̄ quod adeptio possessionis facta (etiã pendente appellatione) per electum, & confirmatum, aut præsentatum, & institutum, valeat, ex eo, quia talis possessio sit effectus consecutiuus iuris præcedentis. Hæc autem limitatio præsertim in hoc exemplo traditionis possessionis necessariò limitanda videtur, vt non præcedat, quando ultra liti pendenti fuisset etiam facta inhibitio, quia inhibitio multa operatur, quæ non operatur sola liti pendenti, vt deduximus latè. infra cap. 20. de attent. post inhib. in prima ampliat. princ. & in terminis ita fuit aliàs decisum per dominos in vna Camerinen. aggregationis in canonicos coram Iunio. 29. Martij. 1557. in qua fuit dictum, quod si Episcopus (qui duos canonicos creauerat) fuit inhibitus (vt erat in facto) & postea canonicos immisit in possessionem, talis possessio censetur attentata.

LIMITATIO VI.

S V M M A R I V M.

- 1 Attentatum non dicitur, quod fit post litem finitam.
 - 2 Alienatio rei litigiosæ valet, postquam lis erat renuntiatione finita.
 - 3 Renuntiatione purgatur vitium litigiosi.
 - 4 Intrusus non dicitur capiens possessionem post resignationem, per quam lis erat extincta.
 - 5 Prouisio ordinarij facta de beneficio, quod erat in lite (super qua per 18. annos nihil fuerat factum) valet.
 - 6 Tempore liti extingui censetur, quando (puta per 20. annos) fuit ab ea cessatum.
 - 7 Lis in causis fiscalibus non extinguitur, etiam si per 30. annos in ea nihil sit factum.
 - 8 Ordinarij prouisio valet, quando lis erat transactione sopita.
 - 9 Litis finitæ, & sopitæ mentio non est faciend.
 - 10 Lis finitur per sententiam, quæ transiit in rem iudicatam remissiuè.
- S**EXTO limitatur, nisi actus fieret post litem finitam, Renuntiatione, Tẽpore, Tã transactione, Tract. de Attent.

aut per sententiam, quæ in re transfuit iudicatâ,
 2 vt de primo t loquens de alienatione facta post-
 quam liti est renuntiatum. not. Mil. in verb. litigio
 sum, & Crauetr. post alios in cõs. 182. videtur. nu-
 3 mero 4. lib. 1. vbi volunt, quod per renuntiatione
 t purgetur vitium litigiosi, facit quod fuit dictu
 per dominos in vna Burgen. Canonicatus corâ
 D. meo Oradino. sub die 18. Decẽbris. 1562. quod
 4 t capiens possessionem post renuntiationem be-
 neficij, super quo litigabatur, & per quam lis erat
 extincta, non dicitur intrusus, nec attentasse. De
 secundo est decif. Cassad. 5. vt lit. pend. dum vult
 5 t prouisionem ab Ordinario factam de benefi-
 cio litigioso valere, si in ea lite per longum tem-
 pus (puta decem, & octo annorum) nihil fuisset fa-
 ctum, adeo quod poterat præsumi habita pro de-
 relicta. pro quibus facit, quod aliàs fuit decifum
 6 in Rota eum, qui per 20. annos fuit in possessione
 non dici attentasse, si illam cæpit post tres sen-
 tentias, & executoriales obtentas, licet in intima-
 tione executorialium debitos terminos non ser-
 uauerit, & ob nõ seruationẽ terminorũ lis adhuc
 videretur quodammodo pẽdere, vt est decif. in
 recollect. Acchill. de Grass. 33. attentata dixerunt,
 sub rubr. de attẽtat. & Guid. bon. 156. Calagurita-
 na, sub rub. de attent. Quæ omnia de tẽpore limita-
 7 ta t nõ procedere in causis fiscalib: in his enim
 etiã si per 30. annos sit cessatũ a prosecutione, ni-
 hilominus attẽtata considerari dicuntur, vt est de
 8 fio Rot. Bonon. Pet. de Benintend. 77. mota lite.
 nu. 8. & seqq. De tertio habes per Paris. cõs. 47. vi-
 detur. n. 43. lib. 4. dum t similiter vult prouisionẽ
 Ordinarij valere, quando lis fuisset trãfãctione so-
 pita, pro quo facit quod cõsuluit Ancha. cõs. 16.
 viso processu. vol. 1. quem refert, & sequitur Cra-
 uett. d. conf. 182. nu. 4. dum tenet de lite sopita
 9 t non esse necessarium facere mentionem in im-
 petratione rescripti, vt dictũ est suprã in 7. illatione.
 in 3. limit. regulã ibi positã. nu. 655. & per tran-
 factiõnem finiri litẽ est decif. in recollect. Thom.
 de Tanif. 5. incip. nõ potest. De vltimo autẽ, quod
 10 lis, & vitium litigiosi dicatur finire per sententiã
 t quæ transfuit in rem iudicatam satis cõstat ex
 his, quæ posuimus suprã in præfat. huius secun-
 dæ partis. nu. 213. dum tractãdo, quibus modis lis
 dicatur tolli, & finiri inter cãteros modos etiam
 hunc per sententiam connumerauimus: generali-
 ter autem quod lite finita nõ soleant reuocari at-
 tẽtata dixerunt domini in vna Pacen. fructuum
 coram Oradino. 20. Oct. 1570.

LIMITATIO VII.
 SVMMARIVM.

- 1 Litigiosa res. nec etiam titulo diuisionis in alium trans-
ferri potest secundum aliquos.
- 2 Diuisione rei litigiosæ inter fratres fieri potest, secundum
commun. opinio.
- 3 Alienatio necessaria permittitur etiam sine consensu do-
mini directi.
- 4 Diuisione rei litigiosæ, vt valeat debet esse necessaria, se-
cus si voluntaria prout est respectu prouocantis, de-
bet fieri cum vniuersitate, & per æquales por-
tiones.

SEPTIMO limita nisi essemus in actu diu-
sionis rei litigiosæ inter fratres, etiam lite pẽ-
dente facto, quamuis enim Alciat. in consil. 138.

perfringendo. numer. sexto. libro nono, affirma-
 1 uerit rem litigiosam, t nec etiam titulo diuisionis
 posse in alium transferri, quia tamen in id ni-
 2 hil pãnitus allegat, contrarium videtur verius,
 vt tradit t de communi opinione, attestans Ste-
 pha. Aufser. in addit. ad decif. Tolos. 75. incip. si ex
 diuisione, versic. & ad hoc allegatur, per tex. in l.
 fi. vers. exceptis. C. de litigios. & in §. 1. in auth. de
 litigios. ea ratione, quia huiusmodi diuisione sit alie-
 3 natio non voluntaria, sed necessaria, & propterea
 hoc casu permittitur etiam t sine consensu domi-
 ni, quando essemus in diuisione rei emphyteoti-
 cæ, quod etiam quoad hunc effectũ, quod ex quo
 diuisione est alienatio necessaria non debeat solui
 laudemiu, tradit, & multos in id citat Io. Cephal.
 in consil. 195. Vincentius Bossius. numero 19. &
 20. lib. 2. intelligendo tamẽ de diuisione inter em-
 phyteutas, secus si inter extraneos, vel si tota
 vni ad iudicetur, & latius per eum ibi. numer. 25.
 & 26. & quod alienatio per viam diuisionis pos-
 4 sit fieri, tam de re emphyteotica, quàm etiam
 feudali, tradit post alios Portius Imolen. in con-
 sil. 65. ex facto. numero 28. & seqq. lib. 2. t Hæc au-
 tem limitatio est notabiliter tribus modis decla-
 randa, vt colligitur ex his quæ latẽ, & eleganter
 circa hanc materiam diuisionis rei litigiosæ tradit
 Ioann. Cephal. in consil. 64. mense Aprilis. nu-
 5 mero sexto, & multi seqq. lib. 1. videlicet, & Pri-
 mò, vt ista diuisione fiat ex causa necessaria, non
 autem ex causa voluntaria, prout videtur esse
 respectu prouocantis ad diuisionem, vt per eum
 ibi. numero nono. Secundò, vt fiat cum vniuersi-
 tate, vt ibi numer. 13. Tertio, quod diuisione fiat per
 æquales portiones, non autem vt tota vni assigne-
 tur, vt per eum ibi. numero 16. post Aufser. vbi su-
 præ. Et ea autem ratione quod diuisione sit aliena-
 tio necessaria potest magis generaliter colligi ad
 regulam.

LIMITATIO VIII.

SVMMARIVM.

- 1 Necessarius actus etiam lite pendente fieri permit-
titur.
- 2 Confiscatio rei litigiosæ (tanquam alienatio necessaria)
etiam lite pendente fit. num. 2.
- 3 Inuestitura feudi cum illius possessione, post mortem
litis consortis per eum, qui in feudo suo cedebat con-
sorti prædefuncto (etiam si fuerit lite pendente im-
petrata) non dicitur attentata, sed facta ex causa ne-
cessaria.
- 4 Præsertim quando huiusmodi alienatio necessaria habe-
ret causam de præterito.
- 5 Lite super rei vindicatione contra emptorem, & posses-
sorem introducta illa pendente potest consan-
guineus venditoris agere ad retractum eiusdem
rei.
- 6 Vitium litigiosi non pertinet ad alienationes necessa-
rias, quæ habent causam de præterito.
- 7 Mandatum executiuum relaxatum contra colligantẽ
non potest exequi contra eum, qui ex datione in solu-
tum ex causa necessaria possessionem rei super qua
litigabatur, fuerat adeptus.
- 8 Alienatio dicitur voluntaria non autem necessaria, nisi
probetur quod debitum (pro quo fit alienatio) fue-
rit contractum ante litem.

vel

- 9 Vel constet, quod alienatio sit iudicialis cum decreto
iudicis.
- 10 Alienatio quæ dicatur voluntaria, quæ necessaria re-
missiue.
- 11 Quod fit ex necessitate, non dicitur fieri in frau-
dem.
- 13 Necessitatis causa multa conceduntur, quæ aliàs non
concederentur remissiue.

OCTAVA limitatio, videlicet nisi actus, qui
 1 fieret lite pendente esset necessarius (puta
 2 alienatio rei litigiosæ t per confiscationem) nõ
 talis actus (etiam quod sit in præiudicium litis)
 3 tamen valet, & ita limitatur tot. tit. de litigio. se-
 cundum Lanfranc. decif. 86. litigiosi vitium, & not.
 etiam per Barto. in l. damni infecti. §. si dominus.
 ff. de dam. inf. & Ange. in auth. de litigio. §. 1. pro-
 ut allegabantur in vna Messanen. Baroniariũ Co-
 ram D. meo Oradino. 5. Nouemb. 1565. in qua (cũ
 4 prætenderetur t adeptioem possessionis feudi
 post mortem litis consortis factam, & inuestitu-
 ram eiusdem feudi lite pendente impetratã, esse
 attentatã) Domini tenuerunt nõ constare de
 attentatis, ex rationibus allegatis pro Beatrice,
 inter quas erat ista, quia illa adeptio possessio-
 nis erat necessaria ad effectum adeundi, & conse-
 5 quendi hæreditatem, sicut etiam translatio iurũ
 facta per mortem defuncti, quæ pariter erat a-
 ctus necessarius, non voluntarius, & pariter pe-
 titio inuestituræ, cum aliàs si intrã annũ non fuisset
 6 missa. Quod maximẽ procederet t quando
 huiusmodi alienatio haberet causam de præteri-
 to, puta quãdo t emptor rei (super qua haberet
 locum retractus) fuisset conuentus a tertio rei
 vindicatione super eadem re, nam hac lite pendẽ-
 te, si consanguineus venditoris agat ad retractũ
 petens sibi rem restitui & venditionis instrumen-
 7 tũ fieri, vtique non obstante dicta litis pendentia
 hoc obtinebit, ex quo t vitium litigiosi nõ pertinet
 ad alienationes necessarias, quæ habent causam
 de præterito, vt videtur tex. ad literam in l. aliena-
 tiones. ff. famil. hercif. & ibi no. Bald. & Flor. &
 post eos & alios quam plures per eum allegatos
 tradit Tiraq. de vtroque retr. §. 36. in gloss. fin. nu.
 2. quibus adde Aemilian. in consil. 51. in præmissis.
 numer. 20. & pro hac limi. & optimẽ facta. quod fuit
 resolutum in vna Senogalien. præfensi spolij do-
 mus coram A. Aug. 19. Nouemb. 1557. in qua (dũ
 8 dubitaretur t an mandatum executiuum relaxa-
 tũ contra colligantem possit exequi contra eũ,
 qui ex datione in solutum possessionem domus li-
 tigiosæ fuerat consequutus ipso aliter nõ citato)
 Domini dixerunt, quod si datio in solutum fuit ex
 causa necessaria requirebatur citatio, & si per e-
 9 xecutionem fuisset spoliatus veniret restituendus,
 & consequenter sua possessio nõ haberet ibi pro
 attentata, quia aliàs non haberet locum restituti-
 o. Cassad. decif. 3. de rest. spol. & diximus latius
 in trac. vlt. de pœnis attẽt. in 6. pœna. Quamuis in
 eadẽ causa in alia positione per eundem A. Aug.
 sub die 15. Decemb. 1557. facta, fuerit deinde reso-
 lutũ, quod illa datio in solutum (de qua ibi) fuerit
 non necessaria, sed voluntaria, Immo ad propo-
 10 sitũ præfentis limitationis (præsertim eius, quod
 proximẽ diximus de alienatione ex causa de
 præterito) multa considerantur domini ibi iuxta

notas D. mei Oradini, quæ ad declarationẽ mate-
 riæ hęc subii cere non inutile visum fuit. Dubium
 ergo erat ibi tale. An alienatio facta Romano as-
 ferto creditori cum Iudicis decreto, cuius copia
 datur (decretum aut erat extrajudiciale) per Ga-
 sparem assertum debitorẽ carceratum dicatur
 necessaria, vel voluntaria ad effectum de quo agi-
 tur (effectus aut erat an is in quem erat facta alie-
 natio per dationẽ in solutum lite pendente esset
 intrusus) & domini formaliter dixerunt. Quod
 1 t alienatio esset voluntaria, nisi Romanus pro-
 bauerit, quod debitũ fuerit contractum ante li-
 2 tẽ, & t nisi constet, quod dicta alienatio sit iudi-
 3 cialis. In causã tamen disputatione fuit dictum
 quod aut sumus in alienatione extrajudiciali, &
 tunc necessaria dicitur, quando habet originẽ an-
 te, vel procedit ex facto testatoris, & ita proce-
 4 dant multa allegata (inter quæ erãt decif. Afflic. 191.
 Deci. in cõs. 60. co. 2. versic. licet fecus esset in
 datione in solutum necessaria. Alex. in consil. 52. vi-
 so. in fi. nume. 4. lib. 1. Gozad. conf. 90. numero 15.
 vers. 8. quando. in fi.) Aut alienatio est facta iudi-
 5 cialiter, & tunc non inspicitur aliud, quàm ipsum
 decretum, & quod alienatio fiat iudicialiter, ita
 sensit Alber. in 2. parte statutorum. q. 2. in prin.
 Afflic. decif. 354. & in isto casu mouebatur du-
 6 bium, quia instrumentum videtur dicere, quod
 Gaspar erat in carceribus, propter hoc debitum,
 & non poterat inde exire, & quod non habebat
 alia bona, & quod (secundum aliquos) notarius
 attestabatur de aliqua parte debiti se esse roga-
 tum. Fuit etiam dictum, quod in vltima volun-
 7 tate debitum hæredis facit causam necessariam,
 quia eo viuente alienatio tenet, per latẽ tradita
 per Pratic. Papien. in for. libelli, de actione reali. in
 vers. iustis, ac legitimis titulis. numero 32. sed fuit
 replicatum, quod hoc procederet si tractaretur,
 de excusanda alienatione, quam hæres diceretur
 8 incurrisse, sed hęc dicebatur, quod hæres prius ce-
 ciderat, & cum ammississet dominium non pote-
 rat alienare etiam vita durante. Hęc illi, Ex quibus
 9 t sufficienter colligi potest, quæ dicatur alie-
 natio necessaria ad propositum vitij litigiosi. Ra-
 tio aut huius limitationis esse potest, quia (cum
 attentata non committantur sine dolo, & fraude
 ad not. per Rot. decif. 5. aliàs 25. ex quibus. de re-
 10 sti. spol. in no. t & id, quod fit ex necessitate non
 dicatur fieri in fraudem, secundum Gozad. in
 consil. 97. num. 15.) meritò videntur hoc casu ces-
 11 sare attentata. t Præfentẽque limitationem,
 quod alienatio rei litigiosæ in fiscũ fieri possit, te-
 net (expressẽ limitando. leg. fi. C. de litigios.) Alẽ.
 12 apud Bar. in dicta l. fi. in verb. alienari. per tex. in l.
 fi. constante. §. fi. & ibi Imol. ff. solu. matrimo. Quæ
 13 Limitatio posset t etiam multis cõprobari quæ
 alibi per docto. congeruntur, dum dicunt, quod
 multa necessitatis causa conceduntur, quæ aliàs
 non concederentur, cum necessitas (vt adagio v-
 surpatur) legem non habebat, ad quod multa cõ-
 gerit more suo Tiraq. in tractatu de vtroque re-
 tract. §. 26. glo. 1. num. 18.

LIMITATIO IX.

SVMMARIVM.

- 1 Bona suspecti de fuga, aut dilapidatione sequestrantur.
Tract. de Attent. 1 2

- 2 *Suspectus de fuga potest etiam lite pendente capi.*
 3 *Etiam propria autoritate.*
 4 *Et sine licentia, & commissione Iudicis.*

NON dimitta, nisi quis sit suspectus de fuga, seu dilapidatione, quia etiam lite pendente contra eum innouatur non solum, quia quando non est soluendo et sequestratur sibi bona, ad not. in c. si de sequestr. poss. & fruct. & tradit eleganter Steph. A. ufrer. in addi. ad decisio. Tolof. 477. post Bart. in l. Imperatores, per illum tex. ff. de appel. & dicemus infr. latius. ca. 12. de attent. appel. pend. limit. 12. numero 11. & fuit tentu per Dominos in vna Firmana hereditatis coram D. meo Oradino. 6. Iunij. 1572. et Verum etiam quia deuenitur contra eum ad capturam et etiam propria autoritate cuiuslibet priuati et sine aliqua Iudicis commissione, ad tex. in l. ait pretor. §. si debitorem, & ibi docto. ff. quae in fraud. credit. not. las. in l. si ab arbitro. ff. qui satisf. cog. & in sti. de actio. in princ. colum. 11. & 12. & in leg. 1. vbi etiam plenè Alex. ff. de iurisd. omn. iud. Fel y. in c. 1. col. 6. nume. 26. de Iudic. & per doct. in l. vinu. ff. si cer. pet. & ante eos Ang. in repetitione l. ne mo carcerem, vers. item quaro, quid si lite pendente. C. de exact. trib. lib. 10. & post eum Alex. in consil. 105. incip. magnifice prator. col. si. numero 25. lib. 3. & Franc. in c. cum teneamur. col. 3. numero 10. de appel. quos sequitur Maranth. in suo specul. aur. in q. 2. tertiae partis, sextae partis principal. num. 166. & Pet. Duen. reg. 42. nume. 9. post gloss. in l. fin. in verb. fidei iussio. C. de feriis. Quibus adde Misinger. Sing. obseruat. centuria secunda, decis. 65. incip. suspectus, & quae posuimus infra hoc cap. 4. in 4. declaratione prin. in prima limit. regulae ibi positae. nu. 19. quod lite pendente, quis non debet commodo possessionis priuari.

LIMITATIO X.
 SYMMARIUM.

- 1 *Exceptio litis pendente non admittitur in stilo compulso.*
 2 *Compulsoriales possunt decerni, & concedi etiam lite, & dilacione pendente.*
 3 *Non tamen die feriato in honorem Dei.*
DE C I M O, limita regulam non procedere in stilo compulso, nam super eo non admittitur et exceptio litis pendente, vt nouissime per Franc. Marc. in q. Delphin. decis. 313. numero 2. tertio. Pro quo stilo, & quod huiusmodi compulsores possint decerni, & concedi lite, atque etiam dilacione pendente, fuit pluries in Rota resolutum, vt est decis. in recollet. Put. 3. incip. pendente termino, & decis. 12. incip. dilacione concessa, sub rubr. de dilat. quibus concord. decis. in recollet. Thom. de Tanis. 60. compulsores, & Accorambo. 30. pendente. sub rubr. de dilat. Nec possunt et decerni in diebus feriatis in honore Dei, vt de die Dominico fuit resolutum in vna Dertu sen. mansi. coram Sarmiento. 8. Nouemb. 1566. nam de rigore iuris dicuntur nullae, licet talis nullitas videatur sanari posse, vt senserunt etiam Domini ibi.

LIMITATIO XI.
 SYMMARIUM.

- 1 *Actus, qui sunt praeter, vel secundum naturam Iudicij*

dummodo non sint contra, lite pendente fieri possunt citra vitium attentatorum.

- 2 *Cessio bonorum fieri potest ante & post sententiam.*
 3 *Appellatione pendente, si fiat cessio bonorum valet.*
 4 *Cessio bonorum permittitur non solum laicis, sed clericis, vniuersitatibus, & collegijs etiam ecclesiasticis.*
 5 *Causio de iudicio si sili, & similes, etiam lite, & appellatione pendente absque vitio attentatorum praestantur.*
 6 *Calculatoris electio etiam lite pendente permittitur.*
 7 *Restitutio scripturarum originalium etiam lite pendente regulariter fieri potest.*
 8 *Facta tamen obligatione de reportando.*
 9 *Dimissa tamen copia collationata.*
 10 *Deputatio aconomi pro fructibus conseruandis, etiam lite pendente absque metu attentatorum fieri permittitur.*
 11 *Executio instrumenti liquidum potest fieri etiam pendente lite occasione comp. nsaionis commissae cu clausula, prout iuris su rit.*
 12 *Iura extracta ex registro reposito in Archiuo lite pedente au faciant fidem.*
 13 *Liber notarij repositus in Archiuo lite pendente au faciat fidem, sicut si fuisset repositus ante litem.*
 14 *Superueniens implementum validi iudicij.*
 15 *Agens ex contractu potest etiam lite pendente adimplere.*
 16 *Partita extracta lite pendente ex libris mercatoris absque compulso e dicuntur esse in forma probanti, & extractio valida.*
 17 *Nisi ultra extractioem scripturarum factam in partibus lite in Rota pendente fuerit per ordinariu loci adiecta a tergo instrumenti fides legalitatis notarij defuncti & recognicio manus eiusdem.*
 18 *Alimenta & expensas cogitur quandoque etiam lite pendente, vna pars alteri praestare, prout regulariter*
 20 *Abbas Monacho, Maritus uxori, Frater sorori, Pater filio, & generaliter, Diues colligati pauperi.*
 Quod receptissimum est & procedit etiam si simus in prima instantia, vt num. 19.
 21 *Maritus cogitur praestare alimenta uxori lite pendente. Etiam si haberet aliunde unde viuere posset. numero 22.*
 23 *Mulier quando dicatur habere aliunde, unde viuere possit remissiuè.*
 Et etiam si habere patrem diuitem. nu. 24.
 Nisi dos mulieris esset incerta, & c. nu. 25.
 Nisi uxor propria autoritate diuertisset a viro numero 26.
 27 *Pater alimentum lite pendente filio secum litiganti praestare repetere non potest.*
 28 *Monachus vnius Monasterij electus ad dignitatem alterius monasterij si spoliatur, nec alimenta, nec litis expensas consequitur.*
 29 *Nisi suppli. et Papa.*
 30 *Alimenta & expensa vt supra dictis casibus lite pendente praestantur debet constare de quasi possessione filiationis, monachatus, & similibus.*
 31 *Alimenta lite pendente sunt praestanda, quando agens alendus est ex bonis ad quae agit.*
 32 *Diuitijs superuenientibus non currunt ultra alimenta lite pendente d. creta.*

VNDEC

VNDECIM dimitta non procedere in actu, qui esset a iure permissus et secundum, vel praeter naturam iudicij, dummodo non sit contra, et prout est cessio bonorum, quae potest fieri, & ante, & post sententiam, vt not. glo. in verbo condemnatum l. i. C. de his qui bon. ced. pos. & fa. deci. Cappel. Tolof. 249. & tradit Guid. Pap. in consil. 124. circa numero tertio. vbi tuetur hac partem, et quod etiam appellatione pendente facta cessio valeat, quem refert, & sequitur, & pluribus comprobatur nouissime Mattheus Brun. in tract. de cessio. bonorum. quae 32. per totam. Quae cessio et permittitur non solum laicis, vt tot. tit. ff. & C. de cess. bono. verum etiam clericis, ad no. in c. Odoardus, de solutio. quin immo permittitur etiam vniuersitatibus, & collegijs, etiam ecclesiasticis, vt not. in §. si quis autem adiecisset. in athen. vt determin. sit numer. cler. & per illum tex. eleganter ponit Stephan. Aufser. in addi. ad decis. Tolof. 136. in §. Item cautiones quas in iudicio praestare partes coguntur, vt tot. tit. ff. qui satisf. cog. ff. rem. ra. hab. & ff. de iud. fist. & similibus. Inimodi enim cautiones non solum citra vitium attentati praestantur lite pendente, verum etiam appellatione pendente, vt dicemus latius infra cap. 12. de attent. appellatione pendente. limita. 15. princip. numero primo. et Item electio calculatores, qui de communi consensu etiam lite pendente potest eligi secundum Alexand. in consil. 21. co. sideratis, numero 12. libro sexto. et Item restitutio scripturarum originalium, quae conceditur etiam aduersario inuito, facta tamen et obligatione de reportando, & dimissa et copia auctulata, vt est decis. Rot. 8. alias 741. nota, quod si aliquis. de fid. instrum. in antiq. et Item deputatio aconomi pro conseruandis fructibus, & ideo lite pendente inter Episcopum, & patronum super iure patronatus, poterit Episcopus dictum aconomum etiam lite pendente deputare, ad not. in c. cum vos. de offic. ordin. & in c. eam te. de iur. patron. & per dicta iura expresse id ponit Io. Bert. in tract. de Episcop. in 2. parte, lib. 4. q. 27. nume. 66. et Item executio alicuius instrumenti liquidum facta pendente lite occasione compensationis de illiquido vigore commissionis habentis clausulam, prout iuris fuerit: cum enim de iure illiquido ad liquidum non admittatur compensatio, consequens est, quod executio praedicta non dicatur contra, sed secundum naturam iudicij super compensatione, cum dicta clausula, prout iuris fuerit instituti & sicut ante motum iudicium fieri poterat, ita etiam si eo pendente fiat non dicatur attentatum, vt fuit resolutum in vna Romana vineae coram A. Augusto, prima Iulij 1551. & est in recol. Captaquien. in prima parte, decisio. 135. in cipiend. si praesentata. et Item excussio, oblatio rei, & solutio praetij lite pendente fieri possunt, & ex illarum superuenientia iudicium conualidatur, vt eleganter tradit Io. Ceph. in consil. 112. cum magnificus. numero 19. & seqq. libro primo. Et ex eadem ratione respondit nouissime Menoc. in consil. 35. duae sunt. numero 32. libro primo. eum qui promiserat se commentarios per eum editos non immutaturum, non posse dici innouasse, si lite pendente consuluerit peritos, qui dictos commen-

tarios tanquam bonos approba uerint, & sua subscriptione confirmauerint, et in hoc etiam antea sibi liceret, vt latius ibi per eum. Huc quoque referri potest id de quo alias fuit apud Dominos dubitatum in vna Herden. de acor. coram Vesta no. de anno 1554. die 8. Maij. et Anstante repositio ne registri in Archiuo lite pendente facta sit adhibenda fides iuribus ex dicto registro extractis, quamuis tunc dixerint non esse adhibendam fidem, & dicta resolutio, non tam in pendente litis fundari videatur, quam in eo, quod iura non erant legitime recognita, vt colligitur ex informationibus aduocatorum in dicta causa, nihilominus cum eadem causa fuisset denuo proposita, die 25. Iunij eiusdem anni sub isto dubio (An ex recognitione compulsores, notarij, & testium, & relatione collatoris & c. liber anni 1479. Sic sufficienter recognitus tanquam vnus de Archiuo, & collatio Dominici sit in forma probanti non obstante eius repositione lite pendente in Archiuo facta) Dominus fuerint pro libro et consequenter eo casu dicta litis pendente non fuit habita in consideratione, nec fecit attentata. Quod fortasse non aliunde pronenire dici potest, nisi quia ille actus repositionis (si non est secundum) non tamen est contra, sed potius praeter naturam iudicij, & intrare potest praesens 11. limita. Inde etiam prouenit, et quod licet is, qui pro parte sua non adimpleuit regulariter agere non possit, si tamen pendente iudicio superueniat implementum iudicij conualidatur, vt declarat Alciat. in l. cu proponas, la. 2. numero 1. C. de pact. & ideo Domini in vna Romana Cafalis coram Aldobrandi no. 24. Nouebris 1564. expresse tenuerint, et quod agens ex contractu possit etiam lite pendente adimplere, & merito cum huiusmodi adimplementum licet non sit secundum formam iudicij, saltem non est contra, immo posset dici, quod esset. potius secundum formam iudicij, cum illud valider, vt dictum est. Quibus proximum est quod alias fuit dictum in vna Romana domus coram Cotta. 24. Maij. 1564. in qua et (cum lite pendente fuisset ex libris cuiusdam mercatoris extracta quaedam partita absque compulso, & dubitaretur an essent in forma probanti, & pro negatiua inter caetera allegaretur, quod lite pendente huiusmodi extractio, & innouatio fieri non potuerat toto, tit. vt lite pendente nihil innouetur, praesertim absque literis compulsores a iudice ipsius causae obtentis, & aliis requisitis ad not. in capitulo primo, & penult. de fid. instrum. Maior pars inclinavit, quod essent in forma probanti, & consequenter talis extractio etiam lite pendente facta censetur valida: si tamen et ultra extractionem scripturarum factam in partibus lite pendente in Rota fuerit per ordinarium adiecta a tergo in instrumenti fides legalitatis notarij defuncti, & recognitio manus eiusdem aliter videretur dicendum, videlicet, quod talis recognitio tanquam facta lite pendente sit nulla, vt dixerunt Domini in vna Beneuentana Ischia, coram Domino meo Oradino 10. Martij. 1563. vbi id etiam fuisse dictum antea in vna Parmen. status coram Decano, & in alia Ro. duorum milium attestati sunt, Resolutio autem in dicta Ro. duorum milium verè fuit proponente D. de Rubeis 12. Februarij 1563. in Tract. de Attent.

qua Domini dixerunt quòd quoad recogniti-
onem manus dubitabant, quia legalitas fuerat fa-
18 talite pendente: Item, si præstatio alimentorum
& expensarum, quæ, & quas cogitur etiam lite
pendente quandoque vna pars alteri inopi præ-
stare, de quo per Mil. in verb. expensa, fol. 137.
Rot. decif. 1. aliàs 143. nota quòd accusatio, de ac-
cusatio. in antiq. Egid. decif. 356. Monachus, Gui-
do Páp. q. 561. si quis: Boer. decif. 303. numer. 4. &
315. numero tertio. Afflic. decif. 10. vxor. & decif.
11. foror. & decif. 152. fuit dubitatum. per tot. &
Franc. Marc. in q. Delph. decif. 150. quæstio: Cra-
uett. conf. 164. nobilibus: libro 1. & Didac. pratic. q.
capitulo sexto. numero octavo. fol. 40. & 10. Ce-
phal. in conf. 127. proponitur. num. sexto, & seqq.
libro primo, & decif. in re collect. Guid. bon. 36. du-
bitatum fuit: sub tit. de alim. & expens. lit. in vna
Tiburdin. inter Illustræm Dominam Vrsinam, &
Dominam Victoriæ Marchionissam, sub die 30.
Octobris. 1553. & cæteris copiosius per Io. Bapt.
de Asin. in sua praxi iudic. §. 32. cap. 2. in 23. amplia-
tione, vsque ad 3. inclusiuè: quibus adde Aemil.
conf. 126. quæritur per tot. & nouissime Hier. Gab-
riel. in conf. 29. Lucius Organtinus, vers. vltima
19 quæstio. sub num. 19. col. fi. vbi t id receptum esse
dicit, & etiam in prima instantia sibi locum ven-
dicare. apud quos, & alios per eos relatos, vide-
re etiam poteris, quòd lite pendente, cogitur
20 si Abbas monacho: Maritus vxori: Frater forori:
Pater filio, & generaliter diues colliganti inopi
expensas, & alimenta in multis casibus præstare,
licet concrarium, circa alimenta præstanda per
patrem filio, & maritum vxori, videatur tenuisse
Cappell. Tolof. decifio 77. an filio, vbi camen
Stephan. Aufrer. in addit. non minus latè, quàm
elegantè videtur hanc materiam declarare, &
21 vltra eum præmissa (quantum ad illud de t mari-
to, & vxore
22 A M P L I A, Vt procedat t etiam si vxor habe-
23 ret aliunde vnde viueret, (quòd t quando fit tra-
dit nouissime Menocch. in conf. 8. duæ, num. 22.
lib. 1. post alios quos ibi in id allegat) vt per Af-
flic. dicta decifio. 10. Cuius auctoritate id etiam
firmavit Io. Bapt. Ferret. in confil. 34. in præfenti,
24 num. 2. & per totum libr. 1. vbi id etiam t ampliat
procedere quando pater mulieris esset diues, &
maritus inops, vt latè & eleganter ibi deducit, &
hanc materiam pertractat, & Declara, vt proce-
25 dat, t quando dos mulieris esset certa, vt fuit ten-
tum in vna Romana dotis 10. mil. scut. alimentor-
um coram Do. meo Oradino, die 5. Maij. 1564.
26 t & Limita non procedere, quando vxor propria
auctoritate diuertit à viro, vt est decif. in recolle.
Thom. de Tanjs 11. incip. vxor, quæ propria. quod
per plura deducit nouissime Port. Imol. in confil.
160. in negotio. libr. 3. & quantum ad illud de pa-
27 tre & filio, Amplia, t vt pater alimenta sic penden-
te lite præstata repetere non possit, vt per Didac.
28 in dicto loco, in fine. t Illud versò de Monacho
Amplia, vt procedat etiam si Monachi electi sint,
inter se in discordia, vt fuit dictum in vna Me-
ren. coram Ioanne Paulo, vt est decif. in recolle.
Crescent. 175. de iudic. Et limita, vt non proce-
dat, quando Monachus vnus monasterij electus
ad dignitatem alterius monasterij spoliaretur,
quia tunc sibi, nec alimenta, nec expensæ litis de-

29 bentur, t nisi supplicet Papæ, vt fuit tentum in
vna Columbren. monasterij, vigesima septima Fe-
bruarij. 1542. vt est decif. in re collect. Pute. 2. ex-
pensa litis, in titul. de expens. cui concordat alia
Put. decifio de decimatertia alimenta. in titul. de
iudic. Et præmissa omnia declara procedere, Pri-
30 mò, t quando constat de quasi possessione filia-
tionis, aut Monachatus, aliàs secus, vt eleganter
& copiose declarat nouissime Hieronym. Gabr.
in consilio vigesimo quinto. Iulia tanquam filia.
numero secundo. & numero decimosextimo. &
per totum libr. 1. & est in re collect. Thom. de Tan.
decifio. 11. incip. fratres sancti Saluatoris. Quod
etiam fuit aliàs dictum in vna Roman. bonorum
de Zambeccarius, coram A. Augustino 22. Martij.
1557. in qua sub his verbis fuit resolutum, Quòd
eo casu præstentur alimenta, quia filia, & ne-
res patris, agit ad bona paterna, & habet senten-
tiam pro se. Nisi illa dicatur nulla, pet. si instituta.
§. 1. ff. de inoffic. testam. Bisignett. de iudic. de-
cisio. 2. Aym. consil. 164. Secundo, vt procedant,
31 quando t agens alendus est ex bonis, ad quæ a-
git, vt fuit consideratio Petr. Ant. Angul. in consil.
32 4. incip. & si textus. num. 1. libr. 3. t per tot. Tertio,
dummodo non superueniant diuitiæ, quoniam il-
lis superuenientibus, non currunt vltra alimenta
lite pendente decreta, vt fuit tentum in vna Ro-
mana status & alimentorum, coram Capizucco,
7. Nouembris. 1554.

LIMITATIO XII.

SUMMARIUM.

- 1 ACTVS factus à principe lite pendente, non dicitur
attentatus.
Et principis appellatione hoc casu licet non veniat qui-
libet superior alterius, putà Abbas respectu Mo-
nachi, vt num. 13. 14.
Legatus tamen de laterè principis appellatione conti-
neretur, vt num. 15.
Item & alij inferiores domini, qui saltem de facto non
recognoscunt superiorem, vt nu. 16.
- 2 Declaratio per superiorem fieri potest etiam lite pen-
dente.
- 3 Princeps faciens gratiam colliganti non dicitur atten-
tare.
- 4 Princeps dicitur esse supra ius.
- 5 Possessionis trāslatio etiam lite pendente de vno in aliū
colligantem fieri potest citra vitium attentati, si
princeps hoc exprimat.
- 6 Voluntas principis vbi apparet de illius potestate non
est dubitandum.
- 7 Auctoritas Papæ tollit vitium litigiosi.
- 8 possessio capta lite pendente substinetur, si Breue
superueniat cum clausula citra vitium attentato-
rum.
- 9 Voluntas principis, licet non sit expressa in suis litteris,
si tamen colligetur, ex actu cum eo gesto ad excu-
sanda auctoritate sufficeret.
- 10 Lite super feudo, & Baronia pendente (si præten-
dens per mortem litis consortis, se effectum domi-
ni totius feudi) obtineat à principe inuestituram,
& illius vigore possessionem capiat, non dicitur at-
tentare, quia dicitur possessionem à principe inue-
stiente accepisse.
- 11 Episcopus, & capitulum si fuerint in quasi possessione
exercendi

exercendi iurisdictionem coniunctim, & Canonici
per Breue Pontificis fuerint exempti à iurisdictione
Episcopi, & lite pendente adepti fuerint possessionem
exercendi iurisdictionem sine Episcopo, tals possessio
non censetur bona, neque manutenenda.

- 12 Inhibitio, quæ solet opponi in litteris gratiæ ad vacatu-
ra, non ligat manus Papæ, sed inferiorum.
- 14 Abbas licet regulariter possit Monachum, ad nutum
à prioratu remouere, id tamen sibi non licet lite
pendente.

1 D V O D E C I M O limita t nisi actus fieret à
2 principe, hinc videmus quòd si princeps li-
3 te pendente aliquid declarauerit tals declara-
4 tio per superiorem facta valet. Mil. in verb. decla-
5 ratio potest fieri, fol. 85. quinimò t potest etiam
6 alteri colliganti facere gratiam, nec per hoc di-
7 citur attentare, t cum sit supra ius, vt est decif.
8 Rot. 25. aliàs 310. si reus. in fin. de rescript. in no.
9 & Egid. decif. 749. licet, in fin. Dec. confil. 461. nu.
10 19. & præfatorum auctoritate est in re coll. Paleot.
11 decif. 147. agebat in vna Nolan. monasterij: quin-
12 immo t potest lite pendente per principem vi-
13 gore suarum litterarum fieri trāslatio possessio-
14 nis de vno in alium colligantem citra vitium
15 attentati, si hoc exprimat, t quia si de voluntate
16 apparet, de potestate non est dubitandum, vt hac
17 ratione motus, tenet Ruin. conf. 76. primò est vi-
18 dendum. num. 6. & sub num. 10. vers. & ex præ-
19 missis lib. 5. cum sola t auctoritas Papæ tollat vi-
20 tium litigiosi. Mohed. decif. 292. fuit dubitatum.
21 & ideo videmus quotidie praticari, quòd in cu-
22 ria datur Breue ad capiendum possessionem be-
23 neficij reseruati cum clausula citra vitium spolij
24 & attentatorum. Circa quod est hodie not. de-
25 cif. in re collect. Put. 18. possessio, vt lite pendente,
26 vbi voluerunt Domini, quòd immo etiam si sit
27 capta possessio lite pendente etiam sine aliquo
28 breui tamen Breue cum clausula citra vitium
29 attentatorum superueniat illa possessio (quæ vi-
30 debatur vitiosa) vigore dicti breuis superuenien-
31 tis substinetur, vt dictum est supra latius, hoc
32 eodem capitu. 5. in præfatio. in prima illatione.
33 num. 405. & multis seqq. Quod videtur posse am-
34 pliari, vt non solum procedat quando huiusmodi
35 principis voluntas est in suis litteris expressa,
36 Verum t etiam quando illa ex actu gesto cū prin-
37 cipe colligeretur, exemplum, si quis t lite super
38 feudo, & Baronia pendente præterdens per mor-
39 tem vnus ex suis litis consortibus se esse effectum
40 dominum totius feudi, illius inuestituram petat,
41 & obtineat à Principe, ac illius vigore possessio-
42 nem capiat non per hoc dicitur attentare, quia
43 dicitur possessionem à principe inuestiente acce-
44 pisse, vt fuit resolutum in vna Messanen. Baro-
45 niarum coram D. meo Oradino 5. Nouembris.
46 1565. in qua (cum pars aduersa instaret pro re-
47 uocatione dictæ intrusionis, & præfenti attentati
(Domini tenuerunt non constare de attentati-
48 tis: Hac tamen voluntas principis non diceretur
49 colligi si t præsupposito, quòd ante litem Episco-
50 pus, & Capitulum fuissent in quasi possessione
51 exercendi iurisdictionem coniunctim, & quòd
52 per Breue pontificis Capitulum, & Canonici fuisset
53 exempti à iurisdictione Episcopi, & (lite post-
54 modum introducta inter Canonicos, & Episcopum)
55 Canonici adepti fuerint quasi possessionem

exercendi iurisdictionem sine Episcopo, & tali
possessione per eos probata instaretur pro illius
manuentione: quia cum fuerit capta lite pendente
te non est manutenenda, vt fuit pluries decifum
per dominos, & retulimus infra capit. 31. de pœ-
nis attentat. in 6. pœna, in fin. vt fuit tentum in
vna Burgen. iurisdictionis coram D. de Rubeis.
27. April. 1562. vbi ad propositum præfentis limi-
tationis dixerunt, quòd Breue prædictum cano-
nicis non suffragabatur, quia clarè non diceba-
tur in eo, quòd capitulum posset adipisci posses-
sionem, sed solum eximit canonicos à iurisdic-
tione, vnde nō sequitur, ergo datur integra iurisdic-
tione Capitulo, & illam potuit per se, & lite
pendente capere: quinimmo contraria videtur
posse colligi mēs Papæ, ex quo in dicto Breui præ-
supponebantur deputati iudices, & executores,
qui deberent in fauorem capituli cōtenta in Bre-
ui executioni demandare. Et fa. quòd alias so-
let dici, quòd t inhibitio quæ solet opponi in lit-
teris gratiæ ad vacatura non ligat manus Papæ,
sed inferiorum, vt ipsi intra mensem acceptatio-
nis non possint providere, vt not. Put. in re colle-
12 suis decif. 29. stante nullitate, ad fin. sub rubri. de
13 concessio. præben. Hac tamen limitatio est sanè
14 intelligenda prout loquitur in principe, secus es-
15 set si essemus in alio superiori, putà in aliquo Ab-
16 bate, is enim licet regulariter possit Monachum
ad nutum à prioratu aliquo amouere, & conse-
17 quenter eum spoliare, id tamen sibi non licet li-
18 te, vel inquisitione contra eum pendente, cui Mo-
19 nachus adhæreat, vt est decif. Rot. prima, aliàs
20 prima de restitu. spol. in antiq. & latius diximus
21 supra in 1. ampliat. huius regulæ, in 4. exemplo,
22 vbi in id etiam alios citauimus. Et principè hoc
23 casu intelligere poteris t etiam legatum de late-
24 re, ad text. sing. in cap. si Abbatem, de elect. in 6.
25 & no. Andr. Barbat. in conf. 44. secundum ea. nu.
26 2. Quinimò t etiam inferiores domini (qui ta-
27 men saltem de facto non recognoscunt superio-
28 rem) hoc loco principes censendi sunt, cum ta-
29 les dicantur posse facere ea omnia, quæ possunt
30 principes, vt per Franc. in rubrica de appell. col.
31 4. & latius reassumpfit ex recentioribus. Aemilia.
32 in consilio 84. circa dubium. numer. secundo
33 & sequentibus,

LIMITATIO XIII.

SUMMARIUM.

- 1 R E M E D I V M attentatorum cessat ratione scanda-
li, seu periculi in populo.
- 2 Corpus mortui, iterum exhumari lite pendente, etiam
ex privilegio attentatorum, ratione scandali non
potest.
- 3 Restitutio spoliati non fit vbi periculum, vel scandalum
imminet.
- 4 Consuetudo Anglorum habet, quod debitore defuncto
creditores instare possunt, ne corpus tradatur sepul-
tura, donec eis sit satisfactum.
- 5 Appellatio creditoris, ne corpus defuncti debitoris se-
peliatur antequam sit sibi satisfactum, admittitur
in Anglia.

- 6 Creditores etiam de iure communi (secundum aliquos) possunt impedire, ne cadaver mortui debitoris sepeliatur, si erat obligatus, vigore instrumenti garantigati.
- 7 An autem appellare possint, commu. opi. quod non.
- 8 Exhumatio corporis humani lite pendente prohibetur fieri, potius ex equitate, quam de rigore.
- 9 Prohibitio ne corpus humanum exhumeretur, non durat perpetuo, sed donec plenè non constat corpus esse restitutum.
- 10 Scandalis allegation non sufficit nisi illud probetur.

DECIMOTERTIO, limita vt non procedat in his, quæ si reuocentur ex priuilegio attentatorum, causarent scandalum in populo, vel aliud periculum, vt in exhumatione corporis humani. Rot. decif. 8. aliàs 854. cum partes, vt lit. pend. in antiq. quæ est repetita ad verbum per Bisignet. decif. 30. postquam. nu. 5. vers. dum partes: de appell. secundum impressionem antiquam (nam in modernis cū additionibus Papazoni est prima, aliàs 302. nota. numer. 2. de caus. poss. & propriet. in antiq.) quam refert, & sequitur, ac multis comprobatur Grammatic. decif. 82. incidit. nume. 3. & per totam. eandem opin. tenet Franc. in c. dilecti, el. 3. numer. 5. vers. secundo limita, de appellat. & nouissimè post Hippolit. de Marsil. singu. 199. incip. in iure ciuili, tradit Menoch. de recuperan. possess. remed. 17. numer. 36. vers. quæ octauo, & Vestr. in praxi. ro. cu. li. 8. capit. 4. de attentat. sub numer. 16. & auctoritate dictæ decif. 8. aliàs 854. vt lite penden. in ant. aliàs senserunt Domini, quod licet regulariter attentata lite pendente sint purganda, quandoque tamen potest ex causa à regula recedi, & plures per eos ibi fuerunt causæ consideratæ & inter cæteras quædo pugatio esset incommoda propter exhumationes, quæ per partem allegabantur, vt considerabant in vna Calaguritana translationis coram Sarmiento. 23. Ianuarij 1570. Quod etiam senserunt quando purgatio attentatorum esset difficilis, vt fuit dictum in alia Hispalen. professionis coram D. de Rubeis 14. Octob. 1560. in qua dubitatum fuit, an Monialis (quæ prætendebatur, quod exeundo lite pendente monasterium, attentasset) deberet attentata purgare redeundo ad monasterium, cum id in facto perdifficile reputaretur. Ad quod dictum de scandalo, & periculo facit optimè, quod aliàs in simili in spolio dicitur, quod si immineret periculum, seu scandalum non fit restitutio, & ideo in vna Columbren. Abbatissatus Monasterij 4. Nouëbris. 1545. coram Io. Paulo Abbatissa illius Monasterij (licet obtinuerit tres sententias conformes super spolio) tamen non fuit restituta, ex hoc, quia ratione impudicitia, de quo contra eam dabatur imminere periculum, & scandalum totius monasterij, vt est decif. in recollect. Mohed. 214. Columbren. sub rub. de restit. spoliat. Quam limitationem declara. Primò non procedere de consuetudine Anglorum secundum opin. Vinc. & Tancred. relatam per Archid. in c. fin. vers. nominationes. sub numer. 15. 2. q. 6. per tex. in cap. qua fronte. in parte indecisa, quam hodie non habemus, de appella. vbi dicunt, quod si quis sit debitor, & eo mortuo creditores instent, ne corpus tradatur sepultura, donec sit eis satisfactum, vel

cautum, aliàs appellent, talis appellatio admittitur ibi à Papa, & ea pendente, non datur ei aliter sepultura, quod licet (vt patet) causet scandalum, tamen tolleratur in Anglia, secundum dictos doctores. Pro qua consuetudine facit, quod dicit Ang. in Authent. vt defunct. seu funer. eorum non in iur. à cred. in princ. numer. 1. vers. nota hic casum, quod quando debitor esset obligatus vigore instrumenti, garantigati, potest à creditoribus impediri, ne cadaver eius sepeliatur, vt refert Petr. Due. in reg. 397. sub numer. 8. in primo priuilegio, vbi tamen paulò superius contra hoc dictum Ang. & præsertim quod quoad impedidam sepulturam non detur appellatio, multa ponit, quæ apud eum, vide, & melius nouissimè per Viuum commu. opin. lib. 2. opin. 78. incip. creditor, vbi multa in hac materia ponit, & post Grammatic. & Hippol. de Marsil. vbi supra attestatur communem esse opin. quod talis appellatio non est admittenda. Secundò declara, vt id de exhumatione corporis humani procedat de equitate (vt dicunt Vestr. & alij supra allegati) secus sit de rigore iuris. Tertio (& hoc est notandum) vt ista restitutio corporis humani, & consequenter reuocatio attentati non sit simpliciter, & absolute in perpetuum prohibita, sed donec constet plenè corpus fuisse restitutum, vt pater in dictis decif. præsertim hac vitima declaratio ex dicta decif. 1. aliàs 302. de caus. posses. & propriet. in anti. Quarto, vt non sufficiat scandala simpliciter allegare, sed illa debeant etiam probari, aliàs si de scandalis non constaret fieret reuocatio attentatorum. Prout restitutionem spoliij attentati (non obstantibus scandalis, quæ allegabantur) faciendam esse, ex eo, quia de illis non constabat senserunt nouissimè Domini in vna Calaguritana translationis coram Blanchetto. 26. Iunij. 1573.

LIMITATIO XIII.

SVMMARIUM.

- 1 COMPROMISSVM fieri lite pendente potest citra vitium attentati.
- 2 Consensus iudicis, coram quo lis pendebat non requiritur, si lite pendente fiat compromissum.
- 3 Compromisso ex necessitate statui faciendo obstat exceptio litis pendente.
- 4 Exceptio litis pendente obstat compromisso faciendo, si compromissum est aliàs necessarium.

DECIMOQVARTO fallit in actu compromissi, qui etiam pendente lite fieri potest citra vitium attentati: quamuis enim Alex. apud Bart. in l. 1. in verb. transferri. C. de litigio. post Bald. in l. 1. C. commu. diuid. visus fuerit dubitare, an de re litigiosa, possit fieri compromissum, veritas tamen est, quod potest, vt est decif. Lanfranc. 177. super articulis, & valet absque eo quod requiratur consensus iudicis, coram quo primo litigabatur secundum Io. Bapt. generum Barto. in tract. de arbitr. lib. 6. cap. 6. vbi specialiter mouit hanc quæstionem, & resoluit, vt supra: Quam limitationem sublinita, vt non procedat,

dat, quando essemus in compromisso necessario vigore statuti faciendo, hoc enim casu si opponatur exceptio litis pendente impediretur compromissum, vt post Petr. de Anchar. in consil. 17. viso processu. & Socin. in consil. 38. pro decisione. col. 3. vers. primò, hoc probatur. lib. 1. tradit Blanc. in tractat. de compromiss. in quarta quæstio. princip. num. 123.

LIMITATIO XV.

SVMMARIUM.

- 1 REMEDIVM attentatorum non habet locum, quando quis attentatis, & eorum priuilegio renunciaasset. Etiam si renunciatio fuerit tacita, vt nume. 3. & seqq. vsque ad num. 10.
- 2 Pactum & renunciatio de non agendo spolio obstat spolio deinde agere volenti.
- 4 Obligatio in forma Camera videtur in ventre habere tacitam renunciationem priuilegio attentatorum, & numer. 7.
- Nisi fuerit adiecta instrumenti compromissi, quia executio facta vigore laudi d. su. er. lati pendente reductione ab eo petita, nihilominus dicitur attentata, vt num. 5.
- Et est hoc speciale in compromisso, vt num. 9.
- Præsertim si vigore commissionis super reductione laudi emanasset inhibitio rotalis, vt nu. 6.
- 8 Audi or Camera vigore suarum facultatum potest necdum procedere in causa, lite coram alio pendente, vt eorum etiam tanquam verus executor obligationum in forma Camera potest quiscunque causas etiam vigore commissionis, de obligatione camera rali merito non facientis, à quibuscunque iuribus ad se aduocare.
- 10 Compromisso etiam sub obligatione in forma Camera facto c. n. etur id actum, vt laudo parendum sit, nisi aduersus illud fuerit petita reductio.
- 11 Renunciatio dicitur a tertio, qui cum aduersario concordauit cum expressione quod brachium seculare contra eum relaxatum remaneat in suo robore, & alijs clausulis, de quibus hic, ita vt executio illius vigore facta pendente lite super nullitate concordie, etiã sequuta inhibitione, non dicatur attentata.
- 12 Passus attentata a consensu tacite illis renouare si patitur aliquid aduersario suo cõ. edi quod videatur excludere illorum reuocationem.
- 13 Attentans si impetret commissionem, quod præstata cautione cetera sent. sine præiudicio legitime executionis, & aduersarius a quisc. videtur attentatis renunciatum.
- Idem, quando attentans admitteretur ad probandum de bono iure, vt num. 14.
- Nisi passus attentata ignorasset sibi ius competere super illorum reuocatione, vt num. 15.
- Nisi se de attentatis dississet, & de iure causam commisit ante quampetere:ur de bono iure attentantis cognoscere, vt num. 17.
- 16 Renunciatio regul. riter non extenditur ad ignorata.
- 18 Renunciatio attentatis non dicitur, si commissio super illis causa passus attentata present. u. rit commissionem conuenientem negotium principalem in casu de quo hic.
- 19 Decif. 8. aliàs 382. de caus. posses. & proprie. in no. (quod susp. nd. ns petitorium si ad illud redijt, & in eo obinuat, non potest amplius variare, & suspendendo

petitorium ad possessorem reuerti (hodie secundum Dominos non est. nol. seruan. ia.

- 20 Tacita renunciatio excludit attentatorum reuocationem.
- Limitatur primo, vt non excludat reuocationem, quæ fieret ex officio Iudicis nobili, vt num. 21.
- Limitatur Secundo quando quis lite coram primo pendente in alium Iudicem conueniret, vt num. 24.
- 22 Index ex officio reuocare potest attentata etiam si ad instantiam partis reuocari non possent.
- 23 Reuocationem attentatorum licet is, de cuius non iure constat regulariter petere non possit, iudex tamen ex officio facere potest.

DECIMOQVINTO limitatur nisi quis attentatis, & eorum priuilegio renunciaasset: cum enim quilibet suo iuri renunciare regulariter valeat. l. fina. C. de pact. etiam huic iuri facta renunciatio præiudicabit: sicut dicimus quod renunciatio facta per spoliatum, de non agendo spolio contra spoliatorem obstat spoliato, deinde agere volenti, vt est decif. Rot. 16. aliàs 393. Si A. num. 4. de restit. spoliat. in no. & decif. 18. aliàs 401. si agenti. eod. titu. in no. Io. Cephal. post alios in consil. 235. Petrus. num. 27. libr. 2. & consil. 262. in facto. nume. 79. libr. 2. post Paris. consil. 113. num. 6. lib. 1. Quod non solum procedere dicendum est si specialiter, & expressè sit renunciatum (de quo non videtur dubium) verum etiam si sub generalibus verbis tacite talis renunciatio includatur, cuius rei plura possunt esse exempla: Primum sit quando quis se obligasset in ampliori forma Camera: Nam in ventre, & extensione huiusmodi obligationis virtualiter adest renunciatio (de qua agitur) cum talis obligatus consentiat, quod iudicium in vno loco ceptum valeat in alio finire, & ad libitum creditoris posse in omnibus locis conueniri, & arrestari, non obstante iure, quo dicitur, quod vbi iudicium ceptum est ibi terminari debeat, vt clarè patet ex ipsissimis formulariis talis obligationis, præsertim apud Galles. in tract. de obli. Camer. in princ. & in formula per eum nouiter introducta, & propterea de facto aliàs consultus respondi executionem factam vigore brachij secularis à curia Roma. vigore talis obligationis relaxati valere non obstante quod super instrumento in quo erat talis obligatio fuisse ceptum agi in partibus, & ad nonnullos actus deuenti, citra tamen conclusionem. Et quamuis aliquibus forsan videri posset contrarium esse dicendum ex eo, quia etiam præsupposita obligatione camera videtur quandoque considerari attentata, prout quando fuit factum compromissum, & conuentum de stando his, quæ fuissent per arbitros laudata, & determinata, & pro præmissorum obseruatione fuit facta obligatio in ampliori forma Camera quoniam si lato laudo, pars, quæ prætendit se enormiter læsam, petat illius reductionem, quæ pendente altera pars dict. laudi & dictæ obligationis executionem obtineat, & actualiter faciat, talis executio dicitur attentata, vt fuit pluries resolutum per dominos, vt in vna Auinio. en. laudi coram Fantutio. 7. Octobris 1555. & in alia Fauentina bonorum coram Cotta. 11. Maij. 1565. Præsertim si si vigore commissionis super dicta reductione emanasset inhibitio Rotalis, vt fuit decifum

decisum in alia Roma. attentatorum coram D. meo Oradino. 13. Februarij 1568. Quæ attentata eo casu non haberent locum, si ratione huiusmodi obligationis in forma Camera censeatur renunciatum attentatis secundum terminos præsentis limitationis. Nihilominus à dicta conclusione non est recedendum, sed tenendum, quod per huiusmodi obligationem censeatur attentatis regulariter renunciatum, cum talis renuntiatio videatur esse in ventre dicte obligationis per prædicta, præsertim attentatis facultatibus ipsius Auditoris Camera, quæ quarum vigore potest nendum procedere in causa. etiam lite coram alio pendente, verum etiam tanquam verus executor dictarum obligationum potest quascunque causas etiam vigore commissionis (de obligatione camerali mentionem non facientis) à quibuscunque iudicibus ad se aduocare, & ad ulteriorem illius executionem procedere, quod etiam videntur sensisse Domini in vna Hispanen. pensionis, & attentatorum coram Serafino 24. Maij. 1568. in qua cum dubitaretur an processus factus per Auditorem Camera lite pendente in Rota esset attentatus (licet tenuerint pro attentatis, ex eo, quia facultates Auditoris Camera fundatæ in obligatione Camerali non habebant locum in casu illo, in quo talis obligatio cessare videbatur) tacite tamen sentire videntur, quod si eo casu obligatio Cameralis adfuerit, processus non fuisset attentatus. Et tenedo eam ad illud de attentatis, quæ considerantur etiam quoad executionem factam vigore compromissi habentis dictam obligationem, responderi potest, quod si speciale sit in compromisso, & ratio specialitatis sit, quia in compromisso, & obligatione etiam in forma Camera desuper adiecta censetur id actum, ut laudo parendum sit, illudque exequendum esse, nisi aduersus illud fuerit petita reductio, ut eleganter declarat Ant. Galle. de obliga. Camer. in quarta particula dicte obligationis, q. 3. num. 5. & seqq.

Secundum potest esse exemplum huius tacite renunciationis, quando actor, qui obtinuerat executoriales, & brachium seculare post inceptam executionem, cum aduersario suo concordauerit cum certis conuentis capitulis, & inter cætera, quod executio, & brachium seculare remaneant in sua vi, & vigore, & sit in manu, & posse ipsius actoris omnibus istis remedijs uti, & quod aduersarius non possit iuari ad veniendum contra præmissa vlla exceptione, vel remedio de iure permissio, immo quod à se remouet totum, & quodlibet ius, quod sibi competere posset quouis modo, & c. si enim post factam concordiam reus committat causam nullitatis dicte concordie in Rota, & vigore commissionis fuerit inhibitum, & post inhibitionem actor denuo brachium seculare exequeretur, talis executio (quænis facta lite pendente, & inhibitione subsecuta) non est vitio attentatorum subiecta propter præcedentem concordiam, & clausulas in ea appositas, ex quibus consensus rei, & renuntiatio colligitur, ut post multa videtur fuisse resolutum in vna Oueten. nullitatis inter Capitulum Oueten. & Christophorum Pizzarrum coram D. meo Oradino, 17. Nouembris 1574.

Tertium potest esse exemplum in eo, qui tunc

posset petere reuocationem attentatorum (illam negligendo) patitur aliquid aduersario suo concedi, quod videatur respicere, & excludere hanc reuocationem, prout si patitur, quod si is qui dicebatur exequendo attentasse, impetret commissionem, quod præstita cautione cætera stent sine præiudicio legitimæ executionis, & huic commissioni ille acquieuerit, ut sensit Rota in vna Vercellen. moderationis inhibitionis coram Paleotto, ut patet in recollect. suis, decis. 57. propositi. sub die 18. Martij. 1557. Vel etiam quando attentans fuisset admissus ad probandum de suo bono iure, illudque probauerit, quasi per hoc videatur tacite priuilegio attentatorum renunciassse. Sicut dicitur de eo qui obtinuit sententiam in fauorem, quæ in rem transiit iudicata, quod si patitur de iuribus primæ sententiæ cognosci absque eo, quod opponat exceptionem rei iudicatæ, censetur adeo sibi præiudicasse, ut si feratur secundo sententia contra eum, illa valeat, & teneat non obstante re iudicata, etiam si sit lata ab eodem Iudice, ut post Innocen. in capitulo cum dilecta. in gloss. in verb. & furtiue, ante fin. de rescript. & Ludouic. Roman. in consilio 174. amplissime doctor, ad fin. & Aretin. in consilio 73. diligenter. column. 2. versicul. præterea ex quo Ioannes, & c. & Aegid. Bellam. decisio. 84. executoria. impetrata, & alios innumeros per eum allegatos, tradit latè Felyn. in cap. inter monasterium. column. 12. nume. 29. & seqq. versic. limita octauo. ext. de re iudic. vbi pluribus exemplis non solum in materia rei iudicatæ, sed etiam probationum, exceptionum, & nullitatum deducit qualiter ex huiusmodi patientia infertur patienti præiudicium.

Hæc tamen quæ de tacita renuntiatione dicta sunt, duobus modis necessariò intelligenda videntur.

Primò, ut procedant in eo, qui haberet notitiã qualiter sibi ius cõpetit super huiusmodi attentatorum reuocatione, secus si de illis notitiã non præsupponeretur habere, quia hoc casu nõ est dicendum inductam fore renuntiationem, cum regulare sit, quod renuntiatio non extenditur ad ignorata, l. tres fratres. ff. de pact. cum alijs adductis per Socin. in consilio 103. in casu, column. 2. & 3. lib. tertio, & consil. 25. column. penul. lib. 4. & post eum Paris. consilio 12. transactio. nu. 78. lib. secundo, & in specie in materia nostra attentatorum senserunt Domini in vna Lucana, Parochialis Campagnoli coram Binarino 8. Iunij. 1571. in qua, cum ad impediendum reuocationem attentatorum, allegaretur pro parte attentantis, quod per duas instantias fuerat disputatum, & cognitum de negotio principali, absque eo, quod vnquam fuisset datum de attentatis, ex quo videbatur illorum reuocationi renuntiatum, iuxta decisio. in recoll. Crescent. 140. & per alteram partem, huic fundameto replicaretur, quod eo casu non intrabat eo, quia præsupponebatur, quod agens nunc ad illorum reuocationem, ius super illis sibi competere antea ignoraret. Et consequenter non erat dicendum propterea fuisset attentatis renuntiatum, Domini tenuerunt pro attentatis. Subdentes, quod non obstabant ea, quæ ex aduerso per attentantem allegabantur, quia illa in iure non subsistebant.

Secun

Secundò intellige, ut non procedant, quando passus attentata pateretur de bono iure attentantis cognosci, postquam ipse de attentatis dedisset, & causam desuper commisisset, ut videtur fuisse de mente Dominorum in vna Astoricen. Coram Domino meo Oradino. 4. Martij. 1555. in qua (postquam ille dederat de attentatis, & fuerat sibi præfixus terminus, ad secundam ad docendum de illis, & fuerat etiam appellans à breuitate termini repositum) ipsemet præsentauit commissionem, & iura pro duxit respicientia negotium principale, & cum dubitaretur, an per hoc censeatur ita attentatis renuntiasse, ut non posset ex illorum priuilegio impedire cognitionem negotij principalis, nisi purgatis attentatis, Domini ibi simpliciter tenentes pro attentatis, tacite quoque sensisse videntur, quod per præmissa illis non censetur renuntiatum: prout nec etiam huiusmodi tacita renuntiatio inducta diceretur, si passus attentata (commissa super illis causa, & desuper aliquantulum litigato) præsentauerit, deinde commissionem concernentem negotium principale cum facultate, quod Auditor procederet cum clausula sine retardatione solutionis pensionis, vel sine arbitrio suo, & Iudex processerit per aliquod tempus super negotio principali, & in eo duas sententias in fauorem reportauerit, & propterea dubitari posset, an per hoc passus attentata censeatur sibi præiudicasse, ita ut causam attentatorum reassumere non posset, quamuis hoc videretur dicendum exemplo eius, quod legitur decisio. 8. alijs 382. fuit dubitatum de causa possess. & proprie. in no. quod suspendens petitorium si ad illud rediit, & in eo obtinuerit, non potest amplius variare, & suspendendo petitorium ad possessorium reuerti: Domini tamen in vna Taruifana pensionis coram Domino meo Oradino. 14. Martij. 1557. tenuerunt nihilominus purganda esse attentata, non obstante dicta decisio. 8.

¶ Quam Domini dixerunt non esse in obseruantia.

Ex his autem omnibus quæ in supradictis exemplis dicta sunt potest hæc conclusio firmari, quod etiam tacita renuntiatio excludat attentatorum reuocationem, (& consequenter præsentis limitatio regulariter admitti) Quæ tamen duobus modis videtur posse limitari.

Primò, ut non procedat in reuocatione attentatorum ex officio Iudicis absque partis instantia faciendâ, quamuis enim præsens limitatio quoad partes renuntiantes videatur de plano procedere, quoad iudicem tamen (cuius fuit per attentantem læsa maiestas) non videtur esse sine difficultate, quoniam licet pars, quæ renuntiauit non possit instare pro attentatorum reuocatione obstante sibi renuntiatione per supra dicta. Iudici tamen non videtur denegandum quin ex suo puro, & mero officio nobili pro sui iuris, & dignitatis conseruatione illa reuocare possit, cum non sit nouum, quod si index potest attentata ex officio reuocare, quæ ad instantiam partis reuocari non valent: Nam & alijs videmus, quod (licet is, de cuius non iure constat non possit regulariter petere reuocationem at-

tentatorum, Iudex tamen ex officio illa reuocat, ut per Franc. in c. bonæ. num. 15. de appellat. & ita sæpissimè in Rota obseruatum fuisse testatur, Guid. bon. in recollect. suis. decis. 105. incip. fuit tentum. sub rubr. ut lite pendente, & in quàm pluribus alijs casibus, de quibus diximus latius infra in tertia parte, capi. 27. de iudic. & per quem attentata reuocentur, versic. circa primam inspectionem.

Secundò, ut non procedat quando quis lite coram vno pendente, in alium iudicem confertiret, quia tunc videtur tacite renunciari litis pendentiæ coram primo, & illius priuilegio, ob dictum consensum, qui regulariter excusat & excludit attentata, ut dicemus in sequenti limitatione, quæ est huic proxima, & consimilis.

LIMITATIO XVI.

SUMMARIVM.

- 1 Actus factus lite pendente non reuocatur tanquam attentatus, si dicatur factus de consensu aduersarij.
- 2 Consensus etiam tacitus excusat ab attentatis. Et duplex huius dicti ratio assignatur, ut numero 4. & 6.
- 3 Limitatur duobus modis, ut num. 15. & 16.
- 4 Possessio tradita per capitulum præsentem illo canonico, qui litigabat tacente, & non contradicente non reuocatur tanquam attentata reuocanda.
- 5 Dolus non dicitur committi contra consentientem.
- 6 Consensu tollitur omnis nullitas.
- 7 Processus factus à iudice pendente relatione causæ per eum ad superiorem facta valet, secundum aliquos, licet de hoc subsistendum videatur, ut hic remissiuè.
- 8 Capitulum si immittat aliquem in possessionem, & diu taceat, sub prætextu, quod tunc clis penderet, non potest contra eum dare de attentatis.
- 9 Possessio præsumitur capta volente, & non contradicente possessore, si postquam illam adeptus est vigore executorialium lapsi fuerint viginti anni.
- 10 Comparens coram secundo Iudice, & petens ab eo inhibitionem moderari censetur in illius iurisdictionem consentire, ita ut non possit dare de attentatis.
- 11 Etiam si fuerit protestatus sine præiudicio litis pendentiæ coram primo, ut in casu de quo numero 12.
- 12 Passus attentata non censetur consensisse in secundum Iudicem, aut attentatis renuntiasse per solam appellationem interpositam ad alium Iudicem.
- 13 Nisi ultra appellationem ad alios actus deuenerit coram secundo Iudice absque repetitis protestationibus, ut num. 14.
- 14 Comparens coram Iudice sibi incompetenti potest ante litis contestationem iurisdictionem, & consensum reuocare.

DECIMOSEXTO limitatur, ut regula non procedat, quando actus, (qui prætendi

tenditur lite pendente attentatus (fuisse factus, de consensu partis, quæ instaret pro reuocatione attentatorum: quia talis consensus (etiam tacitus) excusaret ab attentatis: & ideo licet capiens possessionem vigore executorialium non seruat quatuor terminis dicatur attentare, vt est decis. in recoll. Mohed. 180. vacante. sub rubri. vt lite pend. tamen si dicta possessio fuerit per capitulum tradita præsentem illo canonico, qui litigabat tacente, & non contradicente, non venit tanquam attentata reuocanda, vt est decisio in recolle. Crescen. 17. super eodem. sub rubric. vt lit. pend. in qua ista potissimum ratio videtur fuisse in consideratione, quia scilicet præfens, & tacens actui (quem poterat contradicendo impedire) censetur illi consentire: quam decis. retulit, & secutus est nouissimè, etiam Mandos. in tracta. commissionum. in 14. formula. commissionis attentatorum, in verb. reuocandi. q. 2. versic. negatiuam tenuerunt Domini. Huius autem limitationis duplex assignari potest ratio. Prima, quia contra consentientem non dicitur committi dolus, vt in regula scienti. de regul. iur. in 6. cum dicitur fieri simil. Sicut nec etiam volenti iniuria. l. 1. §. vsque adeo. ff. de iniuriis, in attentatis autem requiritur dolus. Rot. decisio. 5. aliàs 25. ex quibus. de restitutio. spoliato. in no. vt diximus latius supra in prima parte, capitul. primo. de attentatis à parte. numero 75. 6. 7. Secunda potest esse ratio, quam considerabat Manfred. libro primo de attentat. appellatio. pendente, in nona parte. numero 6. quia scilicet consentu tollitur omnis nullitas. leg. 2. C. commun. vtriusque iud. & sic destruitur genus, & cum eo omnis species. Bartol. in leg. hoc legatum. §. interemptum. ff. de legat. 2. & consequenter etiam speciem attentatorum, cum illa dicantur esse regulariter ipso iure nulla, vt declarauimus infra capitulo 12. de attentatis appellatio. pendente. in decima septima ampliatio. princip. per tot. Hanc opinionem secundum eundem vbi supra, & in libro 2. de attentatis conclusi. 118. senserunt Hostien. in capitul. constitutus. versicu. dicunt quidam, & versicu. dicas igitur, & ibi etiam Cardinalis. sub numero 4. & Abbas sub numero 11. extra, de appellationi. & Vitalis in tract. de clausulis, in clausula nil nouari relatio. pend. nu. 15. dum fuerunt in ea opinione, quod processus factus à iudice (pendente relatione causæ per ipsum ad superiorè facta) qui aliàs esset attentatus, de consensu partium validari possit. Quamuis autem circa hoc de validitate processus relatione pendente de consensu partium facti subsistendum videatur per ea, quæ dicemus infra cap. 8. de attent. relat. pend. in tertia ampliatio. regulæ, ibi posita, à præsentem tamen limitatione non est propterea recedendum: cum in pluribus casibus ratione consensus petentis reuocari attentata illa fuisse excusata appareat, prout fuit aliàs dictum in vna Pacen. fructu coram D. meo Oradino, sub die 16. Maij. 1569. quod si 9. capitul. immittat aliquem in possessionem, & diu taceat, & deinde velit contra eum dare de attentatis, asserendo, quod lite pendente se intruserit, hoc facere non potest, & dicitur sibi præiudicasse. Quod etiam firmatum fuit iterum, dum eadem causa per eundem proposita fuit sub

die 20. Octobris. 1570. Et similiter, quod fuit aliàs dictum in vna Pampilonen. de Alueda coram Peregri. 14. Maij. 1547. quod capiens possessionem vigore executorialium vacuam, aut plenam sine contradictione, & violentia (si fluxerint post ea viginti anni) non potest talis possessio tanquam attentata reuocari, etiam quod fuerit capta lite pendente, ea ratione, quia præsumitur capta volente, & non contradicente possessore, vt est in recoll. Peregri. decisio. 93. aliàs 51. incip. in causa Pampilonen. Quod etiam dixerunt domini in vna Sabinen. decursus aquarum, & attentatorum coram D. meo Oradino. 19. Martij. 1561. in qua cum dubitaretur inter cætera, an gesta coram Camerario (lite prius coram Auditore Cameræ pendente) dicerentur attentata, tenuerunt sub his verbis, Quod gesta postquam ille coram Camerario comparuit, & petiit inhibitionem moderari non sunt reuocanda, quia per hunc actum positum consensus in iurisdictionem Camerarij, & sic non potest dare de attentatis. Et ad propositum præsentis limitationis diceretur quis consensus fuisse pro parte Episcopi, in curia Romana pendente contra fratres Sancti Martini super molendino, etiam inhibitione subsecuta, iidem fratres in Curia Neapolitana super refectione dicti molendini conuenerint Comitem Sarnen. & procurator Episcopi lata sententia in curia Neapolitana contra Comitem opponat se illius executioni cum protestatione, & clausula sine præiudicio litis pendente in curia Romana, & deinde fratres vigore dictæ sententiæ reedificauerint d. molendin. Episcopo autem pretendente, quod talis reedificatio sit attentata, Fratres ad excusanda attentata allegent, quod procurator Episcopi non obstante dicta protestatione sibi præiudicauit, & censetur consensus in iudicem Neapolitanum, ita vt hoc casu dicantur non adesse attentata, & licet aliàs eueniente casu in vna Sarnen. Molendini coram D. de Rubeis. 29. Nouembris. 1560. per dominos ob varietatem opinionum hil fuerit resolutum, ex his tamen, quæ fuerunt ibi per D. meum Oradinum adnotata videtur dicta attentata excusanda, tum quia causa, quæ principaliter pendebat Romæ super dicto molendino videtur diuersa ab ea, quæ super executione sententiæ contra Comitem lata pendebat Neapoli (cui potuit tanquam tertius Episcopus se opponere) tum quia intentato per fratres interdicto tetinenda, articulus an reedificatio sit attentata videtur omnino pendere à victoria in dicto interdicto obtinenda, iuxta decis. Capic. 72. de qua etiam diximus infra cap. 24. de reo, & except. contra attentata compet. quæst. ad decis. q. 19. Put. Nec obstat dicta protestatio, tum quia non fuit repetita in singulis actibus, Ad decis. put. 41. 44. de iudiciis. tum quia ab vltiori processu procurator Episcopi debuit appellare. Tum etiam, quia protestatio sub illa forma præseruat, vt liti in curia Ro. pendente non censetur renunciatum, sed non operatur quo minus ille procurator censetur consentire in Iudicem Neapolitanum cuius consensus ratione excusantur attentata, sed debuisset in protestatione dicere citra consensum in iurisdictionem, vt eleganter hæc omnia fuerunt deducta & allegata, tam per Excellentiss. pro fratribus informantes, quam in voto D.

to D. mei Oradini in dicta causa. Non diceretur tamen quis consensus, aut renuntiasse attentatis per appellationem interpositam ad alium Iudicem. Exemplum, si quis lite vigore specialis commissionis in curia, & in Rota introducta fuerit ab eius aduersario Neapoli conuentus, & quamuis in iudicio Neapolitano multoties fuerit protestatus, quod nullo modo in Iudicem consentire intendebat, si tamen lata postmodum contra eum sententia, ipse ad sacrum consilium appellauit, & demum etiam sacrum consilium (confirmando priorem sententiam) aduersarium suum, in possessionem rei (de qua agebatur) immittat, talis immissio venit tanquam attentata reuocanda (quasi fuerit facta lite vt præfertur in curia pendente) & ratio est, quia per appellationem prædictam non censetur illi litis pendentiæ, & consequenter etiam attentatis renuntiasse, vt senserunt Domini in vna Tarentina coram Capuzcho. 12. Octobris 1554. verum si postea vltra appellationem ad consilium Regium interpositam, alium actum absque repetitis protestationibus in curia Neapolitana fecerit, & præsertim si protestatus fuerit ad vltiora non procedi donec de huiusmodi causa fieret verbum in sacro consilio, de quo facta, fuerit deinde per Iudicem ad vltiora etiam ad sententiæ prolationem processum, per prædicta diceretur sibi adeo præiudicasse, vt (quamuis prædicta fuerint gesta lite in curia pendente, & post inhibitionem à curia emanatam, & possent prætendi omnia debere tanquam attentata reuocari) cum tamen casus euenisset de facto in eadem Tarentina prætenforum attentatorum coram Chissanen. 31. Ianuarij 1556. fuit tentum pro non attentatis. Hæc autem limitatio, videtur duobus modis sublimitanda. 15. Primò nisi quis consensus in iudicem qui esset sibi incompetens, & consensus reuocasset, ante litis contestationem: cum enim semper ille qui etiam expressè promisit se velle (etiam coram incompetenti iudice posse conueniri) possit iurisdictionem reuocare, falem vsque quo lis contestetur ad no. in l. si conuenerit. ff. de iurisd. om. iud. & declarat Aug. Bero. in consil. 9. vltra allegationes, num. 26. libr. 3. sequitur quod facta huiusmodi reuocatione non possit vltra contra eum de 16. renunciatione dari. Secundò, vt licet hoc casu præsupposito consensu attentata regulariter non veniat ad instantiam consentientis (& qui attentata passus est) reuocanda, ex officio tamen iudicis nobili, possit iudex (cuius fuit læsa maiestas) illa reuocare, vt diximus, & firmauimus in præcedenti 15. limitatione. ad fi. num. 21. quoniam, & in præsentem limitat. militat eadem ratio.

LIMITATIO DECIMASEPTIMA.
SVMMARIVM.

1. Matrimonium secundum contractum lite pendente super validitate primi valet, quando primum declaratur nullum.
2. Litis pendentiæ super matrimonio non reddit matrimonium litigiosum.
3. Contrahens matrimonium secundum lite super validitate primi pendente, licet non attentet, punitur tamen pena extraordinaria.
4. Lite, vel appellatione pendente super validitate primi non licet impunè ad secundum matrimonium transire.
5. Legitimitas filiorum per subsequens matrimonium de-

clitur valida, etiam si filij fuissent concepti lite pendente.

6. Sequestranda est mulier lite pendente super validitate primi matrimonij.

7. Nisi matrimonium esset iam consummatum, & vir esset in quasi possessione mulieris.

DECIMOSEPTIMO. Fallit in actu matrimonij secundi: qui si fiat lite pendente super validitate primi matrimonij valet, non obstante litis pendentiæ, t quando scilicet primum matrimonium declaratur nullum, vt est elegans text. in c. cum in apostolica, & ibi not. specialiter Abb. in sumario, & in 2. not. extra de sponsal. & tradit per illum text. Ruin. in consilio 150. gratissimum. numero 20. libr. 5. & post Bald. in Lappellatione. C. de appellation. & Ioan. Monach. in capitu. cupientes. de elect. in 6. Vital. de clausul. in clausul. nil nou. appellat. pendente. sub numero 4. & per text. in dicto capitu. cum in apostolica. idem firmat Bald. inter consilia matrimonialia, vol. 1. consil. 30. incipien. quedam mulier, num. 13. cuius limitationis ea etiam potest reddi ratio, t quia scilicet litis pendentiæ super matrimonio non reddit matrimonium litigiosum, vt docet Bald. in l. Deo nobis, num. 5. C. de episc. & cleric. quem post Barbat. in consil. 46. col. 2. num. 5. libr. 2. refert, & in effectu sequi videtur Menoc. de arbit. iud. libr. 2. centuria 3. casu 202. numer. 2. Quod si prima declaratur validum, vtique secundum matrimonium irritaretur, non quia esset contra actum lite pendente, sed quia quis non potest vno & eodem tempore duas habere uxores. Quamuis autem contrahens matrimonium, (vt præfertur) lite pendente non dicatur attentata, & consequenter actus non reuocetur, t incidit tamen in penam extraordinariam, de qua in dicto capitu. cum in apostolica, & in cap. tenor. de re iudic. vbi Abb. numer. 9. præsertim, quod coniugibus inhietur, ne inuicem reddant debitum, aut alios actus matrimoniales attentent, vt sentit etiam Ruyn. vbi supra: & expressè Imol. per eum alleg. in consil. 125. incipien. in causa, quæ vertitur, cui subscripsit, & multis comprobauit Angel. de Castr. de quo in primo volu. consil. matrimonial. consil. 31. incipien. quia ego Angelus. A quorum opin. nec etiam videtur dissentire Andr. Barbat. in consil. 9. viso. numer. 4. & seq. libr. 2. & sequitur Deci. in consil. 163. in causa. sub numer. 7. colum. 4. in versu. tertio respondetur. Et ita debet intelligi t quod aliàs simpliciter dicitur de quo, quod lite, vel appellatione pendente super validitate primi matrimonij, non licet ad secundum matrimonium transire, prout videtur text. & ibi not. expressè Ab. in cap. tua. num. 3. extra de sponsal. duorum, videlicet, quod non licet impunè ad secundum transire, non autem, quod matrimonium in se non sit validum, si primum declaratur nullum, vt dictum est: Quam limitationem ampliando intellige, vt non solum procedat respectu actus ipsius matrimonij, sed etiam respectu effectuum ab ipso matrimonio prouenientium, prout est legitimitas filiorum, t quæ fit per subsequens matrimonium: talis enim legitimitas dicitur valida, etiam si dicti filij essent concepti lite pendente, vt tradit Port. Imol. in conclus. 35. versu. 11. no. & seq. libr. 4. post Paris. consil. 19. libr. 2. num. 24. & consil. 15. colum. prima. num. 2. eodem libro: & Tract. de Attent. m

faciunt, quæ ponit Bald. in præall. loco inter cõf. matrim. conf. 3. nume. 11. vbi cum principaliter disputaret, an filij nati ex matrimonio (lite pendente super primo) contracto essent legitimi, concludit secundum matrimonium valere, & prolem legitimam fore: Et insuper eandem declara t vt in terim pendente lite mulier sit sequestranda, vt fuit tentum in vna Regien. matrimonij coram Piccholomineo per plures ac validas rationes, de quibus post Geminia. in consilio 76. & Deci. in consil. 163. est decis. in recollet. Crescent. 185. incipien. sequestranda est mulier, sub rubric. de sponalibus, sequestr. possess. & lite pendent. pro qua faciunt, quæ ponunt Ioann. de Imõ. in dicto consil. 31. in quibus concludunt mulierem hoc casu sequestrandam esse. Quæ tamen ex intentione Putei, 3. decis. 249. videntur intelligenda t nisi vir esset in mulieris possessione, & matrimonium esset iam contractum, & consummatum, quia tunc non videtur mulier sequestranda. Idemque apparet ex recollet. Acchill. decis. 356. incip. sequestrationi. sub rubr. de sponalib. Quod contra opinionem Ant. de But. in d. c. laudabilè, latè affirmavit And. Barbat. in cons. 9. viso in princ. & præsertim. num. 18. vbi testatur de commu. opi. libr. 2. Simpliciter autem quod vxor ad instantiam viri, nõ sit sequestranda, dum tractatur, an exceptio confanguinitatis obstet latè tuetur nouissimè Por. Imõ. in cons. 156. contigit, per tot. lib. 3.

LIMITATIO XVIII.

SUMMARIUM.

- 1 CONTUMAX non potest allegare litem pendentiã, quæ per contumaciam spreuit.
 - 2 Sicut dum contumax non potest allegare litem pendentiã in Marchia.
 - 3 Arctinus condemnatus in Marchia vbi fuit contumax, si denuo inquiratur contra eum Arctij, non potest allegare litem pendentiã in Marchia.
 - 4 Contumax comparens, & reficiens expensas, potest allegare litem pendentiã.
 - 5 Purgare contumaciam.
- D**ECIMOCTAVO limitatur, vt non procedat in contumaceis enim t non potest allegare litem pendentiã, quam per contumaciã spreuit, vt tradit Bart. in l. vbi cõceptum, ver. item aduerte. ff. de iudic. & in l. quamuis, nume. 8. ff. de damn. infec. & in l. sepulchri, numer. 2. ff. de sepul. viol. & vtroque eum videtur sequi Alexand. ad quod multa allegat Fely. in c. ex tenore, num. 26. & seq. de rescrip. & no. etiam in c. cum M. Ferrarientis. sub numer. 25. in fi. de constit. & plura adducit August. Ariminen. in addit. ad Ang. in trac. de Malefic. in verb. hæc est quædam inquisitio, numer. 86. Et licet Ang. in allegata l. quamuis fuerit in contraria sententia, ista tamen videtur esse t communis opinio, de qua testatur Abb. in cap. propofuisti. num. 12. de for. compet. vbi similiter ipse antiquos idem tenentes in id citat. Quibus adde etiam Thom. Gram. decis. 26. Michaël hæbreus, num. 10. & nouissimè non minus copiosè, quam eleganter Ant. Gabriël. cõmu. cõclus. lib. 2. de iudi. conclus. l. nu. 21. & seq. vbi plures vltra præ allegatos in id citat, quibus adde Tiraquell. qui etiam aliquos ex prædictis allegat in tractat. de vtroque retr. §. 8. gloss. 2. sub numer. 8. in fine, ver-

fic. n. a. & alias, & post alios Ioann. de Neuiz. 3. in consil. 18. incipien. Cumanus, sub numer. 15. vbi inter ceteros in id allegat Alexand. in l. 2. colum. 2. ff. de re iudic. dicentem hoc dictum esse signandum, quia in contingentiam facti faciet honorè, & tradit etiam August. Bero. in consil. 54. concludendum. numer. 140. libr. 3. atque idem post Neuiz. vbi supra sequitur nouissimè Bursatt. in consilio 74. mirabitur, num. 34. lib. primo, & post aliquos ex supra citatis, Gallef. de obligat. camer. quæst. 3. tertiæ particulæ. sub numer. 7. in fi. Apud quos omnes fit hæc conclusio, quod contumax non potest dare de pendentiã illius iudicij, in quo fuit contumax: Et ideo t si Aretinus fuerit inquisitus in Marchia, & ibi fuerit contumax, si denuo inquiratur contra eum Aretij non potest allegare pendentiã litem in Marchia, ex quo fuit ibi contumax: Et quamuis dicti doct. nihil explicitè ponant de reuocatione attentatorum, tamen ex ratione dictæ conclusionis, idem concludi potest in materia attentatorum, vt si aliquis prætendat aduersarium aliquid attentasse lite pendente (in qua ipse fuerat contumax) nõ sit audiendus: quia sicut non potest litem pendentiã allegare ad effectum declinandi forum, vel se excusandi, ita multo minus poterit hanc litem pendentiã ad effectum, vt aduersarius suus dicatur incidisse in delictum, cum attentans dicatur delinquere, vt aliàs dictum est. Hæc tamen limitatio est intelligenda t nisi talis contumax cõparuerit, & expensas refecerit. ad l. sancimus. C. de iudi. vt not. Doctor. supra allegati: præsertim Angel. d. nume. 86. & post eum Thom. Gramma. dicta decis. 26. num. 10. de quo tamen plenius per Fely. dicto num. 26. & per Anto. Gabriël. vbi supra nume. 74. & seq. t vbi plenè tangit, an liceat hoc casu contumaciam purgare.

LIMITATIO XIX.

SUMMARIUM.

- 1 LITTERARUM expeditio super gratia concessa ante litem, etiam lite pendente fieri potest.
 - 2 Quod ampliat procedere, etiam si litem esset particulariter super hoc, an litteræ possint expediri, vt nu. 2. licet de hac ampliatione subsistendum videatur, vt nu. 3. Nisi restringatur vno modo, vt nu. 4.
 - 3 Limitatur primo, nisi iudex inhibuisset, vt nume. 7. Limitatur secundo, nisi expeditio fuisset facta per saltus, & indirectè, & non via ordinaria, vt num. 8.
 - 5 Iudex procedens ad vltiora videtur reuocare exceptionem coram eo propositam.
 - 6 Princeps rescribens contra ius, si sit certificatus de ipso facto videtur quoad hoc illud ius tollere.
- D**ECIMONONO limita t vt non procedat in actu expeditionis litterarum super aliqua gratia concessa ante litem motam, quia litteræ expediri etiam lite pendente possunt, quin immo t etiam, si particulariter esset in dubium reuocatum, an litteræ expediri liceret, possunt expediri, etiam non expectata dubij resolutione absque vitio attentatorum, vt fuit tentum in vna Hispalen. & est decis. in recollet. Thomæ de Tanis 62. incip. in vna Hispalen. Quod etiam sensisse videtur Rora in alia Perusin. Sanctæ Crucis coram Paleotto, vt patet in recollet. eiusdè Paleott.

Paleott. decis. 118. incip. in vna Perusin. Sed Circa t hanc limitationem præsertim circa secundam illius partem, quando est in dubium reuocatum an litteræ valeant expediri non parum subsistendum videtur, ne maiori forsan autoritate, quã ratione nitatur: siquidem hoc videtur esse contra omnes regulas attentatorum, cum omnia iura clament, quod lite pendente omnia debent cõseruari in eodem statu, & nihil debet innouari, ut latius diximus supra hoc eodem cap. 4. in præfatione, numer. 295. & seq. in positione præsentis regulæ principalis de atten. lite pendent. Nec aliud mouet ratio considerata per Dominos ibi, quod lite pèdente potest etiam impetrari ius nouum, (quod & nos regulariter posse fieri diximus in seq. limitat. numer. 6.) quoniam sicut impetratio iuris noui lite pendente nõ permittitur quando tendit in præiudicium partis, vt in sequen. limit. num. 20. & seq. ita & expeditio litterarum tendens in præiudicium partis non debet posse fieri. Quod autem expeditio litterarum facta dum lis pèdet, parti expeditione impugnantis præiudicium afferat clarè de se patet, quia, si solum disputatur an litteræ possint expediri eo ipso, quod litteræ expediuntur, videtur in causa succumbere. Quod si quis eius auctoritati tantum deferre voluerit, vt eam etiam in secundo capite tenendam duxerit, t ego eam ad vnum tantum casum restringendam esse, & in eo verificari posse crediderim, quando scilicet lis super expeditione pendet coram eo, quia ratione officij haberet literas expedire. Nam si is absque eo, quod de super sententiam ferat literas expediat (quasi re ipsa, & facto ipso animum suum propelet, & tacitè sententiam ferat) talis expeditio non reputabitur attentata, argumento eius, quod aliàs dicitur, t quod si iudex opposita exceptione absque eo, quod de super expresse pronunciet procedat ad vltiora, videtur illam reuocare, & processus valet, vt no. Docto. in l. prolatam. C. de senten. & in c. cum M. de constit. & etiam in cap. ex parte. de appell. sicut etiam videmus t quod princeps rescribens contra ius si sit certificatus de ipso facto, videtur quoad hoc ius illud tollere, gloss. in c. statutum. in verb. litterarum. de rescrip. in 6. & per Iacob. Henric. in consilio 38. quoniam, numer. 11. lib. 3. Ita etiam si talis Iudex expediat videtur reuocare ea, quæ pro non expeditione allegabantur, & expeditio censetur valida. Quod si quis non ita ad hunc casum restrictè, sed vniuersaliter intelligendam censet etiam quando lis super expeditione non penderet coram eo, qui habet expedire, sed coram alio, putà si lis esset coram clerico Camera, actus autem expeditionis eius esset faciendus per alium putà notarium Cameræ, tunc ego necessario duobus modis limitandam esse putaré. t Primò vt non procedat quando iudex inhibuisset, quia inhibitiõ facit illicitum, quod aliàs fuisset facientilicetum, vt infra. capit. 20. de atten. post inhibitiõ. in prima ampliat. princip. regula ibi posita, per tot. t Secundo vt procedat, quando expeditio fuisset legitime, & per suos gradus, & via ordinaria facta, secus si per saltus, & malas artes: putà, si dum penderet, an aliquis consensus possit apponi coram Clerico Camera, ille per notarium fuisset appositus a tergo bullæ, absque eo, quod bellam recepisset de manu Sum-

mista, prout est ordinarium, nam hoc casu talis expeditio esset dicenda attentata, & inualida, nõ solum, quia fuit facta lite pendente, verum etiam quia ex improbitate sua nemo debet actionem, & commodum consequi prout aliàs, eueniente casu allegabatur in vna Parmen. pensionis, inter Illust. ac Reuer. D. meum D. Fabium de Pirna V. S. referendarium, ex vna, & Capitaneum, Nicolaum de Passarinis partibus ex altera, quæ ad huc est sub iudice.

LIMITATIO VIGESIMA.

SUMMARIUM.

- 1 IMPETRATIO, & acquisitio iuris noui etiam lite pendente facta dicitur valida regulariter.
- 2 Tam in possessorio, quam in petitorio, vt infra, nume. 6.
- 3 Vitium attentati reddit actum nullum, nisi iudex.
- 3 Impetrans nouam provisionem, si neutri, vel aliam gratiam lite pendente non dicitur attentare.
- 4 Præsertim quando impetratio nullum ius vt bene impetranti, vt infra sub nume. 13.
- 4 Regula illa vt lite pendente nihil immouetur tendit ad hoc, vt nihil fiat in præiudicium iuris aduersarij, nõ autem prohibet quin possit corroborare ius suum.
- 5 Cessio facta alicui litiganti per te, tunc lite pendente, valet, & tenet.
- 7 Lite pendente potest quis a principe impetrare beneficium cessionis bonorum, & illi vt.
- 8 Princeps lite pendente potest declarationem facere.
- 9 Ius superueniens post rescriptum impetratum, in nouo etiam post litem contestatam regulariter, prodest.
- 10 Præsertim si est ex causa de præiudicio Et ideo lite pendente potest fieri excussio, Oblatio rui debitor, & solutio pretij.
- 11 Mandatum superueniens lite pendente censetur etiam reuadationem iudicij, & actuum inducere.
- 12 Minor factus lite pendente maior potest petere restitutionem in integrum, ex quo tempore cepta litem erat minor.
- 14 Præiudicium a communi domino lite pendente impetrari non potest.
- 15 Secus si a tertio, & ratio diuersitatis assignatur.
- 16 Laicus si lite pendente efficiatur clericus per primam tonsuram, causa nihilominus debet continuari coram Iudice laico: declarando, vt infra, num. 19.
- 17 Præiudicium lite pendente impetratum valet, si emanauerit motu proprio, & ex certa scientia principis, etiam communis domini.
- 18 Mentio litem facta in præiudicio impetrato lite pendente facit illud censeri validum.
- 19 Præiudicium putà fori lite pendente reo superueniens contra eius factum voluntarium, eximit eum a iudicio Iudicis coram quo causa erat inchoata.
- 20 Ius lite pendente impetratum aui superueniens, censetur attentatum, quando tendit in præiudicium iuris, vel possessionis alterius partis.
- 21 Edictum, ne lite pendente aliquid immouetur, intelligitur quando aliquid fit in præiudicium partis.
- 22 Inuestitura non potest impetrari lite pendente facta si est alteri dispositio, & quilibet, quod præiudicialis non valet.
- 22 Legitimatio non potest impetrari lite pendente facta si est alteri dispositio, & quilibet, quod præiudicialis non valet.
- 22 Nisi de præiudicio sit facta mentio, vt numer. 24.
- 22 Vel concedens sit ex lite pendente, vt numer. 25.
- 22 Vel concessio fieret lite finita, vt numer. 26.
- 23 Littere penitentiarie obtinent a lite pendente per eum, qui Tract. de Attent. m 2

à non suo Episcopo, nec de eius licentia susceperat primam tonsuram sibi non suffragantur ad inducendam capacitatem canonicatus in præiudicium colligantis.

27 Titulus lite pendente superueniens non suffragatur secundum aliquos.

28 Contrarium videtur verius.

VIGESIMO fallit in actu impetrationis & acquisitionis Iuris noui, quoniam lite pendente huiusmodi impetratio, ac superuenientia iuris noui dicitur valida, & consequenter per eam non dicitur quis attentare: aliàs si vitium attentati redderet actum nullum, iuxta ea, quæ dicuntur infra latius cap. 12. de attentat. appel. pendent. in 17. Ampliat. princip. num. 4. & per totam: Hinc ad propositum dicebat aliàs Stafil. in tracta. de lit. grat. & iustit. fol. 86. vers. vtrum autem, & iterum fol. 148. vers. postremo circa istam materiam. post Egid. decis. 102. si possessio. & decisio. 662. si ex gratia, & quod si aliquis impetret lite pendente nouam prouisionem, si neutri, vel aliã gratiam non dicitur attentare. Quod etiam post Egid. vbi supra, & Oldra. in consil. 299. secuta est aliàs Rota, vt apparet in recollet. Thom. de Taniẽ. decis. 72. incip. in vna Hispanen. Et dicebat aliàs Mandell. de Alba. in consilio 20. cum de interpretatione. nume. 14. lib. 1. post Bald. in l. 2. col. fin. C. ne liceat. potent. & quod regula ista, vt lite pendente nihil innouetur, tendit ad hoc videlicet, vt nihil fiat in præiudicium iuris quod habet aduersarius, non autem prohibet quin possit corroborare ius suum, quod etiam secutus est nouissimè Grauatius apud Vestr. in praxi. ro. cu. libro 4. capitu. 1. numer. 6. & similiter Ant. Gabr. in tracta. commu. conclu. lib. 2. de Iudic. conclusi. 4. numer. 37. & Pet. Rebuff. in sua praxi. beneficiã in tit. de rescripto. si neutri. numer. 29. Quibus adde Rot. decis. 19. aliàs 176. commissio. in fin. quæ ad litteram dicit & quod cessio facta alicui litiganti per tertium lite pendente valet & tenet. Et quamuis longa sit apud doctores disceptatio, an, & quando ius lite pendente impetratum, vel superueniens sit validum, vel inualidum, & attendendum, varias in hoc doctores accomodauerunt distinctiones, an scilicet, loquamur in actore, vel reo, an verò quo ad illam causam tantum, vel etiam ea finitã, de quibus omnibus habetur late per Canonistas. in c. fin. vt lit. pend. & in capit. causam quæ, el. 2. de testibus, & per Bart. in l. non potest. ff. de Iudic. & aliquid per Capit. decis. 86. in causa. numer. 20. & seq. Ne tamen videamur transplantare materias ea tantum hic attingemus, quæ ad propositam materiam pertinere dignoscuntur. Itaque ceteris omissis ista potest esse in hac vigesima limitatione,

REGULA, quod lite pendente possit quis tam in possessorio, quam in petitorio nouum ius citra vitium attentatorum acquirere. Quæ probatur ex supradictis decis. & in simili, quia potest litigans lite pendente impetrare à Principe beneficium & cessionis bonorum, & illo vti, vt est decis. Afflic. 379. in quadam causa. Similiter per Principem potest etiam lite pendente fieri declaratio, vt dicit Mil. in verb. declaratio fieri potest. fol. 85. & Sic & ius superueniens post impetratum rescriptum, immo, & post litem contestatam impetranti prodest, secundum eundem

Mil. in verb. Ius superueniens. fol. 196. & propterea & lite pendente potest fieri excussio, quæ tã quam ex iure superuenienti ex causa de præterito iudicium conualidat, vt post Guid. Pap. decis. 422. nume. 10. (qui dicit ita se pluries vidisse iudicari) tradit Io. Cephal. in consil. 112. cum magnificus. nume. 19. lib. 1. vbi num. 20. & seq. addit quod pendente iudicio potest etiã rei oblatio fieri, ac similiter solutio pretij, & quod tale ius superueniens ex causa de præterito iudicium conualidat, affirmauit etiam Port. Imol. post alios in consil. 171. & si. numer. 29. lib. 4. & Petr. Anto. Angussol. in consil. 60. quo ad primum. nu. 2. lib. 2. & etiam Ioan. Bapt. Ferret. in consil. 57. in primo. numer. 1. lib. 1. de quo tamen vide nouissimè, & latissimè per Ant. Gabriël. in tracta. communi. conclus. lib. 2. de iudic. conclusi. 2. & 3. per totam: vbi cumulat, & materiam eleganter declarat, & inter cetera ad propositum huius regulæ in dicta 3. conclus. numer. 16. deducit, qualiter lite pendente potest fieri, & superuenire & mandatum, & talis superuenientia mandati intantum attenditur, quod ex ea regulariter resultat ratificatio, & reualidatio Iudicij, & actorum, & eodem modo minor potest (factus maior lite pendente) petere restitutionem in integrum, ex quo tempore ceptæ litis erat minor, secundum Afflic. decisio. 210. multa sunt. per totam: præsertim numer. 4. Quæ omnia cum procedant, quando impetratio tribuit ius impetranti, & multo magis procederent, si actus, & impetratio (quæ præteritur lite pendente facta) nullum ius tribueret impetranti, vt post Bal. in capit. 1. §. sancimus: quo temp. mil. inuestit. pet. debet. Corset. in sing. in verb. appellatio incip. regula. versic. limita quintò. considerat nouissimè Menoch. in consil. 35. cum hæc. numer. 32. lib. 1. vbi ponit exemplum de eo, qui promiserat suos iam editos commentarios non immutaturi, nec aliquid eis additurum, an si lite pendente consuluerit quàm plures peritos (qui dictos commentarios tanquam bonos approbauerunt, & sua subscriptione confirmauerunt) dicatur aliquid innouasse. Et ex quo talis subscriptio nullum ius tribuebat, concludit non censerit per hoc innouatum, vt latius ibi per eum.

LIMITATVR prædicta Regula,

Primò vt non procedat in priuilegio impetrato, & obtento & à communi domino, vel prælato, vt ex intentione Innoc. à Ioan. Andr. relati dicunt omnes præsertim Abb. in dicto cap. si. sub numer. 9. versic. concludendo omnia pertinentia ad materiam, & Egid. decis. 749. licet, & Rota de cis. 25. aliàs 310. si reus, & possessor: sub numero 3. versic. ad quod respondebatur, de rescrip. in no. vbi etiam de dicto Innocentij faciunt mentionem: quia tale priuilegium non censetur validum, ex quo non creditur communem dominum, vel prælatum litis pendentiã voluisse aliquid præiudicium inferre, & secus si tale priuilegium impetretur à non communi domino, sed ab altero tertio, in quo non militat prædicta ratio, vt dicunt omnes supra dicti. Quibus adde Mil. in verb. lite pendente licet. fol. 213. & Egid. Bellam. in consilio 18. incipien. Ecce. colum. 3. in princ. & nouissimè Ant. Gabr. in tracta. commu. conclusi. lib. 2. de Iudic. consil. 4. numer. 40. Quæ limitatio potest dici, quod non solum procedat in pri

in priuilegio impetrato (vt supra dictum est) verum etiam in priuilegio superuenienti, exemplum & si laicus lite pendente efficiatur clericus per primam tonsuram, causa nihilominus debet continuari, coram Iudice laico, & consequenter non permittitur innouatio, vt post Specul. in tit. de reo. §. 1. versic. sed quid si est criminalis, & Pet. de Anchara. in capi. ea, quæ. in 13. quæstio. de reg. iur. in 6. tradit Steph. Aufrer. in addit. ad decis. Tolof. 147. incip. item anno: Præmissa autem limitatio sublimitanda venit, tribus modis,

17 Primò nisi & priuilegium lite pendente emanatum fuisset concessum motu proprio, & ex certa Principis scientia, quia hoc casu tale priuilegium censetur validum, vt expressè dicunt doctores, præsertim Abbas in dicto capit. si. sub numer. 9. extra vt lite penden. & Felyn. in d. cap. causam, quæ. colum. fin. sub numer. 18. versic. sed istam gloss. & quamuis in contrarium soleat allegari text. in l. qui autem. ff. si quis caut. illi tamen responderi potest altero ex quatuor modis, quos remissiuè ponit Felyn. in d. capitu. causam. nume. 7.

18 7. secundò intellige hanc limitationem, & nisi in priuilegio esset facta mentio de pendentiã litis, vt dicunt Abbas, & omnes in dicto capi. fin. secundum ea, quæ generaliter etiam diximus supra hoc capit. 4. in præfatione, in septima, & vltima illatione. numero 631. vbi posuimus, quod regulariter, non facta litis mentione, principi, validè supplicare non licet: Tertio vltra Abba. Sublimita, quæ supra dicta sunt, quod priuilegium superueniens lite pendente non sit attendendum, vt non procedat & quando priuilegium putà fori lite pendente superueniret reo citra eius factum voluntarium, quia hoc casu tale priuilegium illud eximeret à iurisdictione Iudicis corã quo prius erat causa inchoata, vt est decisio Lanfran. 70. incip. priuilegium, post Bartol. in l. 1. ff. de pœnis. & Ang. in l. si quis postea. ff. de Iudic. & ista erit bona declaratio ad illud, quod de superuenienti priuilegio fori, diximus supra. numero 16. post Aufrer. in addit. ad dictam decis. Cappell. Tolof. 147.

20 Secundo Regulam limita, vt non & procedat quando ius impetratum, aut superueniens lite pendente tenderet in præiudicium Iuris, vel possessionis alterius partis, quia tunc censetur attentatum, & caderet sub edicto ne lite pendente aliquid innouetur, vt expressè declarat Innoc. in capit. dudum. numer. 13. versic. sicut enim pendente lite. de elect. & Egid. dicta decis. 749. licet, ad med. versic. breuiter distingo, quem sequitur Ioan. Bapt. Ferret. in consil. 229. Reuerendissime. numer. 2. & seq. lib. 2. quod etiam sensit Sraphil. dicto fol. 86. versic. secundò principaliter. post Specul. in titu. de dispens. §. qualiter autem. versic. diximus ergo, & Rota dict. decis. 25. aliàs 310. si reus: sub numer. 2. de rescrip. in no. dum vult, & quod edictum ne lite pendente aliquid innouetur, intelligatur, quando aliquid petitur in præiudicium partis, vt diximus supra in prima parte, in descriptione attentati. nume. 27. in verb. præiudicium, & dicemus infra in prima declaratione princip. præsentis regulæ, princip. de attentat. lit. pend. nume. 1. & per tot. Ad quã limitationem faciunt multa, quæ ponit Antõ. Ga-

brüel. commu. conclusi. lib. 2. de Iud. conclu. 4. in princ. dum vniuersaliter veram esse hanc conclusionem affirmat, quod concessio alteri præiudicialis lite pendente obtenta nihil debet operari: vbi præter Staph. vbi supra, allegat etiam Bald. & Panor. in diuersis locis, & ex recentioribus Brun. in consilio 46. circa si. versic. quartò non competit. Et similiter faciunt, quæ ponit idẽ ibi. numer. 34. dum loquitur de gratia non præiudiciali. Hinc potest dici & quod inuestitura alteri præiudicialis, Item legitimitio, Item dispensatio obtenta lite pendente non valeant, vt docet idem ibi. numero 21. 23. & 24. cui quantum ad illud de inuestitura lite pendente obtenta, quod illa sit nulla ipso iure, & attentata, adde nouissimè Menoch. in consil. 2. magni ponderis. numer. 290. lib. 1. & in consil. 79. non est leuis. numer. 5. libro 1. post Castresem in consil. 117. in causa appellationis, aliàs consil. 73. lib. 2. in no. uis, & Felyn. consil. 32. numer. 13. & ad illud de dispensatione, adde quod fuit dictum in vna Ceneten. canonicatus coram Cotta. 4. Decemb. 1562.

23 quod & litteræ Pœnitentiariæ obtentæ lite pendente per eum, qui à non suo episcopo, nec de eius licentia susceperat primam tonsuram sibi non debent suffragari ad inducendam capacitatem canonicatus in præiudicium colligantis. Præmissa tamen sublimita, Primò & nisi in concessione expressè de præiudicio sit facta mentio, vt post Paris. consil. 30. colum. penult. versic. prætereã esto. lib. 4. ponit idem Gabr. vbi supra. num. 36. & Secundò nisi concedens haberet notitiam, & scientiam, qualiter desuper lis pendebat, vt loquens de inuestitura tradit Menoch. in dicto consil. 79. nume. 24. Tertio & nisi concessio fieret lite finita per sententiam, & rem iudicatam saltem ratione duarum conformium, quia tunc videtur cessare ratio præiudicij, vt per eundem, ibi numer. 21. & secundum terminos huius secundæ limitationis est intelligendum, id quod simpliciter dixit aliàs Natta. in consil. 233. Baptista. in fin. lib. 1. quod priuilegium lite pendente impetratum non valeat, ex eo quia lite pendente, nihil sit innouandum, vt scilicet loquatur de impetratione in præiudicium partis, aliàs contradiceret his, quæ supra, nume. 9. in constituenda regula deduximus.

Tertio, Nisi Ius lite pendente superueniens respiceret titulum & super re, de qua litigatur, quia titulus superueniens lite pendente non suffragatur, si credimus Alexand. qui id formaliter dixit. in consil. 45. vif. num. 5. lib. 3. & Quod tamen non videtur verum, cum ex his, quæ supra diximus in princ. huius limit. post Egid. Staph. & alios, noua prouiso, & gratia si neutri (quæ titulum ipsum respiciunt) etiam lite pendente, validè impetrari possint.

LIMITATIO XXI.

S V M M A R I V M.

- 1 ACTVS, qui lite pendente de nouo fieri non possent, tamen per modum declarationis factus regulariter valet.
- 2 Princeps dicitur supra ius, & non attentat. Declarans nihil de nouo dat.

Traçt. de Attent.

- 4 *Declarans non dicitur contrauenire.*
- 5 *Legatus licet extra prouinciam excommunicare non possit, potest tamen a se excommunicatum declarare.*
- 6 *Inferior licet de facto superioris non cognoscat, illud tamen declarare potest.*
- 7 *Episcopus licet exemptos non excommunicet, potest tamen eos declarare, & violentam sequestrum appositum per Iudicem curiæ Romanæ cecidisse à iure suo licet de causa in curia pendente se introumittere non valeat.*
- 8 *Declaratio dicitur inesse actui declarato, & consecutiua ad ipsum actum.*
- 9 *Declaratio retrotrahitur ad tempus principalis dispositionis.*
- 10 *Constitutio declaratoria recipit omnes limitationes, & declarationes, quas recipiebat constitutio declarata.*
- 11 *Taxatio expensarum dicitur potius declaratio sententiæ, quam actus nouus.*
- 12 *Iudex potest etiam appellatione pendente suam sententiam declarare.*
- 13 *Articuli antiqui etiam dilatione pendente declarari possunt.*
- 14 *Declaratio, quæ non sit consona verbis, quibus adhibetur, dicitur potius nouus actus, quam declaratio.*
- 15 *Declarans quid respiciens substantiam actus, dicitur actum potius de nouo facere, quam declarare.*
- 16 *Declarans quid in præiudicium tertij dicitur attentare.*
- 17 *Appellatione pendente non potest per partem fieri declaratio eius, quod obscure dixit in prima instantia.*

VIGESIMOPRIMO potest prædicta principalis Regula limitari, vt non procedat, quando actus fuisset, t̄ sed per modum declarationis factus. Quamuis enim actus ipse de nouo lite pendente citra vitium attentati, regulariter fieri non potuisset, illius tamen declarationem etiam lite pendente fieri posse, affirmauit nouissimi Ant. Gabr. commu. conclu. lib. 2. de iudic. conclus. 4. num. 44. vers. vndecimò limita, sola fretus autoritate Bellam. in consil. 19. in causa. colum. 2. vers. aliàs verò magna pars dominorum: subdens, præmissa procedere, quando declaratio esset consona verbis, cum aliàs diceretur potius noua dispositio, quam declaratio, vt latius ibi per eum. Circa quam limitationem animaduertendum videtur, quod fundamentum, quo ipse nititur, non videtur multum stringere: Siquidem Bellamer. in dicto consilio 19. non loquitur vniuersaliter de qualibet, & cuiuscunq; declaratione, sed appositè de declaratoria per principem facta, quæ procul dubio etiam lite pendente valde fieri dicitur, vt diximus particulariter supra hoc eodem capitu. in 12. limit. princip. & dicitur valere, non tam quia sit declaratio, quam quia emanat à Principe, t̄ qui cum sit supra ius non dicitur attentare, vt latius ibi adnotauimus. Quamuis autem præsens limitatio, (vt ex præmissis patet) videatur autoritate destituta, non est tamen propterea reiicienda, sed tanquam vera regulariter amplectenda, Quæ licet ille ibi non ponat) ex infrascriptis tamen rationibus, per eum alibi, & ad alium propositum consideratis efficaciter comprobatur, &

3 *Primò ex propositione illa vulgari, t̄ quod declarans, nihil de nouo facit. ad l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testamen. cum infinitis*

propè iuribus, & auctoritatibus in id adductis, per eum Anto. Gabriël. commun. conclus. lib. 6. de reg. iur. conclus. 3. in prin. Vnde si declarans non dicitur de nouo facere, consequenter non dicitur innouare.

Secundò quia sicut is, qui prohibetur aliquem actum facere, si illum declarat t̄ non dicitur contrauenire prohibitioni, vt patet in legato t̄ qui egressus prouinciam, licet prohibetur excommunicare, potest tamen excommunicationem à se latam declarare. Et in Iudice inferiore t̄ qui licet de facto superioris cognoscere prohibetur, illud tamen declarare potest: & in episcopo, t̄ qui exemptos non excommunicat, sed bene excommunicatos declarat, vt eleganter hæc omnia deducit, & multis comprobatur idem Gabriël vbi supra. nume. 41. 42. 43. & 44. vbi post glo. Imol. & Card. in clemen. 1. in verb. cecidisse. de seq. poss. & fruct. firmat Ordinarij, qui de lite in curia pendente non potest se introumittere, posse tamè declarare violentam sequestrum appositum à Iudice curiæ Rom. cecidisse à iure suo. Ita ad propositum nostrum dici potest, quod licet quis per edictum, vt lite pendente, nihil innouetur prohibetur actum de nouo facere, si tamen illum declarat, non dicitur prohibitioni contrauenire, & consequenter attentare.

Tertiò quia declaratio inest actui declarato, & consequenter videtur esse accessoria, t̄ & consecutiua ad ipsum actum, Et propterea videmus t̄ quod declaratio retrotrahitur ad tempus principalis dispositionis, & retrotrahitur ad præterita, vt per eundem ibi. nume. 9. & 10. qui innumeris auctoritatibus id comprobatur. Quibus adde in proposito Brun. de statut. & consil. in verb. declarare, post Socin. in consilio. 23. colum. 8. qui propterea inferunt t̄ quod constitutio declaratoria recipit omnes limitationes, & declarationes, quas recipiebat constitutio declarata: si igitur declaratio est quid accessorium, & consecutiuum ad actum (ex quo sibi, vt diximus inest) ergo lite pendente citra vitium attentati, debet permitti, iuxta ea, quæ diximus supra in 5. limitatione principali. num. 1. & per tot. dum firmauimus in consecutiuis non dari attentata.

Quartò (& magis in terminis) quia videmus, quod si Iudex appellatione pendente faciat actum per modum declarationis, t̄ putat taxando expensas, (quarum taxationem sibi in sententia reseruauerat) non dicitur attentare, ea potissimè ratione, quia taxando non dicitur aliquid de nouo facere, sed sententiam declarare, iuxta ea quæ latius dicemus infra, capitu. 9. de attenda. appell. pendente. in 11. limit. princip. regulè ibi positæ. num. 1. Ergo patet tibi expressè, quod declarans non dicitur attentare.

Quintò, quia magis vniuersaliter t̄ quod Iudex appellatione pendente possit suam sententiã declarare, tradit Guid. Pap. in sing. 349. & iterum in tracta. de appell. questio. 116. quem & nos citauimus in supradicta 11. limitatione. sub numero 6. & etiam retulit, & secutus est Ant. Gabr. vbi supra. numer. 55. Vnde si talis declaratio permittitur appellatione pendente, idem concludi potest licere lite pendente. Ex quibus omnibus factis efficaciter præsens limitatio fulcita videri potest, & ea

test, & ea retenta, quia nec illa est perpetua, sed nonnullis limitationibus venit restringenda, secundum præmissa est in ea constituenda

REGVLA, quod actus factus per modum declarationis lite pendente regulariter non dicitur attentatum per omnia supra dicta. Quæ t̄ vltra supra dicta ex eo etiam comprobari potest, quod aliàs in simili dicebat Andr. Barb. in conf. 7. visis. col. 1. vers. tertio facit. libr. 3. post Oldra. in conf. 166. quod dilatione pendente ad faciendum articulos possunt antiqui articuli declarari: cum ex declaratione nouum quid fieri non dicatur.

LIMITATVR regula supra posita,

Primò, ex intentione eiusdem, vbi supra dicta conclus. 4. de iudi. numer. 44. post Felyn. in c. cum olim. col. 3. de re iudic. & Dec. in l. edita. nu. 49. C. de edend. vt non procedat, t̄ quado declaratio non esset consona verbis, quibus adhibetur declaratio, quia tunc cum secundum eos potius sit noua dispositio, quam declaratio, non mirum, si tanquam, quid nouum posset merito dici innouatum, & attentatum.

Secundò, ex eadem ratione limitari potest, vt non procedat, quando declaratio esset facta non circa circùstantias t̄ sed circa substantiam ipsius actus: quia tunc declarans dicitur de nouo facere, vt post Ang. Ioan. de Anan. Petr. de Anch. Iaf. & alios quæ plures id firmat idem vbi supra, nu. 61. Quod si declarans hoc casu dicitur de nouo facere, innouare quoque merito dici potest.

Tertiò, potest limitari t̄ nisi talis declaratio tenderet in præiudicium tertij: sicut enim Regula, quæ habet, quod declarans nihil de nouo facit, limitatur, vt non habeat locum, quando declaratio tenderet in præiudicium tertij, vt eleganter declarat idem ibi. nu. 62. & num. 69. & melius num. 70. vbi ad propositum dicit: post Specul. in titu. de actio. & petit. §. sequitur. versic. sed quando, & Bald. & Angel. in l. idem Pomponius. §. fin. ff. de rei vend. t̄ quod in causa appellationis non potest per partem fieri declaratio eius, quod obscure dixit in prima instantia in præiudicium alterius partis, ita concludi potest, quod Regula supraposita sit restringenda, nisi declaratio, de qua agimus, tenderet in præiudicium partis per supra dicta.

LIMIT. XXII.

SVMMARIVM.

- 1 *LITE pendente super prima electione potest deueniri ad secundam & r̄ feruntur super hoc opi..*
- 2 *Electores possunt l̄ super prima electione pendente deuenire regulariter ad secundam, & ratio assignatur.*
- 3 *Et ista est veritas, se. undum Lap.*
- 4 *Lis neque s. pe. petitorio. ac iure eligendi. nec super possessore, & quaj. possessione eligendi impedit, vt interim ad secundam electionem non deueniatur.*
- 5 *Dummodo eligens sit in quaj. possessione eligendi, & de ea fidem faciat.*
- 6 *Lite pendente etiam inter canonicos electum, & prouisum à sede Apostolica, electores possunt alium eligere.*
- 7 *Lite inter duos electos pendente altero mortuo non potest, & ea*

test alius eligi.

- 8 *Eligere non possunt electores lite pendente. quando volunt eligere de iure speciali, & non de iure communi.*
- 9 *Electio facta non ratione sui iuris conseruandi, sed ad impugnationem alterius, lite pendente fieri posse non videtur.*
- 10 *Electio secunda per accessionem votorum lite pendente, non videtur permitti.*
- 11 *Lis inter electores. & vnum electum facit attentatã electionem lite sic pendente factam, secundum aliquos: licet contrarium videatur verius.*
- 12 *Confirmatio electionis lite pendente nullatenus fieri potest.*
- 13 *Electores debent esse in quaj. possessione eligendi, vt lite pendente eligere possint, secundum communem opinionem.*
- 14 *Eligendi quaj. possessio sola non sufficit ad hoc, vt quis lite pendente eligere possit, nisi de ea doceatur.*
- 15 *Fiat inter tempus. iura quod debet fieri electio, & competat sibi de iure communi & non s. possessio reclamata, ibique de larator. quid sit reclamata possessio, & conciliatur contrarium.*

VIGESIMO SECUNDO regulam principalem limita, vt non procedat in actu electionis, t̄ quia lite pendente super prima electione potest deueniri ad secundam: ad no. per docto. præsertim Inno. in cap. ex parte. in glo. in hiberno. numero 6. de arbitris, & in capitu. cum venissent. de restit. in integr. Et quamuis, vt dicebat aliàs Lap. allegat. 136. curiose. numer. 2. vulgaris sit ista questio, an lite pendente, is qui est in quaj. possessione eligendi possit eligere, & aliqui voluerint, quod quando vterque præterit se esse in possessione eligendi, vterque eligere possit, aliqui verò crediderint (& malè) quod hoc casu neuter eligat, sed quod immo iudex vtrique in hiberno possit, ne eligant, vt refert Innoc. in dicto capi. cum venissent. colum. fin. in fi. in gloss. in verb. nec confirmandam, & præ cæteris eleganter per Lap. vbi supra, qui videtur in vtraque partem articulum disputare, & doctorum opiniones ponere, præsertim illam, quam multis placuisse refert, vt distinguamus, quod aut lis est super possessione eligendi, & hoc casu pendente huiusmodi lite non possit deueniri ad aliam electionem, aut non est super possessione, sed super proprietate, & iure eligendi, & tunc secus. Veritati tamen inhærendo, & conclusiuè procedendo, ac ea, quæ circa hoc per docto. ponuntur per viam regulæ, ac limitationum breuiter subordinando, potest in præsentis limitatione poni

REGVLA generaliter concepta, quod lite pendente, potest per electores t̄ deueniri ad aliam electionem, vt concludere videtur Innoc. in dicto capit. ex parte. in gloss. in hiberno. præsertim numer. 6. de arbitris. & Lap. in dicta allegat. 136. præsertim numer. 8. vbi subdit, t̄ quod ista est veritas, quibus adde Boër. decis. 2. beneficia electiua. numero 26. qui (licet prædictos non alleget) ita tamen concludit post docto. in dicto ca. cum venissent: & quæ post Innoc. Vital. & Franc. diximus supra in prima parte. capi. 3. de attenda. tertio. numer. 129. versic. septimo, quando lis esset, & quæ posuimus infra, capit. 12. de attenda. appellat. pend. in quinta limit. princip. per totam. vbi cer-

140 2.pars Cap.4. De attent. Lite penden.

tos casus enumerauimus in quibus electio etiam appellacione pendente fieri potest, præsertim numer. 4. & ex recentioribus Ioan. Bapt. Ferret. in conf. 192. videtur. numer. 15. libro. 1. vbi post docto. in dicto c. cum venissent, ponit etiam rationem quare lite inter electores pendente, potest ad aliam electionem deueniri: quia scilicet quando lis pendet inter electores super iure eligendi, & non super beneficio, ius deductum inter eos in litem non alienatur, nec transfertur in electum, sed remanet penes electores litigantes, & ideo non prohibetur de iure electio ad beneficium de quo non est quæstio. quam regulam.

AMPLIA,

Primò, vt non solum procedat, si sit lis super proprietate, & iure eligendi (prout loquuntur Innoc. & Boer. vbi supra) verum etiam si esset lis super quasi possessione eligendi, quia ea non obstante poterit procedi ad secundam electionem, vt concludit, & eleganter hanc partem tuetur Lap. vbi supra. numero 8. versicul. veritas videtur: Et in hoc notabilis est hæc Ampliatio, quia aliqui contrarium senserunt, prout sunt ex antiquis ij, qui distinctionem, de qua supra, tenebant, quos ibi refellit Lap. Quæ Ampliatio est sanè intelligenda t dummodo eligens sit in quasi possessione eligendi, & de ea fidem faciat, secundum Lap. ibi, & dicemus infra, latius, in secunda declaratione huius regulæ, numero 14.

Secundò, vt procedat t etiam si lis esset inter canonicè electum, & prouisum, per sedem Apostolicam: nam mortuo canonicè electo, possunt electores non obstante dicta litem pendente, liberè ad aliam electionem procedere, vt post alios concludit Boer. dicta decis. 2. nume. 28.

LIMITA, eandem regulam,

Primò, vt non procedat quando lis esset inter duos electos, de validitate electionis, t quia si alter moriatur, aut resignet, non potest ad aliam electionem deueniri lite super electione superfluitis pendente, & attentata contra hoc electio ipso iure viribus non subsistit: vt inquit formaliter text. in capitul. primo, vt lite pendente. in 6. & ibi do. præsertim Prob. in addit. ad Ioan. Monach. in princ.

Secundò, vt non procedat quando eligentes vellent eligere non de iure communi, t sed de iure speciali, puta ob malam electionem alterius: quia hoc casu lite pendente eligere non possunt, vt post Paul. de Castro, in simili de collatione. in conf. 403. col. 1. lib. 1. considerat Prob. vbi supra in final. verbis.

Tertiò, limita nisi secunda electio fieret per eligentes non ratione sui iuris conferuandi t sed ad impugnacionem alterius: quia hoc esset reprehensibile, vt eleganter considerat Innocen. in dicto cap. ex parte. sub nu. 5. de arbitr.

Quartò limitari potest, vt colligitur ex intentione Inno. in ca. auditis. sub nu. 2. vers. sed tamen credunt isti: de elect. vt non t procedat in secunda electione, quæ lite pendente fieret per accessum votorum, quia non videtur, quòd lite inter electos super electionis validitate pendente, huiusmodi vota accedere possint, secundum eum ibi, quia alios refert.

Quintò (ex his, quæ dixit aliàs Rota in vna

Salamantina Abbatiæ coram Peregr. 7. Februa rij. 1547. t quòd si capitulum lite pendente inter eum, & electum alium eligat, dicatur electio attentata, de quo videtur decis. in re collect. eiusdem 96. aliàs 113. incip. vtrum sit procedendum. ad fin.) potest formari alia limitatio, videlicet, vt non procedat, quando lis penderet inter electores, & electum, prout præsupponebatur factum in illo casu: Et differentia erit inter hanc, & primam limitationem, quia ibi lis est inter electos: id autem, quòd dictum est in regula, quòd potest lite pendente deueniri ad aliam electionem sustinebitur, quando lis est inter ipsos electores, Præsertim verò limitatio restringetur ad casum à præmissis diuersum, quando scilicet lis esset inter electores, & vnum electum, & hoc ad sustinendam dictam dominorum resolutionem: quamuis re vera nõ videatur considerabilis differentia ratio, inter vnum casum, & alterum: & ideo de hac limitatione subsistendum videtur. Præsertim, quia contrarium videtur de iure verius, quòd immo (lite inter electores, & electum pendente) alia electio non impediatur, vt tenet expressè Franc. in c. si hi contra quos. columna fin. sub numero 5. versicul. ex quibus inferitur, & versic. aliquando est quæsti. vt lite pendente. in 6. quem in materia præsentationis sequitur Ferret. in consilio 192. viso. numero 14. libr. 1. Nisi intelligas, prout latius super hoc eodem capitul. in præfatione in quinta illatione, numero 606. dic, vt ibi.

DECLARA eandem regulam,

Primò, quòd licet possit lite pendente fieri electio, secundum præmissa: electionis tamen confirmatio nullatenus est faciendâ, vt dicunt ferè omnes in supradictis locis, & specificè Lap. dicta allegat. 136. sub nu. 8. in fi. & Boer. dicta decis. 2. nu. 26.

Secundò, necessariò, & utiliter declara, quòd ad hoc, vt secunda electio lite pendente faciendâ dicatur valida t debent eligentes esse in quasi possessione eligendi secundum Lap. vbi supra. sub numero 8. vers. est ergo: Et ista est commun. opin. de quâ testatur Philipp. Prob. in addit. ad Ioan. Monach. in dicto capitul. 1. vt lite pendente.

14 in 6. in 1. addit. post princip: t Hanc autem declarationem adhuc clarius declara, vt sola quasi possessio eligendi non sufficiat nisi cum ea concurrant infra scripta, & Primò, quòd de hac possessione, vel quasi doceatur & fiat fides. t Secundò, quòd fiat fides intra illud tempus, infra quòd electio fieri debet, vt hæc duo requisita colliguntur ex his, quæ ponit Lap. vbi supra, sub numero 8. & 9. Tertiò, t adde quòd huiusmodi possessio debet esse, & competere eligentibus de iure communi, secus si de iure speciali, puta ob malam alterius electionem, vt dicit Prob. vbi supra, in vltima addit. in fin. & diximus supra, in 2. limit. numero octauo, Quartò, quòd talis possessio non sit reclamata, sed quieta, & cum bona fide, vt tradit eleganter Stepha. Aufser. in addit. ad decisio. Tolos. 167. an si obtinens. ad fin. addit. arg. not. per gloss. in verb. debeant. in capi. quia propter. de electio. & in capit. nihil. in verb. administratur, & in capitul. in Genes. in verb. quasi possessione. eod. titul. dum considerant in electionibus hanc quietam quasi possessionem eligendi:

eligendi: Et aduerte, quòd licet per hoc vltimum videatur certo modo confundi prima ampliatio, quam supra post Lap. posuimus: concordari tamen posse videntur, vt dicamus, quòd si aliquis sit in quieta possessione eligendi, & sibi super huiusmodi possessione lis moueatur, possit vtique hac prima lite pendente eligere, & continuare suam possessionem, & ita procedat dicta prima ampliatio, & opinio Lap. quòd si post hæc primam litem alius quidam diuersus moueat aliam litem, etiam super possessione eligendi, tunc pendente hac secunda lite non possit eligere, ex quo tempore secundæ litem, non est in quieta possessione eligendi, sed reclamata per primam litem motam, & sic deficiat hæc quarta qualitas, & ita procedat hæc declaratio, & opi. Aufserij.

LIMITAT. XXIII.

SUMMARY.

- 1 IVDEX in causa criminali procedens, pendente lite in causa civili non dicitur attentare.
- 2 Causa civilis & criminalis potest eodem libello intentari, secundum aliquos.
- 3 Contrarium videtur verius. nu. 3.
- 4 L. 1. C. quado civil. actio. crimin. præiud. quomodo procedat.
- 5 Civili causa pendente potest intentari criminalis. Præsertim si prouenit ex diuersis factis & fontibus, licet aliqui contrarium senserint. nu. 6.
- 6 Ampliatur primò, vt criminalis quandoque faciat filere civilem. nu. 7. siue criminalis civilem absorbeat siue non. nu. 9. secundum aliquos.
- 7 Etiam si simus in casu privilegiato, puta in causa spoliij, secundum aliquos. nu. 10.
- 8 Contrarium verius videtur in spolio. nu. 11.
- 9 Nisi iudicium criminale instituat a tertio, quia tunc non facit filere civile. nu. 15.
- 10 Item nisi Index criminalis procedat per inquisitionem. nu. 19.
- 11 Item nisi causa esset finita per rem iudicatam. numero 20.
- 12 Ampliatur secundò, vt pars possit etiam sisco adbare. nu. 14.
- 13 Limitatur primò quando superueniens criminalis esset præiudicialis civili. nu. 21.
- 14 Limitatur secundò quando pro eodem facto potest vtraque via intentari, quia electa civili non potest intentari criminalis. nu. 24.
- 15 Testes in causa civili examinati si arguantur de falso cognitio falsi facit, vt in causa civili non procedatur.
- 16 Spolij causa dum cognoscitur inhibendum est iudici causa criminalis, quando reus non est confessus, neque conuictus.
- 17 Causa criminalis non præiudicat civili, quia processus in causa non impedit iudicium spoliij attentari.
- 18 L. prima cum sua materia. C. quando civil. act. crim. præiud. procedit solum in vna, & eadem persona, non in diuersis.
- 19 Patroni non prohibentur pro suo interesse, & ad sustinendam suam præsentationem comparere in causa civili, etiam si fuerint inhibiti à iudice cause criminalis pendente inter præsentatum ab eis, & alij prouisum de eodem beneficio.
- 20 Nisus dicitur tertius.

22 Præiudicialis dicitur causa quæ agitur de statu hominis inquisiti de crimine heresis.

23 Commissa causa super iure eligendi in Rota si Archiepiscopus contra Priorem, & Canonicos committat per Breue causam criminalem, & Index criminalis inter cetera pronuntiet. Quòd Prior & Canonici sunt inuasores, & occupatores iurium Episcopaliū (& consequenter iuris eligendi) talis sententia dicitur attentata, quia est in præiudicium eius quòd pendet in Rota super iure eligendi.

1 VIRESIMOTERTIO. Limita, t vt nõ procedat in processu per ordinariū in causa criminali facta quia pendente iudicio civili potest criminaliter per iudicem ordinariū procedi, necis dicitur attentare, ad l. fina. C. de fide instrument. vt tradit post alios per eum allegatos in propriis terminis nostris attentatorum Alciat. conf. 48. incipien. in hac attentatorum causa, nu. 3. lib. 6. quòd etiam sensit Egid. dec. 400. incipien. civilis, & criminalis, vbi & illud addit t quòd possunt eodem libello intentari, quamuis circa hoc delibello t contrarium videatur verius, vt post Bar. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis. & Bal. in l. quod euitandi. C. de condit. ob turp. caus. & alios quamplures per eum allegatos, declarat Natta in consilio 407. pro defensione, numero 14. libro secundo, cum non sit nouum t quòd causa civili pendente possit criminalis intentari, quòd quomodo procedat habetur per scribentes in l. prim. C. quando civilis actio crimin. præiudicet, & eleganter apud Egid. Boffium in sua praxi criminali, in titulo de pluribus violentiis, numero 113. & clarius etiam per Clarum sentent. libro 5. §. final. (quæ est practica criminalis, quæsti. 2. per tot.) t Præsertim quando causa civilis, & criminalis proueniret ex diuersis factis, & fontibus secundum Nattam in consi. 138. Magnifici, num. 4. & num. 25. libr. primo. Licet aliqui prout nouissimè Burfat. in conf. 33. viso. nu. 35. lib. 6. t contrarium sentire videantur, dum dicunt, quòd in iudicio criminali debet ante omnia cognosci de exceptione litem pendentiæ in iudicio civili aliàs nulliter procedatur secundum eum post Felyn. & alios, quos ibi allegat. Quinimò (præsentem limitationem ampliando) dici potest, quòd talis processus criminalis non solum non impeditur per pendentiã causæ civilis, t verum etiam superueniens causa criminalis, quandoque impedit processum in causa civili, & facit eam filere, puta si testes in ea examinati arguantur de falso. Nam t cognitio falsi facit vt interim in causa civili nõ procedatur, vt post Barbat. in conf. 43. col. 8. lib. 1. tradit idem Boff. in tit. de foro competenti, nu. 124. & not. omnes per illum text. in l. final. C. de ordin. iudic. vbi Salyc. de commun. opin. testari videtur, quòd criminalis faciat cessare civilem t siue illam absorbeat, siue non, licet de hac attestacione subsistendum videatur, ex his quæ ponit Put. 1. deci. 99. agebat, vbi dicit, quòd non potest discerni, quæ non sit in hoc commun. opin. quicquid Salyc. dixerit. Quæ ampliatio adhuc videtur secundum aliquos ampliari posse. Primò, vt t procedat etiã si simus in causa privilegiata, puta spoliij, quando præsertim iudicium criminalis falsitatis prædictæ opponeretur per viam exceptionis, vt tradit Sigismund. Lofred.

Lofred.in confilio 6. dubitabatur, per tot. vbi eleganter, & late deducere conatur qualiter superueniens causa criminalis impediatur processum in causa civili, & spolij, & quamuis circa hoc de spolio aliter sensisse videantur alias Domini in vna Neritonon. spolij Abbatiæ coram Aldobrandino. 19. Martij. 1567. in qua voluerunt quod dum de causa spolij cognoscitur inhibendum sit iudici causæ criminalis quando scilicet reus non fuisset, neque confessus, neque conuictus, & ad propositum nostrum attentatorum id clarius dixerunt Domini in alia Romana canonicatus coram Sarmiento. 4. Julij. 1565. in qua (secundum notas Oradini) ad literam dixerunt, quod causa criminalis non præiudicat civili, quia processus in ea non impedit iudicium spolij attentati.

Secundò, & vt si causa criminalis fuerit instituta ad instanciam fisci, pars possit adherere ipsi fisco, vt senserunt Domini in vna Eluen. Archidiaconatus coram Acorambono de anno 1553. Quod autem dictum est, quod criminalis facit filere causam civilem, Et quod pendente criminali super testium falsitate civile iudicium suspèdatur.

Limita. Primò, & nisi iudicium eriminalè hoc casu instituat a tertio: tunc enim non facit filere civile, vt post Cynum in l. i. nu. 17. quæst. fin. C. qui accusare non possunt, tradit Pet. Andr. Angulfol. in conf. 6. nullo iure, nu. 9. lib. 1. pro qua limitatio ne facit, quia & lex prima cum sua materia. C. quando civil. actio criminal. præiudicat. dicitur procedere solum in vna, & eadem persona, non in diuersis secundum Bossium in dicto titul. de foro competenti, nu. 323. Et propterea fuit aliàs dictum in vna Pampilonen. de Sanguesca coram Sarmiento 14. Februarij. 1569. quod licet (pendente causa civili in Rota super beneficio inter prouisum per obitum, & præsentatum a patronis) prouisus iudicium criminale super simonia contra præsentatum instituerit, & vigore commissionis in causa criminali fecerit etiam patronis inhiberi, & non per hoc prohibetur patroni (si antea fuerunt in lite) illam prosequi pro suo interesse ad sustinendam præsentationem, & ius patronatus eorum, si verò in lite nõ fuissent, non prohibetur comparere, & petere se ad illam pro suo interesse admitti, cum hoc casu diuersitas personarum consideretur per supradicta. Et in terminis hoc de tertio, videntur inter alia fundamenta considerasse etiam aliàs Domini in vna Narnien. licet secuti omnino non videatur, cum in ea inclinauerint, quod causa criminalis, de qua ibi esset præiudicialis civili, non obstante, quod ibi præsupponeretur, quod criminalis esset mota a fisco, & sic a tertio, vt colligitur ex his, quæ ponit Put. i. decis. 99. incipien. agebat Alexã. Secundò, limita & vt non procedat quando iudex criminalis ex officio, & per viam inquisitionis procederet, quia nec tunc iudicium criminale faceret civile filere, vt per Bald. in l. i. numer. 6. vers. si quia regula. C. de appellat. vt post eum, & Alexã. apud Bartoliam l. 2. §. ex hoc edicto. ff. bonor. raptor. & Angelia tractat. de malefic. in verb. & ad quæstionem, nu. 8. tradit idem Angulfol. in dicto conf. 6. nu. 9. & 10. & post Bald. in dicto l. i. idem etiam tenet Natta in conf. 138. Magnifici. nu. 10. lib. 1. Tertio, ex his, quæ fuerunt aliàs dicta in vna Parmen.

parrochialis coram Domino de Rubeis. 12. Julij 1562. videtur limitari posse, & vt nõ procedat quãdo causa criminalis esset finita per rem iudicatã, quia tunc etiam non obstante inhibitione vigore commissionis dictæ causæ criminalis emanata (prout erat ibi in facto) non retardatur processus in causa civili.

LIMITATIO nunc conclusio præsentis limitationis.

Primò, & vt non procedat quando criminalis superueniens ita præiudicaret civili, vt sententia in iudicio criminali lata pareret exceptionem rei iudicatæ in causa civili, vel econtra. l. final. & ibi not. omnes. C. de ordin. iudic. ad quam multa eleganter, ponit, & considerat Put. i. decis. 99. incipien. agebat Alex. & inter cætera, & quod tunc etiam præiudicialis diceretur causa, quãdo ageretur de statu hominis, prout erat ibi, cum ageretur de crimine hæresis. Et ideo in vna Cæsaraugustana iuris eligendi coram Sarmieto 27. Maij. 1566. fuit aliàs dictum, quod & commissæ causa super iure eligendi in Rota, si Archiepiscopus contra priorem, & Canonicos committat per Breue causam criminalem, & iudex criminalis pronuntiet inter cætera, quod prior, & Canonici sunt inuafores, & occupatores iurium Episcopalium, (& consequenter iuris eligendi) talis processus, & sententia dicitur attentata, quia est in præiudicium eius, quod pendet in Rota super iure eligendi, & hoc casu, civilis in Rota præiudicat criminali, quia sententia lata in Rota in fauorem Prioris, & Canonicorum pareret exceptionem rei iudicatæ in causa criminali, ad doctri. Bart. in dicta l. 2. §. hoc edicto. ff. vi. bonor. rapt.

Secundò, & vt non procedat, quando pro eodem facto potest intentari vtraque via, tam civilis, quã criminalis, quoniam intentata civili nõ potest ea pendere vltra intentari criminalis, quia vna proposita, electione sua seipsum excludit ab altera, vt post Bald. in l. i. C. de appellat. & Bart. in l. i. C. quand. civil. act. crimin. præiud. & in l. interdum. ff. de public. iudic. tradit Natta in dicto cõsil. 138. Magnifici, nu. 6. lib. 1. Prout hoc etiam allegabatur aliàs contra Archiepiscopum in supra allegata Cæsaraugustana iuris eligendi coram Sarmiento, vt ille super eodem facto non posset mouere iudicium criminale, nisi expedita causa civili, quæ in Rota pendebat, quod tacitè videntur etiam Domini ibi admisisse.

LIMIT. XXIII.

SVMMARIVM.

CONFIRMATIO actus, qui lite pendente prætenditur attentatus si a Principe ex certa scientia, causa cognita, & citata parte fuerit confirmatus, non pot. si vltra reuocari, remissiuè.

Quod dictum de confirmatione commune est ad omnia alia attentatorum genera.

VIGESIMO quarto potes, & vtiliter limitare, vt & non procedat, quãdo actus (qui prætenditur ob litem pendentiã attemptatus) fuisset per Principem ex certa scientia, cum causæ cognitione, ac partis citatione confirmatus: talis enim confirmatio

firmatio impedit hoc casu attentatorum reuocationem, vt post multa hinc inde allegata firmauimus infra, c. 12. de attentatis appel. penden. in §. limitat. princip. per tot. præsertim nu. 44. & nu. 61. quoniam omnia, quæ diximus ibi in attentatis appellatione pendente proculdubio vendicant sibi locum etiam in attentatis lite pendente & quoniam præsentis limitatio cõmunis esse potest, & debet ad omnia alia genera attentatorum, quæ aliàs, puta post recusationem iudicis, post auocationem causæ, & post inhibitionem, seu aliàs quomodocunq; fuissent commissæ: cum ratio huius appellationis, non natura, aut qualitas attentatorum sit, sed vis, & efficacia ipsius cõfirmationis, quæ in omnibus est eadem.

LIMIT. XXV. SVMMARIVM.

EXECVTIO pro collectis fit etiam lite de super pendente.

Nisi essemus in casu in quo non constaret eum esse debitor, vt i. infra, nu. 1. &

Nisi agatur de collectis præteritis, vt infra, numero 5. &

Nisi exactor modum excede. et. quoniam respectu excessus ad solutionem non cogitur lite super hoc pendere. vt i. infra, nu. 6.

Collectarum causa est eius natura, vt in ea executiuè proceda. vt a præceptis executiuis incipit. post.

Descriptio de aliquo facta in æstimo videtur illi constitutur debitor, nisi infra decem dies appellet.

VIGESIMO quinto fallit, vbi agitur de executione collectarum: & in his enim etiam lite pendente fit executio, ad no. in §. coges, in auth. de mand. princ. & per illum text. Bald. in confilio 138. Petrinus, numero 3. libro 1. & ratio est, & quia in his proceditur executiuè, & incipitur a præceptis executiuis secundum Bald. in conf. 238. ad veritatem, in princip. & num. 5. lib. 1. quem refert, & sequitur Festasius in tract. de æstim. & collect. in 3. parte. princ. nu. 7. vbi etiam in id allegat Crauet. in conf. 3. col. 2. prout eundem etiam allegat nouissimè Osasc. in decis. Pedem. 86. quæsitum fuit. sub nu. 4. & seq. vbi præterea in id etiam Roland. citat in conf. 32. nu. 5. lib. 1. & eleganter materiam præsentis limitationis prosequitur: quam ex intentione Osasc. ibi nu. 6. & seq. Limita infra scriptis modis,

Primò, & vt huiusmodi executio lite pendente faciendi procedat, quando sumus in eo quem constat esse talis collectæ debitorem, secus si de hoc non constaret, vt post Angel. ita distinguentem in l. fin. C. vbi quis de curia, vel cohort. tradit idem ibi dicto num. 6. & 7. & ideo si quis esset descriptus in æstimo (quia per hoc constat eum esse debitore) poterit etiã lit. pendente, contra eum fieri executio, vt post Rom. in conf. 161. & Bald. atque alios per eum allegatos concludit idem ibi. sub nu. 7.

Talisenim descriptio videtur constituere eum debitorem, nisi infra decem dies a tali descriptio ne appellet, vt post Ias. in conf. 25. lib. 3. Dec. conf. 21. lib. 1. Barbat. in conf. 37. lib. 2. tradit nouissimè Egid. Tomat. in trac. de colle. post prin. fol. 10. sub nu. 6. vers. & tantam vim obtinet descriptio: Quibus adde Maran. in specul. in 3. parte sexta partis prin. q. 2. nu. 196. vers. an autè teneatur iudex deferre, vbi etiam ad hoc allegat Alex. in conf. 101. col. 9. circa fi. lib. 1.

Secundò, & vt executio de qua supra fiat etiã lite pendente, quando scilicet agitur de exactione collectarum præsentiu, & quæ si tunc nõ exigerentur, immineret aliquod damnũ publicũ, secus si ageretur de collectis iam præteritis, vt notabiliter considerat Osasc. vbi supra. nu. 8. post Aret. in cõf. 96. aliàs 97. in causa, & puncto, col. fi. arg. no. in l. de alimentis. C. de transact. de quo, & nos aliquid diximus infra. c. 12. de attent. appel. penden. in 24. limit. princip. ad fin.

Tertiò, & videntur præmissa limita nda, vt non procedat quãdo lis pederet super hoc, quòd diceretur exactorem plus solito subditũ grauare: quoniam hac lit. pendente debitor non cogeretur ad integram solutionem, sed tãtum iuxta solitum, ad text. in l. i. ibi pristinam professionem agnoscant. C. de censibus: & in dicto §. coges. in auth. de mand. prin. & sensit etiã Egid. Tomat. in dicto tract. de collec. fol. 375. num. 2. vers. vniuersitas, vt fiat. Et ratio videtur esse in promptu, quia in eo, in quo exactor excedit, ille nõ est debitor, & consequenter subintrat ratio, & distinctio de qua supra in l. i. limi. Præsertim, quia excessus non est eiusdè naturæ, & qualitatis, cuius est res ipsa principalis, quod satis ex eo colligitur, quod licet ab executione non appelletur, ab illius tamen excessu bene admittitur appellatio, iuxta ea, quæ latius diximus infra. c. 12. de atten. appell. pend. in 52. limit. princ. nu. 11. & seq.

LIMITATIO XXVI. SVMMARIVM.

LITE pendente super petitione hæreditatis potest possessor illius agere contra debitores, & occupatores bonorum hæreditatis.

Actio in rem etiam si res non essent tempore petitionis, nume. 6.

Item vt & contra hæredem iudicio particulari agi possit. num. 7.

Limitatur nisi pars opponat de litem pendente in iudicio vniuersali. l. i. nu. 8.

Item nisi iudex iudicij particularis fuisset per alterum inhibitus. nu. 9.

Iudicium vniuersale an faciat filere particulare, ren. is. suè.

Processus, & sententia lata in iudicio particulari vale. non obstante, quòd fue. it. lata p. ndente iudicio vniuersali.

Debitores possunt cogi ad soluendum possessori castri, Rectoris, seu præbendæ etiam lite inter aliquos super iudicij castri, rectoris, seu præbendæ pendente.

Nisi ius sit interdicta administratio, aut debitoribus solutio.

VIGESIMO sexto limita, vt regula non procedat & quando lis esset introducta super iudicio vniuersali puta petitione hæreditatis, quomodo hac lite pendente, potest possessor intentare iudicium particulare contra eos, qui sunt debitores hæreditatis, aut res hæreditarias occupant, vt est text. in l. si bonæ fidei. ff. de petit. hæred. Quamuis enim nõ videatur expeditum & an iudicia vniuersalia tanquam præiudicialia faciãt filere particularia, de quo per Bartol. in l. si quis libertatem. ff. de petit. hæred. & in dicta l. si bonæ fidei, eodem titul. & in l. si post. ff. de exceptio. & per Bald. in l. final. C. de petition. hæred. & reassumit Iaso, in §. præiudiciales, numero 5. & seq.

sequen.institut.de action.ad propositum tamen
 3 nostrum ꝛ si attentato iudicio vniuersali, & eo
 pendente moueatur particulare, & facto in eo
 processu defuper feratur sententia, pendentia
 iudicij vniuersalis non facit, vt talis processus, &
 sententia dicantur attentata, prout casu enueni-
 te fuit resolutum in vna Mantuana, de qua est in
 recollect. Gambar. decis. 41. incipien. Mantuana,
 Quæ conclusio non solum deferuet quando ef-
 femus in hærede, & quando mouetur quæstio su-
 4 per hæreditate, ꝛ verum etiam in aliis similibus
 iudiciis, putâ quando ageretur inter duos domi-
 nos super iurisdictione alicuius castri, vel inter
 duos Prælatos de iurisdictione, aut rectoria ali-
 cuius ecclesiæ, vel alicuius præbendæ: nam hac
 lite pendente possent illi agere iudicio particu-
 5 lari contra debitores castri, rectoriæ, seu præben-
 dæ, nisi ꝛ aut illis sit interdicta administratio, aut
 debitoribus, ne soluât, vt post Innocen. in c. quia
 in cunctis. in fin. gloss. mag. de concessio. præ-
 bend. sentit Barto. in dicta l. si quis libertatem, in
 fin. & Bald. in l. emptorem, col. 3. vers. ponè qui-
 dam tanquam Prælatos. C. lo cati, vt refert, & ali-
 is comprobat Iaf. vbi supra, nu. 9. & seq.

Quæ limitatio ex dicta decisio. Gambar. po-
 6 test vno modo ampliari, vt procedat ꝛ etiam si
 essemus in rebus, quæ non essent tempore peri-
 7 turæ. Item & secundò ampliari potest, ꝛ vt non
 solum hæres, & possessor hæreditatis possit age-
 re iudicio particulari, vt supra contra alios, ve-
 rum etiam contra eum iudicio particulari agi
 possit etiam pendente iudicio vniuersali petiti-
 onis hæreditatis, & ideo hoc casu legatarij iudi-
 cio petitionis hæreditatis pendente non prohibentur
 ab hærede petere, & consequi sua legata. Crau. consilio
 184. nobilis, numer. 2. libro primo. Ruin. consilio
 75. quantum, sub numero secundo. libro 1.

Et similiter duobus modis limitari. Primò, nisi
 8 pars in iudicio particulari opponat de litis pen-
 dentia in iudicio vniuersali, conclusio enim pro-
 cedit parte non opponente secundum dominos
 9 ibi. ꝛ Secundò, quando iudex iudicij particu-
 laris fuisset per alterum inhibitus, quia processus
 post inhibitionem diceretur attentatus, vt ibidè
 domini considerabant, & conuenit his, quæ diximus
 infra, capit. 20. de attent. post inhibit. in 1.
 10 ampliatur. princip. regulæ ibi positæ, quòd inhibi-
 tio facit illicitum, quòd fuisset aliàs facienti li-
 citum.

LIMIT. XXVII.

SUMMARIVM.

- 1 ACTVS factus lite pendente ab eo, qui ignorabat li-
 tem pendere non est attentatus.
 Ampliatur etiam si subsequuta fuisset inhibitio. nu-
 mero 12.
- 2 Item etiam si quis litem ratificasset, quia non censetur
 attentatum ratificasse, nisi illius plenam notitiam
 habuerit. nu. 15.
- 3 Etiam si aliqualem notitiam habuisset nu. 18.
- 4 Citatus sufficienter quis nõ dicitur, nisi ad eius notitiã
 deuenit citatio.
- 5 Certus de lite amplius certiorari non debet.
- 6 In attentante duo potissimum considerantur, dolus, &
 7 iudicis contemptus.

- 5 Dolus non cadit in ignorante.
- 6 Ignorantia iuris excusat à dolo.
- 7 Ignorans non dicitur contemnere.
- 8 Iudex à quo procedens post appellationem (cuius nõ ha-
 buit not. tiam) non attentat remissiuè.
- 9 Inhibitio ignorata non facit attentata.
- 10 Idem in auocatione causæ per superiorè facta, & per
 inferiorem ignorata.
- 11 Litis pendentia ignorata non facit attentata.
- 12 Decretum irritans ligat etiam ignorantes.
 Præterquam respectu pænæ. nu. 14.
- 13 Ratificatio non extenditur ad actum dolo initum.
- 14 Ratificatio non extenditur ad ignorata.
- 15 Scientiam alicuius rei quis habere non dicitur nisi ha-
 beat notitiam omnium qualitatum ipsius rei.
 Præsertim quado agitur de amissione iuris, aut de fa-
 ciendo aliquem incidere in pænã, nu. 20.

VIGESIMO septimò limitada videtur regu-
 1 la supra posita ꝛ quando actus, qui præten-
 ditur lite pendente attentatus fuisset factus igno-
 ranter ab eo qui non habebat notitiam litis pen-
 dentis, quæ limitatio licet per doc. specificè non
 ponatur probabilis tamen est, & suadetur ex in-
 2 fra scriptis. Primò, quia clarè videmus ꝛ quòd iu-
 ra ad effectum attentatorum exigunt & requi-
 runt, & habent potissimum in consideratione,
 quòd ad sit hæc notitia, vt patet in clem. 2. vt lite
 pendente. ibi ad citati notitiam, & c. aliàs si reus
 non habuisset sufficientem notitiam non diceretur
 legitime citatus, nec esset induta litis pen-
 dentia, vt plenius diximus in hoc capit. in præfa-
 3 tio. numero 90. & sequent. Item ex eo apparet,
 quòd ideo quoad actorem dicitur lis pendere
 etiam ad effectum attentatorum per decretum
 citationis, etiam si non fuerit citatio executã cõ-
 4 tra reum, quia ꝛ scilicet cum iam certus sit de li-
 te amplius certiorari nõ debet. Rot. decis. 6. aliàs
 75. quòd dicitur, vt lite pendente. in no. cum aliis
 adductis vbi supra. numero 36. Secundò, ꝛ in at-
 tentante duo cõsiderantur, videlicet dolus. Rot.
 decis. 5. aliàs 25. ex quibus de rest. spol. in no. & cõ-
 5 temptus superioris. Rot. decis. 2. aliàs 14. fuit du-
 bitatum, de resti. spol. in no. Oldr. consilio 206. in
 causa carnocen. in fin. vbi dicit, quòd in reuocã-
 dis attentatis contempta Prætoris dignitas vin-
 dicatur. ꝛ Dolus autem in ignorãte cessare cla-
 6 rû est. l. nemo videtur dolo facere. & l. qui in ius.
 §. nemo videtur, & ibi Dec. & alij. ff. de regul. iur.
 ꝛ cum etiam iuris ignorantia excuset à dolo. l.
 7 sed si lege. §. scire. ff. de petit. hæredit. cum siml.
 & similiter contemptum cessare dicendum est,
 quia ꝛ ignorans non dicitur contemnere, & pro-
 pterea non debet puniri, vt post Abbat. in capit.
 cum sit, in fin. & Egid. decis. 541. ignorans consti-
 8 tutione. tradit ex recentioribus Menoch. in conf.
 74. dubitari, numer. 12. libro primo. Tertiò, quo-
 niam idem ꝛ videmus in simili contingere in ap-
 pellatione ignorata, & cuius iudex à quo non ha-
 buit notitiam, quia si procedat non dicitur at-
 tentare. Rot. decis. 38. aliàs 309. attentata, de ap-
 9 pellant. in no. & diximus latè infra, capit. 12. de at-
 tenta. appellat. penden. in 15. ampliatur. princip. in
 2. limit. regulæ ibi positæ, nume. vigesimo. Quar-
 to, quia ꝛ idem iuris videtur esse in inhibitione,
 de qua quis non habuit notitiam, vt non faciat
 attentata, vt latè diximus infra capit. 20. de at-
 tentat. post inhibit. in 24. limitat. princip. regul.
 10 posi

positæ nume. 17. vers. tertia opj. & olim. 25. Prout
 10 ꝛ idem contingit in auocatione causæ à iudice
 per superiore facta, & per inferiore ignorata,
 vt dicemus infra capit. 10. de attent. post auo-
 cat. cauf. in 2. lim. reg. ibi positæ.

Ex quibus firmari nõ immeritò potest supra
 11 dicta conclusio, quòd ꝛ litis pendentia ignorata
 non faciat attentata, & quamuis aliàs domi-
 ni in vna Calaguritana translationis coram Sar-
 miento, 23. Ianuarij 1570. videantur sensisse con-
 trarium, dum dixerunt translationem, de qua
 ibi fuisse attentatam, quia tria prima capita, quæ
 ibi allegabantur non excluderent attentata, &
 inter illa tria primo loco allegabatur per par-
 tem quòd non habuerat notitiam litis penden-
 tiæ in Rota, est tamen aduertendum, quòd do-
 mini dicentes, quòd ex capite ignorantie non
 excluderentur ibi attentata, nõ dixerunt id, quia
 hoc de iure procedat, cum contrarium sit verius
 per supradicta, sed quia in facto allegabatur igno-
 rantia, quæ non fuerat probata. Immò erat præ-
 sumptio in contrarium, cum ipsamet pars, quæ
 attentauerat, antea commississet causam in Ro-
 ta, quamuis palliare ignorantiam sub prætextu
 inter cætera, quòd in dicta commissione plura
 continebantur, nec credebant fuisse comprehen-
 sam causam dictæ translationis, quòd non admi-
 serunt domini, cum iam antea in eadem resoluif-
 sent, quòd commissio erat etiam super transla-
 tione, & propterea à dicta limitatione nullatenus
 videtur recedendum. Quam ampla,

12 Primò, ꝛ vt procedat etiam in attentatis post
 inhibitionem, & vis huius ampliacionis consistit
 in hoc, quia cum inhibitio habeat implicitum
 decretum irritans, & è contra decretum irritans
 inhibitionem: Cassad. deci. 2. incip. decisio tertia,
 13 numero 6. de resti. spoliat. sicut ꝛ decretum li-
 gat etiam ignorantes, capitu. primo, de concess.
 præben. cum aliis congestis per Anton. Gabri.
 commun. conclusio. libro 6. de clausul. conclus.
 14 3. in princip. quia ꝛ tamen respectu pænæ decre-
 tum huiusmodi non ligat ignorantes, ita etiam
 ligare debet inhibitio, vt declarat idem Gabriel.
 vbi supra, numer. 8. & si ignorans aliquid faciens
 contra inhibitionem, non vnam, sed quàm plu-
 res pœnas incurreret, de quibus latè, ac distinctè
 tractauimus infra in 3. parte, cap. vltimo, de pœ-
 nis attentat. per totum. meritò, & c.

15 Secundò, vt procedat ꝛ etiam si quis litem e-
 ius nomine intròductam ratificasset, quia si dum
 ratificauit non habuit notitiam præcedentis at-
 tentati per eum, (cuius gesta ratificat) commissi
 non teneretur ad attentata, secundum ea, quæ
 posuit Aymo. consilio 160. in hac causa. numero
 16 4. libro primo, dum vult ꝛ quòd ratificatio non
 extenditur ad actum dolo initum, & consequen-
 ter, nec ad actum attentatum, cum in eo ad sit do-
 lus, aliàs non diceretur attentatus, vt diximus
 17 aliàs supra, cum & aliàs generale sit ꝛ quòd rati-
 ficatio non extenditur ad ignorata, secundum
 Bald. in l. obseruare. §. proficisci. quæstion. 4. ff. de
 offic. procons. & leg. Paris. consilio 100. sub num.
 71. libro 1. cum ignorans non possit dici quòd rati-
 ficet, aut consentiat. l. si per errorem. ff. de iurif-
 dicio. omni. iud. Paulus de Castro, & Iaf. in l. Iu-
 lianus, numero 3. ff. qui fatidat. Ruin. in consilio
 91. numero 10. libro primo. Aymo. consilio 192.

numero 12. & 14. & tradit etiam Oldrad. consilio
 329. has allegationes. numer. 8. Quòd adhuc am-
 18 pliaripotest, ꝛ vt procedat etiam si aliqualem
 19 habuerit scientiam, cum non dicatur quis ꝛ ha-
 bere alicuius reiscientiam nisi habeat etiã scien-
 tiam omnium qualitatum ipsius rei, ad not. per
 gloss. in c. concertationi, in ver. sciuerit, & ibi scri-
 ben. de appellat. in 6. & latè tradit post alios Ti-
 raquell. de vtroque retract. §. 36. gloss. 2. numero
 20 30. Præsertim ꝛ quando sumus in casu in quo tra-
 ctatur, quòd ex ratificatione quis ammittat ali-
 quod ius, vel incidat in delictum. Rot. decis. 21. a-
 liàs 771. dic quòd, de dol. & contum. in antiq. Mo-
 hed. decis. 160. fuit resolutum. Put. de probat. de-
 cif. 6. incipien. scientia, Ruin. in consil. 66. numer.
 66. libr. 3. prout est quando sumus in attentatis.
 Egid. decis. 18. oneratio, cum similibus.

LIMITATIO XXVIII.

SUMMARIVM.

- 1 EXECVTIO pro liquidis, etiam remanente litis
 pendentia super illiquidis fieri potest.
 Et talis executio non dicitur attentata. num. 2.
 Limitatur nisi ea, quæ dicuntur liquida dicantur male
 calculata, & à parte allegetur error calculi, & pa-
 rata sit docere de errore per calculationem denuo
 faciendam, num. 5.
- 2 Pendente lite vigore commissionis, quod quis admitta-
 tur ad compensationem prout iuris fuerit, si id de
 cuius compensatione agitur non sit liquidum, potest
 instrumenti liquidi fieri executio.
- 3 Debitum principale si sit liquidum, cambia autem, &
 recambia sint illiquidæ, potest pro debito principa-
 lilitate fieri executio.
- 4 Error calculi nocere non debet, quoniam illum allegans au-
 diatur, & terminus ad docendum de illius errore si
 bi assignetur.

VIGESIMO octauò limitari potest ꝛ quan-
 do lis fuisset eodem tempore introducta
 super pluribus rebus, quarum aliqua, vel ab ini-
 tio, essent liquidæ, vel etiam lite pendente fuerint
 liquidatæ, quoniam (licet ex regula prædicta,
 quòd nihil sit lite pendente innouandum videre
 tar dicendum, quòd donec omnia fuerint liqui-
 data, & decisa non posset aliquid immutari) po-
 test tamen pro liquidis (etiam lite pendente) fie-
 ri exactio, & executio remanentibus sub iudice
 illiquidis, vt not. in l. qui solum. ff. de legat. ij. &
 per illum text. tradit specialiter Bald. in consilio
 152. ad euentiam. colum. si. libr. 3. vbi vult, quòd
 propter pendentiam litis super illiquidis nõ dif-
 2 fertur executio quoad liquida. Et ꝛ quòd talis
 executio non dicatur attentata videtur fuisse re-
 solutum in vna Roma. Vineæ coram A. August.
 3 prima Iulij 1551. in qua ꝛ cum fuisset præsentata
 commissio, quòd fieret compensatio (in casu de
 quo ibi) cum clausula prout iuris fuerit, & pen-
 dente lite fuisset facta executio cuiusdam instru-
 menti liquidi, & prætenderetur attentata, ad ex-
 cusanda attentata allegabatur, quòd cum de iure
 illiquidum ad liquidum non detur compensatio.
 l. fin. C. de compensatio. & id super cuius com-
 pensatione agebatur esset illiquidum, stante di-
 cta clausula prout iuris fuerit, talis executio non
 dicitur contra, sed potius præter naturam iudi-
 4 Tract. de Attent. n

cij, & litis pendentia, ita vt sicut ante praesentationem commissionis fieri potuisset, ita & si fiat coiudicio pendente non debet dici attentata, vt fuit in dicta causa resolutum, & est decis. in recol lect. Caputaquen. i. decis. 135. incipien. praesentata. Pro quo facit etiam, quod fuit alia conclusum in vna Mantuana Zuccarorum coram D. meo Oradino. 9. Iunij. 1561. videlicet dandam esse executionem sententiarum, de quibus ibi in iis rebus, quae sunt liquida. Prout erat ibi condemnatio in summa principali, & quoad cambia, & recambia (quae in facto non praesupponantur liquida) procederet in causa: & quod pariter fuit dictum in alia Casaraugustana liquidationis pensionis coram Serafino. 22. Maij. 1573. dandam esse executionem pro summa liquida in casu de quo ibi. Vno tamen casu huiusmodi executio pro liquidis esset retardanda, quando scilicet ista liquida essent male calculata, & a parte allegaretur error calculi, & parata esset docere de errore per calculationem denuo faciendam, quia error calculi sibi nocere debet, quin illum allegans audiatur, & sibi terminus ad docendum de illius errore assignetur, vt per Fulgof. in consil. 142. Titius. versic. Rursus: & post eum Tobias Monius in consil. 63. visis. 27. & seqq. vbi ita expressè limitat, & declarat praesallegatum consil. Bald. 152. lib. 3.

LIMITATIO XXIX.

SUMMARIUM.

1. **CONSENSVS** resignationi potest etiam lite pendente praestari, si resignatio fuit facta ante lite motam. Idem in consensu praestando per Cardinalem super provisione beneficij vacan. per obitum sui familiaris. num. 2.
3. **Consensus** retrotrahitur ad diem datae.
1. **VIGESIMO** nono, videtur regula supra posita limitari posse vt non procedat in actu praestationis consensus resignationi ante litem motam facta, & vel etiam in consensu per Cardinalem praestando super provisione beneficij per obitum sui familiaris vacantis, quia talis consensus potest etiam lite pendente praestari, vt habetur per Sarnen. super reg. de impetr. benef. vacan. per obitum familiar. Cardin. q. 10. per tot. & praesertim in fin. & fuit dictum in vna Gerunden. rectoriae coram D. meo Oradino. 24. Febr. 1556. & in alia Astoricens. Archidiaconatus coram eodem 20. Februa. 1568. & iterum eadem 31. Maij eiusdem anni, & ratio esse potest, quia regulariter consensus retrotrahitur ad diem datae supplicationis, Cassad. decis. 2. de renuntiatio. nume. 8. Vnde cum data supplicationis praecedat litem, sequitur, quod consensus, qui retrotrahitur ad diem datae censetur & ipse litem praecedere, & consequenter non posse subici vicio attentatorum, quae regulariter sine lite non dantur. Cassa. decisio. 6. num. 2. super regu.

LIMITATIO XXX.

SUMMARIUM.

1. **LITE** via executiva introducta potest ea pendente agi, vel ordinariè, vel alia etiam via executiva sibi competenti.

2. **Iudicium** vbi captum est ibi regulariter finire debet.
3. **Iudicio** vno pendente potest aliud, quandoque intentari.
4. **Plures** vias executivas habens vna intentata potest transire ad aliam.
5. **Idem** si velit ab executiuo transire ad iudicium ordinarium.
6. **Iudicio** super dominio summarie, & incidenter introducto (puta actione confessoria) potest eo pendente de super procedi ordinariè super rei vendicatione. Quod procedit etiam in criminalibus, vt num. seq.
7. **Crimine** per viam exceptionis opposito potest nihilominus super eo procedi per viam accusationis.
8. **Ordinario** iudicio intentato, an possit eo pendente intentari executiuum, videtur maior difficultas, quam si conuolatur ab executiuo ad ordinarium. Aliqui distinguunt an illud de expresso partium consensus fuerit introductum nec e. num. 9.
- Ita, vt & domini, secundum diuersitatem casuum videantur etiam diuersa sensisse. num. 10.
11. **Lite** ordinariè instituta super contrauentione alicuius instrumenti non prohibetur quis vigore eiusdem instrumenti agere executiuè ad illius obseruantiam.
12. **Ordinario** iudicio inchoato de iure non licet conuolare ad executiuum.

TRIGESIMO, & vltimo, Pariter limitari potest, quoniam lite pendente vna via intentata potest alia via procedi, puta si sit captum agi via executiva, & hoc iudicio pendente actor velit super eadem re, & contra eandem personam agere ordinariè, vel etiam executiuè aliqua alia via: quamuis enim ex regula supra posita, quod lite pendente nihil est innouandum, videretur dicendum, quod per mentionem secundae litis videretur aliquid contra pendentiam primam innouari, cum tamen regulariter vbi captum est iudicium ibidem terminari debeat. I. vbi captum est. ff. de iudic. Nihilominus tamen potest quandoque vno iudicio pendente licitè aliud intentari, puta si habens plures vias executivas vna intentata, & pendente velit aliam intentare, ad no. per Barto. in l. consentaneum. in penul. q. C. quomodo, & quando iudex. tamen vel si intentato iudicio executiuo actor velit transire ad iudicium ordinarium, vt per Bart. vbi supra, & post eum, & Archid. super rubr. de eo, qui immittitur in possessionem, & c. tradit Paul. de Castr. in consil. 87. in causa, quae vertitur. sub num. 1. versic. tertia ratio est. lib. 1. per l. si iudex. ff. de variis, & extraord. cognit. & l. si quis à liberis. ff. de liber. agnoscen. & not. per doctor. in l. edita. C. de eden. Nam & alia tamen intentato iudicio summarie, & incidenter (puta super dominio in confessoria per modum exceptionis) potest eo pendente procedi ordinariè super rei vendicatione: & similiter quando effemus in criminalibus opposito crimine per viam exceptionis potest super eodem crimine procedi per viam accusationis, vt ponit vtrunque Natta in consil. 138. Magnifici. nume. 25. lib. 1. & licet quando quis intentato vno iudicio executiuo vult transire ad aliud executiuum, vel ad ordinarium res videatur de plano procedere per supra dicta, tamen maior tamen difficultas esse videtur, an post intentatum iudicium ordinarium liceat aggredi viam executiuam, vt animaduertit etiam Gallef. in tracta. de oblig. Cameral. in 2. q. ad tertiam partem culam. numer. 4. fol. 59. vbi refert, etiam tamen distinctionem

tionem Roma. in consil. 133. An scilicet iudicium ordinarium fuerit inchoatum de expresso partium consensu, necne (licet omnino sequi non videatur) Ex quibus colligi potest articulum istum non esse admodum expeditum, quod ex eo etiam maximè deprehendere licet quod, & domini quandoque secundum casuum diuersitatem diuersas quoque videantur in hoc fecisse resolutiones, & propterea licet in vna Comana obseruationis concordiae coram Domi. meo Orad. 23. Iunij. 1561. dixerint tamen quod lite ordinaria pendente super contrauentione alicuius instrumenti non prohibetur quis vigore eiusdem instrumenti executiuè agere ad illius obseruantiam: in alia tamen Romana pecuniaria coram Caputaquen. 9. Octobris 1562. dixerunt, quod non licebat Altouitis mutare iudicium: tamen quia de iure inchoato iudicio ordinario, non licet conuolare ad executiuum: verum quia articulus iste proprie non respicit materiam ipsam attentatorum, sufficiat praemissa lectorem admonuisse & specialiter, quod lite vna quandoque pendente potest alia licitè intentari, & consequenter citra vitium attentatorum. arg. l. Grachus. C. ad l. iul. de adulte.

Et sicut praefata regula, quod, actus lite pendente, sunt facti attentati, ampliatur, & limitatur certis modis, de quibus supra ita Declaratur nonnullis necessariis, & vtilibus modis.

DECLARATIO I.

SUMMARIUM.

1. **ATTENTATA** debent esse in praedictum litem, ac partis.
2. **Edictum**, vt lite pendente nihil innouetur, intelligitur, quando, id quod innouatur est praedictum, & melius infra. nu. 5. & 6.
3. **Possessor** potest ante, & post litem, quaedam noua facere super re litigiosa, dummodo non sint in praedictum.
4. **Attentata** debent esse contra litem, secus si sint secundum, vel praeter litem.

PRIMO igitur declaratur, vt talis actus, qui dicitur attentatus debeat esse in praedictum litem, ac partis: tamen edictum enim ne lite pendente aliquid innouetur intelligitur quando aliquid innouatur, aut petitur in praedictum partis, tamen cum possessor possit ante, & post litem contestationem in re litigiosa quaedam noua facere, dummodo non vergant in praedictum aduersarij, vt dicunt Domini decis. 25. alia 310. si reus. versic. sed posito. nume. 3. de rescript. in no. & ideo dicitur post dictam decisio. Mil. in ver. appellatione. fol. 14. quod quae non praedictant aduersario possunt attentari: tamen Et, quod attentata debeant esse contra litem, & in eius praedictum, secus si sint secundum, aut praeter litem. not. Ioan. Mo nach. in rubr. vt lit. pend. in 6. & pro not. tradit Anto. Corfett. in singu. suis in verbi appellatione, in cip. regula est. in 6. limit. versic. adde, etiam: tamen & ex eadem ratione, quia scilicet actus non esset in praedictum litem ad excusandum aliquem ab attentatis, arguit Aegid. consil. 18. incip. Ecce, quod facta. colum. 1. versic. secundo probatur, dum dicit, quod edictum, vt lit. pend. nihil innouetur

maximè procedit, si alteri parti praesertim appellanti aliquid praedictum inferatur, & melius ibi in 2. col. ver. nec obstat edictum illud, vbi vult, quod edictum praedictum intelligatur, vel de praedictum, quod directo inferetur alteri partium super eo, super quo est appellatum, vel secundò, vt intelligatur de praedictum circa conditionem, absolutionem, vel processum, aut possessionem, non autem de praedictum iuris in litem deducti, saluo vitio litigiosi, & impetrationis à communi domino faciendae: Et propterea fuit alia tentum non extare attentata in vna Gerunden. molestationum coram D. meo Oradino, 9. Martij. 1554. in qua cum quidam obtinuisset in dultum de percipiendis fructibus in absentia, & ecclesiae beneficiati haberet antiquius indultum, vt percipientes fructus in absentia teneretur ad solutionem quinque librarum singulis annis, & super solutione dictarum quinque librarum praeritarum esset inter eos introducta lis coram ordinario, & illa sic pendente beneficiati extraiudicialiter procuratori absentis intimauerint eorum indultum de soluendo quinque libras, & infra super prohibuerint, ne ille nomine absentis exigeret iura sepulchrorum, nisi solutis dictis quinque libris, ob quam prohibitionem absens (praetendens sibi illatum damnum, quia sui procuratores desisterant ab exactione, & seruicio) dicebat haec omnia per beneficiatos, & eorum communitatem gesta esse tanquam attentata reuocanda Domini tenuerunt, quod non essent attentata, quia non fuerat aliquid factum in praedictum litem dictarum quinque librarum. Et faciunt multa, quae remissiuè posuimus supra hoc eodem ca. in 2. sublimitatione. 20. limitat. princip. num. 20. & sequen.

DECLARATIO II.

SUMMARIUM.

1. **LITIS** pendentia & actus interim facti non trahuntur, neque ad commodum, neque ad incommodum tertij regulariter.
2. **Exemplum** in duobus reis, & de principali, & fideiussore.

SECUNDO. declara, vt actus, qui fiunt lite pendente, siue liciti, siue illiciti, & ipsa litem pendentia, & eius effectus non trahatur ad commodum, seu incommodum tertij: tamen exemplum in duobus reis debendi. Item in principali, & fideiussore, de quo per Franc. in d. cum teneamur. colum. pen. de appellat. & diximus latius supra in prima parte, cap. 3. de attent. a tertio, versic. de clara nunc, nu. 147. & seqq.

DECLARATIO III.

SUMMARIUM.

1. **EPISCOPI** iurisdictio lite pendente est suspensa, quoad eius subditum cum eo litigantem.

TERTIO. Materiam hanc litem pendentiam declarata, vt si sit lis inter subditum, & Episcopum, seu alium superiorem, lite pendente tamen subditus dicitur esse exemptus ab Episcopo, & Episcopi iurisdictio dicitur esse suspensa, vt est decis. Cassad. 6. licet inferior. nu. 1. & seq. de priuileg. de quo latius infra, in 12. limitat. sequen. quarta declaratio princip. num. 44.

DECLARATIO IIII.

SVM MARIV M.

- 1 POSSESSIONIS commodo non debet quis lite pendente priuari, & ideo lite pend. super validitate concordie potest ea pendente priuari, & inuari capitulis dictæ concordie. Nec vasallus est lite pendente possessione priuandus, etiam si contra eum agatur super commissio feudi. vt num. 18.
- 2 Clausula sine retardatione solutionis, pensionis solet apponi in commissionibus nullitatis pensionum.
- 3 Possessor lite pendente non est possessione priuandus, etiam si illa sit contra ius.
- 4 Dummodo non sit contra ius, id est contra lite pendente.
- 5 Ius quando dicitur assistere, vel resistere possessioni, remissiuè.
- 6 Possessione etiam de iure specialiter competenti non debet quis lite pendente priuari.
- 7 Possessione etiam destituta titulo, & quam quis sola consuetudine absque priuilegio comprobauit lite pendente exiui non debet.
- 8 Possessione, quis lite pendente non est priuandus etiam si non facta huiusmodi priuatione in altera partium immineret certo modo peccatum.
- 9 Anime fauore casus iuris presumptio in deterio rem partem. Et etiam penalia extenduntur ad casus similes.
- 10 Sequestranda non est mulier, quæ est cum viro, licet alius pretendat esse suam uxorem.
- 11 Accusatione pendente prohibetur, quis missas celebrare ratione peccati, Quod in t. l. l. g.
- 12 Vel quando non erat in quasi possessione celebrandi,
- 13 Vel quando erat publicè diffamatus.
- 14 Priuilegium principis non valet, ne quis faciat ea, quæ ante litem facere solebat.
- 15 Appellatione quoque pendente, non debet quis commodo possessionis priuari.
- 16 Possessor non debet litiganti auferri, etiam si notoriè constaret, de non iure possessoris.
- 17 Notoriè ius non habens potest alias etiam non citatus à Iudice possessione spoliari.
- 18 Possessor non est lite pendente amouendus à possessione etiam si pretendatur cum ipso iure priuatum.
- 19 Suspecto de dilapidatione fructus sequestrantur.
- 20 Vel inueterari in iure. Aut ad manus tertij deponuntur.
- 21 Suspecto dilapidationis facit, vt quandoque interdicatur administratio beneficii.
- 22 Paupertatis magna ratione, etiam quod ad sit suspitio dilapidationis effugiu sequestrum.
- 23 Fame ne quis moriatur, cessat sequestratio.
- 24 Suspectus de fuga priuatur etiam lite pendente commodo possessionis. Immo etiam in carceratur. vt nu. 25.
- 26 Fiscus potest rem (super qua inter eum, & priuatum litigatur) ad manus suas ponere.
- 27 Nisi ille priuatus esset legitimus contradictor.
- 28 Officialis delinquens in officio (inquisitione contra eum pendente) priuatur possessione officij.
- 29 Officio semel legitime priuatus non potest amplius illud officium exercere.
- 30 Exemplum in notorio, milite, equite, & doctore priuatis.
- 31 Etiam ex principis rescripto, secundum aliquos.
- 32 Notarius accusatus, quod falsum testamentum conceperit, potest illud ex sua imbreuiatura interim in publicam formam extrahere.
- 33 Simoniacus pendente inquisitione suspenditur ab administratione spiritualium.
- 34 Tutor suspectus allegatus post litem contestatam, amplius non administrat.

- 35 Princeps si causam ad se aduocauit, interim possessor non potest vii sua possessio. e.
- 36 Nec impetrare aliquam prouisionem pro mantentione sue possessionis.
- 37 Index ad tollenda scandala potest ad se aduocare possessionem, etiam lite pendente.
- 38 Index possessionem sequestrat, quando uterque agit interdicto retinenda.
- 39 Coniuges (si matrimonium de iure non valebat) post conclusionem in causa probiberi possunt, ne iniucè reddant debitum.
- 40 Abbas Monachum (quem ad nutum ante poterat amouere) inquisitione pendente, cui Monachus adhaeret, plura mouere non potest.
- 41 Subditus litigans cum suo prelato, & superiore lite pendente dicitur esse exemptus ab eius iurisdictione non solum in illa causa, verum etiam vniuersaliter.
- 42 Signatur solet ad quærelam prelati exemptione, quæ habet subditus cum eo litigans, ad verum tempus restri gere. Et dum etiam pendente causa restitutionis in in egrum aduersus rem iudicatam. Nisi esset facta ex cautio ibidem.
- 43 Debitor ciuitatis, & ex causa veltigalium pendente lite non potest adipisci in ciuitate aliquem honorem.
- 44 Conclusio, quod quis non est possessionis commodo lite pendente priuandus intelligitur sine causa cognitione.
- 45 Possessione lite pendente capta, potest, quis, & debet etiam lite pendente per remedium attentatorum priuari.
- 46 Intrusus etiam, quod ab intimatione executorialium appellauerit, tenetur parere Iudicato, & fit contra eum executio, ex quo non habetur pro possessore.
- 47 R. us, & possessor (etiam si constet de non iure suo) potest contra actorem dare obiectus.
- 48 Nisi possessionem lite pendente acciperit.
- 49 Attentata possessio non est mantinenda.
- 50 Improbata, aut vitiosa possessio nullum debet habere iuris adm. n. ulum.
- 51 Index lite pendente non potest sine causa cognitione possesorem possessionis commodo priuare.
- 52 An autem hoc liceat parti remissiuè.

QVARTO & vltimo. Declara hanc materiã vno notabili, & necessario modo videlicet, quod si sicut possessor lite pendente non debet aliquid innouare, ita contra non debet contra eum aliquid innouari, tunc non debeat quis possessio nis commodo lite pendente priuari. Hinc dicimus, quod si sit moralis super nullitate, & inualiditate alicuius concordie, & transactionis potest (interim pendente iudicio nullitatis) altera pars iuuare se, & niti capitulis dictæ concordie, vt allegabatur ad hoc conf. Ioann. de Amicis. 150. in vna Messanen. Baroniario coram Domi. meo Oradino 5. Nouembris. 1565. in qua (cum ad excludenda attentata allegaretur pro Beatrice, & licuit sibi (etiam lite pendente) capere possessionem; quia in capitulis concordie alias initæ expresse cauebatur, quod eueniente casu mortis, liceret ingredi possessionem absque vitio attentatorum, & ex aduerso replicaretur, quod illa non poterit niti, & se fundare in dicta clausula, quia super nullitate, & inualiditate concordie lis pendebat. Domini (tacite admittentes dictam rationem pro Beatrice allegatam) dixerunt non constare de attentatis per allegata pro ea. Quæ declaratio licet potuisset etiam commode annexi primæ

primæ limitationi huius regulæ tanquam sitilius limitationis ratio, Nihilominus, cum hæc declaratio contineat latam materiam, & satis etiã de per se longam consulo in hunc locum pro vltima declaratione reieciimus, cū etiam in ea sit ponenda Regula cum suis limitationibus, & Ampliationibus, & declarationibus, sit igitur

- REGULA, quod lite pendente non debet, quis possessionis commodo priuari. ca. 1. extra vt lite pend. cum concord. adductis ibi per gl. in verb. crucem. c. 1. & ibi Franc. in 2. notab. num. 2. & in c. cum teneamur. in j. not. de appella. Rot. decif. 24. aliàs 615. de dol. & contum. in antiq. Caslad. deci. 9. in cap. Rota. de caus. poss. & propriet. num. 14. Guid. Papæ decif. 366. possidens. vbi dicit eã esse, & de iure, & de stilo omnium curiarum veram, & latè capit. decif. 189. per totam. præfertim nu. 3. Ruyn. in conf. 75. Quantum. nu. 2. lib. 5. & nouissimè Mandof. in tracta. commissio. formu. 14. cõmissionis attentatorum: in verb. in possessione, & Burlat. in conf. 49. Illustrissimus. num. 12. libr. 1. vbi voluit, quod lite pendente Vasallus non est possessione priuandus, etiam si agatur super commissio feudi. apud quos vide alios tenentes hanc regulam: Super qua est fundatus stylus tilius clausulæ, quæ per Reuerendos Dominos referendarios solet in commissionibus nullitatis pensionis penonis, secundum Caslad. decisio. 10. casus occurrit, sub num. 7. de rescript. de cuius clausulæ stylo habetur apud Staphil. in tracta. de liter. grat. & iust. in secunda parte. fol. 150. vers. quando verò vtraque pars, & latius per Hiero. gig. post præallegat. in tracta. de pension. q. 35. num. 9. & q. 85. in princ. & q. 95. sub num. 5.

AMPLIATUR prædicta Regula,

- 1 Primo, vt procedat etiam si illa possessio tefset contra ius, vt tenet Abbas, qui hoc dicit notã dum in dicto cap. 1. vt lit. pend. nume. 4. sequitur Deci. cõf. 97. in casu. nu. 1. & post Dec. in cõf. 103. & alios per eum allegat. tradit Ant. Gabr. cõmu. conclus. lib. 5. de acqui. poss. conclus. 6. num. 2. & seqq. vbi hoc ampliatur, & nonnullis modis declarat, vt per eum, & ad idem facit notabile dictum Inno. in c. cum venissent. col. 3. sub num. 6. vers. item nota. in fi. de restit. in integr. quod lite pendente ille qui erat in possessione in ea tuendus est, nec quæritur ibi de bona fide, & quæ ponit Ruyn. in cõf. 57. circa. sub nu. 3. lib. 4. & quæ diximus supra, in septima ampliatur. huius reg. princip. num. 2. & regula illa vulgaris, quod etiam fur & prædo sunt tuendi in sua possessione, ad quam in proposito priuationis de qua nos agimus vide Paris. consil. 41. optimum. nu. 18. & seq. lib. 1. Nisi tamen esset contra iust id est capta lite pendente, vt dicemus infra in secunda declaratione huius regulæ, nume. 40. t. Quando autem ius dicatur assistere possessioni, not. Franc. in ca. bonæ. nume. 44. vers. vltimo. de appell.
- 2 Secundo Ampliatur, vt procedat etiam si possessio illa alicui competere t de iure speciali, puta ex priuilegio. Deci. post Abba. dicto conf. 97. in casu. nu. 1. & in conf. 103. in causa, in princip. lib. primo. Io. Crot. in conf. 101. viso puncto. post princip. & Ant. Gabr. vbi supra. num. 3. & seq. vbi hoc declarat.
- 3 Tertio etiam si possessio esset destituta titu,

lo, puta priuilegio, nam, & possessione, quæ quis sola consuetudine absque priuilegio comprobauit lite pendente. exiui non debet, secundum Abb. post Inno. in dicto cap. 1. num. 8. qui hæc testatur esse communem opinionem: An autem requiratur consuetudo præscripta, vel ne, vide per Abb. ibi post Hostien. qui videtur tenere, quod sic. licet Inno. tenuerit contrarium.

- 4 Quarto secundum aliquos videtur posse ampliari, vt procedat t etiam si non facta huiusmodi priuatione immineret in altera partium peccatum: nam licet ratione peccati effugiendi aliàs iura in multis regulas ordinarias relaxari permittat, prout est illa t quod fauore animæ, & peccati capitur præsumptio in deterio rem partem, contra regulam. l. merito. ff. pro foc. tunc enim etiam penalia extenduntur ad casus similes, vt per Ioã. Andr. & Moder. in c. ex tenore. extra qui fil. sint legit. refert Gomez. super reg. cancell. reg. 28. post princ. fol. 17. ad quod etiam vide, quæ allegat Dec. in 1. factum. §. in penalis. nume. 17. ad fin. de reg. iur. In ista tamè materia potius per mittitur certo modo peccatum, quàm quod regula nostra offendatur, vt tenet Abb. per illu tex. in cap. 2. extra, vt lit. pend. vbi id dicit singulare, & ibi etiam Imol. in primo notab. ad quod facit, quod fenfit Rota in vna Neapolitana prætenfi Matrimonij, coram Puteo 16. & iterum 27. Maij. 1549. vbi voluerunt domini non esse sequestrandam mulierem, quæ est cum alio viro, licet alter pretendat esse eius uxorem, cum alius non sit spoliandus, donec non sit declaratum, vt patet in re collecta. Put. decif. 7. sequestranda: in titu. desponsal. quamuis contra hoc videatur tex. in ca. accusatum, & seq. de simon. vbi t accusatione pendente prohibetur, quis celebrare missas ratione peccati. Nisi dicas, t quod ibi non erat in possessione celebrandi t vel cum glo. ibi, quod loquitur in eo, qui est publicè diffamatus, de quo vide infra limit. 5. huius regul. nu. 33. dic. vt ibi.
- 5 Quinto, vt talis priuatio non sit faciendã, nedum per Iudicem, secundum ea quæ ponit post alios Bero. in conf. 45. in causa, num. 4. libr. 3. Aut partem regulariter lite pendente, verum etiam, nec per priuilegium particulariter à Principe impetratum, ne quis faciat ea, quæ antea facere solebat, quia tale priuilegium potius presumitur falsum, seu obreptitium, quàm, quod inducat priuationem, vt tenet Abb. in dicto c. 1. num. 6.
- 6 Sexto Ampliatur, vt procedat non solum lite pendente in prima, verum etiam in secunda instantia, t sic appellacione pendente, vt per Card. in clement. secunda, in 2. opposit. vt lit. pend. & Roma. conf. 37. Viso puncto. in fin. & post eos Dec. in conf. 97. in casu, & conf. 103. in causa, in princ. libr. 1. In qua ampliacione, quæ habet, quod etiam appellacione pendente, quis non est priuandus possessione, multa particulariter dicenda essent, sed hæc congruentius infra cap. 12. de attentat. appellacione pendente. in 26. limita. principali explicabimus.
- 7 Septimo Ampliari potest, vt procedat etiam si notoriè constaret t de non iure possessoris: quæ uis enim talis etiam non citatus possit à Iudice spoliari, vt post Roma. in consil. 499. in præmissa col. 2. & Dec. in conf. 191. col. 3. & alios per eum allegatos, tradit Zuccard. in l. fin. nu. 13. C. de edict. diu. Adr. tol. Hoc tamen fallit lite pendente, quia

tunc spoliari non potest, vt dicit Zuccard. ibi in id allegans Alex. in conf. 99. num. 45. lib. 5.

18 Octauo videtur posse ampliari t vt procedat etiam si esse in casu in quo, quis esset priuatus ipso iure, puta si prætendatur quod vasallus ipso iure a feudo ceciderit: nam lite super hoc pendente non debet eiici a possessione, & possessionis comodo, priuari, vt post multos per eum allegatos tradit nouissimè, Bursat. in conf. 49. illustratissimus. num. 13. lib. 1.

LIMITATVR nunc prædicta regula, quod quis pendente lite non sit possessione priuatus.

19 Primo, vt non procedat, quando possessor esset suspectus de dilapidatione, quia tunc fructus sequestratur, & sic in consequentiam comodo possessionis, priuatur, vt no. gl. in dicto c. primo. 20 in verb. crucem. in fi. vt lit. pend. t seu inuentariatur, aut ad manus tertii deponuntur, vt est decif. Guid. Pap. 366. possidens in fin. & post eum Ant. Gabriel. commu. conclus. lib. 5. conclus. 6. num. 6. de acquirend. possess. ad quod facit decif. Afflicti 188. si conuenitur. num. 7. dum generaliter dicit, quod vbi est timor dilapidationis, fructus sequestrantur, & quod dicebat aliàs Mil. in verb. contu-

21 maci quandoque. fol. 77. t quod propter suspicionem dilapidationis interdicitur administratio beneficij: pro quo est text. in cap. fin. in fin. de accusat. & faciūt ea, quæ infra latius dicemus in duodecima limitat. princip. regulæ cap. 12. de attent. appellat. pend. num. 11. vers. secundus casus. Quæ tamen limitatio potest sublimitari, vt non habeat locum ista sequestratio etiam stante huiusmodi suspicionem t quando possessor esset multu-

22 pauper, t quia ne quis fame moriatur non sit sequestratio secundum Ang. in l. si fideiussor. §. si. ff. qui satisd. cog. & post eum Stephan. aufer. in addit. ad decif. Tolos. 477. circa medium. Secundo similiter dicta regula non procedit, 24 vbi possessor esset suspectus de fuga, quia hoc casu non solum priuatur comodo possessionis, 25 t sed etiã carceratur lite pendente, vt per Franc. in d. c. cū teneamur. num. 12. ad quod vide Ang. post gl. in l. si. C. de fer. in repetit. l. nemo carcerē. C. de exa. lib. 10. circa med. vers. itē quæro quid si lite pendente, qui dicit ita de facto seruari, quæ refert, & sequitur Alex. in conf. 105. magnifice p̄tor. num. 25. libr. 3. & diximus etiam supra in 9. limit. princip. hoc eodem cap. 4.

26 Tertio fallit t in fisco; nam si lis sit inter fiscu, & priuatum, potest Fiscus rem contentiosam ad manus suas ponere, & sic priuare priuatum sua 27 possessione t quando scilicet ille priuatus non esset contra Fiscum legitimus contraditor, ita limitat, & declarat Guid. Pap. decif. 366. possidens ad med.

28 Quarto fallit in officiali, qui deliquit in officio, nam lite, & inquisitione contra eum pendente suspenditur ab officio, vt est decif. Tolos. 370. & ibi Stephan. Aufer. in addit. & melior decifio Delphin. Franc. marc. quæstio. 654. Et non solum priuatur possessione, in qua erat, veru etiã futura possessione, quam potuisset forsã sperare se 29 quandoque recuperaturum: t quia semel legitime priuatus non potest amplius illud officium exercere, vt est decif. Capic. 121. numer. 17. & not. Dec. in c. v. nostrum. num. 4. de appell. vbi loquitur de notario, milite, equite, de doctore priua-

31 tis, quod procedit etiam, si ex principis rescripto id sibi concederetur, vt not. Franc. Marc. in decif. delphin. 390. num. 2. & Capic. dicto num. 17. Suprà dicta tamen videntur reddi dubia ex his, quæ ponit Afflicti. decif. 165. quidam hæres, dum vult t quod notarius accusatus, quod falsum testamentum fecerit, pendente accusatione potest illud testamentum ex sua imbreuitura in publicam formam extrahere, ex quo sequitur quod is non priuatur quasi in possessione sui officij pendente accusatione, etiam, quod circa officiu suu deliquerit, nisi dicas, quod licet quoad extractio nem instrumenti iam rogati non priuatur quasi possessione officij tamen priuari debet quoad instrumenta denuo faciendã, secundum terminos huius quartæ limitationis.

33 Quinto fallit in simoniaco, t qui (etiam pendente inquisitione super crimine simoniæ, suspēditur ab administratione spiritualium secundu gl. in summa. 3. q. 1. de cuius glo. & dicti videri vide per Franc. Marc. in decif. delphina. quæ. 497. num. 14. & decif. 654. num. 6. ad quod vide etiam Ant. Corfet. in sing. suis in verb. appellatio incip. regula est limit. 6. vbi vult: quod in ca. accusatum de simoni. de quo supra in 4. ampliatur. ideo quis possessione priuatur, quia cōcurrit atrocitas criminis, Item, & diffamatio publica, vt latius per eum: Quod & post eum voluit nouissimè Menocch. de recuper. possess. remed. 17. num. 42. vers. quæro duodecimo.

34 Sexto fallit in tutore, qui sit suspectus allegatus: is enim pendente lite, videlicet post contentationem non administrat, vt est decif. Affli. 377. in causa nume. 5. vbi dicit, quod ita fuit obtentum Perusie, & ita fore iudicandum; ad quod facit, quæ ponit Franc. Marc. in dicta decif. 654. in princip. vbi tractat eleganter materiam hanc officialium, in officio delinquentium; de quo etiam aliquid diximus infra cap. 5. de attent. inquisitione, seu accusatione pendente, limit. 9. numer. 19. vbi etiam alios casus, in quibus ex causa, quis videtur priuari sua possessione per suspensionem iurisdictionis, ac administrationis annotauimus, de quibus ibi a num. 15. vsque ad num. 21.

35 Septimo. Quando t Papa expressè ad se causam auocasset: tunc enim lite pendente possessor non possit vti sua possessione, vt post Franc. in c. vt nostrum. col. 4. vers. in eadem glo. in fin. de appell. & Rot. in decif. 4. aliàs 76. postquam aliàs de testi. in no. & post Inno. & Dec. ibi per eum allegatos tradit eleganter Paris. in conf. 39. incip. nou possunt. sub nume. 7. & 12. libr. primo, & sicut non potest hoc casu vti sua possessione t ita nec alio iure pro manutenenda sua possessione sibi competentem: nam licet possessor etiam lite pendente citra vitium attentatorum possit adire alium Iudicem, atque etiam consilium Regium, & impetrare prouisionem ad solam defensionem suæ possessionis ad no. in cap. cum teneamur. de appell. & per Paris. in conf. 172. libr. 4. & est in recollectis Acchill. de grass. decif. 34. incip. attentare noluerunt: sub rub. de attentatis. Hoc tamen fallit quotiescunque Papa apposuit manus, & causam auocauit: præsertim si dicti Iudices vltra manutentionem possessionis aliquid aliud fecerint, & terminos manutentionis exceperint: Nam stante auocatione, quicquid per eos fuerit factum, debet tã

quam

quam attentatum reuocari, vt fuit resolutum in vna CæsarAugustana iuris eligendi coram Do. meo Oradino sub die 7. Februarij 1561.

37 Octauo. Quãdo in casibus a iure permisis t Iudex ad tollenda scandala possessione ad se auocasset, iuxta notata in l. si vsus fructus. §. sed si inter duos. ff. de vsu fruct. vbi Barto. & in l. æquissimum. ff. de vsu fruct. specul. in titu. de caus. poss. & propriet. & Bald. in l. nullus. C. de summ. trinit. & fid. cathol. Abb. in c. ex litteris extra de rescript. Guid. Pap. decif. 578. si agatur: Alexand. conf. 76. ponderatis in fi. li. 4. & col. 7. visã li. 5. & per Curt. sen. conf. 61. super articulo. cū alijs per eū cogestis.

38 Nono. Quando vterque ageret interdico retinendã; tunc enim videtur t quod iudex sequestrat possessionem, & per consequens litigantes priuantur illius comodo, ad no. per Bart. in l. si disceptetur in tertia lectura. ff. vbi pupil. educar. deb. ad quod est decif. Capic. 96. nu. 11.

Decimo limitatur in casu c. laudabilem extra vt lit. p̄d. & c. tenor. de re iudi. & c. tua: vbi Abb. 39 nume. 3. de spons. duorum. t vbi si matrimonium de iure non valebat, & tamẽ maritus erat in quasi possessione copulæ carnalis, potest lite pendente prohiberi, ne iniucem reddant debitum post conclusionem in causa, & sic priuantur comodo possessionis secundum dictum Ant. in dicto c. laudabilem. quem refert, & pro singulari celebrat Roman. sing. 41. lite pendente, vbi dicit, quod dū quæreret hunc casum in locis extraneis non inuenit, nisi apud dictum Ant. vbi supra: quem pro limitatione ad regulam, quod appellatione pendente nihil est innouandum, ponit Pet. duen. reg. 42. limit. 1. sed re vera cadit magis pro limitatione ad hanc, quam ad illam regulam.

40 Vndecimo limita t in Abbate, qui licet ante inquisitionem contra eum formatam (cui Monachus adhærebat) potuisset ad nutum Monachum illum amouere, post tamen inquisitionem motam id sibi amplius non licet, vt est decif. Rot. aliàs 1. de restitut. spoliat. in antiq. & decif. Egid. 36. monachus; & sic Abbas hoc casu perpendentiam inquisitionis priuatur quasi possessione amouendi.

Duodecimo similiter limitatur, vt non procedat Regula generaliter t in Episcopo, & alio quouis superiore, qui cū aliquo suo subdito litigaret; tunc enim nõ solum quo ad illam causam dicitur esse superioris iurisdictionis suspensa (& consequenter superior priuatus sua quasi possessione iurisdictionis) verum etiam solet signatur etiam vniuersaliter eximere subditum durante lite a superioris iurisdictione: quamuis si superior de hoc conquærat, exemptio, vt præfertur simpliciter durante lite concessa, t soleat per signaturam ad certum tempus restringi, vt tradit eleganter Cass. decif. 6. licet inferior. de priuileg. quod etiam post Stafil. dixit Ant. Gabri. cõmu. cõclus. lib. 2. de iudic. conclus. 4. nu. 31. vers. secundo limitatur. Quæ exemptio durat etiam si lata sententia (quæ transierit in rem iudicatam) exemptus aduersus illam obtinuerit commissionem restitutionis in integrum, nam etiam pendente iudicio restitutionis dicitur exemptus, dummodo contra eum non esset iam facta executio, vt declarauerunt aliàs Domini in vna Barchinonen. exemptionis coram Capizuccho 27. Octobris 1553.

Quod multo magis procederet si contra superiorem criminaliter procederetur: tunc enim & iurisdicatio, & administratio interdicitur, vt diximus infra cap. 5. de attentat. inquisitione, seu accusatione pendente in 6. limit. nu. 15.

43 Decimotertio fallit etiam t in debitore ciuitatis: & ex causa vectigalium: quia si is sit postulatus debitor illius quantitatis, in qua Ciuitati tenetur, pendente hoc iudicio (licet regulariter quis non sit comodo possessionis priuandus) tamẽ non poterit interim aliquem honorem in ciuitate adipisci. ad l. 5. §. de debit. Ciuit. libr. 11. & in l. rescripto. §. debitores, & ibi gl. adducit concord. ff. de muner. & hon. & tradit Vital. de Clausul. in claus. nil nouar. accusat. pendente. sub nu. 4. vers. item idem Angel.

Declaratur etiam prædicta Regula, Primo, vt intelligatur, quod quis comodo possessionis priuari non debet, t videlicet, sine causa cognitione, & ita loquitur Abb. in dicto c. primo in sumuario, & alij doctores. ibi, & no. Paris. conf. 47. videtur. num. 9. lib. 4. nam cum causa cognitione possessorẽ posse priuari aperti iuris est.

45 Secundo, vt procedat in possessione a iure nõ improbata t id est non capta lite pendente; tunc enim possit illa priuari, scilicet remedio reuocationis attentatorum, vt not. Abb. in ca. 2. num. 4. vt lit. pend. per ca. tenor. de re iudi. & Nota, quia illa expositio, id est nõ capta lite pendente, nõ est sine ministerio: nam si alia ratione sit contra ius, quã quia sit attentata, vtique possessor non esset ea priuandus, iuxta ea, quæ dicta sunt supra in prima ampliatur. huius regulæ. nume. 5. ex qua consideratione colligitur limitatio ad regulam, quã supra posuimus in prima limit. reg. princip. vide licet: quod continuans non attentet, vt non procedat in continuante possessionem captam lite pendente, nam licet in alijs possessionibus etiam contra ius procedat illud dictum de continuatione; vt in dicta reg. in secunda ampliatur: in possessione tamen, quæ laborat hoc vitio attentatorum, non videtur posse procedere: absurdum enim esset, quod si quis lite pendente caperet possessionem, & in ea fuisset per aliquod tẽpus (forsã ob impotentiam aduersarij) ratione illius tẽporis possit allegare continuationem ad excusanda attentata: cum ipse primum attentando in legis prohibitionem incidit, cum frustra auxilium legis, & c. ll. vulgar. & pro hac declaratione est in recollect. Crescent. decifion. 216. intrusus:

46 sub rubr. de re iudi. vbi fuit tentum t quod non obstante, quod intrusus lite pendente appellaue rit ab intimatione executorialium sibi facta, sit contra eum executio, & teneatur parere iudicato, & relaxare possessionem: ea ratione, quia eius possessio erat vitiosa, & attentata, & non habetur pro possessore: Facit etiam in simili, t quia licet regulariter reus, & possessor etiã si de illius non iure clare constat, possit contra actore dare obiectus. Rot. decif. 7. aliàs 419. nota an reus. de 48 except. in antiq. t id tamen non procedit, quãdo reus possessionem adeptus fuisset lite pendente. Rot. decif. 5. aliàs. 433. nunquid reo, vt lite pendente, in antiq. & decif. 1. nunquid reo. eod. titu. apud 49 Bisignett. Roma. conf. 499. num. 7. t Hinc etiam fuit pluries per Dominos resolutum, quod attentanti nõ est concedendum mandatum de manu

tenendo, vt diximus infra in tertia parte ca. 31. de pœnis attentat. in 6. pœna. ad fin. Et generaliter, 50 quod improba, & vitiosa possessio, non habeat aliquod iuris adminiculum, aut iuris effectum. l. improba. C. de acquir. possess. Sozi. conf. 67. num. 10. lib. 3. Deci. conf. 467. num. 17. & in fi. Sarnen. de annal. poss. quæstio. 13. & 64. & Roma. dicto conf. 499. nu. 7.

Tertio, vt præmissa Regula procedat in Iudi cet qui lite pendente nõ debet aliquem sine cau sa cognitione possessionis commodo priuare. 51 Tan autem liceat hoc parti, notat Abbas in c. 2. nu. 4. vt lit. pend. & videtur tenere, quod sic, per c. literas. de restit. spoliat. & c. requisitioni. de sen tent. excom. dic. vt per eum.

Et per hæc fit expedita materia ista attentatorũ lit. pend. per regulam suprapositã Ampliatã, duodecim, Limitatã, triginta, & declaratã quatuor modis principalibus, cũ suis sublimicationibus, & aliis necessariis declarationibus.

Et quoniam non solum causa ciuilitè, verum etiam criminaliter, puta per inquisitionẽ, seu accusationem pendẽte regulariter actus medio tẽ pore faci dicuntur attẽtati, ideo pro faciliõri ma teriã declaratione, etiam de attẽtatis inquisitione, seu accusatione pendente subnectemus.

CAP. V. DE ATTENT. ACCUSATIONE, seu inquisitione pendente.

S Y M M A R I V M.

- 1 **I**NQUISITIONE, seu accusatione pendente, nihil debet innovari.
- 2 Accusatio regulariter non adimitur suorum bonorum administratio accusatio ne pendente.
- 3 Controversia cum fisco pendente, non debet possessione quis priuari, aut eius bona in fiscum incorporari.
- 4 Accusatio de aliquo crimine lite pendente debentur alimẽta.
- 5 Alienatio rei facta per accusatum non incidit in vitium litigiosi.
- 6 Inquisitus potest pendente inquisitione super priuatione beneficij constituere procuratorem ad resignandum, & illud resignare.
- 7 Et hoc datur pro cautela.
- 8 Facultate, quam habet Abbas amouendi monachũ ad nutum vti non potest pendente inquisitione contra eum, cui monachus adhareat.
- 9 Immo si amouetur, potest monachus tanquam spoliatus petere se restitui.
- 10 Resignatio per inquisitum facta non tenet, quando resignans sciuisse impetrationem beneficij a Papa medio tempore fuisse factam.
- 11 Resignatio facta inquisitione pendente ab eo, qui verisimiliter sciebat se esse priuandum, non valet.
- 12 Resignatio per inquisitum facta non valet, quando contra eum agebatur ad priuationem beneficij ob non promotionem ad sacros ordines.
- 13 Resignatio beneficij per inquisitum fieri non potest, postquam est conclusum in causa.
- 14 Resignatio ex causa permutationis accusatione pendente fieri non potest. Declarando vt ibidẽ post Rebuff.
- 15 Dominus iurisdictionem habens si inquiratur potest sibi interdici administratio, & suspendi iurisdictione.

Etiam contra eius filium, si ille interim sit moruus, vt num. 6.

- 17 Officiali dum syndicatur interdicitur administratio.
- 18 Notarius accusatus de falso, p. pendente accusatione non potest officium tabellionatus exercere, secundum aliquos.
- 19 Tutor vti suspensus accusatus ante litem contestatam administrat. post litem verò contestatam remouetur ab administratione.
- 20 Prelatus inquisitus, & diffamatus super suspicionem de lapidationis, vel remouetur ab administratione, vel ei datur coadiutor.
- 21 Descriptio bonorum, etiam accusatione pendente fieri potest.
- 22 Immo ex causa solent etiam bona vendi, & pretium deponi.
- 23 Sequestratio bonorum mobilium inquisiti fieri potest, etiam accusatione pendente, vbi est timor barationis.
- 24 Inquisitus non potest ferre testimonium inquisitione pendente.
- 25 Inquisitus potest constitui procurator, sed exercitium procuratoris sibi interdicitur.
- 26 Dispensare cum inquisito potest superior etiam inquisitione pendente.
- 27 Inquisitus, & de crimine diffamatus non potest impetrare beneficium, nisi facta mentione inquisitionis.
- 28 Promissio de beneficio facta in fauorem inquisiti non valet, nisi de inquisitione sit facta mentio.
- 29 Etiam si lapsi essent decem anni.
- 30 Eligi, quis potest ad beneficium etiam iudicio criminali pendente, quando proceditur per viam accusationis, vel denuntiationis, quæ infamiam necessario non præsupponunt.
- 31 Inquisitus non potest novos honores temporales assumere, licet veteres retineat.
- 32 Nisi accusator ab accusatione desistat, &
- 33 Nisi sit lapsus annus, Præterquam in Episcopatu, & quando Iudex breuius tempus præfixisset.
- 34 Administratio inquisito admittitur, quando sumus in crimine, in quo quis ipso iure priuatur, vt hæresis, & læsæ maiestatis.
- 35 Hæretici beneficij impetrari etiam, ante declaratoriam, & conferri possunt, secundum aliquos, & infra num. seq.
- 36 Beneficia suspecti de hæresi etiam alteri collata, si ille abiurauerit sibi restituntur.
- 37 Alienatio irretrogradabilis (vt est manumissio serui) inquisitio etiam pendente inquisitione est interdita.
- 38 Inquisitus in Marchia, si ibi fuit contumax, potest hac inquisitione pendente etiam in loco originis, validè contra eum inquiri.

INQUISITIONE quoque, vel accusatione pendente eadem fermè Regula firmã da est quod nihil innovari potest, tũ ex identitate, immò magis maioritate rationis, tũ quia id etiam iure cautum est: vt in cap. olim, & ibi no. glo. in verbo post inceptũ iudicium. extra de accus. & in §. i. instit. de hæred. instit. vbi not. doctõ. præsertim Syllu. Adobrand. in scoliis, & quãuis ea, quæ dicta sunt in materia attentatorũ lite pend. pro maiori parte possint etiã sibi locũ vendicare, in materia inquisitionis, seu accusationis pendentes, infra scripta tamen magis specialiter præsentem rubricam respicere videntur, Sit igitur

Regula

- Regula, quod pendente inquisitione, vel accusatione nihil est innovandũ, vt dicebat alijs Lud. Roma. in l. post contractũ. ff. de donat. Et ex ea inferẽ, quod regulariter pendente accusatione nõ adimitur accusato suorum bonorum administratio, ad tex. in l. aufertur. §. in reatu. ff. de iure fisci. & dicebat Ang. in l. defensionis facultas. C. de iure fisci. lib. 10. quod pendente cõtrouersia cũ fisco super aliquibus bonis, nemo debet sua possessione priuari, nec eius bona in fiscũ incorporari, vt tradit Boer. decif. 277. num. 13. vbi similiter inquit, quod accusato nõ adimitur bonorum administratio: de quo aliquid etiam per Vital. in tracta. claus. in clausula nil nouari a accusatione pendente. in princ. & nu. 27. & num. 30. & ppter ea videmus, quod accusato de aliquo crimine accusatione pendente debetur alimẽta. l. fin. C. de ordi. cognit. & est decif. Rot. 1. aliã 143. nota quod accusato. de accusat. in antiq. & dixit clarius Alex. apud Bar. in l. 1. in ver. mixta. C. de litigios. post Bald. in l. non solũ. in le. & u. antiq. de in integ. restit. quod si ego sum accusatus de tali crimine, ex quo bona veniunt publicã da, & pendente accusatione illa alieno, tales res alienata non incidunt in vitium litigiosi, licet fiscus postmodũ debeat illa reuocare, iuxta notata in l. post contractũ. de donat. Ex eodẽ quoq; fonte prouenit id quod alijs dicit quod inquisitus potest etiã pendente inquisitione super priuatione beneficij constituere procuratorem ad resignandũ, & illud resignare, vt est decif. Rot. Bisignet. in tit. de re iud. de cif. 5. incip. accusatus coram Ordinario. & tradit Boer. decif. 205. tractatus. sub num. 7. post dictam decif. Bisignet. & Gemin. conf. 105. vers. quo ad primũ, & Thom. de Ferrar. in sing. suo 44. & Philipp. Probũ. in addit. ad Io. Monach. in c. ad apostolicã, nu. 10. incip. clemens. de re iud. in 6. subdẽst quod istud datur pro cautela, & post Felyn. in c. inquisitionis. de accusatio. ponit idẽ ibidem: quod etiã tradit Stefan. aufrer. in addit. ad decif. Tolos. 436. ad med. Et quod criminofus per crimẽ quod sibi obiicitur etiã iudicio pendente non priuatur iure suo, quin possit interim beneficiũ resignare: tunc enim domini in vna Parmẽ. parochia lis corã D. de Rubeis 12. Iunij. 1562. quod etiam post glo. in verb. finita. in c. 2. vt lite pendente in 6. tradit Rebuff. in sua praxi benefic. super reg. de infirm. resignant. glo. 12. num. 19. fol. 399.

LIMITA prædictã regulã pluribus modis, & Primo, vt non procedat in facultate, quã regulariter habet Abbas in Monachũ suũ, vt possit eum ad nutũ a beneficio amouere: si enim cõtra Abbatem fiat inquisitio, & Monachus illi adhareat, pendente huiusmodi inquisitione, nõ poterit Abbas amplius eũ amouere, vt est decif. Rot. 1. aliã 1. incip. primo nota quod. de restit. spoliat. in antiq. & Egid. decif. 256. monachus: Quinimmo si hoc casu monachus spoliatur potest petere se restitui tanquam spoliatus. Rot. decif. 23. aliã 359. no. quod monachus de restit. spoliat. in antiq. vt tradit nouissimè Ant. de Matth. in repet. l. naturaliter. §. nihil cõmune. in 2.9. Fallen. num. 64. ff. de acquir. possess. quæ sequitur etiã Menoch. de recuper. possess. remed. 17. q. 19. num. 52.

Secundo limitatur (& hæc, & tres sequẽtes respiciunt particulariter illud de resignatione accusatione pendente faciendã, vt nõ procedat, quãdo resignãt sciisset impetrationẽ de beneficio

à Papa fuisse medio tẽpore factã, propter clausulã decreti irritantis in impetratione appositi, secundũ Ant. de But. in cõf. 42. incip. in Christi. ver. aggredior secundũ principã, quæ refert, & sequitur Boer. dicta decif. 205. nu. 8. & ratio potest esse quia resignatio facta inquisitione pendente ab eo, qui verisimiliter sciebat se priuandum esse, nõ valet, vt post Io. de Anan. in ca. 3. de colluf. deteg. & Andr. Barba. in cõf. 11. col. 13. lib. 1. tradit Boer. decif. 2. incip. beneficia. nu. 5.

Tertio Nisi contra eum, qui inquisitione pendente resignauit, ageretur ad priuationem beneficij, ob non promotionem ad sacros ordines, ad c. licet canon. & c. cõmissa de elect. in 6. vt tradit Boer. ibidem nu. 8. qui licet post Fely. in ca. in nostra. in 37. correlat. ver. fallit quinto. & in c. ceterum. col. pen. vers. octauo restrictio. de rescrip. alleget dictam decif. 5. Bisignet. in tit. de re iud. in rei tamen veritate illa parum facit: cũ loquatur indistinctè de quolibet crimine: ipsa tamen limitatio potest teneri ea ratione: quia quando quis incurrit priuationem beneficij ipso iure, prout est ob non promotionem, dicto cap. licet, cano. tunc etiam accusatione pendente interdicitur sibi administratio, & consequenter resignatio beneficij, vt dicemus latius infra in. limitatio ne 18. num. 34.

Quarto Vt talis actus resignationis accusatione pendente fieri non possit postquam est conclusum in cã. arg. tex. in l. q. pœna. ff. de manu. vt tradit in terminis post Bal. Inn. Io. Monac. Prob. Io. Andr. Roma. Fel. & alios, de quibus ibi latius per eum Boer. decif. 206. incip. & quia in princ.

Quinto quando resignatio accusatione pendente fieret ex causa permutationis, vt tradit Domi. de sancto Gemi. in conf. 105. vers. ad secundũ dico: quem refert & sequitur Boer. dicta decif. 205. sub nu. 6. vers. & nota permutationem, & tradit etiam Staphil. in tractatu de litteris gratiæ, & iustitiæ, in prima parte, fol. 64. ver. & per supradicta dici potest, quos refert, & etiam sequitur Rebuff. in Praxi benefic. super reg. de infirm. resig. glof. 12. num. 19. vbi & illud addit, quod talis resignatio valebit nisi in illius impetratione fuerit adiecta clausula ista. Et cum decreto, quod resignatio illius cõdat in fauorem impetrantis, quæ (secundum eum) solet concedi post primam priuationis sententiam, antea verò non.

Sexto Fallit quando inquiratur, vel accusatur is, qui habet iurisdictionem, & subditos, quia ad hoc, vt super quærelis absque metu, & timore possit procedi, potest suspendi iurisdictione, & interdici administratio, vt per multa, per eũ allegata concludit Tho. Gramat. in conf. 19. per syndicos Vrsmars in princ. & per totũ. vbi illud ampliat, vt procedat etiam contra filium, & successorem in feudo illius, qui fuerat inquisitus, 17 Septimo Fallit in officiali, qui venit sindicanus ex eo, quod deliquit in officio, nam tunc sibi interdicitur administratio, vt post Lucam de pœna in l. Iudices. C. de dignit. libro 12. tradit idem Grammat. in dicto conf. 10. num. 2. & 3. vbi illud etiam ampliat, vt procedat tã in officiali perpetuo, quã temporali: Cui quantum ad hanc limitationem adde decifio. Tolosa. 370. & Stefan. Aufrer. in addit. qui optimè declarat quomodo id procedat, de quo diximus etiam supra ca.

quarto

- quarto de attent. lite pend. in 4. declarat. princi. num. 28. & seqq.
- 1 Octauo non procedit in notario accusato de falso, vt tradit idem Gramat. ibi sub nume 3. post Barto. in l. ea. ff. ad l. iul. repetund. & in conf. suo incip. ser Ioannes; sed hæc limitatio videtur reddi satis dubia ex his, quæ ponit Afflic. decif. 165. quidam hæres; nisi respondeas, vt diximus supra de attent. lit. pend. dicta quarta declarat. princip. num. 32.
- 19 Nono. Fallit in tutore, qui vti suspectus accusatur, quia pendente Inquisitione, etiam ob suspicionem perdit administrationem, & consequenter contra eum innouatur: ad l. eum, quem. C. de suspect. tutorib. quod, & simpliciter post Roma. in conf. 297. posuit etiam Gramat. in dicto conf. 10. num. 3. De hoc tamen dic, quod ante litem contestatam talis tutor administrat, post uero contestatam remouetur ab administratione: vt fuit not. dictum Ange. in l. quod si forte. §. sunt quidam. ff. de solut. vbi dicit, ita se Perusianus obtinuisse, vt refert, & sequitur Afflic. decif. 357. in causa. num. 5. & seq.
- Decima huic proxima dari potest limitatio, 20 vt non procedat in prælato inquisito, & consequenter diffamato: licet enim prælatus ob solam suspicionem regulariter non perdat administrationem, tamen si aliquo modo constaret de suspensione dilapidationis, etiam per summariam informationem, sed ultra pendendam accusationis extaret contra prælatum aliqua verisimilis coniectura suspicionis, tunc etiam contra eum Inquisitione pendente innouatur, vel per remotionem ab administratione, vel per dationem coad iutoris, vt hæc omnia de prælato latè prosequitur (licet non admodum distinctè) Vital. in tract. claus. in clausula, nil nou. accusatione pendente num. 6. 9. 11. 12. & 13. Quod dictum de prælato simpliciter absque dicta distinctione posuit, etiam Gramat. in dicto conf. 10. sub num. 2.
- 21 Vnde decimo. Fallit in descriptione bonorum ad finem duntaxat, vt habeatur illorum notitia, quia talis descriptio, ex quo nemini affert præiudicium fieri potest, etiam accusatione pendente, ad tex. in l. si vbi Bart. ff. de requirendis reis, & in l. i. ff. de ventr. in possessio. mittend. & l. si. ff. de bon. au. l. iud. possid. Vital. vbi supra, sub nume. 20. & tradit Bald. in l. defensio. C. de iure fisci. lib. 1. Barto. in l. post contractum. ff. de donation. & quamuis annotatio bonorum contra contumaces iuxta l. i. ff. de requir. reis. hodie non fit in vsu, descriptio tamè, & annotatio, de qua in l. si quis intra prouinciam. C. de bon. proscript. hodie feruatur per totam Italiam, vt post alios tradit Iul. Clar. in sua pratic. Crimin. q. 44. vers. sed hodie: Quinimmo ibidem in fi. subdit, quod quado est periculum, ne bona propter moram fiant deteriora, vel pereant, solent etiam vendipreciū, & deponi.
- 23 Duodecimo in actu sequestrationis rerū mobilium ipsius inquisiti, qui (vbi cūq; extaret timor) vt dicunt (barrationis) etiā accusatione pendente fieri permittitur, ad tex. in l. Imperatores. ff. de appellatio. tradit latius Archidia. in c. quia res. 11. q. 1. Vital. vbi supra, sub num. 2.
- 24 Decimo tertio. Fallit in actu testimonij ferendi, quia inquisitus pendente inquisitione ab eo repellitur, ad tex. & ibi no. per docto. in l. testimonium. ff. de testibus.
- 25 Decimo quarto. Fallit in actu procuratoris: quauis enim accusatus possit non obtinere pendenti accusationis procurator constitui, ad tex. in l. reū C. de accusatio. Actus tamen, & exercitium ipsum procuratoris sibi pendente accusatione interdicitur, ad tex. in l. reū. C. de procurator. vbi Bal. dixit, quod tantum operatur peditia accusationis, quantum sententia condennatoria, ad effectum interdicens huiusmodi effectum procuratoris: quæ refert, & sequitur Vital. vbi supra num. 5. per tex. in l. reus delatus. ff. de muner. & honor. & in c. olim. de accusat. & no. gl. in c. secundo. 8. q. 4.
- 26 Decimo quinto. fallit in actu dispensationis, quia superior etiā pendente lite super crimine, potest cum diffamato dispensare, & consequenter dispensatio innouatur, vt sentit Innoc. in c. dudum. nu. 13. de electio. quem refert, & sequitur Vital. vbi supra, nu. 7. vers. & dicebat Innoc. per tex. in c. at si clerici, de iudic. Dummodo dispensatio non fit in præiudicium alterius, vt declarat Innoc. ibi.
- 27 Decimo sexto. fallit in actu impetrationis beneficij ecclesiastici facti per inquisitum, & de aliquo crimine diffamatum, quia non facta mentione inquisitionis, nec impetratio valet, nec illius vigore subsequuta prouisio, tunc si essent lapsi decem anni, vt consuluit eleganter Gasp. Cald. in conf. 20. incip. pendente inquisitione, in tit. de præbendis. quauis autem inquisitus, & diffamatus beneficium impetrare non possit, si tamen contra eum procederetur per viam accusationis, vel denunciationis (quæ infamiam necessariò non præsupponit) ad beneficiū tunc eligi, etiā inquisitus posset, vt notant docto. in c. omnipotens, præsertim Abb. sub nu. 4. ext. de accusat. & hoc magis consonat rationi secundum Vital. vbi supra, sub nume. 6.
- 31 Decimo septimo. fallit in impetratione tunc noui honoris temporalis (veteres enim retinet ad l. auferat. §. si quis. ff. de iure fisci) per Accusatum pendente accusatione facta: quia non valet, regulariter enim postulatus de crimine nouos honores non assumit (& consequenter contra eum innouatur) secundum Angel. in l. i. C. de reis postulat. lib. 10. notat gl. in c. ij. 8. quæst. 4. Quam limitationem sublimata. Primo nisi post accusationem tunc accusator desistat, hoc enim casu non prohibetur ad nos honores assumi: ad tex. in l. rescrip. §. si quis. ff. de muner. & honor.
- 33 Secundo nisi sit lapsus annus, quia post annum assumi potest, ad tex. in l. reus. ff. de mune. & honor. Quæ duæ sublimitationes etiā ad præcedentem limitationem deferuere possunt, duabustamè declarationibus adhibitis. Primo ad illud de lapsu anni, vt non procedat in adeptione Episcopatus, quia in eo sufficit lapsus trium mensium. §. si quis aut electum. in auth. de sanctissimis Episcop. in gl. in c. tantis. dif. 61. gl. in c. quonia frequenter. §. si verò aliter, in ver. canonibus, vt lite non cõte. Secundo vt non procedat, quado iudex breuius spaciū præfixisset: gl. in d. c. tatis, & in dicto verbo canonibus.
- 34 Decimo octauo. fallit, quado effemus in crimine hæresis, vel læsæ maiest. aut simili, in quo quis ipso iure priuatur, In his enim inquisito interdicitur administratio, ita, vt alienatio rerū per facta non valeat ad nos. in l. Imperatores. ff. de iur. fis. & hoc casu non solum innouatur, quia inquisitus non potest
- potest administrare, sed etiam contra eum potest innouari, tunc quia eius beneficia (loquendo de hæretico) possunt impetrari ante declarationem, & conferri, vt videtur decif. in recol. Paleot. 364. incip. hæc causa. vbi in id allegat gl. in c. commissi, in ver. institutio, de elec. in 6. Philipp. Prob. in c. al ma, nume. octauo, de sententia excom. in 6. Frac. in capitulo cum secundum, numero septimo, de hæret. in 6. Card. in clem. 1. vt lite pendente. qu. 8. Fely. in c. cū no ab homine, nu. 6. de iudi. Diaz. in prax. cri. in ver. hæreticus, Pet. Rebuf. in prax. beneficiari, in 3. parte principali, n. 4. fol. 355. subdès, quod ita cõcluserunt domini, in vna Mutinè. cap. pellæ sub die 16. Iunii, coram eo: Cui decisioni (licet aduersari videatur, quod habetur in alia corā Fabio, de qua in recoll. Acchill. de grass. decif. 161. hæreticus. sub rub. de hæret. in qua fuit tentum, quod si capitulum alicuius ecclesiæ beneficia alicuius carcerati ob suspicionem hæresis tertio contulerit, & carceratus mediante abiuratione fuerit relaxatus, talis collatio non valet, & quæ sunt sibi sua beneficia restituenda, concordari tamen posse videntur, vt hac vltima procedat non in hæretico, sed in suspecto tantum de hæresi abiurante. Limitatio autem procedat in verè hæretico, inter quæ est magna differetia, præsertim præsupposita abiuratione, quæ tanquam purgatio canonica sibi cõcedit, c. i. & to. ri. de purgat. can. vt etiā videtur cõsiderasse Acchil. ibi in fi. Illud autem, quod est ante declaratoriā beneficia conferri possint, non videtur omnino tutum, cū etiā hæreticorum bona, quauis sint ipso iure cõfiscata, tamè in eis requiritur declaratoria, vt tradit nouissimè Minsing. sing. obseruat. cetera 2. decif. 43. incip. licet hæreticus: Et latius etiā nouissimè prosequitur Bursat. in cõf. 14. præsupponitur. nu. 18. lib. 1. & signanter sub num. 19. vbi de hac beneficiorum priuatione loquitur.
- 37 Decimo nono limita quæ effemus tunc in alienatione irretractabili, quauis enim non effemus in crimine in qua dominium, & administratio perdit ipso iure, vt est regulariter de iure cõmuni, ad tex. in l. aufertur. §. si quis in reatu. ff. de iur. fisci. Nihilominus si alienatio est irretractabilis (vt est manumissio serui) ea ipsi inquisito prohibetur, & consequenter contra eum innouatur, ad tex. in l. q. pœnæ. ff. de manumiss. & notat etiam Vital. vbi supra, sub n. 3.
- 38 Vigesimo, limita vt non procedat in cõtumace, & ideo si Aretinus sit inquisitus in Marchia, & ibi fuerit cõtumax, si contra illum denuo Aretij inquirat, non potest cõtra hæc secundam inquisitionem, & processum allegare pendentiam primæ inquisitionis in qua fuit cõtumax, vt post Bar. in l. sepulchri. ff. de sepul. viol. tradit Ang. & ibi Aug. in addit. in trac. malefic. in ver. hæc est quædam inquisitio. nu. 86. vers. quæro Aretinus. & diximus supra cap. 4. de att. lite pen. in 18. limit. princ. n. 3. post Thom. Gram. decif. 26. Michael hæbreus. nu. 10.
310. nullus, & ista est magis cõmunis, & secundum hanc ponitur Regula. num. 4.
- 3 Stilus Rota extra curiam non videtur attendendus secundum aliquos.
- 5 Recusatio non dicitur legitima, si opponitur per assertum procuratorem, non docto de mandato.
- Etiam si post oppositionem de mandato doceatur. num. 6.
- 7 Rota licet soleat admittere, quod sufficit docere postea de mandato, id tamen intelligendum videtur, nisi de defectu mar. iati fuerit oppositum.
- 8 Recusatio æquiparatur appellationi in hoc, quod nihil noui fiat.
- 9 Excommunicatio lata recusatione pendente, ita est nulla, ac si appellatione pendente fuisset lata.
- 10 Suspitione Iudicis pendente cessat omne exercitium iurisdictionis.
- 11 Duelli Iudex, & dominus si tanquam suspectus recusatur, & deinde sententiam ferat, sententia est nulla.
- 12 Iudex non solum ordinarius, aut delegatus ad totam causam, verum etiā mixtus executor, si recuset nulliter procedit.
- 13 Cõpulsoris tunc suspecti recusati processus dicit nullus.
- 14 Intrusio non dicitur probari ex processu cõpulsoris recusati.
- 15 Etiā si partes per cõparationes coram eo absque protestatione factas viderent in eius iurisdictione cõsensisse.
- 16 Dummodo recusatio licet fuerit ex causa antiqua, de nouo tamen ad eius notitiam deuenerit.
- 17 Recusati Iudicis processus est nullus, etiam si appellans non fuerit appellationem prosecutus.
- 18 Processus Iudicis recusati est nullus etiam si causa in recusatione expressa non sit probata, dummodo sit talis, quæ si fuisset probata reputaretur legitima.
- 19 Iudex recusatus procedendo post recusationem, & appellationem dicitur grauare.
- Et processus ipsius est nullus. nu. 20.
- 21 Recusatio operatur, vt nec Iudex recusatus, nec etiā sui coniudices procedere possint.
- Nisi illis esset data iurisdictione in solidum. num. 22.
- 22 Iudex recusatus nulliter procedit, etiam si alius esset persona valde religiosa, & timorata vita.
- 24 Iudex recusatus reiiciens recusationem tanquam ex causa notorie falsa, etiam post recusationem valide procedit: & hic tripliciter declaratur id, quod aliis dicitur, in notorijs recusationem posse reiici, remissiuè, vt num. 25. 26. 27.
- 28 Recusationi Iudicis expressè vel tacitè (puta coram eo cõparendo) si quis renunciat, Iudex valide procedit, Nisi comparendo processetur se in eum non consentire, secundum aliquos, vt num. 29.
- 30 Protestatio reseruat ius docendi de suspitione, suis loco & tempore.
- 31 Clausula recusatione remota, operatur, vt Iudex etiam recusatus valide procedat.
- 32 Causa commissi cum clausula appellatione remota, non censetur commissi cum clausula recusatione remota.
- 33 Commissio cause, cum clausula suspitione remota, intelligitur de fructu.
- 34 Papa, aut Princeps recusari non potest.
- 35 Iudex qui recusari non potest, etiam post recusationem valide procedit.
- 36 Cardinales an recusari valeant, & Sinodus, & vniuersitas ac Parlamentum totum, remissiuè.
- 37 Recusato capite alicuius regni tanquam suspecto, omnes alij Iudices Ciuitatum eiusdem regni censentur recusati. Et superiore suspecto, etiā illius officiales sunt suspecti, vt num. 38.

CAP. VI. DE ATTENT. POST
recufationem Iudicis.

SYMMARIUM.

- 1 PROCESSVS per Iudicem recusatum factus post recusationem, an sit ipso iure nullus. Diuersa referuntur opi. numer. 2. Prima, quod valeat, nisi appelletur, secundum opi. Immo, quam sequitur Rota, & dicitur communis: Secunda, quod sit ipso iure

- 39 Ordinarius an recusari possit, remissive.
 40 Iudex non potest recusari ex eo solum, quia Pater eius sit in illa causa advocatus.
 41 Collegium: otium an censetur recusatum si tres de collegio (quibus collegium causam commiserat) sunt recusati.
 42 D. legat. o. cause an fieri possit per Iudicem ordinarium re-usatum.
 43 Suspectus in cognoscendo non dicitur suspectus in denegando.
 44 Sententia, ac processus arbitri recusati valet etiam de iure canonico.
 Competit tamen contra eam doli exceptio, vt nu. 45.
 46 Recusatio facta per assertum procuratorem, puta per interuenientem perhorrescenda, non inualidat processum, quousque dominus illum non ratificauerit.
 47 Ratificationis intimatio requiritur.
 48 Rota tenet processum Iudicis recusati valere, quousque non appelletur.
 49 Recusatio etiam legitima non est admittenda, quando causa est instructa, & pars est monita ad sententiam.
 Declarando duobus modis, vt num. 51. & 52.
 Nisi causa suspicionis fuisse de nouo exorta, vt numero 50.
 53 Sententia per Iudicem recusatum lata licet sit nulla, si tamen fuerit iusta poterit confirmari.
 54 Appellare potest Iudex recusatus a sententia recusationis, si potest pretendere aliquod considerabile interesse.
 55 Causa specialis licet in recusatione non sit exprimenda, si tamen fuit aliqua specialis expressa illa est attendenda.
 56 Causa recusationis generaliter expressa potest probari per iuramentum.
 57 Recusationis rone recurrendum est ad superiorem iudicem.
 58 Superior Iudex in materia recusationis ille dicitur qui est superior in eodem genere iurisdictionis.
 59 Tertius etiam comparans pro suo interesse iudicem recusare potest.
 60 Iudex quandoque recusari potest etiam si fuisse in eum consensum.
 61 Procurator si in curia consentiat in aliquem pro Iudice remissoria, potest nihilominus principalis in partibus illum recusare.

QUIA non solum lite, sed etiam inquisitione pendente, quandoque solent Iudices tanquam suspecti recusari, vt in causa speciali, vbi Franc. q. 13. de appel. c. quia suspecti. q. 5. & recusatione proposita, vltra litis, seu accusationis pendetiam ob quam actus post eam facti regulariter dicuntur attentati, vt supra dictum est, particulariter etiam, vbi talis pendentia non efficeret aliquem actum incidere in attentatum, ipsa tamen recusatio illud efficeret: propterea inter alia: quae ante sententiam considerata faciunt actus incidere in vitium attentatorum merito subieciimus hic Rubricam de attentatis RECVSATIONE PENDENTE: Quae, vt colligitur ex his: quae in hac materia sparsim per doctores ponuntur, non indifferenter, & indistincte ad omnes actus, qui per Iudicem, aut partes fieri possunt, referuntur, sed determinate actus qui a Iudice post recusationem fiunt (prout est processus, & sententia) respiciunt: Idcirco, omissis multis, quae pro exornatione huius materiae Iudicis suspecti dici possent, propius ad ea, quae praesentem tractatum concernunt, descendendo pro introductione regulae infra ponenda: Queritur an gesta per Iudicem post recusationem, & illa pendente

te sint valida, vel potius ipso iure nulla? Ista quaestio late examinari posset, cum varijs varijs tenuerint, & quinque opi. circa eam refert Franc. in dicto. c. cum speciali. col. 4. num. 47. ver. vltimo que ritur, de appel. quarum aliquas licet non admodum ordinatè ponit Vital. in tracta. claus. in clausula: nil nouar. recusat. Iud. pend. per totum. folio 110. & latius nouissimè Ofasc. in decis. pedemont. 84. stante, in princ. & vsque ad numer. 6. Verum breuitati, & veritati inhærendo, & prosequendo ordinem praemissum per viam regulae, & limitationum, subiiciemus regulam secundum veriore, & magis communè opinionem. Nam licet Franc. in dicto. c. cum speciali. sub dicto nu. 47. col. pen. attestatus fuerit communem opinionem esse cum Inno. ibi, qui tenuit processum non esse ipso iure nullum post recusationem, nisi appelletur, & hac Inno. & Franc. opi. magis communem (licet sub dubio forte) dixerit Io. de Neuzza. in col. 36. cor. mundum sub numero. 8. in fin. illamque semper Rotam secutam fuisse dixerit (licet incidenter) Paleott. vt in recollet. suis decisio 157. proposuit in vna Faentina sub die 7. Aprilis 1559. de qua extat etiam in recollet. Caputaquen. in prima parte: decis. 32. incip. processus, quae idem sentit: cum qua concordat alia eiusdem Caputaquen. 1545. fuit tentum in prima parte, & expressius in recollet. Acchill. decis. 318. processus: sub rubr. de recusat. Iudi. vbi amplius subdit, quod processus per Iudicem recusatum parte non appellante, in Rota passim habetur pro valido, & tenetur, quod de Iure canonico valeat secundum opi. Inno. Cuius opi. in hoc, quod processus, & sententia lata per Iudicem recusatum postquam ab eo fuit appellatum sint nulla, sapius etiam secuti sunt Domini, & secundum eam fuit nouissimè decisum per eos in vna Teatina bonorum coram R. P. & D. ac Fratrem Cantutio 24. Ianuarij. 1575. in qua vltra supra dicta allegabatur etiam alia decis. A. August. primo decis. 1. sub Rubrica de recusat. Iud. & ita etiam fuisse alias tentum in alia Burgen. iuris vortandi 2. Nouembris 1572. Quinimmo vouerunt aliqui prout Ioan. Baptista Ferrett. in consili. 66. dico. nume. 3. lib. 1. quod processus factus post recusationem, immo, & post appellationem a non admisione recusationis non sit nullus, nec attentatus, nisi aut Iudex ad quem inhibuerit, vel coram eo fuerit probata veritas causa recusationis, & interim reuocatio attentatorum pendeat a futuro euentu, sicut dicitur de attentatis post interlocutoriam. De alia tamen contraria, etiam magis communè opinione testati sunt recentiores, vt infra patebit, quod immo sit ipso iure nullus, adeo quod nos regulam proposituri opinionem tanquam magis communem a recentioribus attestatam sequemur, praesertim, quia Paleott. ibidem in fine videtur tenere, quod processus sit nullus: & re vera dum dixit Rotam secutam fuisse opi. Inno. in multis causis, de quibus ibi, intelligit potius quoad effectum, quod sufficiat in recusatione exprimere talem causam, quae si vera esset foret admittenda, quae ad effectum, & finem, vt sciamus, an processus sit ipso iure nullus, nec ne: alia verò omnes supra allegata tanquam locales, & ad sacrum Rotae auditorium restrictae non videntur vniuersaliter, & extra Rotam extendendae cum stylus Rotae regulariter extra curiam non sit atten

attendendus: secundum Alciat. in consil. 25. non videtur nu. 5. lib. 5. Praesertim, quia pro limitat. regulae infra ponendae accommodari poterunt. Sit igitur

RE G V L A Quod gesta, processus, & sententia per Iudicem recusatum post recusationem lata sint ipso iure nulla, non solum de iure ciuili (de quo non videtur dubitandum, cum de illo iure recusatio operetur absque aliqua allegatiōe, aut probatione, vt per glo. in l. apertissimi. in verb. executores. C. de Iudic. & tradit Franc. post Bal. in dicto. c. cum speciali. q. 21. & iterum col. antepenu. ver. quarta opi. quae legistarum opi. in Camera imperiali per Assesores fuisse confirmatam nouissimè attestatur Min sing. sing. obseruat. cetera 2. decis. 52. incip. quod commissarij, & magis communè esse post alios affirmavit nouissimè Bursat. in consil. 21. Illustrissimi. num. 20. lib. 1. & post Bar. in l. quia poterat, sequitur Aemilian. in consil. 29. diuino. nu. 10.) Verum etiam de iure canonico, & sic indistincte, prout indistincte loquuntur doctores: quauis enim Ofasc. in dicta decis. 84. sub num. 5. ver. quapropter. asseruerit distinctionem praedictam magis communiter teneri, eius tamen attestatio videtur valde periculosa, cum magis communem opin. esse in contrarium satis appareat ex numero docto. iuxta proximè allegandorum etiam de magis communè opin. absque aliqua distinctione, & contra Inno. attestantium: Hanc opi. absque distinctione tenet glo. in cap. Iudex. in verb. opponat. in fi. de offi. deleg. in 6. & in c. quotiens. 2. q. 6. & capit. quia suspecti. 3. quaestio. 5. & post eam Hostien. in dicto capi. cum speciali, & in summa, de appell. §. quis sit effectus. Lap. alleg. sua prima. Petr. de Anchar. in dicto capitul. Iudex. per illum text. & ibi etiam Gemin. & inter doctores Iuris ciuili principaliter Bartol. in l. quia poterat. numero 3. ff. ad trebel. quem secuti sunt Roma. in consil. 220. col. secunda, & Paul. de Castro, consilio 121. in secundo vol. Alex. consilio 89. diligenter. nu. 2. lib. primo. Dec. consilio 175. in causa. sub nume. 3. vbi dicit hanc esse veriore opinionem cum Bart. in dicta l. quia poterat, & post eum, & aliquos ex praescriptis Io. Cephal. in consilio 241. in causa. sub numero 19. libro secundo. Paris. in consil. 98. asserta. nume. 7. lib. 3. & finaliter hanc esse communem opinionem testatur Ruyn. consilio 6. de validitate. nume. 5. libro 4. & Cassan. consilio 30. viso. numero 21. & etiam Maranth. in specul. in 17. distinct. Iudic. numero 4. eadem tenet, & multis autoritatibus comprobat Anton. Gabriël. commun. conclus. libro 2. de Iudic. conclus. 5. vbi post Alex. vbi supra, & Iaso. in consil. 21. colum. fi. ver. breuiter dico. lib. 1. & Bertrand. in consil. 130. col. 2. in fin. ver. si praeerea, libro 2. attestantes hanc esse commu. atque etiam magis commu. opinio. subdit, quod etiam ipse hanc tanquam magis commu. opin. sequendam esse existimat. Quibus adde Alciat. consil. 111. incip. Lantgrauij. num. 33. lib. 5. qui pariter testatur hanc esse magis commu. opin. Legistarum: & Pet. Rebuff. idem tenentem in tracta. de recusatio. art. 6. glof. vnica. num. 2. Et nouissimè post Alexand. in dicto consil. 89. & Bertrand. consil. 115. licet multum, nu. 2. lib. 2. & in consil. 122. ex processu. nu. 4. eod. lib. 2. est decis. in recollet. Put. 40. licet. in titul. de Iudic. facit, quod habetur in recollet. Thom. de Than. decisio. 101. pro processu: vbi post Alexand. in l. non solum. §. monte,

de no. oper. nunc. (attestantem hanc esse communem) eandem opinio. secutam fuisse Rotam asserit: Eandem opin. post multos etiam de magis communi opin. attestantes, atque etiam nonnullas modernae Rotae decisiones, secutus est nouissimè etiam Bursat. in dicto consil. 21. Illustrissimi. numero 2. lib. primo. Et dixerunt domini in vna Placentina decimarum coram Chiffanen. 16. Decembris 1558. quod quando recusatio est legitima, facta post recusationem nullius sunt momenti: Legitima tamen non diceretur si fuisset proposita per procuratorem assertum non docto de mandato, & per partem de hoc fuerit oppositum, Rebuff. de recusat. articul. 1. glof. 1. numero 2. nam etiam tamen si post oppositionem, de mandato doceretur, processus dicitur nullus, vt fuit dictum in eadem coram eodem, 27. Ianuarij, 1559. ea ratione, tamen quia licet domini admittant, quod sufficiat postea docere de mandato, Rot. decisio. 9. alias 248. de procur. in ant. hoc tamen non procedit, quando tunc fuit oppositum de defectu mandati. Alexand. consilio 146. libr. 5. Mohed. decis. 240. Ratio huius regulae est, quia licet multi sint casus, in quibus appellatio, & recusatio non aequiparantur, de quibus per Franc. in capit. super eo. el. 2. numero 17. & seq. de appell. tamen, quo ad hoc, quod nihil noui fiat aequiparantur, ita, vt sicut appellatione pendente nihil debet innouari, vt infra dicemus. capi. 12. de attent. appellatione pendente: ita ad propositum nostrum, nec recusatione pendente aliquid est innouandum: Hanc aequiparationem facit glof. in capitu. quotiens, el. 1. 2. quaestio. 6. & sequitur Franc. in rubr. de appell. in princip. & sequuntur omnes supra allegati, & est commun. opinio, de qua post alios testatur nouissimè Baptista Villalob. in collect. commun. opin. litera R. numero 10. & ex recentioribus etiam Bursat. in dicto consilio 21. nume. 21. ver. recusatio enim. libro 1. vbi quamplures in id congerit. Et ideo dicebat Lap. dicta allegat. 1. tamen quod excommunicatio lata recusatione pendente, ita est nulla, sicut si lata esset appellatione pendente. c. per tua s. de sentent. excom. Idem in hoc de excommunicatione, tenet Ioan. Andr. in c. legitima. numer. 3. de appellat. in 6. vt refert Franc. in dicta Rubric. in princip. Ad quod facit, quod dicit Mil. in verb. Iurisdic. sicut, tamen quod pendente suspicionem cessat omne exercitium iurisdictionis.

AMPLIA, hanc regulam notabiliter.

Primo, vt non solum procedat in foro contentioso, & in palatijs, tamen etiam in materia duelli, nam si dominus, & iudex duelli recusatus tanquam suspectus post recusationem sententiam proferat erit sententia nulla, vt per Paris. consil. 31. omiffa, nu. 88. lib. 1.

Secundo Amplia, vt non solum procedat in iudicibus ordinarijs, seu delegatis ad totam causam, tamen etiam in mixtis executoribus, etiam in articulo causae deputatis: prout potest poni exemplum tamen in iudice compulso, qui si vt suspectus recusetur, & post recusationem procedat, processus dicitur nullus, vt fuit retum in vna Baren. pensionis coram Caputaquen. 26. Octobris. 1562. vt est in recollet. eiusdem parte. decis. 85. incip. decisio: & propterea in alia Cremonae. Praepositurae coram D. meo Oradino. 18. Feb. Tract. de Attent.

14 1555. fuit dictum t non constare ibi de intrusione
ex processu compulsoris recusari. Quod potest
15 ampliari t etiam si per comparationes coram eo
nulla precedere protestatione factas pars in eius
16 iurisdictione cōfenserit: t nam si deinde ex cau-
sa, licet antiqua, de nouo tamē ad eius notitiam
superueniente, compulsorem recusauerit, & ille
post recusationem procedat, processus dicitur
nullus, vt fuit (secundum hosterminos) tentum
in vna Burgen. iurisdictionis coram Decano. 21.
Nouembris 1552. vt est decis. in recollec. Caputa-
quen. parte. 1. decis. 202. incip. licet quis.

Tertio Amplia, vt processus factus per iudi-
cem recusatū post appellationē sit adeo nullus,
17 vt licet recusans non fuerit prosecutus appella-
tionem, nihilominus reputetur inualidus, vt est
in recollec. Achil. de Grassi. deci. 320. processus, sub
rub. de recusat. iud. & Veral. 1. deci. 149. Sequitur
Burfat. dicto consil. 21. nu. 36. & secuti sunt etiam
Domini in dicta Tehatina bonorum coram D.
& fratre meo Cantutio. 24. Ianuarij 1575.

18 Quarto, vt procedat t etiam si causa in recu-
satione expressa non fuisset probata, sed esset ta-
lis, quæ si probaretur esset legitima, vt fuit opi.
Innocen. & Franc. in dicto c. cum speciali: & est
in recollec. Veral. 1. decis. 35. & Paleott. decis. 158.
Præsertim si ultra allegationem suspicionis sit
19 etiam interposita appellatio, t cum iudex recu-
satus procedendo post appellationem dicatur
grauare, vt post alios tradit Burfat. in dicto consil.
20 21. nu. 3. & t illius processus est nullus, vt fuit ten-
tum in vna Regiē. emissionis professionis coram
Capizucco 27. Nouembris 1553.

Quinto Amplia, vt post recusationem non
solum iudex ipse, qui fuit recusatus impediatur
21 in causa procedere, t verum etiam, & sui coniu-
dices, vt per text. in c. si contra vnum. §. vbi verò.
de offic. deleg. in 6. tradit eleganter Stefan. Ber-
trand. in consil. 122. ex processu. sub numer. 4. libro
22. Hanc tamen ampliat. limita, t nisi dictis con-
iudicibus esset data iurisdictione in solidum, ita vt
vnus solus posset procedere, quoniam si hoc ca-
su alter eorum recusetur, & recusatus vna cum
altero non recusatū procedat, processus valet, vt
post doct. in c. cum super. de re iudic. & ibi Fely.
column. 2. & Dec. columna 3. tenuerunt domini in
vna Meliten. præminentiarum coram Rosa-
nen. vt est decisio in recollec. Acchill. 319. & 320.
incipi. quando sunt duo, sub rubric. de recusat.
Iudic.

Sexto Amplia, vt quæ dicta sunt, quod pro-
cessus post recusationem sit nullus, procedant,
23 etiam si is, qui recusatur esset aliàs persona val-
de religiosa, & timorata vitæ, vt post Nattam, in
consil. 174. nu. 9. lib. 1. tradit nouissimè Burfat. in di-
cto consil. 21. sub nu. 22. lib. 1.

LIMITATVR, similiter prædicta Regula
nonnullis modis, in quibus iudex recusatus pro-
cedendo non attentat, &

24 Primo, quando iudex recusationem t reuocet
tanquam ex causa notoriè falsa, & frustratoria.
Mil. in verbo iurisdictione, sicut, foli. 194. & tenet
Franc. post Innocen. & Panor. in dict. c. cum spe-
ciali. q. 3. numer. 23. & Lap. in dict. sua prima alleg.
sub numer. 2. Quod & post multos per eum alle-
gatos tenet nouissimè etiam Burfat. in dicto con-
silio 21. numer. 35. lib. 1. vbi etiam numer. 23. ele-

ganter declarat quomodo intelligatur id, quod
25 aliàs dicitur, t in notoriis posse recusationem
reici, vt scilicet procedat, quando notorium
est facti permanentis, secus si transeuntis. Item
26 t vt procedat in criminalibus, secus in civilibus,
27 t Item vbi à iure est certa pœna determinata, se-
cus si sit incerta, dubia, vel arbitraria, vt latius ibi
pereum.

28 Secundò, Quando recusans t expressè (de
quo non videtur dubium) aut tacitè recusatio-
ni propositæ renunciaffet, puta coram iudice recu-
sato comparendo, & litigando, argum. capit.
gratum, de offic. deleg. Panorm. in dicto c. cum
speciali, & post eum Franc. sub nume. 47. colum.
antepen. versicul. secundò aduerte, quibus adde
Alexand. in consilio 183. viso processu, numero 5.
libr. 2. & consil. 12. videretur. nume. 4. libr. 6. Quod
29 sublimita vno modo, videlicet t nisi comparens
protestatus fuerit nolle in eum consentire, vt per
Franc. post Innocen. in supra dicto loco: hanc
sublimitationem tenet etiam Rota, vt apud Pa-
leott. in recollec. suis decis. 157. proposui in vna
Faentina 7. Aprilis 1559. post Franc. vbi supra,
30 & Mohed. decisio. 44. Protestatio t enim re-
seruat aliàs ius docendi, de suspicionem suis loco,
& tempore, vt per Burfat. post alios in dicto con-
silio 21. numero 30. Quæ sublimitatio hodie for-
san non videtur omnino vera, vt colligitur ex
his, quæ habentur in recollec. Put. decis. 41. li-
cet processus in titu. de iud. & alia decis. eiusdem
Put. 43. processus licet, eodem titu. in quibus in
eadem causa Placentina castri Sarmatis. 14. De-
cembris. 1542. fuit tentum, quod si postquam,
quis protestatus fuerat, quod per quemcunque
actum non intendebat in iudicem consentire,
ad plures actus procedatur, valet processus. Nisi
dicat concordando huiusmodi decisiones, quod
protestatio requiratur in quolibet actu, & ita
procedat sublimitatio ista, secus si omissa in quo
libet actu protestatione procedatur in causa,
quia tunc talis processus erit validus, & ita pro-
cedat decis. Put.

Tertia, potest considerari limitatio, videli-
31 cet, quando causa esset commissa, t cum clausu-
la recusatione remota: nam licet commissa cau-
32 sa, cum clausula appellatione remota t non cen-
seatur commissa recusatione remota, vt per Franc.
in c. postremo, nume. 2. & seq. de appell. quem re-
fert, & sequitur Lancell. Corrad. de offic. præf. in
caus. ciuil. §. 2. in capi. de exceptio. sub numero 7.
vers. secundò amplia. Nihilominus, quando in
casibus, in quibus causa posset committi, cum di-
cta clausula recusatione remota (de quibus per
Franc. in d. c. postremo, & per eundem in rubric.
de appell. numer. 27. & nouissimè per Bapt. Villa-
lob. in collect. commun. opin. littera P. numer. 21.
vbi vult, quod secundum communem opi. Papa
possit causam committere, de plenitudine pote-
statis sine facultate recusandi) reperiretur com-
missa, cum dicta clausula: potest teneri, quod
tunc etiam pendente recusatione iudex proce-
dere validè possit: argum. in simili, de causa com-
missa cum clausula appellatione remota: nam si
de facto appelletur, potest iudex regulariter non
obstante appellatione procedere ad executio-
nem, vt per Franc. in cap. pastoralis, nume. 5. vers.
quarto, de app. vnde ita etiã dici potest in recu-
satione

fatione. Hanc tamen limitationē intellige, quod
si causa sit commissa suspitione remota, intelliga-
51 tur non de omni suspitione, t sed de friuola, vt
post Specul. Aut. de But. Iaf. & alios, tradit Natta
consil. 247. viso. num. 5. lib. 1.

Quartò, vt non procedat, quando sumus in iu-
dice, qui non potest recusari, vt est exempli gra-
34 tia t Papa, & Princeps, vt no. per Franc. in di-
cto c. cum speciali, quæstione. 11. num. 32. vt de Pa-
pa tradit Ruin. consil. 30. quamuis. num. 11. libr. 5.
35 nam hoc casu t videtur, quod si contra eum pro-
ponatur recusatio, nihilominus illa pendente po-
terit citra vitium attentatorum valide procede-
re, & quamuis, neque hanc, neque superiorem
specificè apud Doctores legerim, tamē vtraque
videtur vera, & huius ratio esse potest: quia si re-
motio recusationis facta per rescriptum Princi-
pis supra dictum effectum operatur, non minus
debet illum operari, quando talis recusatio re-
mouetur à lege. Qui autem sint illi, qui prohibē-
tur à lege recusari, vide latè per Franc. dicto c.
cum speciali, num. 29. q. 8. & seq. cui adde in pro-
posito no. decis. Boer. 369. per gotā, vbi ponit, tan

36 Cardinalis, Sinodus, Vniuersitas, & totum Par-
lamentum recusari possint, & eleganter nouissi-
mè per Port. Imol. in consil. 91. inter illustrissimū,
numero 14. & per tot. libro 2. vbi tuetur, t quod
37 suspecto allegato capite (prout erat in casu suo,
Dux Albæ Prorex in regno Neapolitano) om-
nes ciuitates Neapolitanæ, quæ sub ipso sunt cen-
seri tanquam suspectas allegatas, & à iudicando
abstinere debere, & quod t vbi superior est suspe-
38 ctus, eius quoque officiales sint suspecti, respon-
dit Brun. in consilio 31. num. 9. prout refert, & de-
clarat Menocch. in 2. respon. causa Finari en. nu-
mero 90. & 91. Et idem etiam Menocch. post
Deci. Rip. Bero. Port. & alios quos ibi allegat in
consilio 94. incipien. Qui famæ, nume. 11. libro 1.

39 t Ordinarius autē an possit vti suspectus præfer-
tim in criminalibus recusari latè, & eleganter di-
sputat nouissimè Ofsac. in decis. Pedemon. 15. in-
cipit an Ordinarius, per totam. Quid autem t si
40 filius sit iudex, & pater eius sit causa aduoca-
tus, an hæc sit iusta causa recusandi illum iudi-
cem? Mandell. de Alba. in consilio 92. in priore,
numero 2. libro 1. negatiuè concludit, Pfo quo
facit, quod aliàs dicitur, quod filio legitimo po-
test conferri beneficium per eius patrem, si sit
Vicarius, & per hoc collatio non dicitur inua-
lida, vt post Deci. in consilio 129. tradit Villalob.
in collect. commun. opin. littera F. numero 128. Si
41 militer t an ex eo, quod tres de collegio allegā-
tur suspecti censeatur totum collegium recusa-
tum, tradit eleganter post alios Bero. in consilio
16. in causa. lib. 3. ibique numero 23. declarat quo-
modo intelligatur id, quod propter caput colle-
gij potest totum collegium recusari.

42 Quintò limita, vt non procedat t in actu de-
legationis causæ, qui potest à iudice recusato, e-
tiam post recusationem fieri, dummodo simus
in iudice ordinario, cum distinctione tamen, de
qua per Doct. in c. si quis contra clericum. de
foro competen. & per Maranth. in specul. in 4.
parte princip. in 5. distincti. nume. 41. post Franc.
& alios in dicto c. cum speciali, num. 15. & Bapt.
Villalob. in collect. commun. opin. littera E. nu.

43 101. vers. Episcopus, & t quod suspectus in co-
gnoscendo non sit suspectus in delegando, post
Doct. in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omn. iud.
præsertim Deci. num. 6. tradit nouissimè Menoc.
in 2. respon. causa Finarien. num. 91. vbi crebro
ri doct. calculo hoc approbari testatur. licet
contrarium aliàs videatur sensisse Stefan. Ber-
trand. in consil. 115. licet. sub numero 3. & iterum
in consil. 122. ex processu. sub numer. 4. libr. 2. vbi
videtur velle, quod talis delegatio non possit fie-
ri per recusatum, nisi de consensu partis.

44 Sextò limita, & notabiliter t, vt non proce-
dat in processu, & sententia arbitri recusati, quia
etiam post recusationem valent, etiam de iure
canonico, vt post alios hoc dictum ponit pro fin-
gulari Io. Bapt. gener Bartoli, in tractat. de arbit.
libr. 9. cap. 7. col. fin. in fil. licet contra eum, qui fe-
45 fundarit in tali sententia t competat doli ex-
ceptio, vt ibi per eum: qui rationem etiam assi-
gnat: quia scilicet in compromissis agitur ex sti-
pulatione, non ex sententia, secus in iudicijs, in qti-
bus cum agatur non ex stipulatione, sed ex senten-
tia, cum iudicis iurisdictione per recusationem fue-
rit suspensa, sequitur, quod sententia non possit
dici valida.

Septimò limitari potest, vt non procedat in
46 recusatione facta t per assertum procuratorem
(puta per iuramentum perhorrescentiæ) quous-
que dominus, tale iuramentum non ratificauit:
quamuis enim huiusmodi iuramentum ratifi-
cari possit, gesta tamen ante ratificationem te-
nent, nec sunt tanquam attentata reuocanda, vt
est decis. in recollec. Put. 26. iuramentum: sub
rubr. de iudic. vbi, & illud ampliat, vt etiam si do-
minus ratificauerit, gesta tamen per iudicem
47 etiam post ratificationem valeant, t quousque
ratificatio non fuerit intimata: prout, & aliàs vi-
demus, quod ad causanda attentata etiam in al-
ijs casibus intimatio requiritur, vt in appella-
tione interposita coram honestis viris, diximus
infra cap. 12. de attent. appell. pend. in 15. ampliat.
princip. numero 21. & quamuis Put. ibi loquatur
tantum de recusatione per iuramentum perhor-
rescentiæ, idem tamen dici potest, & in alia recu-
satione per assertum procuratorem facta, vt quo-
usque dominus illam non ratificauit, ac ratifica-
tionem non intimauit, iudex absque metu atten-
tatorum procedere valeat, cum non ad sit diuer-
sa ratio. & fa. quæ diximus supra nu. 5. & seq.

48 Octauò limitari potest, t vt non procedat in
sacro Rotæ auditorio, in quo passim habetur
pro valido processus per iudicem recusatū, par-
te non appellante factus, vt attestatur Acchill.
dicta decis. 318. processus. sub rubr. de recusatio.
iudic. & ita procedere possunt etiam aliæ decis.
supra in princip. nume. 2. allegatæ in contrarium
vers. verum breuitati: Quamuis Acchill. attesta-
tio non vndique tuta forsan videri possit, cum &
contrariam sententiam quandoque Rotam secū-
tam fuisse ibidem supra ex Put. & Thom. de Tha-
nis retulerimus.

Nonò limita, vt non procedat, quando causa
fuisse instructa, & pars monita ad sententiam:
49 t quia tunc recusatio, etiam legitima non est
admittenda, vt post Franc. in dicto c. cum specia-
li. in 2. conclusionem, & alios per eum allegatos tra-
ctat. de Atrent.

- dit Io. Bap. Ferret. in cons. 66. di. 4. & seq. 2
 50 lib. 1. vbi tamen id limitat nisi causa suspicio- 3
 nis fuisset de nouo exorta, & de nouo ad noti-
 tiam deueniret, quod etiam sublimitat elegan- 4
 ter, vt procedat quando effemus in his, quæ ef-
 sent commissa arbitrio iudicis, secus si iudex ha- 5
 beret procedere de iure, t quia tunc, cum re-
 cusans habeat in promptu remedium appella-
 tionis nõ admitteretur eius recusatio, per doctri- 6
 Gemi. in c. iudex. in fin. de offic. deleg. in 6. quem
 defendit ibi Ferret. etiam ab impugnatione De- 7
 ci. contrarium in hoc vltimo casu sentientis.
 DECLARA præmissa. Primò quòd quamuis 8
 processus, & sententia post legitimam recusatio- 9
 nem sint nulla, t si tamen sententia fuerit iusta, 10
 potest confirmari, vt est communis opinio, de
 qua post Imol. & Io. An. in c. i. de confir. vtili vel 11
 inutili: & Alexand. in consilio 67. viso. lib. 6. restat-
 ur Philipp. Prob. in addit. ad Io. Monach. in c. iudex, 12
 sub numero 3. de offic. deleg. in 6. quem re-
 fert nouissimè Villalob. in collect. comun. opin. 13
 littera R. numero 11. & est in recollet. Chilian.
 54 decif. 77. Secundò t declara, quòd à sententia 14
 recusationis, si iudex recusatus potest prætende-
 re aliquod considerabile interesse poterit appel- 15
 lare, vt eleganter hanc partem tuetur Mandell.
 de Alba. in consilio 92. in priore, numero 4. & seq. 16
 libro 1. Tertio t declara, quòd licet in recusatio- 17
 ne non requiratur expressio specialis ipsius cau-
 sæ recusationis, sed sufficiat generalis, t & possit 18
 per iuramentum probari, vt per Bero. in dicto
 consilio 16. in causa, numero 4. libro 3. si tamen 19
 aliqua causa specialis fuit expressa, illa debet at-
 tendi, vt eleganter per eundem ibi. numero 16. & 20
 seq. Quarto, t quòd licet ratione recusationis
 iudicis sit recurrendum ad superiorem t ille tam- 21
 en dicitur superior, qui maior est in illo gene-
 re iurisdictionis, in quo erit iudex recusatus, & 22
 propterea licet Papa sit maior, & superior omni-
 bus ordinarijs. c. cuncta per mundum. 6. quæstio.
 3. & consequenter etiam delegatus ab eo. c. sane,
 de offic. deleg. c. si. nihilominus in terris in qui- 23
 bus Papa in temporalibus non est dominus, sed
 alius puta Magnus Dux Hætrur. si ordinarius in 24
 causa profana recusetur, debet recurri non ad
 Papam, sed ad Ducem, tanquam ad superiorem
 hoc casu in causa profana, vt declarat eleganter 25
 Auguft. Bero. in consilio 117. ex vltima, numero
 7. libro 3. Quintò declara t vt etiam tertius com- 26
 parens pro suo interesse iudicem recusare possit,
 vt post Franc. in c. postremo, col. fin. de appellat.
 tradit Lancell. de offic. prætor. in caus. ciuili. §. 2.
 cap. de exceptione, sub numer. 7. vers. quintò 27
 60 ampliari potest. Sextò t declara, vt quadoque
 iudex possit recusari etiam si in eum fuerit con-
 sensum, & ideo si procurator in curia consentiat
 in aliquem pro iudice remissoria potest principi- 28
 palis in partibus illum recusare, dummodo non
 etiam ipse dominus coram eo processerit, vt fuit
 tentum in vna Gerunden. coram Capizucho, 16.
 Decembris 1555.

CAP. VII. DE ATTENTAT.

dilatione pendente.

SUMMARIUM.

- 1 DILATIONE pendente officium iudicis conquis-
 cit, & nihil debet innouari.

- Processus habitus post dilationem est ipso iure nullus.
 Iudex ad diffinitiuam procedens a dilatione pendente
 nulliter procedit.
 Terminum, & dilationem à iudice à quo præfixum nõ
 potest ea pendente iudex ad quem prorogare, aut
 abbreviare.
 Dilatione pendente, quæ nulliter gesta sunt, nec de par-
 tium consensu validari possunt.
 Nullum est, quod sit pendente dilatione iuris, sicut pen-
 dente dilatione hominis.
 Dilatione, etiam conuentionali pendente nihil val. de
 fieri potest.
 Arbitr. dilatione pendente procedere non potest.
 Iudex dilationis tempore recte procedit, si illam reuo-
 cet.
 Etiam si eodem contextu, quis sit citatus ad videndum
 reuocari dilationem, & ad audiendum sententiam.
 Idem si de consensu partium fuerit reuocata, respectu
 gerendorum.
 Dilatione pendente potest iudex exercere actum in exe-
 cutionem citationis datæ.
 Causa dilationis finita iudex valide procedit.
 Iudex etiam dilatione pendente potest aliquid facere
 in fauorem eius, cui fuit data dilatio.
 Dilationem obinens potest etiam ea pendente compa-
 rere, nec prohibetur innouari per eum.
 Etiam si ad sit in causa tertius, qui det de iure exclusi-
 uo iuris illius.
 Suspensio emergens post assignatam dilationem, facit, ut
 etiam ea pendente de bitor capi possit.
 Dilatione pendente procedi potest ad reuocationem co-
 rum, quæ contrarius fuissent innouata.
 Dilatio data ratione eius, quod esset de se nullum, facit,
 vt interim gesta valeant, cum, & ipsa dilatio fue-
 rit nulla.
 Processus super alio, quàm super eo super quo fuit da-
 ta dilatio, valet etiam illa pendente: Puta quado ar-
 ticuli antiqui declarantur, vel effemus in his quæ
 non essent præiudicialia, quia dilatione pendente of-
 ficium iudicis conquiscit in his quæ essent præiudi-
 cialia illis super quibus dilatio pendet.
 Remissoria termino pendente possunt concedi compul-
 soriales.
 Dilatio vnica data ad plures actus successiuos compa-
 tibilis operatur, vt illi etiam pendente dilatione ex-
 picari possint.
 Terminum præfixo vigore nouæ commissionis potest ni-
 hilominus vir: ut primæ commissionis procedi, nec
 termini sunt reiterandi.
 Debitor debitoris fisci, potest etiam dilatione penden-
 te ad solutionem cogi.
 Tertio in causa existente non prohibetur iudex dilatio-
 ne inter primos litigantes assignata, & pendente de
 iure illius tertij iudicare.
 Renunciatum si est dilationi etiam tacite, iudex ea pen-
 dente valide procedit.
 Renunciare creditur dilationi, qui facta sibi protesta-
 tione per partem, vel præfixo termino per iudicem.
 vt ad prosecutionem remissoria procedat fuit in ea
 negligens.
 Dilatione pendente valide iudex procedit, quado in ea
 decernenda sibi reseruauit facultatem procedendi.
 Facultas procedendi dilatione pendente, tunc iudex si-
 bi reseruauit, vbi viget c. lumen & suspensio.
 Dilatio data ad probandum ea, quæ sunt de articulis
 iuris non impedit ea pendente posse procedi.
 Citatus ad comparandum, & ad respondendum in qui-
 sitioni

- stioni: fra tres dies, potest pendente hac dilatione 6
 carcerari.
 Delegatus ad exequendam remissoria non solum po- 7
 test dilatione pendente procedere, immo extra dila-
 tionem procedens processus esset nullus.
 Nisi dilatio fuisse prorogata, quia tunc valet.
 Etiam si prorogationis notitiam non habuerat. m. 34 7
 SI C V T supra proximè diximus, quòd vltra pro-
 hibitionem, ne quid innouetur, quæ ex litis, vel
 inquisitionis pendente resultat, recusatio quo-
 que proposita specialiter prohibet, ne quid ea
 pendente noui fiat, ita & dilatio à iudice conce-
 sa habet in se tacite hanc prohibitionem, vt ea
 pendente non possit, nec debeat aliquid innouari:
 est enim Iuris Regula, quòd dilatio pendente
 iudicis officium conquiscit. l. siue pars. C. de
 dilat. c. significante, de appell. vbi Franc. numero
 15. in glo. in verb. peruenire diem. dicit illum tex.
 semper ad hoc allegari: & quomodo iste articulus
 an & quando, quid, & quomodo dilatio pendente
 te possit fieri sit admodum vtilis, & scitu neces-
 sarius: Nihilominus, (quia illum Franc. in di-
 cto c. significante. etiam secundum ordinem à
 nobis propositum per viam regulæ, & limitatio-
 num eleganter, & distinctè explicauit, & ex recen-
 tioribus omnium elegantissimè eundem profes-
 cutus est Anton. Gabr. commun. conclus. libro
 2. de dilat. conclus. r. per totam, latius illum non
 examinabimus, sed tantum sub compendio regu-
 lam, & limitationes ab eis propositas refere-
 mus, vt Lector summam de his omnibus, quæ
 circa hanc materiam attentatorum dilatio pendente
 occurrunt dicenda, aliquantulum instruat
 & in ceteris ad supradictos in dictis locis reuocatur,
 additis non nullis præsertim allegationibus,
 quæ per eos ibi non ponuntur. Sitigitur,
 REGULA, t quòd dilatio pendente iudicis
 officium conquiscit, & nihil debet innouari.
 Franc. in dicto c. significante, numero 15. & est
 decif. Rot. 37. aliàs 406. no. quòd si iudex, numero
 2. de appell. in antiq. quæ comprobari potest, ex
 eo, quod dicit aliàs Mil. in verbo. iurisdic. sicut,
 fol. 194. t quòd processus habitus post dilatio-
 nem est ipso iure nullus, sicut post appellationem,
 vel reuocationem, Idem tradit Probus in addi-
 tio. ad Io. Monach. in rubr. vt lit. pendente. in 6. &
 est decif. in recollet. Thom. de Thanis, 108. incip.
 in eadem: Et ex eo etiam, quod aliàs dicitur t, q
 iudex procedens ad diffinitiuam dilatio pendente
 nõ nulliter procedit, vt not. Paris consilio 106.
 Bonifacius, numero 14. libro 4. Et ex hac regula
 inferitur, t quòd si iudex à quo præfixat appella-
 ti terminum, & dilationem ad aliquid facien-
 dum, iudex ad quem illo pendente, non potest
 illam prorogare, aut abbreviare regulariter, de
 quo per Fran. post alios, in c. personas, nu. 16. de
 appell. Quam regulam
 AMPLIA,
 Primò, vt in tantum gesta dilatio pendente
 sit nulla, vt t nec de partium consensu rati-
 ficari valeant post factum, secundum Franc. ibi
 post Bald. & Cyn. in dicta l. siue pars.
 Secundò Adde tu, quòd regula non solum pro-
 cedit in dilatio hominis, prout videtur semper
 loqui Franc. in dicto cap. significante. t Verum
 etiam in dilatio iuris: sicut enim, quod sit
 pendente dilatio hominis est nullum, ita quod
 sit pendente dilatio iuris, vt dicebat aliàs Lap-
 alleg. 2. sub numer. 7. & Rota dicta decif. 37. aliàs
 406. no. quòd si iudex, numero 2. de appell. in
 antiq.
 Tertio vt procedat t etiam in dilatio con-
 uentionali, in ea enim absolutum est, quod an-
 tequam expiret dies inter partes conuenta, ma-
 le agitur. l. cedere diem, de verb. sign. cum simi-
 quam ampliationem nota propter ea, quæ dice-
 mus infra in 7. & 13. limitatione huius regulæ.
 Quarto Amplia, t vt regula non solum proce-
 dat in dilatio data à iudice, verum etiam in di-
 latio data ab arbitro, nam dilatio pendente,
 etiam officium arbitri conquiscit, vt expresse
 no. Io. Bap. gener Bartoli, in tract. de arbit. lib.
 9. cap. 12. in fi.
 LIMITATUR nunc dicta Regula II. modis
 per Franc. ibi.
 Primo nisi iudex expresse dilationem t reuo-
 cet, vt per eum ibi. numero 16. cui adde Mil. in
 verbo. dilatio donec, fol. 88. & post alios per eum
 allegatos. Grat. in consilio 77. duo principaliter,
 10 numer. 17. lib. 2. vbi ampliat, vt procedat etiam
 si eodem contextu esset quis citatus ad videndum
 reuocari dilationem, & ad audiendum sententiã,
 nam sententia sic postmodum lata valida repu-
 tatur, vt ibi per eum: Quod etiam affirmavit in
 consil. 78. viso. eo. lib. per tot.
 Secundo nisi dilatio reuocetur t de consen-
 su partium, idem Franc. ibi. nume. 20. quod intel-
 lige tu respectu gerendorum post reuocationem
 dilationis, vt illa valeant, non autem respectu ge-
 storum ante reuocationem dilationis, quia illa e-
 tiam de consensu partium non ratificantur, vt di-
 ctum est supra in 1. ampliatione.
 Tertio nisi iudex velit exercere actum t in exe-
 cutionem citationis datæ, idem ibi, sub nume. 20.
 vers. tertio limita.
 Quarto nisi sit finita t causa dilationis, idem
 ibi post Barto. & alios in l. à filia. §. alumno. ff. ad
 trebellian. quibus adde decif. Egid. 622. proces-
 sus, in fi. & nouissimè Bero. in consil. 106. quatuor,
 nu. 6. lib. 3.
 Quinto nisi iudex aliquid faciat t in fauore
 eius, cui fuit data dilatio, quod bene notandum
 dicit Franc. ibi sub n. 20. vers. quintò limita, & tra-
 dit etiam Grat. in dicto consil. 77. num. 21. & Bero.
 in consil. 116. pendente, num. 5. lib. 3.
 Sextò vt non procedat respectu t illius, qui ha-
 buit dilationem: nam is etiam ea pendente po-
 test cõparere, & acta facere in iudicio, nec enim
 prohibetur innouari per eum, qui habuit dila-
 tionem, dicit formaliter idem ibi sub num. 20. ver-
 sic. sexto limita: pro quo facit in recollet. Guid.
 bon. decif. 71. incip. Didacus, sub rub. de iudic. vbi
 voluerunt domini, quòd Didacus, qui obtinuit
 16 sententiam contra Martinum, t si in secunda in-
 stantia veniat tertius pro suo interesse, & det de
 iure suo exclusiuo iuris Didaci, & Didacus obti-
 nerit super hoc dilationem ad partes, quod pote-
 rit etiam pendente hac dilatio petere confir-
 matoriam contra Martinum: & ex hac decif. po-
 test colligi ampliatio ad hanc sextam limitatio-
 nem, vt procedat etiam si in causa ad sit tertius,
 Tra& de Attent. o 3

qui det de iure exclusio iuris illius, qui dilatio-
ne pendente vellet in causa procedi.

17 Septimo nisi pendente dilatio t̄ emergat
suspicio, quia talis suspectus etiam dilatio-
ne pendente capi potest, idem ibi. nume. 21. vbi videtur
ampliare etiam si esset debitor in diem, vel sub
conditione, & nondum aduenerit dies, aut fue-
rit purificata conditio, & sic videtur regulam in-
telligere non solum de dilatio-
ne iudiciaria, sed etiam de dilatio-
ne competenti ex contractu.

18 Octauo nisi ea pendente aliquid t̄ innouare-
tur contrarius: tunc enim ad reuocationem ta-
lium attentatorum posset iudex procedere, etiā
pendente dilatio-
ne, Franc. ibi num. 22. post Imol.
& Panor. Quibus adde Lap. alleg. 82. in causa, nu-
mero 6. quem etiam in id citat, & sequitur noui-
simè Mandos. in tract. commissio. in 14. form. cō-
missionis attentat. in verbo. reuocandi, qu. 5. in
fin.

19 Nono limita nisi dilatio fuisset data ratione
eius, t̄ quod esset de se nullum, quia (cum si-
militer dilatio esset nulla) processus valeret, idem
ibi. sub nu. 22. vers. nono limita.

20 Decimo nisi processus esset super alio, t̄ quā
super eō, & respectu eius super quo fuit data di-
latio, puta si iudex pendente vna dilatio-
ne ad aliquid faciendum, velit aliam dare ad alium
actum successiuum explicandum: quia hoc po-
test, idem ibi numero 22. vers. decimo limita. Et

21 propterea videmus t̄ quod pendente termino
remissoria possunt concedi compulsoriales, vt
est decis. in recollet. Put. 3. incip. pendente ter-
mino: in titulo de dilat. & idem post Franc. in di-
cto cap. significante, tenuit Rotam in vna Gerun-
den. Canonicatus sancti Felicis. 30. Octobr. 1547.
vt est decis. in eisdem recollet. Put. 12. dilatio-
ne concessa, in tit. de dilatio-
nibus, vbi similiter ge-
neraliter voluit, quod dilatio-
ne concessa apprē-
henso in curia, potest Auditor concedere com-
pulsoriales, & facere alios actus non repugnan-
tes dilatio-
ni. Quibus concordat in recollet. Thom. de Than. decis. 66. incipit compulsoriales,
& alia A corambo. 30. incipit pendente: sub rubr.
de dilat. Sic etiam pendente dilatio-
ne ad facien-
dum articulos in causa possunt antiqui articuli
declarari, cum ex declaratione nouum quid fie-
ri non deiciatur. vt post Oldrad. in consilio 166.
tradit And. Barbat. in consilio 7. visis. colum. 1.
versic. tertio facit. libro 3. Inde aliās generaliter
dicitur, quod iudicis officium conuiescit, in his
scilicet, quę preiudicialia essent illis super quibus
dilatio pendet, vt post alios tradit Augustin. Be-
ro. in consilio 36. in causa. numer. 6. libr. 3.

22 Undecimo. Quia (vt dicitur idem numero 22.
versic. ultimo limita) poterit vna dilatio assignari,
tad plures actus successiuos, siue diuersos,
quando sunt compatibles, vt ibi latius per eum,
& Grat. dicto consilio 77. numero 18. & seqq.
libro 2.

23 Duodecimo limitari potest, vt non procedat
in dilatio-
ne, & termino præfixo t̄ vigore nouæ
commissio-
nis ad probandum dispensationem,
vel promotionem: quia ea pendente potest in-
hilominus procedi virtute primæ commissio-
nis, nec erunt propter pendentiā dilatio-
nis ter-
mini reiterandi, vt est decis. Egid. (qui ita forma-

liter loquitur) 324. pendente. Nisi cōsideres quod
licet ille vterius allegando rationem non pro-
cedat, tamē eius decisio-
nis ratio esse potest, quia
scilicet processus est super alio, & alio etiam res-
pectu, quā sit data dilatio, & sic commode di-
cta decisio Egid. poterit (si non pro diuersa
limitatione) saltem adaptari ad dicta supra, in 10.
limitatione.

24 Decimo tertio si intelligeremus hanc regulam
non solum in dilatio-
ne iudiciaria, sed etiam con-
uentionali, & ex contractu descendenti, prout vi-
detur tacite sentire Franc. ibidem, numero 2 (vt
dictum est supra in 7. limit.) poteris etiam dare
limitationem in qua, quis dilatio-
ne pendente co-
gitur ad solutionem, & sic innouatur, t̄ videlicet
in debitore debitoris fisci, puta Titius est debitor
meus, & ego fisci, licet Titius quoad me habeat
dilatio-
nem, nihilominus si fiscus non valens a me
consequi, velit exigere à Titio, quod mihi debe-
bat, potest, & Titius etiam pendente dilatio-
ne, cogitur ad solutionem, vt est decis. Lanfranc. 418.
debitor.

25 Decimo quarto vltra Franc. vbi supra limita-
nisi decreta dilatio sit inter duos, & in causa ad-
sit etiam t̄ tertius collitigans, quoniam iudex
non prohibetur hoc casu etiam dilatio-
ne penden-
te de iure tertij collitigantis iudicare, vt animad-
uertit nouissimè Herc. Seuerolus in tractat. de re-
mission. capitulo 27. versiculo. attamen de iure
tertij.

26 Decima quinta ex eodem ibidem, versiculo, &
quod diximus. colligitur limitatio, vt non pro-
cedat, quando tacite fuisset dilatio-
ni t̄ renun-
ciatum, quod tunc euenire admonet, quando ei
t̄ qui dilatio-
nem obtinuit, vel facta fuit prote-
statio, quod ad prosecutionem remissoria procedat,
vel ad id fuerit per iudicem terminus præ-
fixus: nam si ille in hoc negligens fuerit censetur
dilatio-
ni renuncia-
sse, secundum eum.

27 Sextus decimus quoque casus, in quo dilatio-
ne pendente proceditur per eundem ibi confi-
deratur, t̄ quando scilicet iudex dilatio-
nem decreuit retenta sibi potestate quancun-
que interim iudicandi, quod à Patribus tunc in Ro-
ta fieri etiam ipse attestatur, t̄ quādo contra di-
latio-
nem petentem aliqua viget calumniæ sus-
picio, vt eleganter per eundem ibi, circa finem.

28 Decimo septimo, limitari potest, t̄ quando
dilatio fuisset data ad probandum aliquid, quod
esset de articulis iuris, & de quo iudex ex inspe-
ctione librorum poterat se informare, quoniam
ea pendente potest iudex procedere, & senten-
tiam ferre, vt est de mente Grat. in consilio 77.
duo principaliter. sub numero 2. versiculo præ-
terea dico, libro 2. post glo. Barto. & Bald. in l. cum
Pater. §. curatoris. ff. delegat. 2. & Iaf. in libro 2. de
re iud.

29 Decimo octauo limitari potest, vt non proce-
dat t̄ in termino, & dilatio-
ne, quæ solet regula-
riter apponi, & præfigi in prima citatione, quæ
fit ad comparandum, & respondendum in-
quisitioni, quoniam pendente hac dilatio-
ne iudex
poterit capi facere reū inquisitum, vt tradit latè,
& eleganter pro limit. ac declaratio-
ne d. l. siue pars
Boss. in tit. de captura, nu. 10. vbi inquit, quod ita
feruatur, & t̄ rationem assignat, quia scilicet talis
dilatio

dilatio in effectu non videtur data, vt veniat in-
fra tres dies, sed vt respondeat inquisitioni, quā
dilatio-
nem ad respondendum etiam dum erit in
carcere citatus, & demum carceratus habebit,
quod etiam post Boss. ibi secutus est Iul. Clar. in
sua pract. crim. q. 31. in fi. vers. ultimo quæro.

Decimonono potest limitari, vt nō proce-
dat in dilatio-
ne remissoria, quoniam ea pendente
si quis ordinariē velit agere ad p̄siones, vtique
hoc casu remissoria non retardat processum, vt
fuit dictum in vna Caputaquen. pensionis corā
Paleotto 20. Decembris 1560. secus si ageretur
executiue, vt ibi dictum fuit.

30 Declarari etiam debet prædicta Regula, vt
quod dicitur, quod iudex pendente dilatio-
ne, nihil debet innouare, neque in causa procedere
intelligat ciuilitate, & sano modo in iudice prin-
cipali ipsius causæ, secus de iudice ab eo delega-
to t̄ puta ad exequendam remissoria in parti-
bus: si enim iudex, nedum prohibetur exequi p̄-
dente dilatio-
ne, quin immo extra dilatio-
nem in
31 ualidè p̄cedit, t̄ nisi terminus sit, progatus, qua
32 prorogatione facta validè procedit t̄ etiā si ipse
nō haberet notitiam huiusmodi prorogationis,
vt de his est decis. in recollet. Guid. bon. 75. dix-
erunt domini: sub rubri. de iudic. in vna Portu-
fen. Canonicatus 21. Nouembris 1562.

CAP. VIII. DE ATTENT. Relatione pendente.

SUMMARY.

- 1 RELATIO, recusatio, & appellatio æquiparantur
quoad effectum suspendendi iurisdictionē, & vt ni-
hil possit inuouari.
- 2 Relatio causa ad superiorem ex multis causis fieri po-
test, quia Quædam est
- 3 Ex natura cause puta quia sit de maioribus causis, &
decisioni principi reseruat, Quædam
- 4 Ex forma commissionis, puta si in rescripto dicatur,
Audiat, & referat, & Quædam
- 5 Ex voluntate iudicis.
- 6 Relatione pendente regulariter nihil debet inuouari
per iudicem: & ratio assignatur.
- 7 Processus, & sententia iudicis post relationem cause
dicuntur ipso iure nulla.
- 8 Appellare non est necessarium à processu facto penæ
ter relatione: licet Bart. contrarium senserit.
- 9 Appellari etiam à sententia nulla potest, & non est si-
ne effectu operandi.
- 10 Principe mortuo (cui erat facta causa relatio) non per
hoc iud. x potest relatione hac pendente in causa
procedere.
- 11 Relatio dicitur fieri non personæ principis, sed dignita-
ti quæ nunquam moritur.
- 12 Processus factus per iudicem post præsentationem re-
lationis non potest etiam de partium consensu va-
lidari.
- 13 Citatio parvis in relatione faciendâ non est necessaria.
- 14 Iudex reuocans relationem cause à se factam, post re-
uocationē validè procedit, tribus in hac reuocatio-
ne concurrentibus.
- 15 Primum, quod sit facta ab ordinario, secus si à dele-
gato.
- 16 Secundum, quod sit facta de consensu partium.
- 17 Tertium, quod sit facta antequam relatio fuerit prin-
cipi præsentata.



Rub. ext. de appell. recusar. & re-
lation. (vbi hæc tria tanquam
æquiparata ponuntur) satis cui-
que patere potest veram esse
propositionem illam, qua pas-
sim doctores vtuntur, t̄ videlicet appellatio-
ne, recusatione, & relationem, quo ad suspensionem
Iurisdictionis inter se in tantum æquiparari, vt si
cut appellatio pendente, nihil est innouandū,
l. 1. & tot. tit. ff. nil nouar. appell. pend. ita nec re-
cusatione, aut relatione pendente, vt not. Host.
& Io. And. in c. legitima, in gl. in ver. assignata, de
appel. in 6. & no. omnes præsertim Franc. in rub.
ext. de appel. post princ. & in c. cum speciali, sub
n. 47. eo. tit. & per Alex. conf. 238. ponderatis, nu.
13. lib. 6. & eleganter per Vāt. in tract. de nullit. in
ti. de null. ex defectu iurisd. ord. num. 143. & seqq.
Et quamuis in d. rub. primo dicatur de appella-
tionibus, deinde de recusationibus, & postremo
de relationibus. Nihilominus, quia nos institui-
mus pro faciliiori intelligentia huius materiæ at-
tentatorum diuidere actus, qui solent, & possunt
præcedere sententiam ab his, qui sententiam
subsequuntur, propterea, & supra posuimus Ru-
bricā de attentatis recusatione pendente, & hic
subiicimus hanc de attentatis relatione pend.
(præsertim cū in lib. quoq; Codicis particu-
lariter ponatur rubrica ista de relatione) de Attēta-
tis postmodū appellatione p̄dēte latius suo lo-
co tractaturi infra cap. 12. Et p̄ huius materię in-
telligētia p̄mittendū est, t̄ q̄ relatio ad superio-
rem ex multis causis fieri potest, & quāuis Marant. in
specul. in 3. par. sextę partis princ. q. 1. n. 7. ponat
quinque species relatio-
nis, & Franc. in c. intimasti. in
gl. onus, vers. in eadē, sub nu. 5. de appell. non vi-
deatur exp̄sse ponere, nisi duas, tamen ad propo-
situm nostrum tres possunt considerari. Prima
relationis species est t̄ natura ipsius causæ, vt
quia sit de maioribus causis decisioni principis
reseruat, vt in c. vt debitus. de appel. c. maiores,
de bapti. t̄ Secunda, ex forma commissionis, putā
si principis rescripto cautum sit, vt iudex causam
cognoscat, & referat, vel vsque ad sententiā exclu-
siuē, vt in c. constitutus. de appe. vt vtramque po-
nit vterque in dictis locis. t̄ Tertia esse potest ex
voluntate iudicis, qui cū ex se difficultates, quæ
in causa sibi oriri videbantur, resolueri non va-
leret, super resolutione consulat principem, &
sic ad eum causam referat, de qua in l. j. & ibi Bar.
& alij. C. de relat. & in c. intimasti. de appellat. &
ponit Marant. dicto loco, num. 7. nam alias duas
species ab eo consideratas consulere omittimus,
cū altera videatur localis, & quæ in regno est
in vfu, non faciens multum ad materiam hanc at-
tentatorum, & alteram de relatione faciendâ per
sapientem, ad cuius consilium causa sit remissa,
pro faciliiori intelligentia sub speciali rubrica: at-
tent. pend. consilio sapientis, in cap. sequenti po-
nere proposuimus. His breuiter præmissis

REGULA fit, t̄ quod gesta per iudicem (nā
quoad ipsas partes non videntur in hoc casu ex
hoc capite attentata cōsiderari, cū si quid faciāt
quod sibi non liceat, nō tā ex relationis, quā ex ip-
sus litis, & causæ, quæ refertur, pendentiā incidit
in vitium attentati) relatione cāq; per eū ad prin-
cipem factæ, & relationis præsentatione subse-
cuta nō valeat, quod intellige generaliter de re-

latione tā ex natura causæ, quā ex forma commissio- nis, quā etiam ex voluntate iua facta. Et ratio huius regulæ est, nam in omnibus causis si procedat processus tanquam factus absque iurisdictione est merito nullus, quia in primis duobus casibus, cum sibi & natura causæ, & forma rescripti expressè obtent, defectus iurisdictionis euidenter apparet. in tertia autem licet ab initio habuerit iurisdictionem, illam tamen per relationem à se abdicauit per modum suspensionis, quousque princeps non responderit, cum relatio quoad suspensionem appellationi æquiparetur, ut dictum est supra in princ. huius rubr. & quod suspēdat Iurisdictionem, est tex. in c. licet, de offic. deleg. Hanc regulam tenent Host. Ioan. And. Franc. & alij allegati supra, in prin. & Rui. conf. 77. ad ea. in princ. lib. 5. & conf. 172. circa n. 7. & sequen. lib. 4. ubi inquit, quod relatione facta officium iudicis conquelescit, & nihil interim fieri debet.

AMPLIA.

Primò, vt in tantum Iudex pendente relatione, & facta principi relationis præsentatione malè procedat, vt eius processus, & sententia sint ipso iure nulla, vt est tex. in dicto c. licet: de offi. dele. & quamuis. Bar. in l. ad principem. per illum text. ff. de appel. & Ang. ibi, & in l. 1. §. quæsitum, eo. titu. tenuerint processum valere, & requirit appellationem ab eo, per tex. in l. 1. C. de rel. & eadem opinionem cum Bar. teneat decis. Tolof. 480. & ibi Stef. Auf. in addit. ad med. vers. plus operatur. Franc. tamen in dicto c. intimasti. col. fi. sub nu. 10. vers. tu aduerte (inquit) Bar. in hoc non bene locutum, & contrarium esse tenendum, prout firmat idem ibi post Host. Spec. Io. And. & alios per eum adductos, ubi etiam respondet ad d. l. 1. de rel. nam quod possit interponi appellatio non est sufficiens arg. quod processus valeat, t̄ cū etiam à sententia nulla possit appellari, vt ibi per eum per c. dilecto. eo. tit. de appell. & ex appellatione à sententia nulla, aliquis etiam resultat effectus, de quo vide eleganter per Alex. in l. 2. n. 21. De bon. posses. contra tab. & nos dicemus latius infra. c. 12. de attent. appellatione pen. in 6. Ampliat. princ. nu. 2.

Secundò Amplia, vt procedat t̄ etiam si princeps, cui iudex causam retulerat, & cui relatio fuerat præsentata, antequā consuluerit, moriatur, nā licet videretur dicendum iudicem procedētem hoc casu esse excusandum, cum mortuo principe non possit amplius ab eo expectare cōsultationem, quæ (in relatione ex voluntate facta) fuit causa finalis, quare relationem fecerit, qua cessante secundum regulas vulgares deberet cessare effectus ille suspensiuus iurisdictionis, qui ex relatione resultat, Nihilominus dicitur illius processum fore nullum, vt no. Bald. in rubr. C. de rel. & post eū Franc. in dicto c. intimasti, col. fi. ad fi. & ratio est, quia debet expectari cōsultatio successoris, cum relatio sit facta t̄ non personæ, sed dignitati, quæ non moritur. c. si gratiosè, de rescrip. ex quo patet respōsio ad cōtrarium: Quæ ampliatio multo magis procedit in relatione facta ex natura causæ, aut ex forma rescripti, obstante iurisdictionis defectu, vt dictum est.

Tertiò, vt talis processus factus post præsentationem relationis non possit validari t̄ de partium co. sensu, quamuis enim aliqui senserint de consensu partium talem processum valere, vt post Card. & Abba. in c. constitutus, de app. & Vital. in tract. de claus. in clausula, nil noua. app. pend. d. nu. 25. cōsiderabat (licet ad aliud propositum) Manfr. lib. 1. de atten. app. pen. in 9. par. nu. 9. Contrarium tamen videtur verius, & hoc expressè tenet Franc. in d. cap. intimasti, col. fin. sub num. 10. vers. & intelligo omnia supradicta, & col. pen. vers. quintò quæritur. num. 9. per text. in c. bonæ, el. 2. de postu. præl. ver. nec nocebat. quibus adde Stef. Aufrer. idem tenentem per illum in tex. in additio. ad dictam decis. Tolof. 480. ad med. vers. plus operatur etiā. pro qua facit in simili, quod aliàs dicitur de processu factu per iudicem recusatatione pendente, vt nec partium consensu validari possit, de quo supra c. 7. le attent. dilat. pend. in 1. ampliat. num. 5. Quod etiam ex alio suadetur quia pars ipsa, & ipsius partis consensus in huiusmodi relatione parum, aut nihil videtur attendi, cū in relatione non sit necessaria partis citatio. vt est decis. in recollec. Guid. bon. 109. fuit tentum, sub rubr. de rel.

12 tionem relationis non possit validari t̄ de partium co. sensu, quamuis enim aliqui senserint de consensu partium talem processum valere, vt post Card. & Abba. in c. constitutus, de app. & Vital. in tract. de claus. in clausula, nil noua. app. pend. d. nu. 25. cōsiderabat (licet ad aliud propositum) Manfr. lib. 1. de atten. app. pen. in 9. par. nu. 9. Contrarium tamen videtur verius, & hoc expressè tenet Franc. in d. cap. intimasti, col. fin. sub num. 10. vers. & intelligo omnia supradicta, & col. pen. vers. quintò quæritur. num. 9. per text. in c. bonæ, el. 2. de postu. præl. ver. nec nocebat. quibus adde Stef. Aufrer. idem tenentem per illum in tex. in additio. ad dictam decis. Tolof. 480. ad med. vers. plus operatur etiā. pro qua facit in simili, quod aliàs dicitur de processu factu per iudicem recusatatione pendente, vt nec partium consensu validari possit, de quo supra c. 7. le attent. dilat. pend. in 1. ampliat. num. 5. Quod etiam ex alio suadetur quia pars ipsa, & ipsius partis consensus in huiusmodi relatione parum, aut nihil videtur attendi, cū in relatione non sit necessaria partis citatio. vt est decis. in recollec. Guid. bon. 109. fuit tentum, sub rubr. de rel.

CAP. IX. DE ATTENTAT. Consilio Sapientis penden. SYMMARIUM.

- 1 REMISSIO cause ad con. il. um sapientis suspēdit iudicis iurisdictionem.
- 2 Consilio sapi. ntis pendente, etiam inst. mtia causa suspenditur, secundum aliquos.
- 3 Relatio faciēda per con. l. um s. p. e. ntis æquiparatur recusatationi, & appella. tioni.
- 4 Sententia, & al. gesta per iudicem postquam remittit causam ad con. il. um sap. entis, & illo non expectato sunt nulla.
- 5 Pronunciatio, quod causa sit remittenda ad consilium sapientis, idem operatur, ac si esset facta remissio, quoad suspensionem Iurisdictionis.
- 6 Protestari non debet is, qui huiusmodi remissionem obtinuit, quod per eum non stat. sed absque protestatione iudex si procedit, null tenet procedit.
- 7 Consilium sapientis à iudice petitum pro maiori animi sui satisfactioe nō suspendit iurisdictionem, & nō est expectandum.

Secus

- 9 Secus si sit petitum ex forma alicuius statuti. n. 8. Sapientis cōsiliū calūniosè, & malitiosè petitum, atque à iudice obtentum non debet retardare processum.
- 10 Dispositio loquens de consilio sapientis, recipit interpretationem, nisi calūniosè petitur.
- 11 Processus iudicis, qui causam ad consilium sapientis remittit valet, si remissionem reuocauit.
- 12 Reuocatio remissionis ad consilium sapientis potest fieri per iudicem, etiam inuitis partibus.
- 13 Etiam si remissio fuisset facta de consensu partium.
- 14 Consilium sapientis petitum super articulo, qui non habet probabilem iuris dubitationem potest contineri.
- 15 Petitio sola, quod causa remittatur ad consilium sapientis non connumeratur inter actus suspensiuos iurisdictionis.

1 V M inter ceteros actus suspensiuos iurisdictionis iudicis computatur etiam iste, t̄ quando iudex remittit causam ad consilium sapientis: ad no. in l. fi. vbi Bal. C. de rel. & Bart. ac Bal. in locis citatis per Marat. in spec. in 3. parte sextæ partis princip. q. 1. nu. 10. Quod ex eo etiam suaderi videtur, quod per huiusmodi consilij pendentiā, t̄ etiam ipsius causæ instantiam suspēdi aliqui affirmauerunt, de quo post alios nouissimè per Ioan. Bapt. Afin. in sua praxi Iudic. §. 2. cap. 11. numero 23. & seqq. t̄ Cumque relatio faciēda per consilium sapientis æquiparetur recusatationi, & appellationi, vt per Alex. conf. 238. ponderatis. nu. 13. li. 6. non est mirum si gesta per iudicem isto consilio pendente tenent attentata. Formanda est igitur in proposito

4 R E G V L A t̄ quod sententia, & alia gesta per iudicem postquam causam remittit ad cōsiliū sapientis, & illo aliter non expectato sunt nulla, vt post Bald. tenet Franc. in c. vt debitus. sub numer. 43. de appel. & Alexand. in dicto conf. 238. & tradit Lancell. Corrad. de offi. Prætor. in caus. ciuil. §. 2. in cap. de exceptione, sub num. 8. vers. his peractis, vbi in id citat etiam Paul. de C. altr. in conf. 87. & Soci. in conf. 10. num. 11. li. 4. subdēs, quod etiam de iure communi nullitas processus inducitur si consilio s̄preto procedatur: Præsertim cum paria sint causam esse relatam ad principem, (quo casu talia gesta sunt nulla, vt supra dictum est cap. supra proximo. numero 6.) & esse consilio sapientis commissam, vt vtroque casu iudicis officium conquelescat, & nihil noui interim fieri debeat, vt tradit eleganter, & abundè post Bar. & alios Rui. conf. 77. ad ea, in prin. lib. 5. & in conf. 72. circa. nu. 8. & seqq. lib. 4. Quæ

AMPLIARI potest,

Primò, vt non solum procedat, quando causa est commissā, verum etiam t̄ quando est pronūciatum illam committendam esse, vt tradit Rui. ibidem.

6 Secundò, vt prædicta procedant t̄ etiam si is qui petit ad consilium sapientis causam remitti non fuerit protestatus, quod per eum nō stat, nam etiam absq̄ue protestatione ista instantia sibi non currit, & interim officium iudicis conquelescit. idem Rui. ibidem,

LIMITA eandem.

Primò, vt non procedat in consilio à iudice

7 petito de iure cōmuni, t̄ puta pro maiori animi sui satisfactioe, quia illud non tenetur expecta-

re, vt tradit Franc. in d. c. vt debitus. sub n. 43. facit, quod scribit Ang. in l. ad principem. per illū tex. de appel. iudicē iudicare possentō expectatō cōsilio sapiētis, refert, & sequitur Menoc. de arbit. iud. li. 1. q. 23. n. 40. Ad quod multa elegāter ogerit Burf. in cōf. 90. an iud. q. s. nu. 35. & seq. 1. præsertim. nu. 46. vbi in hoc de cōmuni opi. testari videtur, Sed procedat regula in consilio, t̄ quod ex forma alicuius statuti esset necessario, & pro forma adhibendū, vt ibidē per Franc. & Burf. vbi sup. nu. 44.

Secundò. Ex dictis per Ruyn. in conf. 6. visis. nu. 4. li. 4. potest colligi alia limitatio, t̄ quando scilicet hoc consiliū calūniosè, & malitiosè petitur, ad effectum differendi: tūc enim iudex minime teneretur illud dare, etiam stante statuto, quod teneatur ad dādum, ex quo satis colligi potest, quod si non potest cogi ad dādū (si facta petitione huiusmodi cōsiliij procedat, processus erit validus, sed verè hæc limitatio nō videtur respicere regulā, quæ loquitur nō de cōsilio sapientis tantummodo petito, sed de causā iā ad dictum consiliū remissa, & de gestis postea per iudicem: Nisi præsupponamus hoc consiliū malitiosè petitum, fuisse etiam per iudicem concessum, quo casu licet Ruyn. dicto conf. 7. nihil specificè ponat, limitatio tamen in se vera esset, nā sicut lis calūniosè instituta non inducit litis pēdentiā ad effectū attentatorū, vt dictū est supra in 4. limitatione princ. regulæ princ. cap. 4. de attent. lit. penden. num. 1. & restitutio in integrum non impedit executionem, nec suspendit iurisdictionem iudicis, quando calūniosè est petita, vt est decis. Afflic. 356. fuit dubitatum. sub numero tertio, & Lap. allegat. 53. an oporteat, numero 8. & dicemus latius infra. cap. 18. de attent. restit. in integr. penden. in 1. limit. numero 55. Ita & consilium Sapientis calūniosè petitum, & obtentum non debet suspendere iurisdictionem iudicis, argum. fumendo à simili: Et fa. quia aliàs videmus, t̄ quod dispositio loquens de consilio sapientis recipit interpretationem hanc nisi scilicet calūniosè petitur, secundum Ang. in leg. post rem. ff. de transactio. & allegat Calcan. cōf. 83. quia in causa. col. 3. num. 5. & quæ ponit etiam Aemilia. in cōf. 40. diuino, r. u. 8. & melius in cōf. 69. magnifici, num. 12. & 13. qua suspensione cessante clarè patet, quod etiam attentata cessant, vt pluries dictum est.

11 Tertiò potes limitare, vt nō procedat, t̄ quando iudex suam interlocutoriam (qua pronuntiauerat causam esse remittendam ad consilium sapientis) reuocasset: si enim procedat, postquam reuocauit eius processus validus erit dicendus, cū per reuocationem, (vt patet) sit sublata suspēnsio iurisdictionis ex dicta remissione procedens: Hæc autem reuocatio proculdubio iudici regulariter permittitur. l. ad principem. ff. de appellat. t̄ quinimmo potest id facere etiam inuitis partibus: & quod magis est t̄ etiam si ipsa remissio fuisset facta de consensu partium, vt not. doctor. in dicta l. ad Principem, & in l. ex illo. vbi Bald. C. de appel. & post eos Franc. in c. cum cessante, col. 5. num. 13. vers. quartò limita eodem titu. de appel.

14 Quartò limita, t̄ nisi consilium peteretur super articulo, qui non habet probabilem iuris dubitationem

bitationem quia tunc contemni potest, & sententia subsecuta valet, vt post Bart. Bal. & alios per eum allegatos, præsertim Alex. in consi. 72. vifa. col. fin. verf. fortificauerunt. lib. 2. & consil. 145. col. fi. lib. 5. & plenius per Iaf. in l. 1. in prin. col. 5. verf. septimo. ff. de nou. oper. nunciat. tradit Ioan. Cephal. in conf. 201. existimo. num. 3. libr. 2.

DECLARA eandem regulam vno modo, 15 quod si sit petitum tantum huiusmodi consilium, & non fuerit neque datum, neque pronunciatum esse dandum, si procedatur, licet aliàs huiusmodi consilio pendente regulariter, nec iudex, nec pars possit litem inchoatam prosequi, tamen valet processus, & censetur illi petitioni renunciatum, vt per Ruin. d. conf. 77. & conf. 172. Pro quo facit, quod dicit Alex. d. conf. 238. nu. 18. quod sola petitio talis consilij nõ reperitur connumerari inter actus suspensiuos iurisdictionis.

CAP. X. DE ATTENTAT.
Post Auocationem causæ.

SUMMARIUM.

- ATTENTATA post auocationem causæ dicitur magis attentata, quam si fierent relatione, vel appellatione pendente, & infra num. 7. vbi ratio assignatur.
- 2 Appellatio non impedit executionem actus præambuli. Auocatio verò sic.
 - 3 Auocatio impedit, vt nec etiam de consensu partium iudex procedere valeat.
 - 4 Manus appositio superioris operatur, vt inferior non possit se in illa causa inromittere.
 - 5 Causa negocij principalis, quæ non iustificata appellatione à grauamine erat remittenda, propter appositionem manus Papæ, remanet in Curia, præsertim de filio dominorum.
 - 6 Appositio manus superioris habet vim decreti annullatiui, & derogationis, & plus operatur quam reuocatio.
 - 7 Auocatio cũ dependeat à sola voluntate superioris, siue iusta, siue iniusta operatur effectum suum: appellatio autem nisi sit iusta non suspendit.
 - 8 Auocatio impedit possessorem vti sui possessione.
 - 9 Auocatio etiam tacita resultans ex eo, quod superior apposuit cognoscere causam, causat attentatam.
 - 10 Inhibere censetur superior, iudici inferiori, & partibus quando de causa cognoscere incipiens tacite causam ad se auocat.
 - 11 Tacita auocatio non operatur, quo ad tertium.
 - 12 Tacita auocatio solum operatur quo ad illam causam, quam superior cognoscere incepit, non autem vniuersaliter, quo ad omnes causas.
 - 13 Auocatio expressa operatur effectum suum tam quoad personas expressas in commissione reformata, & reformante, quam quoad comprehensas vigore clausulæ omnesque alios, &c.
 - 14 Etiam si vigore commissionis reformatae præterderetur fuisse perpetuam iurisdictionem, nu. 14.
 - 15 Appellans ad Papam omissio medio censetur ita se submisisse protectioni sedis Apostolicæ, vt inferiorum manus, puta metropolitani sint ligatæ.
 - 16 Clausula quatenus causa non sit instructa solita apponi in auocationibus operatur, vt si tempore executæ citationis cũ inhibitione causa erat instructa, iudex pro-

- cedens non dicatur attentare, secundam aliquos, licet alij contra, vt ibidem.
- 17 Termini male seruati non faciunt, vt causa non dicatur instructa.
 - 18 Clausula & cum opportuna auocatione, quatenus causa in partibus non sit instructa in commissione appositæ, facit, vt censeatur tributa iurisdictioni, etiam si impetras non probet causam nõ fore instructam.
 - 19 Instructa dicitur causa, quando de ea liquet.
 - 20 Liqueere de causa dicitur, quando est conclusum in causa, & renunciatum probationibus, dummodo pars fuerit citata.
 - 21 Iudex, aut partes si non habent notitiam auocationis, si quid faciant regulariter non dicuntur attentare.
 - 22 Legatus de latere reuocans si quid faciat, antequam reuocationis habeat notitiam, censetur validum.
 - 23 Vicarij ab Episcopo reuocati gesta valent ante reuocationis notitiam.
 - 24 Collatio beneficij facta à vicario Episcopi eotempore defuncti valet, si mortis non habuit notitiam.
 - 25 Auocatoria commissio regulariter nõ ligat ignorantes, Etiam si in secundis literis esset clausula, quod debet reuocari quicquid fuerit attentatum à die data secundarum literarum. nu. 26.
 - 27 Auocatio facta cum decreto irritati operatur etiã contra ignorantes.
 - 28 Decretum habet in se simpliciter inhibitionem.
 - 29 Decretum irritans discolorat titulum, & possessionem.
 - 30 Decretum inferioris non ligat ignorantes. Secundum magis communi opinione.
 - 31 Possessio capta ab eo, qui poterat propria auctoritate illam capere nõ dicitur attentata, si fuerit capta, post quã Papa motu proprio causam ad se auocauerat.
 - 32 Dispositio c. vt nostrum, de appell. non habet locum in eo, qui poterat propria auctoritate possessionem capere.
 - 33 Processus factus post auocationem causæ etiam ad partem instauratam factam valet, si pars noluit vti rescritto auocatorio. Etiam si iudex habuisset notitiã auocationis. n. 34.
 - 35 Curia videtur indistincte tenere processum per inferiorem factum post auocationem inualidum esse.
 - 36 Compulsor procedens postquam causa à iudice, qui compulsorales decreuerat, fuit auocata, valide procedit.
 - 37 Iudex post auocationem potest ex causa, puta ad tollenda scandala, se in causa inromittere.
 - 38 Auocatio si est nulla non attentatur, puta si sit facta occasione recusationis iudicis ordinarij post litem cõtestatam.
 - 39 Superior in materia auocationis censetur is, qui est superior in eodem genere iurisdictionis.
 - 40 Auocatio in dubio non censetur per superiorem facta, Nisi de prima commissione fiat mentio. n. 41.
 - 42 Mentio litis per clausulam generalem non sufficit in commissione auocatoria.
 - 43 Nisi fiat mentio etiam de processu, vel
 - 44 Nisi fuisset facta motu proprio.
 - 45 Auocatio facta censetur quando causa, quæ coram vno pendebat alteri committitur.



EST A post auocationem causæ per superiorem ad se factam, non solum dicuntur esse simpliciter attentata, prout hætenus locuti sumus, sed magis attentata tã quã ea, quæ fiunt appellatione, vel relatione pendente, casus est in c. pastoralis, de offi. deleg. secundum Præpositum in c. vt nostrum, in 2. not. de app. & ibi Sicul. Bal.

- 2 cul. Bald. Dec. & omnes per illum tex. t appellatio enim non impedit executionem actus præambuli, vt in c. constitutus. de appell. Auocatio verò sic, vt per Præpositum in dicto capitulo. vt nostrum. & Inno. in c. cum M. de const. col. 3. sub nume. 20. & tradit Stef. Aufr. in addit. ad decis. Tolof. 480. col. 2. verf. dicit tamen Præpositus: De relatione verò casus est in c. bonæ. verf. nec nocebat: de postul. prælat. vbi stante huiusmodi auocatione non potest iudex tã etiã de partium consensu procedere, prout potest relatione pendente, vt dicebat Stef. in addit. ad dictã decis. 480. verf. plus operatur. post Bart. in l. ad principem. ff. de appell. De cuius tamen veritate, vide, quæ diximus sup. in c. 7. de attent. relatione pendente, nume. 12. Ad eod quod congruè formanda est in proposito.
- 3 RECVLA, quod gesta post auocationem causæ per superiorem ad se factam sunt nulla, & attentata, d. c. vt nostrum, de appell. & c. pastoralis, de offi. deleg. ad quod facit, quia tã quando superior apponit manus, inferior non potest se inromittere, vt est decis. in recol. Mohed. 129. Parochialis. sub tit. de præben. & in terminis nostris attentatorum, quod accessus, & recursus ad aliũ iudicẽ postquam Papa causam principalẽ, & articulum possessionis ab ea dependentem ad se aduocauit, sit attentatus ea ratione, quia per appositionem manus Papæ sit impedita potestas aliorum: sicut tenentur in vna Cæsaraugustana iuris eligendi, & attentatorũ coram D. meo Oradino. 7. Febr. 1561. Hinc per auocationem, tã & appositionem manus Papæ causã negocij principalis (quæ nõ iustificata appellatione à grauamine de iure erat remittenda ad iudicem ad quem iuxta c. vt debitus, de appell.) remanet in Curia cognoscenda, præsertim de filio dominorum, vt est decis. 3. aliàs 11. fuit dubitatum, de appell. in no. ad med. ad quod plura etiam ponit Io. de Neuiz. in cõf. 44. incip. cõditoris, sub n. 10. vbi post Fely. subdit: hoc esse magnũ verbũ, & nouissimè etiã Menoc. in cõf. 83. respondebo, n. 31. li. 1. vbi subdit, tã quod talis manus appositio habet vim decreti annullatiui, & derogationis, & plus operatur, quã reuocatio, & alios in id citat. Prout etiam eandẽ conclusionem sequitur ex recentioribus Hier. Gab. in cõf. 166. Dertusen. Eccles. n. 6. li. 1. vbi subdit quod super negotio cui Papa manum apponit etiam sine inhibitione, ligatur manus inferiorum. Quã
- 4 AMPLIA, Primò, vt ista sint magis attentata, quã alia: vt supra proximè dictum est: cuius ratio illa est, quia appellatio non operatur effectum, vt gesta illa pendente regulariter sint nulla, & attentata, nisi sit legitima, & iusta, cũ in iure consistat, vt dicemus suo loco infra in capitu. 12. de attentat. appellat. penden. in 6. & in 50. limit. princip. Auocatio autem tã cũ consistat in facto (quia pendet à sola voluntate superioris) siue iusta, siue iniusta operatur effectum suum, vt dicit Sicul. in dicto capitulo. vt nostrum, & alij supra allegati.
- 5 Secundò vt etiam impediatur possessorem illa pendente vti sua possessione, vt per Paris. consilio 39. non possunt. sub numer. 7. & 11. libr. 1. vt diximus supra cap. 4. de attent. lite penden. in 4. declarat. princ. numer. 35. in 7. limit. Quamuis aliàs lite pendente, quis non sit priuandus sua possessione, vt

in regula supra posita in dicta 4. declarat. princ. & solet semper dici, quod continuans, non attentat, vt in reg. supra posita in dicto capitulo. 4. de attentat. lite penden. in 1. limit. principal. numer. 2. quæ Regula non habet locum stante auocatione, vt ibi no. nume. 69.

- 6 Tertio, vt præmissa procedant tã etiam si auocatio sit tacita resultans ex eo, quod superior apposuit cognoscere causam, vt tradit Inno. in cap. cum M. col. fin. in fi. de constit. per tex. in ca. licet. de offic. deleg. & Ant. in dicto cap. cum M. col. 33. & ibi etiam Sicul. & Domi. in cap. fin. in fi. de offic. ordin. in 6. quos alleg. Stefan. Aufrer. in addit. ad dictam decis. Tolof. verf. sic. & ideo, sicut Papa per simplicem cognitionem, & ex recentioribus Petr. Andr. Angulol. in consil. 14. cum Antonius, numer. 8. libr. 1. & Hier. Gigas. in tract. de pension. q. 69. in princ. & num. 4. vbi id ampliando dicit: quod nec etiam Legatus de latere potest se hoc casu inromittere, Immo magis dixerunt Domini in dicta decisio. 3. aliàs 11. fuit dubitatum. in 3. addit. verf. sed pone committitur. de
- 7 appel. in no. tã quod Papa per huiusmodi auocationem videtur, & primò iudici, & ipsis partibus inhibere, & post Inno. & Ant. in dicto c. cum M. tradit etiam Soci. in consil. 39. capio primũ, nu. 24. libr. 4. Verũ quia in hoc puncto aliqui videntur aliter sensisse, inter quos est Arch. 3. q. 6. c. multum stupeo, Pro opinionum concordia, hæc ampliatio (quæ regulariter videtur tenenda) quibusdam declarationibus adiuuare est necessariũ, De
- 8 clara igitur tã primò, vt ista tacita auocatio operetur effectus suos solum quoad ipsas partes litigantes, secus quoad tertium, qui in causa posset comparere, ita Inn. seipsum declarat in dict. c. cũ M. in fi. Si enim esset expressa auocatio etiam quoad tertium operaretur secundum Præpositum in dicto c. vt nostrum, col. 1. & sequitur Stef. in addit. ad dictã decis. Tolof. 480. ad med. verf. dicit tamen Præpositus. Secundò vt tã operetur effectum suum suspensiuum, solum quoad illã causam tantum non vniuersaliter quoad omnes causas. Nam si Episcopus, vel alius superior incipiat cognoscere de causa quæ pendebat coram suo Vicario, seu Auditore, quibus commiserat vniuersitatem causarũ, censetur auocare iurisdictionẽ ad se solum in illa causa, non autem quoad vniuersitatem causarũ. Nam licet expresse posset etiam in totum, Tacita tamen auocatio non operatur, nisi quoad illã causam, vt dicitur in addit. ad dictã decis. Tolof. verf. & ideo etiam quilibet. post Inno. in d. c. cum M. & Domi. in c. fi. de offic. ordin. in 6. & Bald. in l. solet. §. sicut. ff. de offic. procons. & doct. in c. si quem, de procur. lib. 6.
- 9 Quarto tã vt auocatio expressa operetur effectum suum non solum quoad personas in commissione, tã reformata, quã reformante nominatas, verũ etiam, quoad personas comprehensas sub generali clausula omnẽque alios, & c. non solum, vt contra eos post auocationem non possit aliquid validè fieri citra vitium attentatorum, iuxta terminos regulæ suprapositæ, verũ etiã quod nec ipsi si aliquid fecerint contra inhibitionem emanatã à primo iudice vigore commissionis reformatæ, dicantur attentasse, & ideo cũ in vna Anconitan. attentatorum coram Caputagen. 2. Iunij, 1567. præsupponeret Illustrẽm D. Iulianum

D. Iulianum de Cæsarinis commississe causam iactationum contra Episcopum Vicanum, omnēque alios in Rota, & per Episcopum illa (præsertim) fuisse reformatam, & a Rota auocatam, & Auditori Camera commissam, & post auocationem D. Iulianum vigore primæ commissionis reformatæ inhibuisse in partibus dominis de Scalamentibus, qui non obstante dicta inhibitione fecerunt executionem sententiæ in eorum factorem aliis in partibus latæ, & dubitaretur, an illa esset attentata, & pro attentatis allegaretur Regula quod quicquid sit post inhibitionem est attentatum, cum illa siue iusta, siue iniusta sit timenda. Rota decis. 26. alias 307. Nota quod audientia, de appell. in antiq. & quod commissio auocatoria, non poterat iuuare dominos de Scalamentibus cum rescripta sint stricti iuris, nec referantur ad personas in eis non comprehensas. li. C. de diuers. rescript. cum simil. Maior tamen pars inclinavit pro non attentatis, quia Auditor post dictam auocationem inhibuit sine iurisdictione, stante quod in commissione auocatoria aderat clausula cum annexis &c. Sicut enim causa Scalamentium comprehensorum in illa clausula omnēsque alios &c. erat annexa, & ad causam principalem motam contra Episcopum, ita auocatio Episcopi censetur facta etiam quoad eos, qui vigore dictæ clausulæ accessorie comprehendebantur in dicta commissione, ad no. per Deci. in c. Pastoralis. §. fin. in fin. de rescript. & per Franc. in c. in multis, sub num. 6. vers. & hanc partem, de rescript. in 6. & est de mente Abbat. in c. sedes. sub numer. 4. de rescript. quia rescriptum impetratum ab vno prodest regulariter etiam aliis. Crau. in consilio 45. numer. 2. Quam ampliationem adhuc ex his, quæ in alia propositione eiusdem causæ 27. Iunii 1567. per eundem facta, per dominos dicta sunt Amplia, vt procedat etiam si iurisdictione vigore primæ commissionis reformatæ prætenderetur perpetuata ante dictam reformationem per decretum citationis, quia nihilominus etiā præsupposita perpetuatione maior pars tenuit pro non attentatis, ea ratione, quia iurisdictione fuerat perpetuata habitu non in actu, per notat. per Socin. de citatio. in 5. articulo.

15 Quinto amplia, vt inferiorū manus censeantur ligatæ, ita vt si quid faciant censeantur attentare, non solum quando Papa expressè, aut tacitè causam ad se aduocauit, verum etiam quado aliquis sentiens se per aliquam sententiam inferioris grauatum ab ea ad sanctissimum appellando se protectioni suæ, & sedis Apostolicæ submisit, iuxta tex. in ca. sollicitudinem, & c. dilecti & c. ad audientiam, de appell. & propterea si omissio medio aliquis ad sanctissimum appellauerit, & Metropolitanus super dicta causa tanquam per appellationem ad eum deuolutam sententiā ferat, talis sententiā dicitur attentata, vt fuit resolutum in vna Pampilonen. erectionis coram Caputaquen. 14. Maij 1568. quia hoc casu alius non potest de ea cognoscere. dicto capit. sollicitudinem. Rot. decis. 31. alias 264. nota vt rōm appellans, de appellat. in antiq. Franc. in c. vt debitus. colum. 3. de appellat.

LIMITA eandem regulam,

Primo nisi in auocatione esset apposta clausula, quæ solet QUATENVS CAUSA NON

16 SIT INSTRVCTA. stante enim dicta clausula si tempore executæ citationis, cum inhibitione vigore dictæ commissionis emanatæ, causa esset instructa, iudex primus procedens non attentat, vt est decis. in recollet. Caputaquen. parte 2. decis. 4. incip. attetare, sub die vltima Aprilis, 1540. & alia in recollet. Mohed. 75. consuevit. sub rubr. vt lit. penden. in vna Vercellen. bonorum coram Rauellaten. in qua cum fuisset inhibutum 1. Septembris: & pronunciatum 5. eiusdem, sententia fuit habita pro bona. Quamuis contrarium videatur sensisse Put. decis. 9. licet. sub rubri. vt lite pen. in vna Clunen. beneficij Sanctæ Catherinæ coram A. Augustino, in qua 28. Martij. 1547. asserit fuisse tētum, quod stante clausula supra dicta, si tempore impetratæ, & præsentatæ commissionis causa non fuisset instructa, sed bene fuisset instructa tempore executæ citationis cum inhibitione: iudex obstante dicta inhibitione non debuit ultra procedere cum satis fuerit tēpore præsentatæ commissionis causam non fuisse instructam, Cui concordat alia decis. Achill. de grass. in vna Cæsaraugustana præeminētiarum, sub die 7. No. uemb. 1548. vt est decis. in recollet. eiusdem 61. commissio causæ, sub rubr. de commissio. De qua vltima resolutione subsistendum videtur, ne maiori forsitan autoritate, quam veritate nitatur, vt admonuimus etiam infra in 2. par. cap. 10. de atten. post inhibit. in 13. ampliat. regulæ ibi positæ, num. 3. Si enim in primo iudice præsupponimus ignorantiam huius auocationis, si procedat, nihil est, quod sibi imputari possit secundum ea, quæ latius dicemus in proximalimitatione, Quod si præsupponeretur scientia, & quod ex arte, & festinanter causam instruxerit, æqua esset supradicta Putei decisio, aliis si prius fuisset etiam per aliquas horas executi inhibitiō quàm facta citatio ad sententiam, causa non diceretur instructa, & iudex procedendo attentaret, cū per inhibitionem sint sibi manus ligatæ, vt consuluit August. Bero. in consil. 114. circa. nume. 6. lib. 3. Quam limitationem Amplia, vt procedat etiam, si in instructione causæ adesset aliqua nullitas, vt putat quia termini essent malè seruati, nam per hoc non dicitur causa minus instructa, quo minus primus iudex possit validè pronuntiare, vt est decis. in recollet. Crescent. 113. si Papa: sub rubr. de iudiciis, quam refert, & sequitur nouissimè etiam Mandos. in tracta. de inhib. quæst. 32. sub nume. 4. Eandem etiam limitationem Declara, vt si actor obtinuerit in curia committi causam cum ista clausula, ET CVM OPPORTUNA AVOCATIONE QUATENVS CAUSA IN PARTIBVS NON SIT INSTRVCTA. Quamuis actor non probet causam non fore instructam, nihilominus iurisdictione tributa censetur, secus est, si non sit dictum cum opportuna auocatione & simpliciter petatur causam in partibus pendente auocari, vt est decis. in recollet. Crescent. 126. commissio. sub rubric. de iudic. Instructa autem causa dicitur quando de ea liquet: Liquere autem dicitur, quando est conclusum in causa, aut renunciatum probationibus, vt est decis. in recollet. Thom. de Tanis. 44. incip. erat causa aduocatoria. ad fi. & dixit Crescen. in d. decis. 113. si Papa, de iudic. quod satis causa dicitur instructa, quando iudex tempore auocationis poterat pronuntiare, ad glo.

re, ad glo. in c. cupientes. §. si verò. de elect. in 6. & l. instructam. ff. de verb. sign. & quod causa instructa dicatur, quando est conclusum in causa, vel potest concludi, vel est renunciatum probationibus, vel potest sententia ferri pro vna parte, sicut tenent post Staphil. de liter. grat. & iustit. fol. 159. colum. 2. aliis in vna Pampilonen. beneficij coram Capizuccho. 2. Iunii 1553. vt est in recollet. Caputaquen. parte prima, decis. 304. incipien. causa tunc dicitur instructa: Idem quod in instructa causa non dicatur donec potest probari, & non est in causa conclusum tenet Ferret. consil. 99. pro parte, in princip. lib. 1. & quod non dicitur de causa liquere, nisi post conclusionem in causa, tradit gloss. in capit. significauerunt, & ibi Felyn. nume. 3. de testib. quam allegat, & multis etiam auctoritatibus comprobat Sigismun. Loffred. in consil. 32. quondam. sub nu. 18. eandemque communiter approbari testatur Blan. in tracta. de compromiss. in quinta quæst. principal. sub numer. 4. versic. aduerte in præmissis, ad fin. & nisi pars de cuius præiudicio agitur fuerit citata, vt tradit nouissimè Ioan. Bapt. de Afin. in sua praxi iudic. §. 7. capitu. 5. versicu. 11. igitur. numero 2.

21 Secundò limita, vt non procedat, quando Iudex, aut partes non habuisset notitiam auocationis: tunc enim si ille procedat, aut partes continent suam possessionem (& hoc secundum ea, quæ supra dicta sunt in secunda ampliat. huius regulæ) non dicerentur attentare, & talia gesta valerent, vt de gestis per Iudicem ante notitiam reuocationis tradit Paris. consil. 40. quamuis. nu. 6. lib. 4. & est decis. Delphin. Franc. Marc. qu. 976.

22 vbi loquitur de gestis per legatū de latere post reuocationem ante illius notitiam: ad quod vide etiam aliquid per Boer. decis. 346. num. 11. & seq.

23 vbi ibidem loquitur de legato, & Vicario Episcopi reuocato: facit, quod tradit Fely. in c. ceterum. nume. 25. de rescript. post Calder. in consil. 4. de offi. deleg. quod tenent gesta per legatum reuocatum à Papa in publico concistorio ante illius notitiam: & est decis. in recollet. Chiffanen. 138. incip. Vicarius Episcopi, vbi per dictam consilii. Calder. ita fuisse tentū refert in vna Iacen. canonicatus coram Ant. Aug. de mense Ianuarij 1546. Et in materia, quod gesta valeant ante notitiam reuocationis tam in Vicario, quàm in Legato (in aliis etiam casibus) vide omnino per Deci. in consilio 295. in causa istorum de Formagliatis, numer. 8. quod consilium aliis canonizatum fuisse per Dominos in vna Honaburgen. coram Simonetta, allegabant aliis informando quidam, asserentes quod ita fuit repertum fuisse adnotatum per Tarquinium de Sancta Cruce ad Franc. in c. vnostrū. de appel. & per Rebuff. in sua praxi beneficii (vbi alios allegat) in titu. de simon. in re signatione. nume. 4. & seq. fol. 380. & in simili, quod collatio beneficii facta à Vicario Episcopi post mortem Episcopi ante eius scientiam, valeat sicut tenent in vna Lucē. Canonicatus coram A. Augustino. sub die 27. Ianuarij 1546. vt est decis. recollet. Put. 3. collatio Vicarij: sub rubr. de offi. deleg. & Vicarij. Quo verò ad partes continuantes, licet non reperiam doctorem hoc in terminis dicentem, tamen hoc satis suadet ratio, & regula l. si mādassent, & que notant ibi doctores. ff.

25 mādāt. Generaliter autem quod commissio auocatoria non liget ignorantes, est decis. in recollet. Achil. de grass. 64. commissio auocatoria. sub tit. de commiss. Hanc tamen limitationem Amplia, vt vt procedat etiam si in secundis literis adesset clausula, quod deberet reuocari quicquid à tempore datæ secundarum litterarum fuerit innouatum: quia per illas nunquam intelligitur reuocata iurisdictione à primo Iudice illas ignorante, & valebit processus ipsius, & sententiā, vt per tex. (quæ dicit notab. & menti tenendum) in ca. audita. de restit. spoliat. tradit Franc. in cap. super eo. el. 2. de appell. de quo tamen videtur subsistendum propter ea, quæ proximè dicemus. num. seq. Et quia hæc secunda limitatio vniuersaliter non procedeam SVBLIMITA tribus modis: Primo vt non procedat, quando auocatio fuisset facta cum decreto irritandi, tunc enim operatur effectum suum, etiam contra ignorantes, vt gesta sint nulla, & attentata, de quo (vltima regulam, quod decretum afficit etiam ignorantes, de qua in c. primo. de concess. præbend.) traditur per Inno. in c. primo, vt lit. pend. & in c. cum contingat. de rescript. & faciūt no. per doct. in clem. vnica. de concess. præbend. vt refert, & sequitur Stefan. Aufser. in addit. ad dictam deci. Tolos. vers. adde quod dicit. post Præpos. in dicto c. vt nostrā. col. pen. & fi. & p. Ant. Gabr. q. innumeras in id auctoritates citat in tracta. commu. conclus. lib. 6. de clausul. conclus. tertia, in princip. Ad quod facit, quod aliis dicitur quod decretum habet in se implicitam inhibitionem, vt est deci. Cassad. secunda incip. decis. tertia. num. 6. de restit. spoliat.

29 & est tantæ potentia quod discolorat titulum, & possessionem, vt est decis. in recollet. Guidobon. 106. Episcopus Vicanus. sub rubr. de restit. spoliat. & alia in recollet. Chiffan. 46. & tradit nouissimè post alios de quibus ibi Menoch. in consilio 83. respondebo. num. 8. lib. primo. Præmissa autem sanè intelligenda videntur de decreto, appo-

30 posito per Principem, & secus si sit ab inferiore appositum: quia tunc secundum magis communē opin. non ligat ignorantes, vt fuit dictum in vna nullius de mense Maij 1533. coram Io. Clerici, & est in recollet. Sarnen. decis. 6. incip. decretū irritans, vbi in fi. de hac magis commu. opi. n. attestatur. Secundò quando fuisset facta motu proprio, & ex certa scientia Principis, non ad instantiam partis, vt per Stefan. aufser. vbi supra, vers. aut auocatio. post Inno. in dicto capit. primo, & Imol. in c. ceterum. col. 8. de rescript. Quæ tamen non videtur admodum tuta, cum contrarium tenuerint Inno. Sicul. & Ant. vt per Stefan. aufser. ibi, & quamuis aliis Gemin. fuerit in ea opi. quæ commissio auocatoria non liget ignorantes (vt supra dictum est) tamen, quando esset facta motu proprio magis commu. opi. est contra Gemin. quod tunc etiam ignorantes afficiat, vt testatur Achill. de Grass. dicta decis. 64. commissio auocatoria. ad fin. de commissio. De qua post Rip. in c. cum M. num. 96. de constit. testatur etiam Villalob. in collect. commu. opi. littera A. numer. 153. & seq. vers. auocatio causæ. Hanc tamen limitationem sublimita, vt non procedat in eo, qui poterat propria auctoritate possessionem capere, quia hoc casu (etiam si Papa motu proprio auocauerit causam ad se, & in super inhibuerit, ne

quid desuper signaretur (adeptio possessionis postmodum facta non videtur attentata, ita in vna spolehana spolij Episcopatus inter Illustrissimos Cardinales Farnesium, & Perusin. inclinauerunt domini coram D. meo Oradino sub die 24. Februarij 1556. quia cap. vt nostrum de appel. non habet locum in eo, qui propria autoritate potest capere possessionem secundum eos, & iterum coram eodem in eadem die nona Martij 1556. vbi ad c. vt nostrum, quatuor responiones fuerunt accommodatæ, de quibus ibi, quod iterum firmatum fuisse videtur in alia propositione sub die 24. Ianuarij 1555. Tertio limita t quando auocatio fuisse facta ad instantiam partis: nam tunc parte, non vtente rescripto, per quod fuit facta auocatio t (etiam si index habeat auocationis notitiam) potest tamen valide procedere quousque pars nõ vtitur dicta auocatione: parte enim vtente non posset amplius procedere, vt no. docto. in dicto cap. cæterum, & Archid. & Domin. in dicto cap. primo. Bald. in l. prima. C. vt lite pend. & in l. falsus. C. de furt. Sicul. in cap. audita. de restit. spoliat. column. pen. & fin. & in dicto c. cum M. vt eos allegat Stefan. ibidem circa fi. Quauis vt dicebat Sicul. in dicto c. cum M. t Curia has limitationes non reciperet, cū indistincte teneat processum per inferiorem post auocationem factum nullum esse.

36 Tertio limita regulã vt non procedat in processu factõ post auocationem per iudicẽ subdelegatum a primo Iudice an te auocationẽ, vtputa ad exequẽdas litteras compulsores: si enim post decretas litteras causa auocatur, & Iudex compulso procedat, processus dicitur validus, ita fuit dictum in vna Salamantina Canonatus coram Baren. vt est decif. in re collect. Guid. bon. 77. tentum fuit sub rubr. de Iudi.

37 Quarto potest limitari, vt non procedat si Iudex ex noua causa intromittat se in negotio specialiter alteri delegato, quia t ex noua causa, puta ad tollenda scandala potest se intromittere, vt post Abba. in cap. studuisti. de offic. deleg. tradit Mandel. de alba. in consil. 78. quamuis. in princ. lib. primo.

38 Quinto limitari potest, vt nõ procedat quãdo auocatio fuisse facta occasione recusationis Ordinarij tanquam suspecti post litem contestatam propositã. Cum enim, quando coram Ordinario lis est contestata, non possit ratione recusationis causa ab eo auocari, & alteri committi, vt post specul. in tit. de recusat. §. recufari, & §. fit autem recusat. & Bald. in l. apertissimi. C. de Iudi. & in l. fin. col. prima. C. de sentent. tradit eleganter Aug. Bero. in consil. 117. ex vltima. nume. 5. libr. 3. consequenter infertur, quod auocatio sit nulla, & inualida, ergo non debet posse causare attentata, sicut diximus. de lite nulla supra cap. 4. de attent. lit. pend. in tertia limit. princip. & de appellatione nulla infra cap. 12. de attent. appell. pend. limit. 6. & quinquagesima, quæ non faciunt attentata: Quinimmo ex hoc posset non inutiliter magis vniuersaliter hæc limitatio concipi, vt regula supraposita non procedat, quãdo auocatio esset ex aliqua causa nulla per omnia supradicta.

Sexto vt non procedat quãdo Papa apposuit manum committendo causam nullitatis alicuius pensionis, cū clausula sine retardatione solutionis pensionis, quoniam executor datus in literis reservationis pensionis, poterit etiam lite pendente compellere ad solutionem non obstante dicta manus appositione, vt firmat Gigas. in tracta. de pensio. q. 69. num. 4. Nisi hoc casu fuisset per Iudicem inhibutum, vt ille ibidem declarat. Quinimmo etiam sine ista clausula pendencia nullitatis, vigore specialis rescripti non impediret, quominus postea etiam via executiua ad pensiones agi possit, vt fuit tentum in vna Adriensis pensionis coram D. meo Oradino 29. Maij 1562. De cuius tamen veritate aliquid diximus infra cap. 17. de attent. nullit. pend. in 13. sublimitat. primæ limit. regulæ ibi posita.

Declara nunc regulam suprapositam.

Primò, vt quod dictum est de superiore auocante t intelligatur de superiore in eadem specie iurisdictionis, vt considerat eleganter Dec. in dicto cap. vt nostrum: post prin. c. de appel.

40 Secundò Quod t in dubio auocatio non censetur per superiorem fieri: & inde dicitur, quod Papa non censetur in dubio causam velle auocare a primis Iudicibus. Paris. consil. 40. ad primum. nume. 22. libr. 4. & nouissimè Rebuff. in praxi benefici. de simonia in resignatione. num. 37. tñsi de prima commissione sit facta mentio, idem Paris. ibidem: Quinimmo quando fit auocatio t non sufficit mentio litis per clausulam generalem non obstante lris pendencia, nisi fiat mentio de processu, & statu causæ, secundum Saly. in 44. l. 2. C. vt lit. penden. t Vel quod auocatio sit facta motu proprio secundum Ruyn. in consilio 76. primo est videndum. num. 6. libr. 5. t Bene tamen censeretur facta auocatio si causa, quæ vni erat commissa alteri committatur, vt per Mil. in verb. rescriptum per quod, & paulo post in eodem verbo. fol. 394.

CAP. XI. DE ATTENT. PENDENT. tempore ad appellandum.

SVMMARIVM.

- 1 TERMINO ad appellandum pendente si quid fiat dicitur attentatum.
- 2 Terminus ad appellandum est decem dierum, nec potest prorogari, aut abbreviari, per Iudicem. Etiam de consensu partium, etiam per viam compromissi. num. 3. Nisi per statutum, aut consuetudinem, aut ratione scandalali, aut alterius utilitatis. num. 4.
- 5 Decem dierum terminus ad appellandum regulariter currit a die sententiæ.
- 6 Et de momento ad momentum, secundum communem opinionem.
- 7 Nisi in grauamine successiuo.
- 8 Carceratus dicitur esse infra hos decem dies, etiam si sint lapsi 30. anni.
- 9 Terminus ad appellandum currit quandoque a die notitiæ.
- 10 Decem dies ad appellandum currunt domino a die notitiæ procuratoris. Nisi procurator esset non soluendo. num. 11.

12 Contumax

- 12 Contumax fictus appellat infra 10. dies a die sententiæ.
- 13 Attentatum post decem dies a die sententiæ, infra tamen decem dies a die notitiæ regulariter reuocatur per viam iniustitiæ.
- 14 Gestã pendente tempore ad appellandum regulariter sunt attentata, prout gestã appellatione pendente.
- 15 Paria sunt esse appellatum, vel esse infra tempus ad appellandum secundum communem opi. Limitatur respectu tertij vt infra num. 44.
- 16 Et est etiam de stilo magnæ curiæ Neapolitanæ.
- 17 Impetratio beneficij tanquam vacantis per priuationem non valet si fiat pendente tempore ad appellandum.
- 18 Publicatio absolutionis ab excommunicatione hoc tempore facta est tanquam attentata reuocanda secundum aliquos. Contrarium est verius. num. 19.
- 20 Regula prædicta de iure procedit etiam in criminalibus.
- 21 Bannitus pendente tempore ad appellandum non potest impune offendi, secundum veriore et magis communem opi. Non procedit autem de consuetudine parliamenti, & aliarum curiarum delphinatus, & status Mediolani, & de generali etiam consuetudine secundum communem opi. vt infra num. seq.
- 22 Nisi essemus in confesso, ac conuicti. Etiam præsumptiuè, vt ibidem.
- 23 Pendente tempore vigore restitutionis ad appellandum obtentæ, si quid fiat dicitur attentari.
- 24 Restitutus ad prosequendam appellationem desertam potest petere reuocari, etiam ea quæ infra terminum ad appellandum fuissent attentata.
- 25 Condemnatus non dicitur infamis pendente tempore ad appellandum. Potest testari & eius bona transeunt ad eius heredes.
- 26 Sententia in notorijs mandatur executioni etiam pendente hoc tempore ad appellandum.
- 27 Sententia in possessorio lata fit executio etiam infra decem dies datos ad appellandum.
- 28 Nisi fuisset in ea omissus ordo iuris.
- 29 Nisi loquamur de iure canonico.
- 30 Interlocutoria sententia exequi potest etiam infra tempus appellandum.
- 31 Etiam si haberet vim diffinitiuam, & Vel
- 32 Efficit conexa causæ principali.
- 33 Nisi essemus in interlocutoria, puta de aliquo torquendo.
- 34 Excommunicationis sententia infra tempus ad appellandum lata non reuocatur via auctoritatis: secundum communem opin.
- 35 Denunciatio autem excommunicationis, an valeat remissuè.
- 36 Sententia non solum excommunicationis, sed omnis aliæ, quæ secum trahit executionem operatur, vt gestã pendente tempore ad appellandum non sunt attentata.
- 37 Relaxatio possessionis sequestratæ videtur trahere secum executionem.
- 38 Commissio de exequendo similiter trahit secum executionem.
- 39 Appellatio vbi est prohibita ibi pendente tempore decem dierum, si quid fiat non dicitur attentari.
- 40 Gestã per falsum procuratorem infra tempus ad appellandum a sententia grauaminis extraiudiciali non sunt attentata.
- 41 Innuatio legalis potest pendente tempore ad appellandum fieri.
- 42 Gestã pendente termino ad appellandum sunt valida, si postea non appelletur secundum communem opi.

Licet aliqui contra, vt num. 43.

45 Condemnatus in sententia, si infra decem dies, ad appellandum producat testes, non attenditur, nec censetur futura appellatione renunciare.

46 Compromissum factum infra tempus ad appellandum non excusat a lapsu fatalium, & desertionis causæ.

47 Secus si fiat post interpositam appellationem.

48 Tertio, qui non fuit in lite, vt currant decem dies ad appellandum, non sufficit scientia litis sed requiritur scientia sententiæ.

49 Terminus decem dierum ad appellandum, vt currat, non sufficit habere notitiam sententiæ, & eam simpliciter fuisse latam, nisi etiam sciamus illius tenorem, & eam sic fuisse latam remissuè.

VIDIMVS hucusque de actibus, qui solent vt plurimum expediri ante sententiam (sicet & post sententiam quoque fieri posse non inficiemur) Quibus pendentibus gestã dicuntur transire in vitium attentatorum, sequitur tunc iuxta ordinem in princ. huius secundæ partis propositum, videre de his, quæ fiunt post sententiã, inter quos immediatè sequitur ad propositum nostrum terminus decem dierum, qui datur ad appellandum t: nam & eo pendente, si quid fiat attentatum regulariter esse non ambigitur, quia propter vim imminentis appellationis oriuntur attentata, vt dixerunt alijs Domini in vna Neapolitana attentatorum coram Sarmiento 29. Maij 1564. Qui terminus sicuti clarum est, quod est decem dierum, vt in authent. hodie. C. de appell. capit. non solum. de appell. in 6. cum similib. Et quod nõ potest prorogari, neque abbreviari per Iudicem, vt per Franc. in cap. cum sit Romanus numer. 7. & seq. de appellat. t etiam de consensu partium, vt est decif. Lanfranc. 475. decem dierum, & alia Misinger. singul. obser. centuria 2. decif. 686. incip. decem dierum, vbi, & illud subdit quod nec etiam per viam compromissi, id partibus facere licet, & iterum centuria tertia, decifio. 11. incip. non solum, & tradit etiam nouissimè Ioann. Bapt. Asin. in sua praxi Iudic. §. 2. ca. 9. in princ. tñsi per Statutum, aut consuetudinem, & nisi ratio ne scandali, aut alterius utilitatis talis prorogatio, aut abbreviatio fiat, vt per Franc. in supradicto loco, Ita satis dubium est, quando incipiat currere, an a die sententiæ, an verò a die notitiæ: t licet enim regulariter currat a die sententiæ, t & de momento ad momentum, vt per Mil. in verb. appel. debet. fol. 11. & est elegans decif. Tolo. 101. & tradit etiam per Franc. in capitu. ex ratione. numer. 2. & seqq. & in capitu. bonæ. numer. 19. de appella. & ista sit communis opinio: de qua testatur Alex. seu potius collegium Patavinum inter consil. Alexand. 87. Nos doctores. numer. 1. libro 6. & tradit Misinger. vbi supra centuria secundæ decifio. 2. incip. decem dies. tñsi simus in grauamine successiuo, puta, & in carceratione: t (Carceratus enim semper dicitur esse infra hos decem dies, etiam si sint lapsi 30. anni secundum Franc. in cap. super eo. el. 2. numer. 4. de appell.) t Quandoque tamen currunt etiam a die notitiæ, vt est elegans decif. Rot. 2. alias 137. appellatus. de appell. in no. & decif. Capit. 139. per totam, vbi ponit, quando appellari possit, tans per dominum, quam per procuratorem a die notitiæ.

rabilibus. §. porro. in verb. appellatum. de sententia excommunicationis in 6. & no. Mil. in verb. sententia excommunicationis lata. & in verb. attentata pendente tempore. folio 29. Pro quo facit, quod dicit Rot. decif. 28. aliis 187. licet. de appellat. in no. dum refert, quod quidam domini dicebant dictum capitu. non solum, non habere locum in excommunicatione hoc tempore pendente promulgata, & ista videtur communis opinio, de qua post Domi. in consil. 99. column. prima testatur Didac. pract. quæstion. capitul. 23. sub num. secundo, in fin. & in terminis, quod huiusmodi excommunicatio valeat, est decif. Rot. Si aliis 379. si committatur. colum. secunda, versicu. sed quicquid sit omnes domini de appellat. in no. vbi tenent, quod prolatio sententiæ valeat

35 † licet denunciationem (de qua ibi) dicant non valere: de quo latius in fra capitu. 9. de attent. appellat. pendente. limitat. 21. princip. numer. quinto, & per totam. † Hæc autem quarta limitatio, videtur ex his, quæ ponit post alios August. Bero. in consil. 45. in causa. numer. vigesimo quinto. lib. tertio. magis vniuersaliter ad alios etiam casus (in quibus sententia traheret secum executionem) posse extendi dum voluit, quod si Iudex lite pendente auocaret ad se possessionem ad tollenda scandala, & per partes fuerit facta instantia, quod sumpta informatione, quis tempore litis motæ esset in possessione, & (prout solet fieri in possessorio summario) per suam interlocutoriam declarare illum possessorem, ac auocatam possessionem relaxaret, Iudexque ita interlocuendo declarauerit alterum declarando possessorem, & possessionem relaxando, ac possessor declaratus possessionem acceperit pendente hoc tempore ad appellandum, talis possessionis adeptio, ac relaxatio non sunt vti attentata reuocanda, ea potissimum ratione † quia illa sententia secum traxerat executionem. arg. eorum, quæ diximus proximè de excommunicatione: Quod comprobatur idem ibi etiam exemplo commissionis de exequendo, & sententiæ interlocutoria, quæ cum trahant secum executionem non admittunt appellationem: vnde ex ipsius intentione videretur hæc limitatio reformanda, vt Regula non procedat in his casibus, in quibus sententia secum traheret executionem, quæ extensio, ac reformatio faris videtur admitti posse: quoniam cum per huiusmodi sequestrationem, & auocationem possessionis à Iudice absque partium consensu facta, possessio non perdat, ad no. per Bart. & docto. in l. licet. ff. de deposit. (statim atque per relaxationem à Iudice factam est sublatur impedimentum, quo impediatur possessor suam continuare possessionem.) possessor dicendus est continuare, non autem de nouo acquirere possessionem, merito non obstante, quod ista relaxatio, & subsecuta possessionis continuatio fiat pendente hoc tempore ad appellandum, non potest dici attentata, cum continuans non attentet, vt diximus supra capitu. I. de attentata lite pendente, in prima limit. princ.

Quinto vniuersaliter potest limitari, vt non procedat in omnibus casibus † in quibus est prohibita appellatio. arg. eorum, quæ diximus supra in prima, & secunda limit. Si enim vera est illa ratio, quod ideo in notorio, & possessorio gesta in

fra hos decem dies non sunt attentata, quia in his frustra differtur executio sententiæ, ex quo in eis non appellatur, hæc eadem ratio vendicat sibi vniuersaliter locum in omnibus casibus, in quibus prohibetur appellatio: Inde aliis videmus quod si Carceratus fractis carceribus aufugiat, si condemnatur, non potest regulariter appellare, quia habetur pro confesso, & conuicto, & si interim pendente hoc tempore decem dierum sua beneficia tanquam vacantia per priuationem conferantur, talis collatio dicitur valida ex hoc solo capite, quia appellatio erat eo casu prohibita, vt videtur decif. in recollet. A. Augustini 3. quæ incip. cum Andreas. ad med.

40 Sexto limita, vt non procedat in gestis per falsum procuratorem post sententiam, vel grauiamen extraiudiciale infra tempus ad appellandum, quia illa non esse attentata tenuerunt domini in vna Gerunden. coram A. Augustino, vt est decif. in recollet. Acchil. de Grass. 28. attentata post sententiam. sub tit. de attentat.

41 Septimo Fallit † in inuouatione legali, quæ pendente hoc tempore ad appellandum fieri potest, exemplum in condemnato, qui hoc medio tempore, & interim est infamis, & consequenter contra eum procedit inuouatio ista legalis: licet secus sit, quando est interposita appellatio, secundum Vital. in dicto tractat. claus. in claus. nil nouar. appellatione pendente. numer. 12. fol. 92. de cuius dicto valde videtur dubitandum, propter ea, quæ diximus supra in vltima ampliat. huius regulæ. numero vigesimo octauo. & infra capitu. seq. de attent. pendente appellatione in princ. in secundo exemplo primæ rationis, de qua ibi. num. 47. & seqq.

42 Octauo regula non procedit † quando postmodum appellatio non fuisset interposita in tempore, quoniam tunc cessant attentata, & gesta pendente termino ad appellandum non reuocantur, vt tradit in terminis, & bene notandum dicit Domin. in capi. venerabilibus. §. porro, ad fin. post glo. ibi versicu. secundo nota. de sentent. excommu. in 6. & est communis opin. de qua testatur Franc. ibidem. sub num. sexto, versicu. sed communis opin. & sequitur Felyn. in capitul. quoad consultationem. nu. trigesimo octauo. de re iudic. quem secutus videtur Didac. pract. quæstion. cap. vigesimo tertio. sub nu. secundo, versicu. illud tamen obiter, & videtur fuisse resolutum in vna Burgæ. decimarum de scalante coram Deza. 20. Aprilis 1553. in qua Iudex tertia Decembris tulit sententiam, & eadem die decreuit. mandatum executiuum, cumque deinde decima quinta eiusdem mensis (& sic non in tempore) appellatum fuisset, & prætenderetur dictum mandatum (tanquam decretum infra decem dies ad appellandum) esse attentatum, domini tamen eo casu tenuerunt nulla extare attentata: Pro quo facit, quod similiter fuit decifum in alia Neapolitan. attentatorum coram Fantutio 13. Iunij 1561. in qua (cum 22. Decembris 1554. fuisset lata sententia, & 24. eiusdem decretum mandatum executiuum, & 27. Decembris millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto (quo die fuit facta executio) fuisset interposita appellatio, & dubitaretur, an decretum mandati executiuum esset attentatum, & ad illud excusandum allegaretur, quod appellatio non fuit in

fuit in tempore, quia per annum post, quia tamè accipiendo annum à natiuitate (prout est ibi de Nilo notariorum) appellatio erat in tempore, domini dixerunt mandatum, & alia gesta pendente termino ad appellandum esse attentata, tacite sentientes, quod si verè appellatio non fuisset in tempore cessasset attentata, secundum hanc limit. Ex quibus subsistendum videtur de eo, quod legitur in decif. Mohed. 150. Papa contulit. sub rubrica de præben. † quod, puifio facta per Papam infra hos decem dies non coualescit, etiam si verè postea non appelletur, & videtur etiam decif. Chifanen. prima, incip. in termino ad appellandum ad si. vbi refert, quod collatio facta a b ordinario pendente termino ad appellandum à sententia priuatoria est nulla, in casu, quo sententia potuerit interponi, licet non fuerit interposita. Nonò limita id quod supra pro regula firmatum est, quod paria sint esse appellatum, & esse infra tempus ad appellandum, vt non procedat respectu tertij, quoniam si (non interposita adhuc per eum appellatione) fiat pendente hoc tempore ad appellandum) fiat executio sententiæ, & tertius ex eo solo, quod fuerit facta pendente hoc termino prætendat quoad se esse attentatam, executio non censetur quoad illum attentata, vt senserunt domini in vna Ariminen. bonorum coram Grato 13. Maij 1569. in qua licet ad deducenda attentata tertius (qui non fuerat in causa) allegaret executionem fuisse hoc tempore factam, & consequenter secundum regulam esse attentata domini tamen tenuerunt pro non attentatis.

DECLARA regulam suprapositam, Primò vt is, qui reportauit sententiam contra possit hoc tempore pendente † producere testes, nec per hoc videtur ipse attentare, aut appellationi futuræ renutiare, vt est decif. Rot. Bisignett. decif. 30. nu. 15. vtrum postquam.

Secundo declara, quod licet regulariter paria sint esse appellatum, vel esse intra tempus ad appellandum, dicto c. non solum. de appell. in 6. (vt iuprà dictum est) hoc tamen non procedit respectu compromissi, interim facit quia si fiat post appellationem interpositam, vtique excusat, vt non currant fatalia, † quod si fiat intra illos decem dies, non excusat, & si non appelletur causa fit de ferta, vt est decif. Guid. Pap. 115. compromissum. no. Mil. in verb. appellationis prosequenda. fol. 11. & in verb. terminus prosequenda appellationis. fol. 373.

Tertio declara, vt isti decem dies (qui dantur ad appellandum) currant à die scientiæ quando sumus in tertio appellatè, etiam si iste tertius habuerit scientiam litis motæ: quamuis enim ad hoc, vt sententia lata sibi noceat, sufficiat scientia litis motæ, ad hoc tamen, vt sibi currat tempus ad appellandum, non sufficit scientia litis, sed requiritur scientia sententiæ, vt eleganter hanc conclusionem tuetur Io. Cephal. in consil. 106. videbatur. numer. quarto, & per totum libro primo. vbi loquitur de veditore appellante à sententia contra emptorem lata, & iterum in consilio 279. tempus decem dierum. nu. quinto & seqq. libro 2.

Quarto, & vtiliter declara, vt ad hoc, vt currant isti decem dies ad appellandum à die sententiæ, non sufficit habere scientiam sententiæ, & ea

latam esse, nisi etiam habeatur notitia eam sic latam esse, vt post alios declarauimus infra cap. seq. in quinquagesima limit. princ. nume. 149. vbi latè tractauimus materiam hæc, quod regulariter appellari debet infra decem dies. nume. 135. & seqq. dic, vt ibi.

CAP. XII. DE ATTENT. ET INNOUATIS APPELLATIONE PENDENTE.

PRAEFATIONIS

SUMMARIVM

- 1 UTILIS ac maximè practicabilis est materia tentatorum appellatione pendente.
- 2 Appellatio quid sit, & eius diffinitio, seu descriptio.
- 3 Appellatio quando dicatur pendere.
- 4 Appellationem deuolutam esse, vel introductam, vel inchoatam inter se differunt.
- 5 Deuoluta appellatio dicitur, quando est legitime interposita, & parti intimata.
- 6 Introducta appellatio dicitur, quando est in auditorio principis introducta.
- 7 Inchoata appellatio dicitur, quando pars est citata secundum aliquos.
- 8 Appellatio quoad effectum attentatorum tunc pendere dicitur, quando illa legitime interposita est iudici, & parti intimata.
- 9 Appellatio regulariter est intimanda, ad hoc vt causæ attentata.
- 10 Defectus intimationis appellationis vitiat, quantum tamen præiudicium ipsius appellationis.
- 11 Appellatio eximit appellantem à iurisdictione Iudicis a quo.
- 12 Etiam si non sit superiori presentata, aut causa commissæ.
- 13 Argumentum hoc, & consequentia valet. Appellatio suspendit, ergo reuocantur tanquam attentata, omnia gesta post eam.
- 14 Finis appellationis multis modis contingere potest. Renunciatione, vt nu. 15. Per sententiam, vt nu. 23. Morte, vt nu. 24. Per desertionem, vt nu. 26.
- 15 Citata renunciatio tollit appellationem.
- 16 Appellans cõparens coram Iudice à quo censetur regulariter appellationi renunciare.
- 17 Compromissum faciens appellatione pendente, si super eo fuerit iudicatum videtur renunciare appellationi, secundum aliquos.
- 18 Expressa renunciatio appellationi interposita valet.
- 19 Pactum de non appellando si fuerit factum ante citatam appellatione pendente non reuocantur.
- 20 Obligatio de stando vnicæ sententiæ valet. Etiam si feratur sententia canonizatoria iuris de nouo producti, quando sumus in secunda instantia, vt n. 22.
- 21 Appellatio dicitur finiri per sententiam.
- 22 In morte appellatis, quando sumus in causa criminali, & ob crimen intentatum bona non veniunt confiscanda.
- 23 Alias etiam mortuo reo, quoad bona causa dicitur durare, vt nu. 25.
- 24 Ob desertionem, & lapsum fatalium appellatio finitur regulariter, & nu. 28. Quod Ampliatur duobus modis. vt nu. 29. & 30. Limitatur sex modis, vt nu. 34. 35. 36. 37. 38. & 41. Declaratur tribus modis, vt nu. 46. 48. & 31.
- 25 Iudex non tenetur videtur posse illaqueare appellan-

- tem, vt per lapsum termini ab eo præfixi appellatio fiat deserta remissiuè.
- 29 Iudex si habito termino pro seruato, & antequam pro parte appellantis fuerit facta instantia pro declaratione termini, sint lapsi quatuor anni, & deinde ad instantiam appellati terminus fuerit resolutus pro interlocutoria, sententia dicitur transisse in re iudi.
- 30 Fatalia currunt etiam si sententia non fuerit subscripta.
- 31 Compromissum factum in arbitros suspendit cursum fatalium, secus si in arbitratores, vt nu. 34.
- Etiā, si in compromisso fuisse tantum deductum negotium principale, non etiā causa appellationis, vt nu. 33.
- 32 Tempus compromissi in calculo fatalium subducitur.
- 35 Conuentione partium cursus fatalium suspenditur.
- 36 Remissoria per appellatū obienta fatalia non currunt.
- 37 Causa attentatorū pendente fataliū cursus impeditur.
- 38 Causa in cōfistorio principis pendente appellatione non fit deserta ob lapsum fatalium.
- Etiā si princeps nulliter pronunciaisset, vt nume. 39.
- 40 Quia per pronunciationem nullam non tollitur manus appositio principis.
- Quod verum, quando stat per occupationes principis, secus si adesset negligentia appellantis, vt num. 4.
- 42 Appellatio an fiat, deserta, si steterit per Iudicem, quominus causa intra tempus fatalium expediat remissiuè.
- 43 Iudicem semel interpellari pro expeditione causa, an sufficiat.
- Et multiplex interpellatio requiritur, vt numero 44. remissiuè.
- 45 Impedimento legitimo, si fuerit appellans detentus appellatio non censetur deserta.
- 46 Appellans in hispania, si ob bella tarde venerit ad cōmittendum causam, ita vt ad die appellationis, sit lapsus biennium, appellatio non est deserta, quia biennium hoc casu cōputatur ad die commissionis.
- 47 Fatalia regulariter incipiunt currere (quādo sumus in curia) a die interpositæ appellationis.
- 48 Extra curiam verò, & in partibus a die quo verisimiliter potuit appellans cōmitti facere causam in curia.
- 49 Annus licet secundum opinionem Speculat. incipiat currere, a die secundæ termini iuris, teneatur tamen appellans intra annum aliquam diligentiam facere.
- Nec sufficeret presentati commissionis, vt nu. 50.
- 51 Sedis vacatū rēpus deducitur in computatione temporis fatalium.
- 52 Appellatio, ob non petitionem apostolorum fit deserta.
- 53 Deserta quoque efficitur appellatio ob non reditionem pro apostolis.
- Nisi Iudex requisitus de apostolis de eis aliter non responderit, nisi, quod audiebat, nu. 54.
- Itē nisi (absque eo quod pro apostolis redierit) causā cōmiserit, & eius vigore obtinuerit inhiberi, nu. 55.
- Ita vt executio facta post huiusmodi inhibitionem dicatur attentata, vt nu. 56.
- 57 Cedula appellationis, si intra tempus legitimum (postquam fuerat viua voce appellatum) non detur appellatio censetur deserta.
- Etiā si fuissent dati reuerentiales, vt nu. 58.
- 59 Causa si non fuerit cōmissa intra decē dies cēset deserta.
- 60 Apostolis reuerentialibus datis censetur in curia, etiā datus terminus per Iudicem decem dierum ad cōmittendum causam.
- 61 Deserta regulariter dicitur appellatio, ob non cōmissione causæ intra decē dies datis reuerentialibus in curia.
- Ampliatur vno modo, vt nu. 62.
- Limitatur quinque modis, vt nu. 64. 71. 72. 73. 74.
- 62 Appellationis ab interlocutoria, si causa fuerit com-

- missa, cum clausula vnā cum toto negotio principali, & deinde feratur diffinitiuā, a qualicet fuerit appellatum nunquam tamē causa fuerit commissā, censetur deserta, nec substinetur vigore dictæ clausulæ.
- 63 Clausula vnā cū toto negotio principali appositā in cōmissione appellationis, ab interlocutoria, nihil operatur, quando Papa causam negotij principalis alteri commisit.
- 64 Diligentia appellantis, vt intra decem dies causa committeretur excusant a desertione.
- 65 Fides præsentationis commissionis facta per D. regentem cancellariā in calce commissionis appellationis regulariter excusat a desertione.
- Ampliatur primo etiam si fides diligentia prædictæ esset appositā in copia commissionis, vt nu. 66.
- Ampliatur 2. etiā si fides prædicta esset in vltima die decedē, vt nu. 67.
- Limitatur primo nisi appellās (etiā habens fidem diligentie) steterit p viginti septē dies, quibus cōmissio nē non redemisset a bācho Curforū, vt nu. 68. dūmodo non incidisset casus tempore feriarum, vt nu. 69.
- Limitatur 3. nisi appellans doceret de legitimo impedimento, vt nu. 70.
- 71 Appellatus si intra secundum terminū iuris obtineat appellati dari reuerentiales cum intimatione si appellās intra decē dies ab intimatione causam appellationis non cōmiserit, per hoc non censetur deserta.
- 72 Præsentatio commissionis vndecima die post appellationem excusat a desertione, si prius commissio fuerat in manibus curforum.
- 73 Desertio appellationis excusatur ob iustum impedimentum appellantis.
- 74 Appellatio licet de iuris subtilitate esset deserta, quandoque tamē ob qualitatē, & grauitatem causæ, non censetur deserta, & appellans super ea auditur.
- 75 Gestā pendente appellatione, regulariter veniunt tamquam attentata reuocanda.
- 76 Clausula vniuersalis negatiuè concepta de proprietate sermonis omnes casus, & personas complectitur.
- 77 Negatiua locutio semper maiorem vim habet quam affirmatiua.
- 78 Appellatione pendente nihil esse innouandū omnia iura clamant.
- 79 Institutio, & adeptio possessionis facta appellatione pendente a Rota habetur pro attentata.
- 80 Ratio quare appellatione pendente, nihil est innouandū, multiplex est. Prima quia
- 81 Appellatio conseruat statum appellantis, Secūda quia
- 82 Appellatio suspendit sententiam, & iurisdictionem Iudicis a quo, Tertia quia
- 83 Appellatio extinguit iudicatū, & dicitur Tiriaca aduersus venenum sententiæ Iudicis a quo.
- 84 Episcopus, seu alius depositus appellās potest interim excommunicare, & aliās officium suum exercere.
- 85 Nec interim dicitur depositus pendente appellatione.
- 86 Sententia lata ab Episcopo deposito, qui appellauit dicitur valida.
- 87 Obedientiā tolli non debet Episcopo deposito, quia appellauit.
- 88 Excommunicatus post appellationem ab eo interpositam non tenetur desistere a diuinis.
- 89 Condemnatus quādiu pendet appellatio, non dicitur condemnatus, & potest testamentum condere.
- 90 Bānitus non potest pendente appellatione impune offendere.
- 91 Vsurarius condemnatus, cum publicatione omnium bonorum si appellauit non potest contra eum pendente appellatione fieri executio.
- 92 Infamis non dicitur condemnatus, qui appellauit, sed

recusat

- retinet iura cuius Romani, & testamenti factionē ætenuam, & pāsiuam.
- 93 Crimen per mortem condemnati, censetur adeo extinctum, vt eius cadaver puniri non possit.
- Nisi essemus in casu, in quo hominis memoria damnari possit, vt nu. 94.
- 95 Canonicus per sententiā irrogantē infamiam condemnatus potest eligere pendente ipsius appellatione, & Testimonium ferre.
- 96 Arrestatus si ab eo appellauit, potest interim recedere, & ad superiorem recurrere.
- 98 Appellatio conseruat statum appellatis, etiam si illa deservatur.
- 99 Excommunicatus a sententia excommunicationis appellans interim est excommunicatus.
- 100 Et dicitur esse speciale in excommunicatione, quia secūtrahit executionem.
- 101 Nisi sententia excommunicationis fuerit conditionalis.
- 102 Sententia excommunicationis, quæ solet proferri in curia, nisi infra tres dicitur conditionalis.
- 103 Nisi hac dicto facit dispositionem conditionalem.
- 104 Suspendus dicitur ille, qui appellauit a sententia suspensionis.
- 105 Absolutus dicitur quis, non obstante, quod ab absolutio- ne ab excommunicatione aduersarius appellauerit.
- 106 A sententia absolutiois ab excommunicatione non datur appellatio.
- 107 Consuetudine stante quod perdens corpus ex sententiā perdat etiam bona, condemnatus appellans, appellatione pendente dicitur incapax, & perdit testamenti factionem.
- 108 Appellatio suspendit sententiā, ita vt interim non possit illius fieri executio.
- 109 Nec Iudex in causa procedere.
- Quod procedit siue admissa siue reiecta sit, num. 110.
- Et etiam respectu tertij, nu. 111.
- 112 Excommunicatus appellans potest interim priuari fructibus, & denunciari remissiuè.
- 113 Confirmatio extra iudicium facta, & alia extrajudicialia per appellationem non suspenduntur.
- 114 Appellatio extinguit pronunciatum: quatenus præterita, suspendit quatenus futura respicit.
- 115 Appellatio extinguit etiam præsumptionem, quæ solet esse pro sententia, secundum commu. opi.
- 116 Sententia (postquam est appellatum) dicitur iniusta.
- Et eatenus dicitur per appellationem extingui, vt nullum operetur effectum, nu. 117.
- 118 Appellatio est magis favorabilis, quam sententia.
- 119 Appellatio extinguit solum quoad ea, quæ facta sunt post litem contestatam.
- 120 Appellatio reducit causam ad statum in quo erat tempore litis contestatæ, secundum communem opinionem.
- 121 Statutum loquens de causis pendētibz, non vendicat sibi locum in causis pendētibz in 2. instātia per appellationem.

1 **A**MPLA est, utilis, & maxime practicabilis materia ista Attentatorum appellatione Pendente, ideo diligentius & plenius attingenda: arg. l. legau. ff. de liber. leg. vt etiā cōsiderauit Frac. in rub. extra de appellatio. & Vital. in tract. de clausul. in clausula nil noua. appell. penden. vbi inquit quod continet amplam, & quotidianam materiam: cuius amplitudinem, cum nullo commodiōri modo perstringi posse videatur, quam per viam regulæ, & limitationum, ita nos eam

explicabimus. Verum antequam ad regulam ponendam deueniamus ad huius rub. propositum, non ab re erit duo præmittere, prout illa duobus verbis cōcluditur. Primo videlicet quid sit appellatio. Secundo quando dicatur pendere.

Quo ad primum, licet multæ datae sint per doctores vtriusq; iuris appellationis diffinitiones, vt per Bart. in l. i. in princ. ff. de appell. & Panor. & alios in rub. extra eodem tit. tamē omnis diffinitionibus super dictarum diffinitionum veritate, ne videamur extra propositā tractatū nostri materiam longius diuagari, & Appellatio (secundum diffinitionē Franc. in rub. de appell. col. 1. quæ magis placet) est prouocatio ad maiorem Iudicē, ratione grauitatis illati, vel inferendæ quam etiam refert, sequitur, & declarat Marant. in specul. suo in 2. parte, sextæ partis principalis, in 3. actu, n. 1. & seq. Et de ista prouocatione secūdum terminos huius diffinitionis infra in discursu semper accipiemus appellationem in materia nostra.

Quo ad secundum, & quando scilicet appellatio dicatur pendere, licet hæc questio specificè a doctoribus non ponatur, eadem tamē potest consideratio adhiberi, quæ fuit facta supra cap. 4. de attentatis lite pendente in princ. videlicet vt consideremus principium ipsius appellationis, & eiusdem finē. His enim cognitis, & eius pendencia satis intelligetur. Duplex igitur circa hoc cadit inspectio.

PRIMA est quando appellatio dicatur incipere, in qua pro faciliore intelligentia, illud omnino considerandum est, quod alias habetur in iure circa appellationem & tres terminos inter se satis diuersos, videlicet appellationem deuolutam, appellationem introductam, & appellationem inchoatam & Deuoluta dicitur appellatio, quando est legitime interposita, & parti intimata, de quo per Ant. capitul. veniens. de re iudi. & in c. si duobus, de appell. in 6. & ponit remissiuè Mil. post Rot. decis. 19. & decisio. 164. in verb. deuolutio causæ. folio 87. licet corruptè videatur allegare cum dicta decis. non fānisi forte uoluerit allegare decisio. 23. aliās 139. in causa, de appell. in no. in qua habetur, quod tunc causa dicitur deuoluta, quando est legitime interposita, & parti intimata, iuxta formam clem. causam. de elect. & Introducta dicitur quando est in auditorio principis intimata, puta Vicecancellario, qui in hoc tenet auditorum Papæ. l. in offerendis. C. de appell. & leg. fi. §. in his. C. de temp. appell. secundum Mil. in verb. introducta, folio 170. & Inchoata autem dicitur quādo pars est citata. ad leg. final. §. 1. C. de tempor. appell. secundum Mil. in dicto loco: de quo tamen dicto Mil. aliquid subsistendum videtur, ex his, quæ ponit Rota decisio. 66. aliās 488. in Papa, de appell. in no. vbi vult, quod is, qui arripit iter ad impetrandam commissionem appellationis, satis dicitur inchoasse appellationem, quo casu impossibile est considerari partis citationem, cum nondum causa præsupponatur cōmissa: Quamuis autem aliās Rota decis. 13. aliās 322. de re iud. in no. in fi. in illis verbis, præsertim si causa appellationis non fuit cōmissa, nec dicitur pendere. & c. satis videatur tacite sentire, quod

quod principium pendentia appellacionis sit, quando causa est commissa: breuiter tamen in hoc ita dici potest, quod quo ad effectum attentatorum, appellatio non dicatur pendere, ex eo solo quod illa sit, aut deuoluta, aut introducta, vel illius causa commissa, aut etiam inchoata, (secundum terminos dictae decisionis 66. alias 488. si Papa, de appell. in no. t. Sed bene quando illa (postquam fuit legitime interposita) est iudici, aut parti intimata, ita, & taliter, quod illius pendentia non videtur causare effectum attentatorum, nisi praesupposita tam in iudice, quam in parte illius notitia, praesertim consideratis casibus, in quibus in absentia iudicis, aut partis potest appellari, de quibus per docto. in c. si iustus metus, de appell. Et in terminis nostris, quod licet, quo ad validitatem appellacionis, non sit necessaria intimatio iudici, nihilominus, quo ad attentata requiritur, est decisio. Rot. 38. alias 309. Attentata de appell. in no. quod non praesupposita intimatio, aut notitia appellacionis non est quod iudici, aut parti imputari possit: & post d. decisio. tradit Franc. in c. bonae. col. antepe. vers. nona conclusio, & in c. si iustus metus. nu. 47. de appell. pro quo facit, quod ponit ap. alleg. 39. an valeat. n. 10. & Marat in spec. suo in 3. par. sexta par. princ. q. 7. n. 391. Et praemissa de intimatione faciendae non solum procedunt respectu iudicis a quo, verum etiam partis appellatae: nam generale est quod regulariter appellatio, ut inducat effectum attentatorum est intimanda, ut dicemus latius in 2. limit. 15. ampliat. princ. regula, quam mox posituri sumus in hoc 12. cap. de attentatis appellacione pendente, numero 2. & in specie videtur decisio. Egid. 172. defectus. dum vult quod defectus intimationis appellacionis vitiat, quantum tangit praesudicium ipsius appellacionis, prout esset, si gesta per ipsum post appellacionem non intimata dicerentur attentata: Ex quo satis patet non posse facile admitti, si quod sentiebant domini in dicta decisione 13. alias 322. quod appellatio per commissionem causae dicatur pendere: Et ultra praemissa contra fa. quae ponit Lap. alleg. 2. sub numero quinto. vers. ad hoc, dum vult, quod appellatio suspendit, & eximit appellatorem a iurisdictione iudicis, a quo, tamen si appellatio non sit superiori praesentata, aut causa commissa: Vnde si hoc casu operatur effectum suspensiuum, si non sit commissio, ergo necessario, & consequenter operatur reuocationem attentatorum (etiam ante commissionem) dummodo pars habeat illius notitiam, per supradicta, quia tamen valet arg. appellatio suspendit, ergo reuocantur attentata, & eo sapius videtur Franc. & formaliter in c. bonae, nu. 36. de appell. & per hoc satis patet quando appellatio ad effectum attentatorum dicatur incipere, quae erat prima inspectio secundum ea, quae supra proposuimus.

SECUNDA nunc sequitur inspectio, quando scilicet appellatio dicatur finiri, & terminari. Finis autem appellacionis pluribus modis contingere potest.

15 Primo tamen renunciatione, non solum tamen tacita, puta per comparitionem tamen coram iudice a quo, ad not. per docto. in c. gratum, de offic. delega. & c. cum venissent, de testibus, & in l. ad solutio-

nem. C. de re iudica. & per Franc. in cap. cum teneamur, in ultimo notabili, de appell. tamen Vel per compromissum (super quo fuerit laudatum) factum appellacione pendente, ut sentit Alexan. in consil. 63. in causa, sub numero 5. libr. 3. Verum etiam tamen expressa, quae potest esse tam appellacioni interposita, puta quando per transactionem receditur a lite, ad not. per docto. in leg. postquam liti. C. de pact. & diximus supra latius in hac secunda parte, capitulum 4. de attent. lite pendente, in praefatione, numero 243. & multis sequentibus, quae etiam appellacioni interponenda, puta si fuerit factum pactum, de non appellando, quo casu ad propositum nostrum attentata non reuocantur, ut animaduertit Guid. Papae, in tractat. de appell. quae est. 106. tamen Vel quando fit obligatio stando vnicuique sententiae, quae conuentio de iure valet, ad text. in l. fin. C. de temporib. appell. ut est decisio Rot. 2. alias 287. licet appellacioni. de renunciatio. in no. & no. Franc. in c. interposita. §. illa denique, numero secundo, de appell. Fely. in capitulo ex parte. el. 2. numero sexto de rescript. & in capitulo si diligenti, numero septimo de for. compet. Paris. consil. 34. numero 25. li. primo. & quod eo casu non liceat appellare, tenuerunt Domini in vna Pampilonen. Prioratus. 8. Nouembris 1555. coram Chisanen. Ex quo (prout ex factis, quod ibi praesupponebatur potest colligi) hoc dictum tamen ampliari potest, ut (si huiusmodi obligatio facta fuerit in secunda instantia) illa operetur, non solum si feratur sententia confirmatoria prima, verum etiam si feratur sententia sit canonizatoria iuris de nouo in secunda instantia producti.

23 Secundo Appellatio dicitur finiri per sententiam, & sic quando super appellacione est pronuntiatum, ut est text. in l. ff. nil nouari appellacione pendente, ibi de appellacione erit pronuntiatum & c. Et faciunt, quae latius supra diximus in dicto capitulo quarto, in praefatione, numero ducentesimo decimotertio, quod per sententiam regulariter lis finitur.

24 Tertio etiam tamen morte appellantis dicitur appellatio finiri quando sumus in causa criminali, & crimen contra appellatorem intentatum non est tale quod etiam bona veniant confiscanda, quia tunc etiam si pendente appellacione appellans moriatur (licet respectu personae, & criminis intentati appellatio dicatur finita) quo tamen ad causam bonorum adhuc dicitur durare, ad not. in rubr. & tot. titulum. C. si pendens appellat, mors interuenerit: & fa. quod diximus in dicta praefatione, numero 263. quod si etiam morte finitur, per quam consequenter etiam ipsa appellatio finiri diceretur, quando essemus in secunda instantia.

26 Quarto appellatio finiri dicitur tamen ob defertionem & lapsum fatalium: Verum quia iste lapsus fatalium multis modis contingere potest, circa quos, & singulos eorum (ad demonstrandum qualiter appellatio finiatur, & illius defertio inducatur) plura veniunt dicenda, & declaranda. Primo proponemus, quae generaliter materiam huius lapsus fatalium respiciunt, deinde ea, quae particulares fatalium modos concernunt subiiciemus, in caeteris lectorem ad Franc. remittentes, in c. personas. in glo. 2. numero 3. & sequentibus.

27 vers. circa primum scias, ext. de appell. tamen vbi nouem modos videtur ponere, quos habet iudex a quo ad illaqueandum ipsum appellatorem, ut per lapsum termini ab eo praesertim appellatio fiat deserta, si itaque

28 Regula, tamen quod appellatio per lapsum fatalium dicitur finiri, & sit deserta. leg. fin. & tot. titulum. C. de tempor. appell. not. docto. in cap. cum sit Romana, & in c. ex ratione de appell. & declarat eleganter Vestr. in praxi Ro. C. 1. 7. capi. ultimo. numero 8. vers. sed postquam diximus, Quae Regulam

29 Amplia Primò, tamen ut fatalia currant, & ob illorum lapsum appellatio censeatur deserta, etiam si intra fatalia fuisset per iudicem habitus terminus pro seruato, & deinde antequam pro parte appellantis fuisset facta instantia, quod terminus aperiretur, & declararetur, ac diffinitiuè pronuntiaretur lapsi essent quatuor anni, nulla facta fatalium prorogatione, & demum ad instantiam appellati terminus fuerit resolutus & subscriptus pro interlocutoria, quia tam de rigore, quam de aequitate, sententia a qua fuit ut praesertur appellatum dicitur transiisse in rem iudicatam, ut fuit tentum in vna Segobien. de aldea coram Acorambono 27. Aprilis 1556. Secundo tamen ut tempus fatalium currat etiam si sententia non fuerit adscripta, ut fuit tentum in vna Calaguritana admisionis coram Robustorio 29. Ianuarij 1565.

31 Limita eandem Regulam, Primò tamen quando interim fuisset factum compromissum in arbitros, ad no. in authen. si tamen. C. de tempor. appell. & in clem. quando, de appella. & sentit Casad. decisio. 9. incip. an esset deserta, numero 7. de appell. Nam tamen tempus compromissi in calculo fatalium subduceretur, ut declarat etiam Vestr. vbi supra numero 17. vbi id etiam vno modo ampliat, ut scilicet procedat haec limitatio, tamen etiam si in compromisso fuisset tantum deductum negotium principale non etiam appellacionis causa, post Franc. in dicto c. ex ratione, col. 7. versicu. quarto queritur, de appell. Quam limitationem

34 sublimita, ut non tamen procedat quando compromissum fuisset factum in arbitros, tunc enim compromisso non obstante appellacionis tempora currunt, ut post Ancharan. in consil. 284. in cip. habebis, declarat Grauat. apud Vestr. vbi supra. num. 41. Secundo tamen limita, ut non procedat, quando inter partes fuisset conuentum, quod per aliquod tempus fatalium cursus suspendere tur, ut post Franc. in dicto cap. ex ratione, col. 12. vers. sed iuxta praedicta: & colu. 14. vers. sed aduerte primo. declarat Vestr. vbi supra. sub numero. 18.

35 Tertio tamen ex eodem ibi sub dicto numero 18. limita non procedere, quando appellatus remissoriam obtinisset, quia cum tunc dilacione remissoria pendente officium iudicis conquiescat. siue pars. C. de dilacionibus, cum simil. pendente tempore remissoria fatalia non currunt, ut videtur inclinare Casad. dicta decisione nona, de appell.

37 Quarto fatalium tempus non curreret, quando medio tempore incidisset causa attentatorum: nam illorum priuilegio statutum est ut penden-

te articulo attentatorum, fatalia non currant in negotio principali. Rota decisio. 15. alias 102. fatalia de appell. in no. cum aliis latius adductis infra in tertia parte capitulo 30. de priuileg. attentatorum. in 10. priuilegio, vbi per opportunas Ampliationes, ac limitationes plenè praesentem conclusionem explicauimus. Quintò tamen ut etiam si lapsa sint fatalia appellatio tamen non dicatur deserta causa in consistorio principis pendente, ad no. per docto. praesertim Felyn. in cap. venerabilis. de iudic. & videtur de cif. Caputaquen. 1. 130. quod Ampliari potest ut procedat non solum si princeps in causa non pronuntiat, tamen verum etiam si nulliter pronuntiauerit, quia per pronuntiationem tamen nullam non tollitur manus principis appositio, ut declarauerunt Domini in vna Parmen. castri Iuliani coram Caputaquen. 17. Nouembris. 1560. ut est decisio in recollet. eiusdem 225. incipien. pendente. Et similiter declarat, tamen ut tunc non currant fatalia, quando stat per occupationes principis, & secus si adesset negligentia appellantis, ut post docto. in auth. sed lis. C. de tempor. appellat. tradit non minus late, quam eleganter Sigismund. Loffred. in consil. 14. in causa, numero 72. Quid autem tamen si steterit per iudicem ad quem, quominus causa intra tempus fatalium expediretur, an appellatio hoc casu censeatur deserta? & an sufficiat tamen semel iudicem pro expeditione interpellari, vel potius multiplex requiratur interpellatio? habes eleganter post alios apud Ofac. in decisio. Pedemon. 12. appellans. per tot. praesertim numero. 7. vbi concludit tamen quod requiritur multiplex interpellatio.

45 Sextò generaliter limita, ut non procedat quando appellans intra tempus fatalium fuisset legitimum impedimento detentus, quominus appellacionem fuerit prosecutus, ut post Innocen. Imol. atque etiam Ant. de Butr. ibi tradit Franc. in dicto capitulo ex ratione, numero trigesimoquinto, de appell. & ponunt etiam Vestr. & Grauat. apud eum, vbi supra, Et propterea tamen si appellans in Hispania ob bella tarde venerit ad committendum causam, ita ut a die in terpositae appellacionis non autem a die commissae causae super appellacione lapsum esset biennium (stante dicto bellorum impedimento) appellatio non censeatur deserta, & biennium computatur hoc casu a die commissionis non autem a die appellacionis, ut est in recollet. Caputaquen. secunda, decisione tertia incipien. appellans.

47 Declara eandem regulam primò quod tempus horum fatalium regulariter incipit currere a die appellacionis, non autem a die praesentatae commissionis, & dati iudicis, quando sumus in curia, quia si labatur biennium a die appellacionis licet non a die commissionis appellatio censeatur deserta, per text. in clem. sicut. & ibi notant omnes de appell. & tradit Prosp. Ca raut. in Rit. mag. cur. Ritu 169. num. octauo, ut fuit tandem resolutum post iteratas aduocatorum informationes in vna Burgen. praesertim coram Aldobrandino 15. Maij 1564. in qua maior pars tenuit pro defertione, non obstante, quod in fatalia propositione 5. Maij eiusdem anni Domini (consideratis nonnullis circumstantiis) viderentur fuisse pro non defertione. Quod etiam

(in appel

- (in appellante in curia) dicebatur ibi fuisse alius decisum in alia. Oueten coram Io. Pau'o, & videtur esse decis. Put. 2. decis. 58. In appellatione
- 48 t autē in partibus interposita currit a die, quo verisimiliter potuit appellans committi facere causam appellationis in curia, & ita limitatur dicta clemen. sicut, vt est decis. Putei 10. incip. tempus, sub rubr. de appell. & eiusdem decision. 151. & 154. & fa. supra allegata decisione Caputaquen. primo decisione 3. incip. appellans. Secundo declara. quod licet t̄ annus secundum opin. Speculat. incipiat currere a die secundi termini iuris, tamen appellans tenetur facere intra
- 50 annum aliquam diligentiam, t̄ nec sufficit presentatio commissionis: Fastolus dub. 37. Cassa. de appell. decis. 6. sub numer. 8. Achill. de appell. decisio. 11. alius appellatio censetur deserta, vt t̄nuerunt domini in vna Roma. duorum millium
- 51 coram D. meo Oradino 22. Octobris 1565. t̄ Tertio quod in computatione temporis ad effectū videndi, an appellatio sit deserta ob lapsum fatium est deducendum tempus Sedis vacantis, vt fuit resolutum in vna Bracharen. S. Eufemia coram Grato 20. Decembris 1568. & est decis. Caputaquen. 1365. & Paleott. decis. 38. Quonia verō appellationem finiri, & fatalia expirare diuersimode contingere potest, sciendum est, quod nedum per lapsum fatium hoc est anni, vel (secundum diuersitatem casuum) biennij, sed etiam alijs modis appellationi finis imponi potest, &
- 52 Primò per t̄ non petitionem apostolorum, tenetur enim appellans post interpositam appellationem, & in ipso actu apostolos, & litteras dimissorias petere, quod si neglexerit appellatio efficitur deserta, & illius effectus expirat, ad not. in l. eos. §. apostolos, & in leg. præses. C. de appellat.
- 53 Secundò t̄ ob non reditionem pro apostolis tenetur enim similiter appellans (postquam de illis sibi responderi petiit, & fuit sibi datus terminus, vel iuris, vel alius arbitrio iudicis) intra terminum redire pro apostolis, alius appellatio diceretur deserta, & censetur finiri, ad tex. in clē. quamuis, de appell. & in c. ab eo, & ibi notat omnes eodem tit. in 6. & hoc debet facere intra triginta dies, quide iure cōmuni est terminus ad id præfixus, vt in dictis iuribus, licet aliud sit de consuetudine in aliquibus locis, vt in curia magnæ vicariæ, in qua dantur dies quinquaginta, vt per Caraut. Ritu 160. in prin. & per tot. Quod & si regulariter verum sit, quandoque tamen deserta non censetur appellatio, & Primò quando
- 54 iudex t̄ requisitus pro apostolis, dixerit, quod ille audiebat, & nihil vltra responderit, & appellans amplius pro illis non redierit, vt eueniente casu fuit notabiliter per Dominos alius dictū in vna Toletan. capellanæ coram D. meo Oradino 16. Iunij 1567. in qua t̄nuerunt, quod appellatio sustineretur considerando quod aut iudex dicēdo, quod audiebat haberet pro tacente, & tunc censetur denegasse, & appellans non tenetur redire, aut non habetur pro tacente, & tunc (cum non dederit terminum iuris) censetur denegasse, d. clem. quamuis, §. fi. vbi Card. quartio. 2. Secundò
- 55 t̄ appellatio excusaretur a desertione si appellans a diffinitiuā habito termino iuris absque eo qđ

- amplius pro apostolis redierit causam appellationis intra dictū terminum commiserit, & eius vigore obtinuerit inhiberi, quamuis enim alius ob non reditionem pro apostolis causa dicatur deserta. c. ab eo. de appell. in 6. quando tamen intra terminum causa appellationis committitur non dicitur deserta, t̄ immo si post inhibitionem illius vigore emanatā appellatus obtineat (etiā vigore specialis cōmissionis super prætensa re iudicata) fieri executionem, & possessionē capiat, talis possessio, & executio censetur attentata, vt fuit tentum in vna Nucerna attentatorum corā Lancillo. 17. Maij. 1568.
- 57 Tertio t̄ appellatio a diffinitiuā interposita deserta censetur, si postquam fuerit viua voce appellatum intra tempus legitimum decem dierum cedula appellationis in scriptis non fuerit
- 58 data, t̄ etiam si fuissent dati reuerentiales, quicquid dicat Rot. decis. 54. alius 385. si appellatur, de appell. in nouis, vt fuit resolutum in vna Gerunden. Camerariæ corā Rossanen. 24. Febr. 1548. vt est decis. in recollet. Putei. 5. appellatio interposita. sub rubr. de appell.
- 59 Quarto t̄ finiretur appellatio, & diceretur deserta, si datis apostolis reuerentialibus causa appellationis intra decem dies non fuisset commissa, t̄ quia datis reuerentialibus in curia. censetur etiam per iudicem datus terminus decem dierum ad committendum causam. Rot. decisione 66. alius 478. si Papa, de appellationibus, in no. Cassa. decis. 4. de appell. Crescen. decision. 25. tempus, sub rub. de appell. & si hoc casu etiam ob non commissionem causæ intra decem dies induceretur desertio, Verum quia hoc dictum licet in se verum sit, tamen non videtur perpetuum, breuitati inhærendo potest in eo constitui
- 60 Regula t̄ quod datis reuerentialibus in curia ob non commissionem causæ appellationis intra decem dies appellatio fiat deserta, quæ probatur per supradicta. Quæ
- Ampliari posse videtur vno modo, vt procedat etiam si lata fuerit prius sententia interlocutoria, & ab ea interposita appellatio, & commissa causa cum clausula vna cum toto negotio principali, & deinde feratur sententia diffinitiuā, a qua licet fuerit appellatū, nunquam tamen reperiretur causa appellationis commissa, quia dicitur causa deserta, nec sustinet vigore clausulæ vnā cum toto negotio principali, de qua in commissione causæ appellationis ab interlocutoria, vt fuit dictum in vna Taruina legitimitatis coram D. meo Oradino 1. Febr. 1557. t̄ quia illa clausula nō operatur ex quo Papa causam negotij principalis alteri commisit. Nec obstat capitulum super eo, de appellationibus, in sexto, quia vt ibi dixerunt Domini, illa causa poterat expediri absque cognitione, & cōmissione negotij principalis.
- Limita prædictam conclusionem,
- 64 Primò, t̄ non procedat t̄, quando appellans (licet causam vt supra non commiserit) fecit tamen intra dictum terminum diligentias, vt causa committeretur apud D. Regentem cancellariæ, vel alium signatorem, quia si vel illis non repertis, vel forte ob aliqua impedimenta commisionem appellationis expedire non possint satis erit

- satis erit in termino porrexisse commissionem, & protestari de diligentia. Immo t̄ solet appellans ad maiorem cautelam pro fide presentatio nis in termino accipere ab ipso signaturæ præfatio, vel D. Regente cancellariæ fidem manu sua in calce commissionis de die illius presentationis. Qua diligentia adhibita desertio euitatur, vt docet Cassa. decis. 4. de appellat. numero secundo, & latius Vestr. in praxi Ro. cu. lib. 7. cap. ultimo. sub numero quinto, quam limitationem amplia, Primo, vt procedat, t̄ etiam si diligentia appellantis, & fides manu domini Regentis esset posita non in commissione ipsa originali, sed in eius copia, prout quandoque fieri solet, & alius factum fuit, & per dominos ad excusandum desertionem admissum in vna Parmen. pensionis inter R. P. & D. meum D. Abbatem de Pinna, ex vna, & Capitaneum Nicolaum ex altera coram Serafino nono Iulij 1570. in qua licet allegaretur quod appellatio erat deserta, ex quo datis reuerentialibus 18. Iunij commissio causæ appellationis fuerat presentata 4. sequentis mensis Iulij. Domini tamen t̄nuerunt pro non desertione, ex quo de diligentia manu D. Regentis constat, ex copia commissionis. Secundo t̄ etiam si fides diligentie prædictæ esset in vltima die decendij, & propterea dum alius dubitaretur in vna Hildesien. vicariæ coram Quiroga 13. Februarij 1557. an tante sententia lata 1. die Iunij, & reuerentialibus 9. eiusdem, appellatio diceretur deserta artento, quod nō fuerat commissa infra decem dies, sed habebat tantum diligentias manu D. Regentis, sub die 19. eiusdem, & presentationem 37. Iulij, & terminum ad dicendum contra 26. Octobris eiusdem anni. Domini fuerunt pro non desertione, eo quia materia incidit in tempore feriarum, & non fuerant lapsi, nisi 38. dies. alius fuissent pro desertione, vt annotauit in dicta causa D. meus Oradinus. Quam limitationem sublimita vno modo ex intentione Putei decis. 6. incip. appellatio fuit habita pro deserta. sub rubr.
- 68 de appellat. t̄ quando scilicet appellans stetit per viginti septem dies, quibus commissionem appellationis non redemit a banco cursorum, quonia eo casu appellatio dicitur deserta etiam si in tempore habuisset fidem diligentie manu D. Regentis, vt fuit tentum in vna Gienen. scolastriæ coram Peregrino 15. Februarij 1546. vt in dicta decis. Putei. 6. quod & alius fuit tentum in alia Vlix bonen. coram Reumano 19. Octobris 1551. vt est decis. in recollet. Guido bon. 39. incipien. fuit tentum. Declarando tamen presentem limitationem t̄ nisi casus incidisset tempore feriarum, secundum ea, quæ proximè dicta sunt, & nisi t̄ appellans doceret de aliquo legitimo impedimento, vt considerabant alius Domini in alia Burgen. feruitij coram Aldobrandino 4. Iulij 1575. in qua nisi docto de impedimentis fuerunt pro desertione ex quo commissio appellationis steterit per dies 52. quibus non fuerat iudici presentata.
- 71 Secundò limita t̄ vt non procedat quando interposita appellatione iudex dederit appellanti terminum iuris, & deinde sibi postmodum redeūti pro apostolis dederit alium terminum iuris, & appellatus intra secundum terminum iuris

- obtinuerit dari reuerentiales, cum intimatione qua facta licet appellans intra decem dies ab intimatione causam appellationis non commiserit, per hoc tamen eius appellatio non dicitur deserta, vt fuit per Dominos resolutum in vna Astoricen. Parrochialis coram Dezza, 17. Maij 1553. & iterum in eisdem terminis in alia Oueten. Abbatissatus, coram domino meo Oradino 10. April. 1559.
- 72 Tertio t̄ quando causa (si non intra dictos decem dies) saltem die sequenti fuerit commissa, & ideo appellatio non diceretur deserta, si vndecima die post interpositam appellationem fuerit commissio presentata iudici ad quem, dummodo prius fuerit in manibus cursorum, vt est decis. in recollet. Simonetta quarta, incip. in vna Roscen. coram Triultio, sub rubrica, de appellationibus.
- 73 Quarto t̄ si appellans fuerit aliquo iusto impedimento detentus, quo minus causam appellationis intra dictum tempus commiserit, regulare enim est, quod stante iusto impedimento appellans excusetur a desertione, vt not. doctores, præsertim Franc. in cap. ex ratione. numer. 35. de appellatio. & propterea alius in vna Burgen. feruitij corā Aldobrandino 4. Iulij 1565. fuit dictum, quod si commissio appellationis steterit per dies 52. quibus nō fuerit presentata iudici, debet censi deserta, nisi doceretur de legitimis impedimentis.
- 74 Quintò limita t̄ vt quandoque ob qualitatem & grauitatem causæ (non obstante, quod contra appellantem, ex eo quia debito tempore causam non commisit, esset inducta desertio) nihilominus ille audiat. Nam licet aliqua causa de iuris subtilitate esset deserta (prout si appellatio sit interposita nona Iulij, & decimanona eiusdem dati reuerentiales, & commissio, quamuis habeat fidem presentationis manus domini Regentis 28. Iulij, ad banchum tamen cursorum non venit nisi prima Martij sequentis anni.) Nihilominus quandoque Domini ex causa non obstante desertione, appellante audire solent, prout fuit factum in vna Palentina matrimonij coram Aldobrandino 27. Maij. 1566. in qua, cum supradictus casus euenisset, fuit dictum, quod licet de iuris subtilitate causa videretur deserta, attamen quod ob qualitatem & grauitatem causæ appellans audiretur.
- Ex quibus omnibus satis constare potest, quando appellatio dicatur p̄dere, cum eius extrema, videlicet, quomodo incipiat, & quomodo finiatur, sint cognita: Nunc deueniendo ad principale propositum attentatorum appellatione pendente, materiam ipsam pro commodiori tractatione (cum ampla & lata sit) per viam regulæ & limitationum perstringemus. Sit igitur
- 75 REGULA principalis, t̄ quod gesta pendente appellatione dicuntur attentata & inno uata, & reuocanda veniunt. Regula assumitur ex rub. & toto tit. ff. nil noua. appell. pendem. & C. vt lit. pend. Quæ t̄ cum sint indefinitæ, sed negatiuè conceptæ vniuersaliter de proprietate sermonis omnes casus, & personas complectuntur, vt considerat Decius in consilio tertio, & Tra&. de Attent. 9.

diligenter, columna quarta, numero quarto, & la-
 tius Tiraquel. in l. boues. §. hoc sermone. in 7. li-
 mit. numero quarto. ff. de verborum significatio.
 77 vbi ostendit semper maiorem vim habere t̄ locu-
 tionem negatiuam, & prohibitiuam, quam affir-
 matiuam: quod etiam affirmavit Roland. à Val-
 le, in tract. de lucro dotis. q. 31. numero septimo, &
 Alciat. cōsilio sexto multa, numero decimo septi-
 mo libro quarto. Vnde aliàs dicebat Dec. in con-
 silio 200. in causa, in princ. libro primo. Quod re-
 gula communis est, quod attentata appellatio-
 78 pende veniant reuocanda t̄ & quod omnia iu-
 ra clamant appellatio pende nihil esse inno-
 uandum, vt dicit idem Dec. in consilio 97. in ca-
 su, numero primo, libro primo, quod dictum re-
 fert, & sequitur etiam Aug. Bero. in consilio 116.
 pendente, numero decimo, libr. 3. & quod ista sit
 communis vtriusque iuris regula, testatur etiam
 nouissimè Viuius: commun. opin. lib. 2. opi. 30. in-
 cip. attentata, in princ. & vulgatam hanc esse re-
 gulam tradit etiam nouissimè Misinger. cōsil. 8.
 primā decādis, numero decimo tertio, qui alios
 in id allegat. Pro qua regula multa allegat Alex.
 & ibi apostillantes apud eum in consilio 99. visis.
 numero tertio, libro quinto, & nouissimè etiam
 79 Bap. de A sin. in sua praxi Iudic. §. 31. cap. 2. in
 2. limit. princ. per to. & Grat. in cons. 103. in præs-
 ti. numero nono, libro 1. & consilio vigesimo sex-
 to, & si causa sit. numero 11. libro secundo, & Por.
 Imolen. in consilio 66. nemini dubium, numero
 vigesimo tertio libro secundo, & nouissimè etiam
 Menoch. in consilio secundo incip. magni, nume-
 ro 150. libro primo, & Aemilian. consilio 77. diui-
 no, in princ. & ideo tenuit Rot. in pluribus causis,
 quod quando lis est introducta intra duos præs-
 tatos, & fertur sententia, pro vno à qua appella-
 tur, si fiat postmodum t̄ institutio, & capiatur pos-
 sessio, quod talis possessio à Rota habetur pro ar-
 tentata, vt fuit dictum in vna Tolerana Cappella-
 niæ coram D. meo Oradino 9. Iulij 1577. Quam
 regulam iuribus, & auctoritatibus comprobare
 superfluum est, cum hæc apud omnes etiam idio-
 tas sit trita, & quasi pro adagio vsurpata conclu-
 sio. Illius autem ratio prætermittenda nullo mo-
 do est, cum ex illius declaratione non modica re-
 sultet vtilitas. Et quamuis tex. in l. 1. ff. nil noua. ap-
 pell. penden. ibi integer enim status, & c. videatur
 ponere solum hanc rationem, quia scilicet appel-
 80 latio conseruat statum appellantis, Triplex t̄ ta-
 men ratio huius regulæ ex dictis doctorum in di-
 uersis locis colligi posse videtur: Prima cum iure
 81 consulto in dicta l. 1. quia t̄ appellatio conseruat
 82 statum appellantis: Secunda t̄ quia appellatio su-
 spendit sententiam, & iurisdictionem iudicis à
 83 quo. t̄ Tertia quia appellatio extinguit iudica-
 tum, & dicitur tiriaca aduersus venenum, id est ad-
 uersus sententiam iudicis à quo, vt post Bald. in 1.
 C. si de momen. poss. tradit Prosper. Carauit. Ritu
 256. numero secundo. Et quia prima ratio licet sit
 in se vera, tamen non est perpetua, & aliquas reci-
 pit declarationes, secunda autem, & tertia sim-
 pliciter intellectæ videntur inter se contrariæ, nisi
 distinctione concilientur, idcirco (vt omnis hæc
 materia gestorum appellatio pende diluci-
 dius, & facilius apprehendi possit) has singulas ra-
 tiones declarabimus singulis applicando, quæ ad

materiam nostram facere, videbuntur.

Quo ad primam rationem, quod ideo appel-
 latione pende nihil sit innouandum, quia scilicet
 appellatio conseruat appellantis in statu, in quo
 erat ante sententiam, videtur tex. in alleg.
 l. 1. ff. nil noua. appel. penden. & in l. sciendum, ibi
 omnia in eodem statu. ff. de appellat. recip. & in
 leg. appellatio. C. de appell. ex quibus potest
 colligi.

REGULA quod appellatio conseruat statum
 appellantis, ita vt appellans possit omnia expli-
 care, quæ poterat ante sententiam, quæ regula po-
 test multipliciter exemplificari.

84 Primò t̄ in Episcopo, seu alio deposito, qui à
 depositionis sententia appellat, nam interim ea
 pendente excommunicare, & aliàs officium suū
 exercere potest, vt not. Abb. in c. 2. numer. sexto,
 & ibi Apostill. extr. vt lit. penden. & Mil. in verb.
 prælati sententia, & no. etiam Franc. post
 alios, in c. cum teneamur. numero 8. & in c. ad hæc
 quoniam, in princ. & in c. sæpè, de appell. vbi. o-
 quitur generaliter de hac materia: & specialiter
 in glo. in verbo rata, numero trigesimo secundo,

85 dicit, t̄ quod interim talis depositus, qui appella-
 uit, non dicitur depositus, & no. latè, & eleganter
 Dec. consilio ducentesimo decimo quarto, in cau-
 sa cathedrali ferè per totum: præsertim in versic.
 his non obstatibus, vbi plures illationes adducit,
 & fa. quæ ponit idem Dec. in c. dilecti. numero 5.

86 extra de appell. dum vult, t̄ quod valeat sententia
 lata ab Episcopo sup̄p̄so, qui appellauit, & quod

87 interim, pendente appellatio, t̄ non potest sibi
 tolli obedientia, Pro qua facit, quod dicit aliàs

88 Paris. t̄ quod excommunicatus post appellatio-
 nem ab eo interpositam non tenetur desistere à
 diuinis, in consilio vigesimo octauo, ad resolutio-
 nem, nu. 30. lib. 4.

89 Secundò in bannito qui appellauit t̄ cōdem-
 natus enim quandiu pendet appellatio, non dicitur
 condemnatus, & potest condere testamentū,
 vt per Franc. (vbi multa similia adducit) in rubr.
 de appell. sub numero 20. & seq. Firma. in suo au-
 reo repert. in verb. appellatio pende: versic.

90 & vers. 50. Et insuper stante statuto, t̄ quod ban-
 nitus possit impunè offendi, si ille appellauerit,
 non poterit offendi, vt no. Bar. post Dyn. in l. 3. §. si
 feruus. ff. de acquir. posses. vt est communis op. de
 qua latius infra, in 4. amplia. prin. numero tertio,
 & faciunt, quæ de Bannito diximas suprà cap. præ-
 cedenti, in 1. ampliat. numer. vigesimo primo. Sic

91 etiam t̄ si aliquis tanquam vsurarius, condemna-
 tus cum publicatione omnium bonorum appel-
 lauerit, non potest contra eum pendente appella-
 tione executio fieri, vt post Afflic. super constit.
 regn. in constitu. incip. vsurariorum. libro primo
 numer. 13. tradit nouissimè Io. Bap. de A sin. in sua
 praxi iudic. §. 31. c. 2. in 2. limit. princip. sub nume-
 ro 3. & faciunt, quæ post Bald. & alios per eum al-
 legat, ponit Nic. Boer. in consilio suo 1. videtur di-

92 cendum, numero secundo, dum vult, t̄ quod cōdem-
 natus, qui appellauit pendente appellatio-
 ne, non dicatur infamis. sed retineat iura ciuis
 Romani, & testamenti factionem actiuam, &
 passiuam. Et si pendente appellatio, mors

93 interuenerit, crimen t̄ censetur adeo per mortem
 extinctum, vt eius cadaver puniri nō possit, quod
 notandum

notandum contra iudices imperitos, qui faciūt
 suspendi, & cōburi cadauera reorum: dicit Guid.
 Papæ, in tract. de appell. q. 120. col. 9. versic. quid
 94 si reus moriatur, & c. t̄ Præterquam si essemus in
 casu, in quo hominis memoria damnari posset,
 per eum ibidem.

95 Tertio t̄ in canonico, qui per sententiam ir-
 rogantem infamiam fuit depositus: nam appel-
 latione ipsius pendente potest eligere, t̄ ac testi-
 moniū ferre, vt per Fran. in c. sæpè, nu. 35. & seq.

97 Quarto in eo, qui fuit arrestat⁹, t̄ qui, si ar-
 restum non teneat, sed ab eo appellet, pendente
 appellatio, potest non obstante arrestatione,
 recedere, & recurrere ad superiorem, & interim
 occasione arresti, nihil potest contra eum fieri,
 vt post Bart. in l. de pupillo. §. sed quia. ff. de no-
 oper. nunc. est not. decis. Guid. Papæ. 436. cum ma-
 teria. num. 304. vbi subdit, quod ita seruat Curia
 parlamenti, quod replicauit idem Guid. Papæ, in
 tract. de appell. qu. 87. vbi præter Bart. vbi supra
 etiam alios allegat: à quibus omnibus supradic-
 tis poterit quilibet habere innumeras aliàs illa-
 tiones pro verificatione huius regulæ. Quod ap-
 pellatio conseruat regulariter illæsum statum ip-
 sius appellantis. Quam Amplia

98 Primò, vt procedat t̄ etiam si talis appellatio
 deferatur, vt no. Mil. in verb. excommunicatio fa-
 cta per prælatum, & Franc. in dicto c. sæpè, num.
 35. de appel.

Limitatur eadem regula

Primò, vt non procedat in appellatio ab
 99 excommunicatione, t̄ quia ea pende, nihilo-
 100 minus ille remanet excommunicatus, t̄ est
 hoc speciale in excommunicatione, secundum
 Franc. in c. ad hæc quoniam. in princip. & in c. sæpè,
 num. 32. de appel. & in rub. eo. tit. numer. 3. &
 tradit etiam Guid. Papæ, in tra. de appel. q. 110. cu-
 ius rationem ponit remissiuè idem Franc. in c. pa-
 storalis. §. verum, quia, numero quinto, de appel.
 Idem tradit Io. And. in c. is cui, numer. 4. de sent.
 excommu. in 6. vbi etiam ponit rationem, quia
 scilicet secum trahit executione m. Quam limi-
 tationem sublimita notabiliter, vt procedat in
 appellatio à sententia excommunicati onis

101 purè lata, t̄ secus si sub conditione, nam in secu-
 do casu si ante euentum conditionis excommu-
 nicatus appellet, appellatio conseruat statum ip-
 102 sius, vt interim nō sit excommunicatus. t̄ Quod
 maximè est notandum in Curia Romana, vbi fe-
 rè semper solent excommunicationis sententiæ
 proferri sub ista forma, nisi ad primam, vel nisi
 infra tres, vt tradit no. Franc. in c. præterea, nu-
 mero quarto. in vltimo not. de appell. & ante eū
 posuit Ioan. And. in d. c. is cui, de sentent. excom.

103 mu. in 6. numero quarto, t̄ quia dictio nisi appo-
 sita in sententiis facit dispositionem conditiona-
 lem: Dec. in c. præterea, in 1. not. per illum tex. de
 appel. pro qua est alleg. Lap. 73. prælati. nume-
 ro quarto, & facit optimè dec. Rot. 19. aliàs 444.
 extra Rotam in final. verbis. de dol. & con-
 tum. in no.

Secundò limitatur, vt nō procedat in appel-
 104 latione à sententia suspensionis, t̄ quia & ea pē-
 dente ille remanet suspensus, secundum Mil. in
 verb. appellatio sicut.

105 Tertio limitatur, t̄ vt non procedat in appel-
 latione ab absolute, ab excommunicatione,
 nam interim ille remanet absolutus non obsta-
 te appellatio aduersarij, vt tradit Franc. in c.
 qua fronte. q. 4. sub numero trigesimo quinto, de
 appell. & c. pastoralis. §. verum, quia per illū tex.
 in vlt. q. eod. tit. Quod ex eo etiam comprobari
 106 potest quoniam t̄ cum à sententia absolutio-
 nis non detur appellatio, vt tradit Guid. Papæ,
 in tract. de ap. q. 110. vers. sed an à sententia. post
 Innocen. in cap. ab excommunicato. de rescrip-
 ergo appellatio hoc casu interposita non potest
 suspendere absolute, nec facere attentata.
 c. non solum. ibi præterquam in casibus à iure
 prohibitis. de appel. in 6.

107 Quarto, vt non procedat, t̄ quando extaret
 consuetudo, quod perdens corpus ex sententia,
 perdat etiam bona, quia tunc etiam pendente
 appellatio quis dicitur incapax, & perdit tes-
 tamenti factionem, vt post glo. in l. qui à latroni-
 bus. §. si. de testam. tradit Nicol. Boer. in d. conf.
 1. numero sexto, vers. in contrarium facit, & ista
 est veritas, & c. refert tamen ibi Bart. aliter con-
 tra dictam gloss. sententem, sed ille ita residere
 videtur præsupposita dicta consuetudine, pro-
 ut erat in casu suo.

Quo ad secundam rationem huius re-
 108 gulæ principalis, quæ est, t̄ quod appellatio su-
 spendit sententiam, (& ideo neq; illa executio-
 ni demādari, aut aliquid innouari potest appella-
 tione pende.) Dicendum est, quod etiam hæc
 ratio est vera, & bona, & illa probatur in c. veniē-
 tes. ibi sententias appellatio suspensas, extr. de
 iureiuran. & in c. 1. ibi appellatio suspensa, de re
 iud. cum simil. & eam frequentissimè tenent in
 variis locis doctores, vt Rot. decis. 65. aliàs 462. si
 appelletur, ad med. de appel. in no. sicut etiam
 109 Aegid. decis. 707. si ille. vbi vult, t̄ quod in tan-
 tum appellatio suspendat iurisdictionem iudicis
 à quo, vt talis suspensio operetur hunc effectum,
 quod iudex non potest vltius procedere in
 causa, & si procedat processus est nullus, Lap. al
 leg. 2. sub numero quinto, versic. ad hæc. Mil. in
 verb. appellatio legitima. fol. 16. Alexand. consi-
 lio trigesimo quinto, viso, numer. secundo, libro
 quarto, Gratus consilio quinquagesimo, reue-
 rendissime, numero trigesimo sexto, lib. 1. & Stef.
 Bertrād. conf. 202. nihil, num. 3. lib. 1. & etiam Pa-
 ris. conf. 28. ad resolutionem: numero 23. & seq. li.
 4. & est decis. Senat. Pedemon. 5. certa die, num. 1.
 & nouissimè etiā Bursat. in consil. 21. Illustrissimi.
 110 numer. 13. libr. 1. vbi t̄ id procedere affirmat, siue
 admitta, siue reiecta fuerit appellatio, quod ip-
 sum etiam affirmavit Lancel. Corrad. de Prato-
 re. §. 2. de offic. præto. in caus. ciuil. in c. de appel.
 numero secundo, iunctis his quæ ponit ibidem
 numero vigesimo primo. Quæ conclusio ampliā-
 ri potest, vt effectus huius suspensionis non so-
 lum intelligatur respectu ipsorum colligantū,
 111 t̄ verum etiam respectu tertij, quando ille vellet
 fundare se in sententia quæ fuerit suspensa per ap-
 pellationem, quoniam & ipse tertius, hoc casu di-
 cretur attentare, vt declarauimus supra in 1. par-
 te. cap. 3. de attent. à tertio, in 7. limit. regulæ ibi
 posita, numero quinquagesimo septimo, & seqq.
 Et ad præmissa possunt accommo dari omnes li-
 mitationes, quas supra proxime posuimus, de
 Tract. de Attent.

appellatione ab excommunicatione à suspensio-
ne, & ab absolute ab excommunicatione, quia
sicut in his casibus status appellantis non con-
112 seruatur, ut ibi dictum est, sic nec hoc casu sen-
tentia suspenditur per appellationem, quo mi-
nus excommunicatus interim non sit excommu-
nicatus, & non possit priuari fructibus, & denun-
tari, ut dicemus infra in 21. 22. & 23. limit. Regule
principalis latius, & in hac materia suspensio-
nis, nota vnum, quod licet per appellationem
113 suspendatur sententia, & confirmatio tamen ex-
tra iudicium facta, & alia extrajudicialia per ap-
pellationem non suspenduntur secundum Mil. in
verbo appellatio legitima.

114 **Q**UO AD tertiam rationem, quia scilicet
appellatio extinguat pronunciatum. Quæ vide-
tur probari in l. 1. in fi. ff. ad Turpil. Est aduertend-
um, quod (vltima contrarietatem, quæ est inter
hanc, & proximè præcedentem, cum ut pater ad
sensum, valde quidem diuersum sit, aliquid sus-
pendi, & in totum extingui, aut rescindi) docto-
res quoque aliqui videntur in hoc particulariter
esse inter se contrarij, cum aliqui simpliciter te-
neant extingui, ut est decis. Affli. 295. magnifi-
cus, numero 3. in fin. & etiam Cassad. in pulchro
casu decis. 12. incipien. obtinui, numero quarto,
super reg. cancel. fol. 19. & Iaf. in l. si quis aduer-
sus, numero secundo, in 5. differentia. C. de præc.
imper. offer. quem refert, & sequitur Io. Bapt. de
Afin. in praxi iudic. §. 31. cap. 2. in 2. limit. prin. sub
num. 3. & Stef. Bertran. in dicto consil. 202. nihil.
numero tertio, lit. i. Aliqui verò simpliciter dicunt
non extingui, inter quos est Paris. consil. 80. num.
46. libr. 1. & ideo, ut contrarietates cessent, adhi-
benda est illa consideratio, quæ facit Bal. in rub.
C. de appell. & in l. tale pactum. §. qui prouoca-
uit, col. 2. vers. ego dico. ff. de pactis, & post eum
alij relati à Dec. in rubr. extr. de appell. numer. 7.
& Masuer. in sua praxi iudic. in tit. de appella. in
princip. versiculo, & nota quod appellatio, & Af-
flic. decis. 188. si conuenitur, numero 5. & Couar.
cap. 29. præc. quæst. numer. 1. vbi not. distinguen-
do dicunt, quod appellatio, quatenus respicit fu-
tura, suspendit pronunciatum, & ita, poterunt
procedere dicta supra proximè in secunda ratio-
ne, & opi. Paris. in dicto consilio 80. quatenus au-
tè respicit præterita, utique extinguit, & ita pro-
cedunt dicta in hac vltima ratione, & hæc distin-
ctio videtur secundum communes traditiones
approbata, ut testatur nouissimè Lancellot. Con-
rad. in tractat. de Prætor. §. 2. de offic. prætor. in
caus. c. sui. in c. de appell. numero vigesimoprimum,
vbi & alios in id allegat. Quæ videntur tantæ po-
tentis, ut non solum appellatio dicatur extin-
115 guere pronunciatum & sententiam, & verum etiã
presumptionem, quæ solet esse pro sententia,
quod sit recta, quoniam pendente appellatione,
utique non præsumitur pro sententia, ut est com-
mun. opi. de qua post alios per eum allegatos te-
statur nouissimè Osaic. in decis. Pedemont. 13. sa-
pius, numero quarto, & istam distinctionem com-
muniter teneri post alios attestatus est Villalob.
in recolle. & commun. opin. litera A. numero 112.
versicu. appellatio in spectro. Quod & post Osaic.
vbi supra affirmavit nouissimè etiam Bursat. in
consilio sexagesimo sexto, proponitur sub nume-

ro secundo, lib. primo. Immo magis dixit Guid.
Papæ in tra. de appell. q. 120. col. septima, versic.
quæro appellatur à sententia criminali: & c. quod
116 sententia (postquam est appellatum dicitur in-
iusta, & post Zaf. in l. 1. ff. de re iud. dixit etiam no-
uissimè Misinger. in consilio quadragesimopri-
117 mo, casus propositus, numero septimo. quod
sententia eacenus per appellationem censetur
extingui, ut nullum operetur effectum, & simili-
ter Io. Bapt. Ferret. in consilio quinquagesimo-
primo. in causa. numero vigesimotertio, libro pri-
118 mo, post alios per eum allegatos quod appel-
latio est magis fauorabilis quam sententia, quia
pro appellatione magis præsumitur.

Declara tamen, quod ista extinctio non ope-
119 ratur nisi quoad ea, quæ facta sunt post litem co-
120 testationem quia quo ad illam statum cau-
sam reducit, ut tradit Abbas, & post eum alij in
c. ad audientiam, el. 2. (vbi quandoque diximus)
numero octauo, extra de rescrip. Cassad. dec. 12.
obtinui. numero quarto, super reg. can. & est
communis opinio, de qua post Bald. & doct. in l.
ita demum. C. de procur. testatur Maranth. in
specul. in quarta parte princ. distictio. 6. nume-
ro decimosexto, & ponit Dec. in c. 1. extr. de ex-
cep. & latius post Pau. de Cast. Alexand. & alios,
idem Dec. in rubr. ext. de appell. numero septi-
mo, & nouissimè Osaic. in decisio. fenatus Pede-
mont. decis. 5. certa die, sub numero primo. Misin-
ger. centuria 1. quamuis post princip. & post Ma-
ranth. vbi supra de commun. attestatur etiam
Baptist. Villalob. in colle. commun. opi. litera
A. numero centesimono, versic. appellatio re-
ducit. vbi ex hoc infert, & alios citat, quod etiam
affirmavit Phanuc. in tract. de iure iur. in litem, in
3. parte in 3. membro, numero nono, post doctor.
in l. ita demum. C. de procur. Roman. in consilio
381. & Aim. Crauet. in consil. 220. numero sexto, li-
bro primo, & pariter Lancellot. Corad. post Cra-
uet. vbi supra, in tracta. suo. de Prætor. §. 2. de of-
fic. prætor. in caus. ciuil. cap. de appellat. numero
21. Similiter circa hanc extinctionem animad-
uertendum est, quod illa non habetur in confide-
121 ratione si fiat statutu, quo expressè caueatur,
quod illud vè dicet sibi locum etiam in causis pe-
dentibus, quamuis enim si in aliqua causa sit la-
ta sententia, & ab ea interposita appellatio, vide-
retur dicendum, quod statutum haberet locum
etiam in ista causa, quæ per appellationem pen-
det, attento quod licet per sententiam dicatur
lis finiri. Rot. decis. 10. alias 411. si lite, ut lit. pend.
in no. quia tamen sententiam extinguit appella-
tio, ut hic, lis non videbatur finita, sed adhuc pen-
dere, & statuto locum esse. Contrarium tamen
est verius quod immo, quo ad effectum prædicti
statuti appellatio non dicitur extinguere senten-
tiam, & propterea statutum solum procedit in
causis simpliciter in prima instati dependentibus,
non autem per appellationem, & iste est vnus
nota. casus, in quo appellatio non suspendit, ne-
que extinguit sententiam, & post Ang. in §. su-
per hoc in authent. ut in med. litis. sac. iuss. non
fiant. tradit Dec. in c. fin. sub numero vndecimo,
versic. & notandum est, ext. de constit. quem secu-
ti sunt alijs domini in vna Rom. spolij coram A-
coram bino. 7. Febr. 1547. ut est in recolle. Pe-
regri.

regri. decisio. 113. alias 37. incip. in causa Roman.
spolij. Sed redeundo ad principalem nostram
materiam.

PRINCIPALIS REGULA in hac mate-
ria appellatio sit, quod gesta pendente appel-
latione dicuntur attentata, & non valent, & sunt
reuocanda secundum ea, quæ circa eorum vali-
ditatem, seu inualiditatem dicemus infra, in de-
cima septima ampliatione ad hanc regulam, nu-
mero 4. Quæ regula quam plures recipit ampli-
ationes, limitationes, & declarationes.

AMPLIATIO PRIMA.

SUMMARIUM.

- 1 **APPELLATIONE** deserta, an attentata re-
gulariter reuocari possint, duplex cadit inspectio,
Prima de gestis post appellationem ante deserti-
onem, Secunda de gestis post desertionem appella-
tionis.
 - 2 Gesta post appellationem ante illius desertionem, re-
gulariter dicuntur attentata, & etiam deserta ap-
pellatione veniunt reuocanda.
 - 3 Attentata per desertionem appellationis non conualescunt.
 - 4 Extrajudiciali etiam appellatione deserta attentata re-
uocantur, si sint post, & contra appellationem.
 - 5 Attentata appellatione deserta reuocantur etiam si sit
deserta per lapsum termini hominis.
 - 6 Excommunicatio lata post appellationem legitimam il-
la deserta non conualescit.
 - 7 Attentata deserta appellatione reuocantur etiam si super
desertione offerantur probationes incogniti.
 - 8 Deserta appellatione, attentata non reuocantur, quando
notorie ex actis constat de desertione.
 - 9 Processus factus post appellationem per iudicem recu-
satum venit reuocandus etiam si de desertione no-
torie constaret ex actis.
 - 10 Attentata pendente appellatione interlocutoria (illa
postmodum deserta) non reuocantur.
 - 11 Etiam si talis interlocutoria haberet vim definitiuam,
secundum aliquos.
 - 12 Attentata per appellatorem ab interlocutoria, reuo-
catur etiam illa deserta.
 - 13 Deserta appellatione per lapsum 30. dierum, de quibus
in stat. utis delphinalibus, attentata medio tempore
non reuocantur de silo parlamenti delphinatus.
 - 14 Executio directa facta pendente appellatione, illa post
modum deserta non reuocatur.
 - 15 Directa executio dicitur illa per quam traditur posses-
sio, vel soluitur id, quod est iudicatum.
 - 16 Executio indirecta dicitur illa, qua mediante potest post
perueniri ad traditionem rei, vel solutionem iudicati,
prout est excommunicatio, ex eo, quia quis non pa-
ret iudicato.
 - 17 Attentata appellatione pendente, & illa deserta non re-
uocantur, si ante desertionem passus attentata de il-
lis non dedit, nec super eis causam commisit.
 - 18 Attentata passus post rem iudicatam non potest de il-
lis dare.
 - 19 Attentatorum natura dicitur esse magis suspensiuæ, quæ
ipsa petitorij, seu possessorij suspensio.
 - 20 Attentatorum reuocatio, quibus casibus deserta ap-
pellatione permittitur, intelligitur concedi per
viam iniustitiæ, & nullitatis ordinariè proceden-
do, non autem ex privilegio attentatorum, secundum
commun. opi.
- Et ratio assignatur, quia scilicet hoc privilegium re-
quirit continuam assensum iuris communis, &
numer. 32.*
*Et ibidem Limitatur vno modo, nisi actus qui p-
tenditur attentatus veniret confirmandus.*
- 21 Paria sunt, non esse appellatum, & appellationem esse
desertam.
 - 22 Appellatio in dubio non præsumitur deserta, & inter-
pretatio semper faciendæ est pro non desertione.
Declarando v. infra. num. 26.
 - 23 Commissio appellationis, si non fuit presentata infra
terminum dictorum 10. dierum, sed probetur ante
lapsum illorum fuisse in banco curforum, non dici-
tur deserta.
 - 24 Appellans si habito termino iuris causam commisit,
absque eo, quod redierit pro apostolis non censetur
appellatio deserta.
 - 25 Sententia si contineat plura capita & ab vno fuerit ap-
pellatum, si sententia tempore appellationis non
erat publicata, quod ad alia capita non censetur
transisse in rem iudicatam, cum in dubio pro non de-
sertione.
 - 27 Gesta post desertam appellationem regulariter non sunt
attentata.
 - 28 Possessionem ingrediens deserta appellatione non at-
tentat.
 - 29 Desertione finitur appellatio remissiuè.
 - 30 Pendencia appellationis causat attentata, & ad indu-
cendum vnum litigiosum exigitur litem pendere.
 - 31 Alienatio rei litigiosa facta, postquam desertionem fuit
perempta instantia, an valeat remissiuè.
 - 32 Gesta post desertionem appellationis regulariter non
sunt attentata, & ratio assignatur, quia scilicet plu-
res sunt effectus appellationis, quidam qui momen-
to perficitur, ut est deuolutio, quidam qui requirit
continuam assensum appellationis tanquam cause,
ut est reuocatio attentatorum, ut nu. seq.
 - 33 Executio facta post desertionem appellationis non cen-
setur attentata.
 - 34 Executio potest fieri etiam appellante vltimus non ci-
tato, quia docti post desertionem appellationis.
 - 35 Appellatione deserta potest fieri executio sententiæ, & et-
si super desertione non pronuntietur.
 - 36 Dummodo simus in iudice ordinario.
 - 37 Secus in delegato.
 - 38 Deserta appellatione etiam per lapsum termini homi-
nis potest validè fieri executio.
 - 39 Tã in appellatione à diffinitiuâ, quã ab interlocutoria.
 - 40 Tam per iudicem ordinarium, quam delegatum.
 - 41 Iudex potest breuius tempus quam sit in iure expressum
appellanti ad prosequendū appellationem præfigere.
 - 42 Executio sententiæ fieri potest, etiam si appellans intra
terminum fecit causam committi, si commissio ste-
tit in banco curforum per tres menses, absque eo,
quod fuerit presentata.
 - 43 Executio facta deserta appellatione dicitur attentata,
si appellans iusto impedimento fuit impeditus, ut
non potuerit appellationem prosequi.
 - 44 Reparatio contra desertionem concessa ex meriti iusti-
tia retrotrahitur, & quicquid est inuolutum, simili-
ter reparatur.
 - 45 Reparatio contra desertionem est concedenda, stante le-
gitimo impedimento.
 - 46 Desertio appellationis, si non constat ex actis, & appel-
lans allegat iustum impedimentum, licet illud non
probet plene, sed offerat de super probationes, & ali-
quid offuscans præsumptionem desertionis, attentata

- ta interim per appellatum veniret reuocanda.
- 47 *Præsumptio desertionis, quæ sit dubia, non videtur, quod possit tollere priuilegiū attentatorum, quod est clarum.*
- 48 *Notorium nõ operatur suos effectus, quãdo allegatur aliquid, quod habeat illud offuscare.*
- 49 *Impedimenta legit. m. ad excusandam desertionem plura sunt remissiuè.*
- 50 *Inopia appellantis dicitur esse legitimum impedimentum excusans à desertione.*
- 51 *Statuto stante, quod appellans soluat quinque, aliàs appellario sit deserta, si quis illa ob paupertatem non soluerit, appellatio non fit deserta.*
- 52 *Quod est singulare, & memoria dignum, & Guil. de Cun. liberauit ex hoc quendam à pena furcarum.*
- 53 *Inopia excusat etiam appellantem in criminalibus.*
- 54 *Pauper qui sua culpa incidit in paupertatem non excusatur.*
- 55 *Inopia licet excuset appellantem à prosequendo appellationem, non tamen excusat ab appellando.*
- 56 *Nisi ab appellando in scriptis, vbi requiritur impensa, quia tunc excusatur.*
- 57 *Inopia ita excusat, vt in primo anno currant fatalia, in 2. vero, & 3. anno, vt licet currant, tamen detur restitutio in integ. um secundum commu. opi.*
- 58 *Impedimentum, vt excuset, non sufficit illud verè habere, nisi etiam allegetur, quo ad effectum appellandi.*
- 59 *Quo vero ad effectum prosequendi appellationem, sufficit, quod constet de impedimento licet de illo non protestetur.*
- 60 *Hanc opi. tanquam æquiorẽ seruat Rota, licet cõtraria videatur communis.*
- 61 *Impedimentum allegare non sufficit, nisi etiam probeatur factam esse diligentiam illud remouendo.*
- 62 *Nisi fuerit notorium, quod omnis diligentia fuisset frustratoria.*
- 63 *Impedimentum probari potest per iuramentum.*
- 64 *Quatuor concurrentibus, de quibus hic, videlicet,*
- 65 *Quod non detur, nisi semel.*
- 66 *Quod detur per iudicem.*
- 67 *Quod detur ei, qui alias non sit periurus.*
- 68 *Quod possit probari contrarium.*

PRIMA igitur Ampliatio fit, vt Regula procedat non solum quando appellatio fuerit per appellantem prosecuta, verum etiam si fuerit deserta, nam per desertionem non censetur quis renunciare iuri attentatorum sibi quæsitto contra attentata post ipsam appellationem, secundum Mil. in verb. appellationem deserens. folio decimo. In qua ampliatio, vt distinctè procedamus t̄ duplex cadit inspectio. Prima, vt videamus de gestis post appellationem ante desertionem. Secunda de gestis post appellationem, sed desertam: siquidem prout diuersis temporibus considerantur, ita diuersam in iure recipiunt determinationem, vt infra patebit.

Circa primam, quamuis aliàs Rot. decisio. septuagesima sexta, aliàs 464. not. quod de appellat. in antiquo, simpliciter videatur tenere, quod post desertionem attentata non reuocentur, & alià decisio. vigesima. aliàs centesimatriagesima, si post de appellatio. in no. etiam simpliciter sentire videatur, quod processus factus post appellationem sit nullus, etiam si appellatio tacitè renunciatur, quod fit per

desertionem, & alià decisio. aliàs 1. attentata de appell. in no. in hac materia distinguere videatur, & consequenter huiusmodi decisiones inter se dissentire videatur, ad concordiam tamen reducuntur, ex his, quæ dicemus infra in prima limitatione, & in prima etiam declaratione huius regulæ. numero 9. & num. 20. Omisiss igitur disputationibus veritati inhærendo, & cõclusiuè procedendo.

REGLA fit, t̄ quod gesta post appellationem ante desertionem dicuntur attentata, & etiam deserta postmodum appellatione possunt peti reuocari: Si enim appellans deserta appellatione velit docere de legitima causa appellationis solum ad hunc finem, vt attentata reuocentur, hoc sibi licet, & quoad hoc durat officium Iudicis ad quem, vt est tex. in cap. cum venissent, & ibi Anton. de Butr. extra de eo, qui mittitur in possessione. quem refert, & sequitur Mil. in verb. attentata. verficulo secundo, & c. & tradit per illum tex. Franc. in c. sãpè. in gloss. in verb. rata. numero trigesimo primo, & seqq. in cap. ad audientiam. in final. verbis, & in c. consuluit el. 2. in fin. numero decimo, de appel. post Rot. decisio. 20. aliàs 130. si post inhibitionem. de appellat. in no. & Lap. alleg. 1. & Anton. de Butr. & Imol. in dicto cap. cum venissent. & alios, de quibus ibi per eum. Idem no. Mil. in ver. appellationem deserens. folio decimo, & in ver. excommunicatio facta post. folio centesimo decimo nono, quibus adde Lanfran. decisio. 385. & si. t̄ vbi similiter vult, quod per desertionem appellationis attentata non conualescant, & fa. quæ ponit Lap. alleg. 2. numero decimo. Et hoc videtur etiam fuisse de mente Dominorum in vna Legionen. attentatorum coram Grato 21. Maij 1578. in qua fuerunt purgata quædam attentata, carcerationes, & bonorum subhastationes, quæ pendente appel. fuerant facta, non obstante, quod appellatio ob non prosecutionem diceretur postmodum deserta, & fecisse transitum in rem iudicatam, & licet aliqui videantur contrarium sensisse, prout Rebus. in trac. de appel. art. 5. gl. vnic. numero decimo quinto, prout eum refert, & tacitè sequi videtur Carauit. Ritu. 264. sub numer. octauo, vbi dixit, quod in tantum deserta appellatione iudex nullã habet iurisdictionem, vt nec de nullitate cognoscere nec super attentatis prouidere possit: intelligendi tamen videntur, vt eorum opinio procedat, aut præsupposito, quod de desertione constaret ex actis, aut de stilo parlamenti secundum ea, quæ dicemus infra in prima, & tertia limit. huius regulæ, aliàs illorum dictum vix sustineri posset.

AMPLIATVR prædicta Regula, Primò, vt non solum procedat in appellatione iudiciali, verum etiam in gestis post appellationem extraiudicialem, dummodo illa nõ solum sint post, verum etiam contra appellationem, vt tradit Franc. in c. bonæ. nu. 39. vers. sexta conclusio. de appel. vbi de hoc disputat, & finaliter ita videtur concludere. Et quauis idẽ Frac. in c. sãpè. in gl. in verb. rata, visus sit, de hoc dubitasse, tamẽ ibi se remittit ad latius per eum dicta in d. c. bonæ, vbi hanc ampliatioem tenere videtur.

Secundò, vt procedat non solum, quando appellatio est deserta per lapsum termini iuris t̄ verum etiam hominis. Quod dictum licet doctores specificè

specificè non ponat in gestis post appellationem ante desertionem, cum tamen illud ponat in materia gestorum post appellationem, ac desertionem, cum dicunt, quod deserta appellatione, etiã per lapsum termini hominis sententia potest mandari executioni, vt per Franc. in c. perionas, per illum tex. in vlt. not. & in c. cum sit Romana. in 3. not. de appell. post Federic. de Sen. in cõf. 27. punctus talis est, probabiliter potest etiam hic poni arg. sumendo à simili. non possunt. ff. de leg. cum simil. præsertim cum non videatur posse assignari ratio diuersitatis.

Tertiò etiã si simus in excommunicatione: nõ licet aliàs excoicatio in ista materia appellationis videatur admodum priuilegiata, vt dicemus infra in 8. ampliati. huius regulæ princ. nume. 1. nihilominus quo ad hunc punctum appellationis deserta nullum habet priuilegium t̄ etiam excoicatio lata post appellationem legitimã illa deserta non conualescit, vt not. Mil. in verb. excoicatio facta. fol. 119. post Ant. de Butr. in c. sãpè, in glo. rata, de appell.

Quartò, vt procedat non solum quando desertio esset difficilis probationis t̄ verum etiam si in continenti offerrentur probationes super desertione, & huius ampliatioem vis in hoc cõsistit, quia licet probatio, quæ offertur in continenti sãpè in iure consideretur, perinde, ac si dere (cuius probatio offertur) plenè constaret ad no. per Abb. in c. sciscitata, de rest. in integ. & latius per Dec. in c. an sit. nu. 2. in 3. not. de appellatione. & quando de desertione constat ex actis attentata non reuocantur, vt dicemus infra in 1. limit. huius regulæ. n. 8. satis videtur regula ampliari, cum habeat locum etiam si super desertione offeratur probatio in continenti, cum hoc casu attentata non reuocentur: quia debet esse desertio probata, non aut probanda, vt est decisio. Rot. 1. aliàs 1. attentata. n. 4. de appella. in no. quã videtur sequi Gui. Pap. decisio. 213. statuta n. 6. & Vestr. in sua prax. Ro. cu. lib. 8. cap. pen. vt lit. pen. & de attentatis. vers. generaliter verò.

LIMITATVR prædicta Regula pluribus modis Primo, vt habeat locum, quando de desertione appellationis notoriè ex actis non constaret t̄ secus si de illa notoriè ex actis constaret, tunc n. talia attentata non reuocantur, & ita procedat decisio. Rot. 1. aliàs 1. attentata. de appella. in no. à princ. vsque ad numer. 3. per tria, aut quatuor fundamenta, de quibus ibi, quam secuti sunt domini in vna Pacen. fructuum coram D. meo Oradino 20. Octobr. 1570. vbi licet absolutè, & in distinctè videantur dicere, quod deserta appellatione attentata non reuocatur per dictam decisio. 1. tamen intellexisse eos credendum est, quando de desertione constat ex actis, cum quilibet intelligatur secundum legem quam allegat, iux. doct. Bart. in l. non solum. §. liberationis. ff. de liber. legat. idem in hoc capite videtur sequi Guid. Pap. d. decisio. 213. numero 6. & in cõf. 66. in facto præsupponitur numero 5. vers. ad quartum dubium, & in trac. de appel. q. 12. Vital. in trac. de clausul. in claus. nil nouar. appell. penden. sub nu. 22. in fi. Oldrad. in cõf. 295. orta. col. fi. ad fi. vers. tertiò dicit. Corset. in repert. in verb. attentata, & secundum hanc limit. videntur aliàs tenuisse do-

mini in vna Palentina de portillo coram Aldobradino 17. Aprilis 1564. in qua dum dubitaretur, an collatio facta post appellationem interpositã die 1. Octobris 1556. diceretur attentata, & reuocanda, attentò quod ex actis cõstabat, quod causa dictæ appellationis non fuerat commissã, nisi de mense Martij. 1558. & sic post 18. menses, nec etiam apparebat, quod debite fuissent prõrogata fatalia, Domini tenuerunt talia attentata nõ esse consideranda, quia appellatio erat multipliciter deserta, & ideo intrant allegata, videlicet dicta de cõf. 1. quæ per aduocatos allegabatur. & Vestr. in supradicto loco, & post Rot. vbi supra. & Egi. decisio. 420. tradit etiam Vant. in trac. de nullit. in tit. quoties, & intra quod tempus. num. 48. Quã limitationem ego adhuc sublimitarem; vt non procedat in t̄ processu facto per iudicem recusatum post appellationem, cum n. huiusmodi processus sit adeo nullus, vt licet recusans non fuerit prosecutus appellationem, nihilominus dicatur esse inualidus, vt est in recoll. Achil. de Graf. decisio. 320. processus. sub rub. de recus. iud. & Verbal. 1. decisio. 149. potest probabiliter dici, quod etiam si de desertione constaret notoriè ex actis, p hoc recusans non fit repellendus, quo minus instare possit pro dicti processus reuocatione, quia licet desertio notoria videatur tollere ius ex appellatione proueniens, non tamen tollit aliquomodo id, quod fundatur in recusatione.

Secundo, vt Regula procedat in appellatione interposita à diffinitiuã, secus t̄ quando sumus in appellatione ab interlocutoria, attentata enim ea pendente, illa postmodum deserta, non reuocantur, vt sentit remissiuè Franc. in c. dilecti, numero 9. & seq. de appellatione. & videtur esse decisio. Rotæ, in d. decisio. 1. de appellatio. in no. numero 6. verficulo dic. circa istum articulum: circa quam differentiam vide aliquid in materia per Lap. alleg. 1. numero 6. verficulo nec obstat, & per Mil. in ver. attentata post appellationem, fol. 29. quam limitationem specificè in contingentiã facti tenuit etiam Guid. Papæ in consilio, 123. circa materiam, numero 3. Iunctis his, quæ ibi supra ponit, numero 1. vbi eam videtur tenere, t̄ etiam si sententia illa interlocutoria haberet vim diffinitiuã, prout erat in casu suo, vt ibi per eum clarè deducitur. Tu tamen aduerte, quia Franc. in c. interposita. §. illa denique. quæstione 9. sub numero 15. de appellatione. loquens de appellatione ab interlocutoria, videtur considerare casum, in quo etiam post desertam appellationem ab interlocutoria datur reuocatio attentatorum, videlicet, quando sumus in appellato, qui etiam deserta appellatione potest illam prosequi propter interesse attentatorum, puta si appellans aliquid attentauit. Vnde ex hoc possumus sublimitare prædicta vno modo, videlicet vt non procedat in attentatis per ipsum appellantem, quia t̄ etiam deserta appellatione etiam ab interlocutoria reuocatur: appellatus. n. videtur posse petere reuocationem eorum, quæ fuissent per appellantem attentata, etiam ipsa appellatione per ipsum non prosequuta, seu deserta, vt sentit Franc. dicta q. 9.

Tertiò vt non procedat t̄ de stilo Curie parlamenti Delfinatus, in quo deserta appellatione

per lapsum 30. dierum, de quibus in statutis delin. attentata medio tempore non reuocantur, & hoc in odium tardantium suas appellationes profectui, ut est decisio Guid. Pap. 213. statuta, quod etiam repl. icauit in tract. suo de appellatio. quaestio. 11. quem sequitur Franc. Marc. in decis. delin. qu. 283. ad med.

14 Quarto, ut non habeat locum in executione directa, quae fuerit facta pendente appellatione, nam illa postmodum deserta, talis executio non reuocatur, ut tradit Mil. in vers. executio facta pendente. fol. 130. post Io. And. in c. licet, in glo. pendente. n. 30. de sent. excom. in 6. qui declarat, quae dicatur directa, & quae indirecta executio,

15 si directa sit illa per quam traditur possessio, vel 16 soluitur id, quod est iudicatum, si indirecta sit illa, qua mediate potest perueniri ad traditionem, vel solutionem iudicati, prout est excommunicatio ex eo, quia quis non paret iudicato, ut ibi latius per eum.

17 Quinto, si quando is, qui poterat petere reuocationem attentatorum, de illis non dedit, neque super eis commisit causam ante desertionem, quia superueniente desertione non potest amplius petere illorum reuocationem, quia videtur illis renunciaisse, & in tract. dec. Crescen. 140. non potest. sub rub. ut lit. pen. si quod post rem iudicatam,

18 non potest dari de attentatis, ita fuit tentum in vna Neapolit. capellaniae de Squillegijs coram D. meo Oradino, de mense Decemb. 1552. in qua licet per attentatam allegaretur supradicta decisio Crescen. & aliae decisiones vulgares, quod attentata impediunt cursum fatalium & diceretur etiam, quod haec inter se sunt inuicem contraria, quia si nunquam currunt fatalia, ergo nunquam daretur res iudicata, & propterea informantes pro attentante, vellēt distinguere, ut tunc fatalia non currant, quando is, contra quem est attentatum, protestatus est, quod in causa attentatorum prius procedatur, quam in negotio principali, quasi non facta hac protestatione, si feratur sententia in negotio principali, ommissis attentatis illa sit valida. Nihilominus haec distinctio non placuit Dominis, sed alia, videlicet, quod aut is ante desertionem non dedit de attentatis, & tunc res iudicata ex desertione superueniens impedit reuocationem, aut de illis dedit, & tunc non impedit, etiam si non fuerit protestatus, quia sufficit sola natura ipsorum attentatorum, quae est magis suspensiuua, quam ipsa petitorij, seu possessorij suspensio, ut latius in d. decis. Orad. & facit decis. Io. Pauli. 3. incip. Bellicen. parrochialis, vbi sentit, quod appellans non sit post biennium audiendus in negotio attentatorum, & consequenter postquam deserta appellatione sententia transierit in rem iudicatam. Declara praemissa omnia,

20 Primo, si ut in quibus casibus diximus attentata post appellationem etiam illa deserta reuocari, non intelligatur de reuocatione priuilegiata per modum attentati, de qua dicemus infra suo loco, sed de reuocatione per viam iniustitiae, & nullitatis ordinariē, ut declarat Frac. in c. sepē. in gl. i. ver. rata, sub n. 30. de appell. & ratio est, quia priuilegiū reuocationis attentatorum requirit continuā assistentiā ipsius appellationis tāquam causae, ut eleganter declarat Egid. decis. 520. incip. conclu-

sio. vers. exemplum in casu nostro, cum per desertionem cesset appellatio, quae erat causa suspensionis, & priuilegij reuocationis, non mirum si cessat etiam reuocatio attentatorum ex via priuilegiata, & ita procedat d. decis. 20. aliās 130. & datur alia 76. aliās 464. de quibus supra in princ. & ista est communis, quod licet attentata etiam deserta appellatione reuocentur, ordinariē tamen & dato libello sunt reuocanda: de qua testatur Pet. de Beninten. decis. 40. dubitatum fuit. in fi. & post eum Viuius commu. opi. li. 2. opi. 30. incip. attentata in 3. ampliat. & secundum hanc declarationem fuit aliās hoc tentum in vna Bracharen. monasterij coram Iunio. 14. Martij. 1558. secundum notata ibi per D. meum Oradinum. Hae tamen declaratione videtur posse adhuc declarari, seu limitari ex mente dominorum in vna Palentina de cordillo coram Aldobradino 17. Aprilis 1564. ut non procedat, quando actus, qui praetenditur attentatus appellatione pendente, & qui petitus est in 2. instantia per viam nullitatis reuocari de iure veniret confirmandus, & semel in prima instantia fuisset sententiatum non esse reuocandum, quia hoc casu licet inter dominos iubi fuerit aliqua diuersitas, tamen etiam tenentes pro nullitate sentiebant, non esse attendendam, quia scilicet gesta per iudicem de partibus veniebant confirmanda, quasi quando constat de bono iure illius, qui praetenditur attentasse appellatione pendente deserta demum appellatione, necessitatem per viam nullitatis attentata sint reuocanda, quamuis aut non reuocentur per modum attentati inutilis tamen non est huiusmodi reuocatio: deserta enim appellatio videbatur, quod nullo modo deberent huiusmodi attentata reuocari, tum quia sublato principali, cesset & accessorium tolli, tum quia paria sunt non esse appellatum, & appellationem esse desertam, ut per dominos in d. decisio. 1. aliās 1. attentata, de appellatione in no. Quibus in hoc ultimo concordat etiam decis. Affli. 78. in causa, nume. 2. Guid. Pap. conf. 124. post princ.

22 Secundo declara, si ut in dubio sit semper facienda interpretatio pro non desertione, ut per Pau. de Cast. in l. 1. ff. si quis caut. & Cassa. deci. 4. & 8. de appellatione. & post Paul. vbi supra, & preposit. ac Dec. in locis per eum allegatis, tradit Io. de Neuizz. in consilio 41. sciunt, sub numero 35. & Hier. Grat. in consilio 163. requisitus. numero 12. lib. 2. & post Paul. vbi supra. Felyn. & Dec. per eum allegatos. Augustin. Bero. in cons. 1. plura in praesenti, numero 7. libro 3. & Io. Bapt. Ferret. in cons. 98. super articulo, numero 6. libr. 1. & Carau. Ritu. 264. numero 14. & est no. decisio. in recoll. Guid. bon. 40. voluerunt domini, in final. ver. sub rub. de appellatione. & decisio Simonett. 4. incipit in vna Roma. coram Triultio, sub rub. de appellatione post Paul. vbi supra, & propterea quamuis commissio appellationis non sit praesentata iudici infra illos decem dies, qui censentur appellanti dati, quando eius appellationi deserta, si sed probatur commissionem fuisse ante lapsum dicti tempus in banco cursorum, causa non dicitur deserta, sed per talem impetrationem proseguuta: ita fuit determinatum in vna Romana fideiussionis, ut est decisio in recoll. Crescen. 25.

23 fertur, si sed probatur commissionem fuisse ante lapsum dicti tempus in banco cursorum, causa non dicitur deserta, sed per talem impetrationem proseguuta: ita fuit determinatum in vna Romana fideiussionis, ut est decisio in recoll. Crescen. 25. de

de appell. quod etiam fuit tentum in vna Hispanen. dimidia portio coram Acorab. 16. Octob. 1553. & facit alia decis. in recoll. eiusdem Crescen. 75. appellati, de appell. vbi dicitur, quod si appellans habito termino iuris causam fecit committi absque eo, quod redierit amplius pro apostolis, cum dubitaretur de desertione, maior pars tenuit pro non desertione. Prout etiam ex hac propositione, idem tenuit Rot. in vna Caltranē. canonicatus coram Paleo. sub die 20. Feb. 1559. si quod si sententia contineat plura capita, & ab vno fuerit appellatum, licet, quo ad aliud dicendum esset, sententiam transitum fecisse in rem iudicatam, si tamen tempore appellationis sententia non erat subscripta, nec publicata, domini fuerunt pro non re iudicata, & pro non desertione, ut est decis. in recoll. Caputaq. 1. decis. 38. incip. licet quandoque. Quibus concordat in pulchro casu alia eiusdem in 1. parte. 267. incip. fuit dubitatum in vna Astorice. parrochialis coram Didaco. 17. Iulij. 1553. & alia eiusdem 2. de cis. 3. incip. appellauit. post Pau. de Cast. vbi supra, & ita etiam fuit tentum in vna Aretin. spolij coram Iunio 9. Maij. 1558. ex qua resolutione duo videntur posse colligi notatu digna. Primum in eo, quod fuit ibi dictum, supradictam decis. Casad. non semper seruari. Secundum, quod desertionem, vel non desertionem appellationis eo casu metiri visi sunt domini ex depositionibus nonnullorum testium super bono iure in dicta causa examinatorum, ita scilicet quod si dicti testes il lud probent, appellatio non censetur deserta, aliās secus, ex qua dominorum consideratione posset forsan non inutiliter colligi declaratio ad id, quod proximè dictum est, quod in dubio interpretatio faciendā est pro non desertione, ut scilicet procedat quando constat, aut adest fumus de bono iure in causa principali.

27 Circa secundam inspectionem, si de gestis post desertionem, potest poni Regula, quod talia non sint attentata, pro qua faciunt rationes, & motiua, quae faciunt domini in dicta decis. de appell. in no. Ex quibus nouissimè facta est alia decis. Rot. in vna Bituntina coram Maceraten. 5. Martij. 1543. de qua est decisio in recolle. Put. decis. 3. deserta, de appellatio. vbi voluerunt domini, quod quis deserta appellatione non attentat ingrediendo possessionem, cui concordat alia decis. eiusdem Put. sub rub. ut lit. pend. decis. 1. incip. deserta in princ. quod etiam per dictam decis. Rot. firmavit Alciat. conf. 48. in hac attentatorum causa, in princ. lib. 6. & facit quod diximus supra in princ. huius cap. 12. in praefatio. numero 26. & 29 seqq. quod per desertionem finitur appellatio. Vnde ea finita non potest amplius eius pendentia considerari, quae solet causare vitium attentatorum ad rubr. & tot. tit. nil nouar. appellatio. pend. quoniam tex. in authen. delitig. si ad inducendum vitium litigiosi, exigit litem pendere, ut dixit Saly. in l. propterandum. §. & siquidem. sub num. 15. vers. tertio quaro. C. de iudic. & quamuis posset vniuersaliter hic quaeri, de omnibus, quae per iudicem, aut etiam per partes post desertam appellationem fierent, an dicantur attentata, nihilominus, quoniam doctores dum loquuntur de gestis post desertionem, ut plurimum loquuntur de executione sententiae, a qua fuerit appel-

28 ni, quod quis deserta appellatione non attentat ingrediendo possessionem, cui concordat alia decis. eiusdem Put. sub rub. ut lit. pend. decis. 1. incip. deserta in princ. quod etiam per dictam decis. Rot. firmavit Alciat. conf. 48. in hac attentatorum causa, in princ. lib. 6. & facit quod diximus supra in princ. huius cap. 12. in praefatio. numero 26. & 29 seqq. quod per desertionem finitur appellatio. Vnde ea finita non potest amplius eius pendentia considerari, quae solet causare vitium attentatorum ad rubr. & tot. tit. nil nouar. appellatio. pend. quoniam tex. in authen. delitig. si ad inducendum vitium litigiosi, exigit litem pendere, ut dixit Saly. in l. propterandum. §. & siquidem. sub num. 15. vers. tertio quaro. C. de iudic. & quamuis posset vniuersaliter hic quaeri, de omnibus, quae per iudicem, aut etiam per partes post desertam appellationem fierent, an dicantur attentata, nihilominus, quoniam doctores dum loquuntur de gestis post desertionem, ut plurimum loquuntur de executione sententiae, a qua fuerit appel-

30 pend. quoniam tex. in authen. delitig. si ad inducendum vitium litigiosi, exigit litem pendere, ut dixit Saly. in l. propterandum. §. & siquidem. sub num. 15. vers. tertio quaro. C. de iudic. & quamuis posset vniuersaliter hic quaeri, de omnibus, quae per iudicem, aut etiam per partes post desertam appellationem fierent, an dicantur attentata, nihilominus, quoniam doctores dum loquuntur de gestis post desertionem, ut plurimum loquuntur de executione sententiae, a qua fuerit appel-

latio interposita, ut ea deserta citra vitium attentatorum possit executioni mandari, & de alienatione rei super qua litigabatur, an post peremptam instantiam absque vitio attentatorum fieri possit late tractauimus supra, capit. 4. de attent. lit. pen. in 3. illatione regulae ibi posita, numero 104. & seqq. ibique particulariter numero 512. & seq. firmauimus, quod talis alienatio fieri non valeat absque iudicis contemptu, & consequenter, absque vitio attentatorum, idcirco omnimodis aliis actibus, qui per partes fieri possent, cum iste de executione sit praecipuus, adhaerendodictis doctor. sit in proposito

32 REGULA, si quod deserta appellatione gesta post illius desertionem non sunt attentata, & ideo sententia potest mandari executioni, ut est tex. & ibi no. Franc. in vlt. not. in c. cum sit Romana. de appellatio. & est decis. Aegi. 520. conclusio, post princ. vbi rationem etiam huius conclusionis assignat, quia scilicet effectus appellationis possunt esse plures, Quidam enim est effectus, eius perfecta productio est momentanea, prout est deuolutio, & isto casu, licet per desertionem cesset eius causa, scilicet appellatio, non tamen cessat effectus, & causa remanet deuoluta ad curiam, etiam si appellatio sit deserta. Quidam vero est effectus, qui requirit continuam assistentiā ipsius appellationis, prout est suspensio sententiae ad effectum attentatorum, & reuocationis ipsorum ex priuilegio ipsorum, & iste effectus cessat cessante appellatione, quae erat illius causa, per desertionem, quia, ut secundum eum tenet palatium priuilegium attentatorum requirit continuam assistentiā ipsius appellationis tanquam causae, vnde non mirum, si gesta post desertionem appellationis non sunt attentata, ex quo cessat effectus suspensionis, & continuā assistentiā ipsius appellationis, quae causabat attentata, & tradit etiam Boer. decis. 206. numero 11. & seq. & Franc. Marc. decis. 283. numero 1. & 2. & decis. Tholos. 84. & ibi Stefan. Aufrer. in addit. qui ponit, per quem iudicem sit faciendā talis executio, prout facit etiam Maranth. in specul. in 3. parte sextae partis princip. q. 2. num. 188.

Ampliatur praedicta regula, Primo, si ut procedatur ad talem executionem, etiam ipso appellante ulterius non citato, ut not. Franc. in dicto c. personas, numero 24. in fi. & in c. dilecti, sub num. 4. de appell. & ponit Gui. Pap. in tract. de appell. q. 110. versiculo item potest, & est decis. Boer. 206. numero 11. & seq. & Franc. Marc. dicta decis. 283. & tenet Maranth. vbi supra numero 191. & nouissimè per Ioan. Bapt. de Añu. in sua praxi iudic. §. 7. cap. 5. vers. 11. igitur. num. 2. sub vers. haec autem limitatio, vbi plures in id citat, quibus adde Pet. de Calephat. inter consilia matrimon. lib. 1. consilio 76. in causa. nu. 4. quamuis contrarium in hoc videatur sentire Lanfranc. decis. 465. incip. iudex.

35 Secundo, si etiam si super desertione non sit pronunciatum, ut est decisio Guid. Pap. 213. statuta, numero 1. & decisio. 436. numero 23. qu. 16. & etiam in tract. de appell. q. 18. & Boer. dicta decis. 206. numero 11. & tradit Lud. Gozzad. conf. 85. videtur. nume. 26. & Maranth. dicto numero 188. & quod iudex a quo possit suam sententiā exequi absque eo, quod

eo, quod super desertione sit pronunciarum, fuit aliàs tentum in vna Canturien. monasterij corā Tholomeo, die. 1. Aprilis 1538. vt est in recolle. Mohed. decisio. 36. Auditor Rotæ sub rub. de re iud. Intelligendo tamen t̄ quod hoc procedat in iudice ordinario t̄ secus in delegato, secus dū distinctionem, quam ibi tenuit maior pars dominorum, secundum quam est etiam notabiliter declaranda hæc secunda ampliatio.

38 Tertio, vt procedat t̄ tam si sit deserta per lapsum termini iuris, quam hominis, t̄ tam in appellatione à diffinitua, quam ab interlocutoria, 40 t̄ tam lata ab ordinario, quam à iudice delegato, vt tradit Franc. in d. c. personas. in vlt. not. & in d. c. an sit. in 3. not. de appellatio. potest enim t̄ etiā iudex à quo breuius tempus ad prosequendum appellationem, quā sit sit in iure expressum appellanti præfigere: & si intra illud non fuerit prosecutus, appellatio censetur deserta, vt tradit etiam Aug. Bero. in conf. 14. in præfenti, numero 7. lib. 3.

42 Quarto potest ampliari t̄ vt talis executio (ex quo locus est rei iudicatæ) fieri possit etiā si appellas intra terminū fecerit cōmitti causam, & eius commissio venerit ad banchum Curforum & ibi steterit per tres menses cum dimidio, ex quo enim appellans fuit negligens in faciendo præfentari commissionem, locus est contra eum rei iudicatæ, ita fuit aliàs tentum in vna Vlixbo. corā Reumano, vt est in recoll. Guid. bon. decis. 39. incip. fuit tentum.

LIMITA T̄ R eadem Regula,

43 Primo t̄ nisi appellans docuerit de iusto impedimento, quo fuerit detentus, tunc enim illa executio veniret per viam attentati reuocanda, vt tradit Franc. post Inno. Ant. de Butr. & Imol. lib. in c. ex ratione. nume. 35. de appella. & præfertim t̄ si contra talem desertionem fuerit concessa reparatio ex mera iustitia t̄ prout est concedenda stante legitimo impedimento, quia tunc retrahitur, & quicquid esset innouatum, reparatur, vt dicit Bald. in consilio 338. reparatio appellationis, in princ. libro 3. secus si reparatio conceditur ex gratia, vt ibi per eum. Quod sublimita vno modo, vt non procedat, quando allegatur iustum impedimentum, videlicet inopia. in 2. & 3. anno, vt latius in sequenti regula, declarat. 2. numero 57.

46 Secundo ego limitarem, vt nō procedat t̄ quando post desertionem fuerit per appellatum aliquid attentatum, & de desertione non constaret notoriè ex actis, & appellas alleget, vel iustum impedimentum, vel aliquid offuscās præsumptā desertionē p̄ lapsum t̄pis, puta quod ipse cōparuit, sed notarius non redegit apud acta, & sup̄ illius, ac etiam attentatorū verificatiōe offerat in continenti probationes aliquas, nā licet de allegatis p̄ eum adhuc nō sit plenè doctū secundū terminos præcedentis limitationis, tamen cōcurrentibus aliis præsuppositis (vt supra proximè) putarē talia attentata esse reuocanda. Ponē. n. quod appellat̄ post desertionē spoliauerit appellantē, cui petētī huiusmodi spoliū attentatum in primis, & ante oīa reuocari, opponat̄ per appellatū de desertione secundū terminos regulæ nostræ, & ap-

pellas replicado neget desertionē, vel quia cōparuit infra annū, licet notarius nō annotauerit, vel annotatio est deperdita, vel aliquo fuit impedimento detentus, & super his offerat aliquales probationes, & donec plenè probet (in quo forsā multum t̄pis esset contendendū) instat pro reuocatione huius attentati, cum nimis durū videatur, quod appellas careat hoc medio tēpore possessione, ego crederē, quod si de desertione notoriè non cōstaret ex actis (puta quia esset lapsum biēniū) tale spoliū attentatū esset reuocandū, motus rōne qua in simili vtūtur domini d. decis. 1. dū distinguūt aut notoriè de desertione cōstat, aut nō, & quāuis ipsi loquāt̄ de gestis ante desertionē, & satis diuersa ratio videatur in illis esse, attēto qd̄, quādo illa fuerūt gesta, appellatio verè p̄debat, q̄ p̄dētia in gestis post desertionē videtur cessa rem nihilomin⁹, quia admodū rigorosum videtur, quod, quousque de desertione nō constat, appellans commodo suæ possessionis sit priuā dus, cōtra not. per Franc. post alios in c. 1. & in c. cum teneamur, de appel. videtur qd̄ sit faciēda restitutio, & ad rationis diuersitatem potest responderi quod quousque de desertione per appellatū nō est doctum, videtur quodam modo appellatio pendere: quia, vt dicit Franc. in c. ex ratione, sub numer. 85. post Bald. de quo ibi per eum: interim appellatio est dubia: t̄ propterea hæc præsumptio super desertione, quæ videtur dubia, non videtur posse tollere priuilegium attentatorum, quod videtur clarum. Præfertim quando, vt diximus per appellantem allegatur aliquid offuscās præsumptionem desertionis: Sicut aliàs dicimus

47 t̄ quod notorium non operatur suos effectus, quando allegatur aliquid, quod habeat offuscare. Mil. in verb. possessorio recuperandæ agentis obstat. fol. 285. de quo latius infra in nona limitatione principali huius regulæ de attentatis appellatione pendente numer. 5. & licet plura considerari possint legitima impedimenta ad no. per glo. in c. venerabilibus: in verb. impedimento: de sen. excom. in 6. & in l. 2. & seqq. ff. si quis caut. de quibus latè, & eleganter per Franc. in c. ex ratione. col. 2. in glo. prima. vers. circa primum. numer. 8. de appellatione, vbi sex genera impedimentorum considerat: Nihilominus quia doctores particulariter sæpius mentionem faciunt de inopia appellantis, ita vt si propter inopiam defecerit, excusetur, quamplura de inopiæ impedimento per viam regulæ, & limitationum subiungemus. sit igitur

50 REGULA, t̄ quod Inopia est iustum impedimentum ad excusandum appellantem, vt est decisio Boer. 247. sub numero 16. vbi dicit, quod tunc non potest fieri executio, & Guid. Pap. decisio 213. statuta, numero 3. & decisio. 456. numero 21. quæstione 14. & tradit eleganter Ruyn. conf. 81. Quæritur. in principio, & per totum, & Aug. Bero. in consilio 6. & si plura. numero 7. libro 3. & Iacob. Henric. in consilio 13. casus talis est. numero 1. libro 2. vbi alios allegat. Et propterea t̄ si steterit statutū: quod appellans soluat quinque pro. centenarij, aliàs appellatio sit deserta, quis appellans dictam gabellam non soluerit ob paupertatem, eius appellatio per hoc nō dicitur deserta

serta secundum Bald. in l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio. vbi refert Guil. de cun. in l. eos. §. super his. C. de appell. dicere ex hoc se liberaffe vnum pauperem à pœna furcarum t̄ quod est memoria dignum, & pro sing. ponit Mathefil. not. vlt. & Gremel. sing. 121. ad quod post prædictos multa etiam allegat nouissime, & eleganter Contard. in repetitio. l. diffamari. limit. 9. nu. 131. C. de ingen. & manumiss. quam regulam

AMPLIA

53 Primo, vt procedat t̄ etiam in criminalibus, & in istis terminis in pulchro casu loquitur Boer. in dicta decis. 247. sub num. 16. &

LIMITA

54 Primo, vt non procedat t̄ in paupere, qui ex sua culpa incidit in paupertatem, vt post Fely. in c. quæ in Ecclesiarum. numer. 43. de constit. & alios per eum alleg. tradit Contard. vbi supra, numero 134.

DECLARA eandem

55 Primo, vt t̄ quod dicitur inopiam excusare appellantem intelligatur à prosecutione appellationis, non autem ab appellatione, vt dicit Frac. in cap. ex ratione. de appella. & est decisio Delphin. Franc. Marc. q. 587. nume. 2. & alia nouissime Minsing. sing. obseruat. centur. secunda decis. 58. incip. paupertas & decis. 97. incip. quemadmodum centuria 4. vbi hoc declarat procedere, quādo agitur de appellatione viua voce. interponenda t̄ secus de appellatione in scriptis, quoniam cum tunc aliqua requiratur inpena, paupertas excusaret, vt ibi concludit post Inno. in dicto c. ex ratione, & Guid. Pap. decis. 436. nume. 21. & in tracta. de appellat. q. 15.

57 Secundo t̄ vt inopia in primo anno ita, & taliter excuset, vt impediatur cursum fatalium: in secundo vero, & tertio anno excuset quidem, sed non, vt impediatur cursum fatalium, sed solum, vt appellanti propter inopiam impedito detur restitutio in integrum aduersus lapsum fatalium, & ad prosequendam appellationem, vt est communis opi. de qua testatur Paris. consilio 30. in causa num. 87. & seq. lib. 4. Quæ declaratio est valde in materia attentatorum attendenda, & consideranda: nam quando inopia impedit cursum fatalium, prout est in primo anno, tunc executio, & alia gesta post annum (quo tempore regulariter si non fuisset inopia appellatio esset deserta, & illa non dicerentur attentata, vt in regula) nihilominus essent dicenda attentata: quia si inopia impedit cursum fatalium, ergo appellatio censetur pendere: cuius pendentia, vt dictum est, inducit vitium attentatorum: Quando vero non impedit cursum fatalium, sed operatur concessionem restitutionis in integrum, non sunt attentata, cum verè appellatio amplius non pendeat. Vnde ex hac declaratione, quæ datur ad regulam, quod inopia excusat, & c. potest colligi limitatio, seu declaratio ad limitationem, quam proximè posuimus in Regula, quod gesta post desertionem sint attentata, quando appellans fuit legitimo impedimento detentus, vt ibi annotauimus numero 45.

58 Tertio declaratur t̄ vt non sufficiat re vera habere impedimentum, ad hoc, vt quis possit appellare, nisi etiam illud alleget, & ideo in vna N

uarien. canonicatus, & præbendæ. 4. Martij. 1541. coram Rauellaten. fuit tentum, quod is, qui verè habuerat impedimentum infirmitatis, si sententia contra eum lata transferretur in rem iudicatam, non potest appellare, quia debuit infirmitatem allegare, vt in recolle. Mohed. decis. 78. Nicolaus. sub rubr. de appell. Sed quo ad excusandum aliquem à prosecutione appellationis iam interpositæ non videtur requiri allegatio, & protestatio, sed t̄ sufficit, quod constet de impedimento, etiam absque protestatione, vt fuit dictū in vna Segobien. beneficij corā Vestano 29. Maij 1551. per no. per Ias. in l. properandum. §. fin autē vterque. C. de iudiciis. vt est decisi. in recolle. Caputaquen. parte prima. decis. 123. incip. Rota tenet. Quod fuit iterum resolutum in vna Conchen. Cappellanæ coram Decano 5. Maij. 1553. vt est in recolle. Caputaquen. parte prima. decis. 32. incip. Rota tenet, vbi amplius additur, quod licet contraria opi. sit communis, ista tamen, quam tenet Rot. est aq̄ior.

Quarto declara, quod ad hoc, vt quis possit obtinere restitutionem in integrum ad prosequendam appellationem t̄ non sufficiat paupertatem, vel aliud impedimentum allegare, nisi probet etiam se fecisse diligentiam pro illud remouendo, vt fuit resolutum in vna Lucana Abbatæ corā Thoma de Tanis 15. Martij 1546. vt in recolle. Pur. de decis. 8. paupertas. sub rubr. de restit. in integr. vbi licet nihil allegetur, plura tamen ad id videre poteris, quæ allegat Contard. vbi supra, numero 117. vbi tamen hoc limitat vno modo, videlicet t̄ nisi notorium esset, quod omnis diligentia fuisset frustratoria post Boer. decis. 40. num. 7.

63 Quinto t̄, vt impedimentum etiam periuramentum probari possit, vt est decis. Rot. 3. aliàs 302. no. qd̄ vbi de iur. in antiq. & facit decis. 25. aliàs 155. si certus. ad fi. de appellatio. in no. & nouissime Minsinger. decis. 57. noti iuris centuria quarta numer. 2. Quod tamen intellige, & declara quatuor modis, de quibus eleganter per Contard. vbi supra nume. 122. & seq. videlicet t̄ quod iuramentum non detur, nisi semel t̄ detur per Iudicem, t̄ & ei qui aliàs non sit periurus t̄ quod possit probari contrarium.

AMPLIATIO SECUNDA.

SVMMARIVM

- 1 ATTENTATA appellatione pendente reuocantur, etiam si sit appellationi renuntiatum.
- 2 Paria sunt non appellare, appellationem non prosequi, & appellationi renuntiare.
- 3 Attentata post renunciationem appellationis reuocantur siue expressa, siue tacita fuerit renuntiatio.
- 4 Appellans comparens coram Iudice à quo censetur tacite appellationi renuntiare, etiam si procurator dominus litis effectus quandoque fuerit protestatus.
- 5 Nisi compareat petens per eum reuocari attentata.
- 6 Attentata reuocantur etiam postquam quis renuntiauit appellationi etiam extraiudiciali.
- 7 Attentata non reuocantur post renunciationem, quando sumus

- do sumus in appellatione ab interlocutoria.
- 8 Renunciari appellationi neque tacite neque expresse potest regulariter in criminalibus
 - 9 Excommunicatio lata post legitimam appellationem, non reuocatur, quando dicta appellationi est renunciatum.
 - 10 Nisi renunciatio fuerit tacita.
 - 11 Excommunicatus comparens coram Iudice a quo non censetur renunciare appellati: oni: sed quicquid facit, facere metu censurarum.
 - 12 Attentata illa, quae prætenduntur fuisse facta, postquam quis appellationi renunciavit, non reuocantur vii atre: tata.
 - 13 Reuocatio attentatorum appellatione pendente, postquam appellationi est renunciatum, licet in pluribus casibus fiat, non tamen fit per viam privilegiatam attentatorum, sed per viam nullitatis.
 - 14 Appellationi interponenda potest non solum expresse renunciari, veram etiam tacite.
 - 15 Obligatio de stando sententiae alicuius habet vim tacite renunciationis appellationis.
 - 16 Lapsus decem dierum, qui dantur ad appellandum, inducit tacitam renunciationem appellationis.
 - 17 Prosecutio appellationis post terminum ad appellandum interposita non facit attentata.
 - 18 Sententia lata super appellatione interposita post decem dies datos ad appellandum, etiam si de facto talis appellatio fuisset per partes prosecuta, non valet.

SECUNDA AMPLIATIO Sit vt Regula procedat etiam si appellationi sit renunciatum: nam renunciatus potest nihilominus agere ad reuocationem attentatorum, vt tradit Franc. in c. ad audientiam. in fi. & in c. bonæ. numero 39. versicula sexta conclusio. de appellatio. & est decisio Tholos. & ibi Stefan. aufrer. in addit. decisio. 163. versiculo tertio fallit, & decis. Boer. 256. numero 2. & no. Mil. in verb. appellationem deferens. fol. 10. Et ista fit

REGULA, pro qua vltra supradicta fa. in simili t quia paria sunt non appellare, appellationem non proficere, & appellationi renunciare, vt est decisio Rot. prima, aliàs prima de appell. in no. Vnde sicut deserta appellatione potest nihilominus agi ad reuocationem attentatorum, vt diximus supra proximè in prima ampliatio, numero 2. ita dicendum est, si sit appellationi renunciatum, Quam Amplia.

- 3 Primò t vt procedat non solum si expresse quis appellationi renunciaret, verum etiam si tacite, vt est dicta decis. Boer. 256. numer. 2. & Lanfranc. de cif. 385. & si per comparitionem: vbi loquitur de renunciatione t quae resultat tacite ex comparitione facta per appellantem coram Iudice a quo. iuxta no. in c. gratum. de offi. deleg. præterquam in excommunicatione. iuxta ea, quae proximè diximus in tertia limit. huius regulæ, nume. 9. t nã per huiusmodi comparitionem inducitur renunciatio appellationis, & sententia dicitur transire in rem iudicatam, non obstante quod in comparendo procurator dominus litis effectus quãdoque protestatus fuerit, vt fuit aliàs dictum in vna Ro. pecuniaria corã Acorã bono 15. Nouenbris 1555. in qua inclinabatur pro re iudicata. Quinimmo si appellans compareat coram Iudice a quo petes

attentata reuocari, per talem comparitionem non censetur appellationi renunciare, vt sensit Casan. conf. 68. visis processibus nume. 75. Ex quibus satis constare potest, quã sit periculosum id quod aliàs dixit Alciat. in conf. 16. incip. licuerit. num. 14. lib. 7. dum voluit processum ad vltiora factum per Iudicem a quo post appellationem valere, & non esse innouatum. ex eo quod appellans comparendo coram eo censetur suæ appellationi renunciare.

6 Secundo t vt procedat etiam in appellatione extraiudiciali, vt notat, & disputat, & tandem firmat Franc. in dicto c. bonæ. nume. 39. vers. sexta conclusio. de appell. licet Ant. & Imol. fuerint in contraria sententia, vt ibi per eum.

LIMITA eandem regulam,

7 Primò t vt non procedat in appellatione a sententia interlocutoria, vt per Lap. alleg. prima. sub num. 12. & alleg. secunda. numero 10. vbi de hoc.

8 Secundo potest limitari t vt non procedat in criminalibus, cum in eis regulariter, neque tacite, neque expresse possit quis appellationi renunciare, vt est decis. Boer. 247. sub num. 16.

9 Tertio t vt non procedat in excommunicatione lata post, & contra appellationem, cui sit postmodum renunciatum, quia licet etiam ipsa excommunicatio (quantumvis aliàs privilegiata, vt per Deci. in conf. 214. in causa: dum ponit rationes dubitandi, & dicemus latius infra in octaua ampliatio) lata post legitimam appellationem sit nulla, & veniat via attentatorum reuocanda, ad præsentiam, & ibi Franc. in princ. de appell. & tradit Deci. in dicto consilio 214. sub numer. 5. vers. his enim non obstantibus. lib. 2. & Paris. consil. 28. ad resolutionem. num. 28. & seq. libr. 4. Nihilominus quãdo huiusmodi appellationi est renunciatum, talis reuocatio non datur, vt tradit notabiliter Egid. decis. 670. si contra: vbi vult, quod si via attentatorum petatur ab solutio, & sic reuocatio excommunicationis lata post, & contra legitimam appellationem, talis absolutio non datur, quando appellationi esset renunciatum, & sic præsupposita renunciatione, actus excommunicationis non retractatur via attentati, & fallit Regula, quam supra posuimus in hac secunda ampliatio

ne principali. t Hanc tamen limitationem intel ligere nõ oportet non procedere, quando esse mus in renunciatione tacita, quae resultat ex comparitione coram Iudice a quo, iuxta not. in c. gratum. de off. deleg. & diximus supra proximè in prima ampliatio. num. 4. t quoniam excommunicatus etiam comparens coram Iudice a quo non censetur appellationi renunciare, sed quicquid facit, puta si petat prorogari terminum, censetur facere metu censurarum: qui metus non patitur sumi præsumptionem renunciationis, ita fuit dictum in vna Lucana caritatiui subsidij coram Fabio 16. Octobris 1551. vt est decisio in recoll. Guid. bon. 33. voluerunt sub rubr. de appell. cum qua concordat decis. Acchill. de Grass. 30. sub rubri. de appellat. quae est in eadem causa Lucana. Pro qua declaratione plurimum facit id, quod ponit Casan. conf. 68. visis. numero 74. vbi vult, quod is qui appellauit, si compareat coram Iudice a quo timens ab eo excommunicari, non censetur appellationi renunciare. Vnde ex eo potest hæc declaratio

tio ampliari, vt procedat non solum quando comparet post excommunicationem iam latam, verum etiam ferendam.

Quartò limita, vt nõ procedat in gestis post renunciationem: quamuis enim ea, quae sunt attentata post appellationem, ante renunciatio nem etiam, postquam est appellationi renunciatum, possint tanquam attentata peti, reuocari, vt supra in Regula huius ampliatiois t ea tamè quae dicerentur facta postquam appellationi est renunciatum, non essent tanquam attentata reuocanda, vt fuit dictum in vna Anconitana attentatoru corã D. meo Oradino die 26. Iunij 1566. in qua licet fuerit resolutum, quod executio facta post appellationem, & præsentem renunciationem de qua ibi fuerint attentata, id tamè pro uenit, quia in casu illo non constabat de renunciatione: quinimmo senserunt ibi domini: quod stante renunciatione appellationis executio fuisset bona, & cõsequenter facit pro ista limitatione. Declara eandem.

13 Primò, t vt quibus casibus diximus reuocatio nem peti, postquam sit appellationi renunciatum, intelligatur non de reuocatione priuilegiata per viam attentatorum, sed per viam nullitatis ordinariæ, & iniustitiæ, & ita loquitur Franc. in dicto c. bonæ. num. 39. & melius in c. sapè. sub numer. 30. in glo. in verb. rata ad fi. de appell. & Egid. dicta decis. 670. si contra ad fi. & Lanfranc. dicta decis. 385. & Lap. dicta alleg. prima. num. 10.

Secundò puto necessariò esse declarandã, vt intelligatur de renunciatione facta appellationi iam interposita, & postquam est attentatum, nõ autè de renunciatione appellationis interponenda t quae & expresse potest fieri, vt est tex. in l. fi. §. si. in fi. C. de temp. appell. & etiam tacite t puta quãdo quis obligat se velle stare sententiæ alicuius: talis enim obligatio habet vim renunciationis appellationi factæ, vt no. Mil. in verb. appellare non potest, qui & diximus latius supra hoc eodem, cap. in præfatione. nu. 20. Vel quando intra decem dies nõ appellatur: nam hoc casu per lapsum termini censetur appellationi interponenda renunciatio, & sententiam transitum

17 fecisse in rem iudicatam t in tãtum, quod etiam si appellatio post decem dies interposita prosequatur a partibus, nihilominus gesta ea pendente non subicerentur vitio attentatorum, quia prosecutio huiusmodi appellationis non impedit, quin sententia censeatur transiisse in rem iudicatam, t immo si super tali appellatione feratur sententia, illa non tenet, vt post Bal. Saly. & alios tradit nouissimè Ofasc. deci. Pedemontan. 7. lata sententia. num. 6. & dicemus latius infra hoc eodem. ca. in quinquagesima limitatione principali huius regulæ in 5. ampliatio. ibi posita ad regulam de qua ibi: & quamuis doctores hanc declarationem non ponant, suadet tamè efficaci ratione: Renunciatio enim facta appellationi interponenda facit, quod nõ dicatur induci appellationis aliqua pendetia, sine qua nõ potest prætendi, quod aliquid sit attentatum ad rub. & tot. titu. ff. nol. nouar. appellat. pend. etiam si de facto fuerit profecuta: quia sicut talis prosecutio non inducit validitatem sententiæ desuper latae (vt dictum est) ita nec debet inducere inualiditatem eorum, quae illa sic pendente, facta sunt: Vnde me-

rito Regula huius secunda: ampliatiois nõ verificatur in renunciatione facta appellationi interponenda.

AMPLIATIO TERTIA.

SUMMARIUM.

- 1 ATTENTATORVM appellatione pendente reuocatio, fit etiam si contra petentem reuocatione esset ius commune.
- 2 Immo etiam si appellatio sit iuri contraria secundum aliquos.

TERTIO Ampliatur Regula principalis, t vt procedat, etiam si contra petentem reuocationem attentatoru appellatione pendente, esset ius commune, vt post Antoni. de Butr. & Panor. in c. bonæ. colu. fin. extra. de appell. tradit Alex. in consilio 99. visis. numero quinto, libro 5. & Firman. in suo aureo repert. in verb. appellatione pendente. versicula 21. facit, quod dixit aliàs Paulus de Castro, in l. 3. C. de appellat. quod Iudex non debet aliquid innouare, etiam si appellans esset in terminis Rubr. & tot. tit. C. si de moment. possi. (quo casu contra appellantem dicitur esse ius commune) & propterea appellationem noluerit admittere, quem in hoc secuti sunt Ias. in consilio 187. circa primum. columna 6. versiculo quarto accedat, libro 2. & etiam nouissimè Roland. de Valle in consilio 77. viso. numero tertio, libro secundo. Adidem Casan. consilio tertio, viso processu. numero vigesimosecundo, vbi dixit post alios de quibus ibi t quod etiam si appellatio sit iuri contraria, pendente appellatione nihil est innouandum. Quamuis Paul. de Castro, in hoc nouissimè reprehendat Ofascus in decisio. Pedemontana vigesima quinta. sub nu. 20. ver. hinc liquido apparet.

AMPLIATIO QUARTA.

SUMMARIUM.

- 1 APPELLATIONE etiam in criminalibus pendente sententia non mandatur executio.
- 2 Iudex omni ingenio, quo potest, debet differre executionem in criminalibus.
- 3 Bannitus qui appellauit pendente appellatione, nõ potest impuñe offendi secundum communi. opi.
- 4 Executio sententiæ criminalis regulariter fieri nõ potest appellatione pendente.
- 5 Condemnatus itaquam usurarius cum publicatione, & confiscatione bonorum, si appellauerit, non potest interim contra eum fieri executio.
- 6 Fiscus non reperitur privilegiatus, quo ad hoc, vt appellatione pendente, liceat sibi innouare, sed debet vti iure communi.
- 7 Executio in criminalibus retardatur ob interpositam appellationem, etiam si fuisset interposita a tertio.
- 8 Etiam ipso condemnato inuito.
- 9 Appellatio etiam deserta propter inopiam, retardat executionem in criminalibus.
- 10 Appellatio in criminalibus interposita, etiam si videtur iniusta, executionem suspendit. Nisi in Tract. de Attent.

est supplicare principi, aut impetrare rescriptum, vel priuilegium non facta mentione, de pendentia litis, vt l. 2. & tot. tit. C. vt lit. pend. & aliter facta impetratio rescripti, & literarum non valet: Quam conclusionem licet late, & eleganter, quo ad hunc effectum particularem reddendi rescriptum subreptitium, tractet Menoch. in tracta. de arbit. Iud. lib. 2. centuria 3. casu 202. per totum. Nos tamē ex eo, & aliis ea duntaxat hic subiiciemus, quæ particulariter materiam attentatorum aliquo modo tangere videntur, in cæteris ad eum lectorem remittēdo: Sit itaque in præfenti septima illatione,

- 631 Regula, quod lite pendente non licet principi supplicare, aut rescriptum ab eo impetrare, nisi facta de lite mentione, vt est decis. Rot. F. stoli causa 35. dub. 94. incip. eodem die, & tradit Franc. in capi. vt debitus. numero 34. de appell. & est decis. Egid. 46. exceptio: vbi inquit, quod contra rescriptum Papæ, potest opponi exceptio litis pendentia in partibus, si de ea non est facta mentio, & bene facit decis. Afflic. 98. pulchrum, & 220. in causa. numero 14. & seq. prout eum allegat, & sequitur Prob. in addit. ad Ioan. Monach. in rubr. vt lit. pend. in 6. vers. vltimus: Mil. in verb. si est impetrata. Paris. consilio 74. gratia. numero 15. lib. 4. hinc dicebat Petr. de Anchar. in cons. 17. viso processu, & Fely. in c. exceptionem. colum. 9. num. 32. de except. quos refert, & sequitur Blanc. in tracta. de compromiss. in 4. q. principali. num. 123. quod per exceptionem litis pendentia impeditur Iudicis impetratio, & causæ delegatio, 632 & pro hac illatione facit in simili quia impetrans beneficium tenetur facere mentionem, de lite, de super pendente. Cassad. decis. 18. num. 6. de 633 præben. Et quod commissio causæ appellationis non facta mentione, quod pendebat terminus apostolorum petendorum non valet: Boër. 634 decis. 256. numero 5. et idem quando non est facta in impetratione, mentio, de appellatione interposita. Mil. in verb. gratia dicitur, & vers. sequent. fol. 154. quod dictum, de appellatione late, & eleganter sequitur Ant. Gab. in tracta. com. conclus. libr. 2. de Iud. conclus. 4. numero 7. vbi numero 8. ampliat, vt non sit necesse ad inuolandum processum fuisse oppositum, de subreptione, & infu- 635 per, quod debet fieri mæto de appellatione trā propria, quam partis auctoris, vt ibi numero 9. tam 636 de iudiciali quā de extraiudiciali, tam si sit appellatum ad Papam, quam si ad inferiorem, vt ibi numero 11. tam per appellatorem, quam per appellatum, vt ibidem numero 12. Sic videmus, quod vnio facta, de aliquo beneficio non facta mentione de lite, quæ de super pēdebat, habetur pro subreptitia, & nulla, prout fuit dictum in vna Britoricens. monasterij camaldulen. 12. Martij. 1550. coram Fabio, vt est decis. in recollec. Guid. bon. 103. 638 Vnio. sub Rubrica de vnion. Sic & cessio beneficij litigiosi non valet, nisi facta litis mentione 639 etiam si hiantum penderet per commissionem causæ, & citationem ad instantiam actoris decretam, & nondum contra reum executam, vt post Stafil. de lit. grat. & iust. fol. 144. & Sarnen. in cōpendio sig. nu. 64. fuit tentū in vna Britoricens. & est decis. in recollec. Guid. bon. 154. voluerunt 640 domini. sub rub. de litigios. Eodem modo quod dispensatio obtenta per filium presbiteri, lite pen-

dente (non facta mentione litis) ad ordines suscipiendos non censetur valida, vt senserunt Domini in vna Bononien. parrochialis, de ponticulo, coram D. meo Oradino 16. Decembris 1566. De qua conclusione, licet late, & eleganter apud Fely. in cap. super literis. numero 28. versiculo sexta conclusio, & in capitulo, cæterum. numero secundo, & sequent. extra de rescript. vltra eum tamen,

AMPLIARI posse videtur,

- Primò, quod ad effectum, vt quis teneatur facere mentionem, de lite, aliā impetratio non valeat, non requiritur, quod sit decreta citatio, per quam lis dicitur pendere, secundum ea, quæ late diximus supra, nume. 28. sed sufficit causam fuisse 641 tempore impetrationis commissam, si credimus Mil. (qui id dixit) in verb. litis pendentia inducitur. fol. 212. & in verb. gratia si dicatur impetrata. fol. 153. & tradit expressè Fely. in c. causam, quæ. el. 2. num. 18. de testibus, vbi relatis super hoc opinionibus, subdit, quod fortè ista opin. est de iure verior: quod nouissimè ponit etiam Anto. Gabriël. in tracta. commu. conclu. libro 2. de Iud. conclu. 4. nu. 26. post Are. in dicto c. causam, quæ. (licet, & ipse super hoc referat opiniones) quibus adde Aug. Bero. in cons. 146. in causa. numero 21. lib. 3. quod tamen non videtur absolutè tenen- 642 dum, et contrariū enim, quod mentio de lite non fit facienda, nisi quando lis est contestata, tenet Curt. Iun. in cons. 174. Sacratissime, nu. 4. & licet dicat hoc habere aliquam difficultatem, istam tamen testatur esse communem opinionem, videlicet requiritur litem contestatam esse, quod etiam aduertit Gabriël. vbi supra, sub nu. 25. 643 Secundo, vt procedat etiam si motu proprio sit facta concessio. Mil. in verb. gratia, si dicatur impetrata. fol. 153. Paris. cons. 74. gratia. numero 17. lib. 4. & melius per Ruyn. col. 80. quamuis, nu. 4. in fin. lib. 5. vbi particulariter mouetur hac ratione, quia lite pendente nihil debet innouari: Quāuis idem Ruyn. in cons. 76. primo est videndum, numero 5. libr. 5. aliter tenuisse videatur. Ad quod dictū de motu proprio vide aliquod per Rebuff. in sua prax. benefic. super regul. de iur. quæ sit. non tollen. gloss. 6. nu. 9. fol. 201. Ad idem vide staphil. omnino, de lit. grat. & iust. fol. 85. vers. secundò principaliter, qui videtur tenere hanc ampliationem, licet alleget aliquos tenentes contrarium: Hanc ampliationem ponit etiam Menoch. vbi supra, nu. 12. qui vltra Ruyn. in dicto cons. 80. in id citat etiam Crauet. in responso pro repub. sauliani. nume. 51. & Roland. cons. 31. in fi. libr. 2. quam etiam tenet Io. Cephal. cons. 133. numero 111. libr. 1. & Gabriël. dicta conclusione 4. numero 20. licet ibidem in vers. contrarium sentit, & c. aliquos in oppositum alleget, præsertim Brun. in cons. 21. 644 col. fin. vers. non obstat, si dicatur attestantem communem opinionem esse contra hanc ampliationem. Tertiò, Quod non sufficiat fieri mentionē de 645 lite et sub generali illa clausula non obstat litis pendentia, nisi fiat etiā mentio et de processu, & statu causæ, ad no. in c. inter monasterium, de re iudic. & notat Salycet. in l. secunda. C. vt lite pendente. quos refert Ruyn. consilio 76. primo est videndum, numero sexto, libro quinto, & consilio 229. v. isa. numero 8. libro primo, & in cons. 61. in lite

in lite. num. 2. libr. 5. vbi dicit, quod debet expressimē fieri mentio de lite: Menoch. late vbi supra. numero 29. & seq. Ant. Gabr. vbi supra dicta conclusione 4. numero 4. & Augustin. Bero. cons. 1. plura. numero 10. libro 3. vbi similiter dixit, quod sufficit facere mentionem in genere, de processu, ac de principalibus actibus, & articulis.

- 647 Quando autem essemus in expressione intrusionis non sufficit expressio per clausulas generalis sed specifica debet de illa fieri mentio, vt adnotauimus infra in tertia parte. ca. vltimo, de penis attent. in 18. pœna. dic. vt ibi. Declara tamen hoc, quod licet requiratur expressa mentio de lite, non tamen requiritur, vt exprimat qualiter causa sit instructa, sed ad sustinendum commissionem à vitio subreptionis, sufficit, quod appo- 648 natur et clausula solita, videlicet, cuius litis statū, & merita, & c. vt est decis. in recollec. Achill. de Grass. 65. commissio in qua: sub rubr. de commissio.

Quartò, vt procedat etiam si in rescripto petere tur tantum dari et Iudici adiunctum, & collegam, vt post glo. Panor. & alios in capi. coram, de offi. deleg. (reprobata opi. Bald. & Archidia. ibi) tradit Menoc. (cuius opi. mihi placet) vbi supra, nu. 6.

Quintò etiā si commissio mentionis litis fuisse facta per simplicitatem et vel ignorantiam secundum eundem ibi, nu. 11. Gabr. vbi supra. nu. 27. vbi quàm plures allegat, & inter cæteros Ias. dicentē se hoc dictum alibi non legisse.

- LIMITARI similiter potest prædicta regula, 651 Primò, vt non procedat et quando lis, & processus esset nullus, quia tunc non tenetur de eo facere mentionem, vt est decis. Afflic. in pulchro casu 366. in pleno consilio. numero 9. & seq. Ruyn. dicto cons. 76. numero 8. libr. 5. & in cons. 8. quia. in princ. & per tot. libr. 4. & Curt. Iun. in cons. 174. sacratissime. numero 5. Nam & aliā in simili vide- 652 mus, quod et processus nullus, non interruptit præscriptionem, vt per Ruyn. cons. 47. in causa. numero 8. libr. 4. & sequitur (alios allegans) Mádof. super reg. de subrog. collig. q. 9. nu. 6. vbi ad propositum. nu. 7. post Curt. Iun. in cons. 126. incip. 653 præsupponitur in facto. sub nu. 8. attestantē hāc esse commu. opi. tradit, quod de rescripto nullo, non est facienda mentio: ad quam limit. fa. multa, quæ ponit Menoch. vbi supra. nu. 81. & Gabr. vbi supra. nu. 14. & melius nu. 32. qui præter præallegatos, etiam alios citat.

Secundò, quādo essemus in recurso petito aduersus sententiam et præfecti prætorio, & lite eius occasione mota: nam de illa non tenetur quis in impetratione facere mentionem, vt nouissimè per Franc. Marc. in decis. delphin. q. 624. nu. 7.

- 655 Tertiò, Quando et lis fuisse sopita, vel suspensa, nam impetratio rescripti valet, etiam si de lite non sit facta mentio, vt de primo, est cons. Anchar. 16. viso processu. colu. prima, de secundo est cons. Curt. Iun. 174. col. 2. quos in vtroque refert, & sequitur Crauet. cons. 182. Videtur. nu. 4. libr. 1. quos sequitur Menoch. vbi supra. nu. 15. & 16. Vel causa esset finita, quia sententia in ea lata transiitum fecisset in rem iudicatam, vt post Paris. cons. 30. col. 5. libr. 4. tradit idem Ant. Gabr. dicta conclus. 4. nu. 41.

656 Quarto limita et vt non procedat in causa ma-

rimoniali: quia iura disponētia, quod debeat fieri mentio de lite, & statu causæ limitantur, vt non habeant locum in causa matrimoniali, si credimus Andr. Barbat. qui id post Lap. dixit in cons. 46. Turonensis delegatus. nu. 7. lib. 2.

657 Quintò potest limitari et vt non procedat, quādo Princeps tacitè sensisset extare lite, puta quādo in gratia apposuisset clausulam sine vitio attentatorum, quoniam cum attentata regulariter litem præsupponat. Cassad. decis. 6. super res. per appositionem dictæ clausulæ ceterur etiam facta mentio litis pendentis ad sustinendum rescriptum, vt tenuerunt Domini in vna Florentin. pecuniaria coram Guid. bon. sub die 10. Februarij 1553. & alia Oxomen. Archipresbiterarus coram Robu- 658 sterio 31. Iunij. 1567.

658 Sextò, quando lis et penderet super vna re, & rescriptum impetraretur super re diuersa, quoniam sententia lata vigore secundi rescripti censetur valida: & ideo si lite pendente super adiudicatione cuiusdam administrationis bonorū quibusdā monachis per Papam cōcessorum, per aduersarium (non facta mentione dictæ litis) committatur causa super subreptione cōcessionis Papæ, & de super feratur sententia declaratoria subreptionis, dum in vna Valentia. monasterij regij corā Serafino 26. Ianuarij attentata, huiusmodi diuersitate causarum daretur de inualiditate dictæ sententiæ, quia rescriptum fuerat impetratum non facta mentione litis, & similiter sententia lata fuit pendente prima lite, Domini tenuerunt pro validitate sententiæ.

659 Septimò, vt non procedat et quando si lis fuisse expressa non mouisset Papam ad denegandum, quoniam hoc casu taciturnitas litis pendentis non reddit gratiam subreptitiā, vt post docto. in c. super literis, & in cap. ad audientiam, de rescript. tradit Io. Bapt. Ferret. in cons. 229. Reuerendissime. nu. 4. lib. 1.

Declarari etiam præmissa possunt.

Primò, vt regulariter talis subreptio ob non factam mentionem litis non vitiet et ipsi iure, sed 660 opus est exceptioe, nisi in impetratione et et et et obreptio. Mil. & ibi addit. in verbo rescriptum per quod causa, & in verbo rescriptum ad litem, & per Ruyn. in cons. 91. in lite. in princ. & nu. 2. libr. 5. licet contrarium teneat Gab. vbi supra. nu. 81.

Secundò, vt procedat in rescripto non facta liti- 661 tis mentioe impetrato a parte et scus si a tertio. Ruyn. dicto cons. 61. nu. 19. lib. 5. Menoch. ibidem. nu. 22. & post Ruyn. in dicto cons. 61. etiam Ant. Gabriël. vbi supra. nu. 38.

Et per præmissa satis apparet verā esse regulā, quam supra posuimus, quod regulariter omnis actus lite pendente factus, dicitur attentatus, & nullus, præsertim hi omnes, de quibus supra particulariter vidimus, videlicet Adeptio, & traslatio possessionis. Alienatio rei litigiosa, Promissio, de beneficio, Presentatio patroni, Institutio Ordinarij, Processus, & Impetratio rescripti facta lite pendente, intelligendō tamē prout supra in singulis diximus.

AMPLIATIO PRIMA

SUMMARIUM

LITIS pendentia facti illicitum, quod ante et post

Dominus

cedat ista ampliatio. Immo amplius dicit Paul. de Castr. in l. 3. C. de appel. quem refert, & sequitur Ias. in conf. 187. circa primū. colu. 6. vers. quarto accedat. lib. 2. & etiam Roland. à Valle in conf. 77. viso. num. 3. lib. 2. † quod posito, quod iudex à quo noluerit recipere appellationem, quia dicat, quod non potuit appellare, quia causa erat inappellabilis, puta in casu l. primæ, & toto titu. C. si de moment. possess. Nihilominus non debet aliquid innouare, & quod innouata indistinctè reuocantur, quando appellatio de iure tenet, licet nō fuerit recepta, † quoniam talis innouatio inhibetur saltem à iure, tam per dictam l. tertiā, quā per tot. tit. nil nou. appellat. pend. vt latius per Roland. in dicto loco, quamuis hoc dictum Pauli de Castr. non admittat nouissimè Ofalcus: in decisio. Pedemonta. 25. sub num. 20. Ad id autem, quod in hac limitatione dictum est, facit, quod dicebat aliās Io. And. in ca. si à Iudice post prin. de appel. in 6. in nouell. post Archid. de quo ibi † quod quando dubium est, an teneat appellatio omnia sunt in suspensio, & quod nouissimè post Franc. & alios per eum allegatos affirmauit Bursat. in conf. 21. Illustrissimi. num. 13. lib. primo, † quod siue admissa siue reiecta fuerit appellatio semper tota iurisdictio Iudicis à quo per appellationem suspenditur, ita vt nō possit amplius in dicta causa se intromittere, & propterea appellatio interposita facit attentata nō solum quando fuit simpliciter per Iudicem admissa, verum etiam, † quando illam admisit cum clausula si, & in quantum, vt fuit dictum in vna Aretina spoliij coram D. meo Oradino 10. Martij 1559. Cum & aliās generale sit † quod in omni casu appellatio cēsetur permissa, nisi expressè reperiat prohibita: glos. sing. in l. qui restituere. ff. de reuend. quam no. Bald. in dicta l. prima. C. si de moment. possess. nume. 10. & latius Franc. in rub. extra de appel. col. quarta. vers. tertio præmitten. vbi subdit, † quod qui dicit in aliquo casu non posse appellari, tenetur id probare, cum habeat regulam contra se, quod ipsum post glo. in dicta l. qui restituere, & alios per eum allegatos, tradit Soci. conf. 39. capio primum. in princ. libro 4. & Hier. Grat. in conf. 163. requisitus. numero 12. libro 2. & post glo. in dicta l. qui restituere, quam communiter teneri præsupponit, & † etiā in crimine læsæ maiestatis procedere, tradit Viuius commu. opi. lib. 2. opi. 29. incip. appellatio admittitur. Et ob reuerentiam, † superioris semper in dubio est appellatio deferendum, vt dicunt omnes, præferim Franc. in c. vt debitus. sub numer. 43. vers. in eadem glo. de appel. Lap. alleg. 2. num. 5. & Ioannes Cephal. in conf. 105. dominus. nume. 46. lib. 1. Io. de neuizza. in conf. 44. conditoris. numero 9. & latius Andr. Trauell. in tractatu le mort fait. le vil. in 6. parte princ. declar. 6. numero 9. & sequi vbi in id multa congerit more suo: Quibus adde quæ nouissimè etiam tradit Pet. de Benin. d. in decisio. Bononiens. decisio. r. quæ situm. num. 3. in fin. & ex recentioribus Lancell. Corrad. de Prætor. §. si eum. de offie. Prætor. in caus. ciuil. de sentent. numer. 6. & 7. & latè etiam, & eleganter Ias. in conf. 187. circa primum. colu. 2. vers. septimo facit. libro 2. & post eum Moderni in annot. ad Aegidiam sub nume. 168. & latè Io. Cephal. in conf. 189. in causa. numero 1. lib. 2. vbi hoc ampliatur.

12 † vt etiam si iudex admiserit appellationem nō admittendā sit à pœna excusandus, post Deci. in 13 conf. 49. colum. 2. vers. quarto suaderetur, † & insuper, quod iudex nō debet nisi causa cognita appellationem reicere, post Franc. in cap. cum speciali. §. porro. col. 4. de appell. Facit etiam, quod 14 aliās dicitur, † quod appellatio nemini est deneganda, etiam Diabolo, vt est decisio. Rot. 16. aliās 354. cum Iura. numer. 3. de dol. & contum. in no. & tradit Paris. conf. 28. ad resolutionem. nume. 11. lib. 4. † Immo solent iura Iudicibus appellationi non deferentibus certas pœnas infligere: de quibus tam in ciuilibus, quā in criminalibus, tam de Iure ciuili, quā canonico, eleganter per Boer. decisio. 153. nume. 4. & seq. & aliquid per Maranth. q. 2. tertiæ partis sextæ partis principalis. numer. 199. & aliquid etiam per Lancel. Corrad. vbi supra. num. 6. Hęc autem conclusio, quod in dubio appellatio sit permissa, & quod illi sit deferendū, est intelligenda, vt procedat, quando sumus in casibus, in quibus appellatio regulariter est permissa, secus in illis, in quibus regulariter est prohibita, vt est in possessorio, & ab executione, quia hoc vltimo casu, licet regula prohibitiua in aliquibus casibus non procedat, in dubio tamē debet cēseri prohibita, secundum regulam, non autem permissa secundum fallentias, vt post Deci. considerabat Alciat. in consilio 68. gubernatorem. sub numero 8. libro 6. Item † intellige respectu fisci in Regno Neapolitano, cuius appellatio ab absolutorijs regulariter non est permissa, vt per Carauit. Ritu. 258. in princ. & per tot.

AMPLIATIO VI.

SUMMARIUM.

- 1 APPELLATIO etiā ab actu, & sententia nulla facit attentata.
- 2 Appellari etiam potest ab actu nullo, & triplex ex ea resultat effectus.
- 3 Reuocatio attentatorum pendente nullitate per viam appellationis intentatæ, tunc fit postquam fuerit iustificata appellatio.

SEXTA Ampliatio fit, vt Regula procedat non solum in appellatione interposita ab actu, & à sententia valida, † verum etiam si interponatur ab actu, & sententia nulla: non est enim nouum, aut inconueniens, † quod ab actu nullo appelletur, vt per Franc. in c. dilecto. qu. 7. de appellat. & post Ioan. Andr. Inno. & Hostien. ibi & docto. in l. si expressim. ff. de appellatio. no. etiam Vital. in tractat. de claus. in clausula nil noua. rel. lat. penden. numero 15. & tradit Alexand. in conf. 130. ponderatis ad fi. libro 3. & in l. 2. C. de poss. bon. cont. tab. vbi etiam ponit quis sit eius effectus, talis enim nullitas proposita per viam appellationis operatur priuilegiū attentatori, & impedit executionē fieri, vt per Franc. eleganter in dict. c. dilecto. numer. 22. 23. 31. 32. & seq. & post eum idem tradit Vant. in tractat. de nullit. in titu. quot. & quibus modis. nullitas. proponi possit. nume. 34. per tex. in c. exhibita, vbi Imola de Iudic. & in cap. super quæstionum. in fi. de offi. de leg.

leg. quod & post Franc. dicto numero 21. posuit Manfred. lib. 2. practic. qua. st. super atten. conclu. 51. Quibus adde Iacob. Henric. in consilio. 31. cum venerabilis. in 2. dubio. nume. 8. & seq. libro 3. vbi eleganter prosequitur qualiter appellatio, etiam à sententia nulla triplicem operatur effectum, videlicet, quod facit attentata, impedit executionem, & rescindit sententiam. † Quod videtur intelligendum, vt reuocatio fiat per viam attentatorum, postquam fuerit iustificata appellatio, vt post Gemi. in c. non putamus. colu. 2. circa med. de consuetud. ponit idem Manfred. libro 2. practic. conclus. super attentatis. conclu. 209. Et alijs etiam nonnullis modis præmissa declaranda videntur, de quibus fusius diximus infra, capitulo decimosextimo, de attentat. nullitat. pendent. in secund. sublimit. primæ limit. princip. Regulæ ibi positæ.

AMPLIATIO SEPTIMA.

SUMMARIUM.

- 1 ACTVS etiam ad tollenda scandala pendente appellatione factus dicitur attentatus.
- 2 Sequestrum factum à Iudice, à quo in causa profana ob timorē armorum, & ad vitanda scandala dicitur attentatum.
- 3 Secus in causa beneficiali.

SEPTIMA Ampliatio fit, vt Regula procedat, † etiam si actus, qui fieret appellatione pendente, tenderet ad tollenda scandala: nam licet multa fieri permittantur ad tollenda scandala, quæ aliās non licerent. ad l. æquissimum. ff. de usufruct. l. fin. de offi. procur. Cæsar. Bald. in l. fin. in quarta col. C. de edict. diui Adr. toll. & tradit abundè Stephan. Aufrer. in addit. ad decisio. Tholof. 477. aliquis lite pendente, & latissimè per Felty. in c. 2. num. 2. & multis seq. de præscriptio. Nihilominus etiam hoc casu tanquam attentatum, 2 ille actus deberet reuocari. † Exemplū, si Iudex interposita appellatione ab eo in causa profana, & possessorij illa pendente ad euitandum scandalum, & timorē armorum, possessionem sequestret, tale sequestrum dicitur attentatum, si credimus in hoc Afflic. decisio. 98. pulchrum est 3 dubium, num. 2. & per totam. † quamuis secus sit si sumus in causa beneficiali, secundum eundem Afflic. decisio. 152. fuit dubitatum. sub nu. 6. Ad quā limit. fa. ea quæ posuimus latius in materia attentatorum lite pendente, supra cap. 4. de attent. lit. pend. in secunda ampliatur. princip. per tot. Quando autem sequestrum simpliciter, non autem ad tollenda scandala appellatione pendente factū, & in sententia etiam decretum sit attentatum, necne, videbimus infra, hoc eodem cap. in decima quarta limitatione Regulæ princ.

AMPLIATIO VIII.

SUMMARIUM.

- 1 EXCOMMUNICATIO licet aliās, etiam in materia appellationis, videatur priuilegiata, statim feratur post legitimam appellationem, dicitur nulla.
- 2 Censuræ dicuntur nullæ, & attentatæ si ferantur post

appellationem. 3 Etiam ab interlocutoria. 4 Excommunicatio lata post appellationē ab interlocutoria, est nulla, etiam si veritas cause appellatiōis non probetur. 5 Excommunicatio post appellationem lata est nulla, etiam ipso iure, & solum venit per modum attentati, quatenus de facto proiecit etiam de facto reuocanda. 6 Purgari non dicitur excommunicatio attentata per absolutionem datam per Iudicem, ad quem ad suū beneplacitum, sed requiritur absolutio per viam sententiæ cum impositione perpetui silentij. 7 Excommunicatus post appellationem non est interim excommunicatus. 8 Nisi in excommunicatione post appellationem iudicalem, item 9 Nisi appellatio sit deserta. 10 Denunciatio excommunicationis post appellationē facta non valet. 11 Excommunicatio post appellationem lata non dicitur attentata, si feratur à Iudice dato cum clausula appellatione remota. 12 Appellatio, licet præcedentem excommunicationem non suspendat ipsam tamen declaratoriam suspendit. 13 Excommunicatio semper in dubio præsumitur præcessisse appellationem. 14 Iudex si dixit excommunico te si appellas, si quis parat se ad appellandum, quid in dubio præsumitur præcessisse, excommunicatione, an potius appellatio, remissiuè.

OCTAUA Ampliatio fit, vt procedat etiā in actu excommunicationis post appellationem interpositam facto, † nam licet aliās excommunicatio in hac materia appellationis videatur priuilegiata, prout est illud, quod excommunicatio per appellationem non suspenditur, vt per Franc. in c. ad hæc quoniam. in princ. de appell. & diximus supra in hoc eodē cap. in præfat. nu. 99. Nihilominus etiam ipsa excommunicatio si feratur post appellationem legitimam est nulla. cap. ad præsentiam, & ibi no. Franc. de appell. & per eundem in c. sæpè. in glo. in verb. rata. nume. 3. & in c. peruenit. in 3. not. eod. tit. & tradit Lap. alleg. prima. num. 2. & post Ang. in conf. 188. & Franc. in dicto c. solet. de sent. excom. in 6. tradit etiam Maranth. in Specul. in tertia parte, sextæ partis principalis. quæsti. 2. num. 170. & est decisio. Rot. 20. aliās 130. si post. de appell. in no. & nouissimè, † quod censuræ dicantur nullæ, & attentatæ si ferantur post appellationem, † etiam ab interlocutoria, & tanquam attentatæ sint reuocandæ, tenuit Rota in vna Vercellen. attentatorum, vt patet in recollet. Paleot. decisio. 43. incip. nihil etiam. sub die 24. Ianuarij 1558. iuncta aliā decisio. eiusdem 33. incip. Alexander Cernola. sub die tertia Decembris 1556. in eadem causa, & alia eiusdem Paleot. 358. incip. fuerat. sub die tertia Iunij 1561. in vna Cefaraugustana d'oris, vbi fuit tētum excommunicationem latam post appellationem esse attentatam, & prius purgandam, quā de negotio principali videatur, & ista sit in hac octaua Ampliatio

REGULA, quam
AMPLIA,
Primò, vt procedat, tertiā si veritas cause appellatiōis
Tract. de Attent. r 3

pellationis non probetur, nam licet detur pro regula necessaria in materia attentatorum appellatione pendente præterquam à diffinitiuâ, quod nunquam illa reuocatur, nisi iustificetur causa appellationis, vt est text. in ca. significantibus, & ibi hoc formaliter no. Franc. in vltim. not. de appella. & per illum text. Franc. in c. super eo. el primo. in fi. eo. tit. Nihilominus si ante diffinitiuam appelletur, & deinde fertur excommunicatio illa est nulla, vt in regula, etiâ si causa appellationis aliter nõ iustificetur, aut probetur, vt est tex. in c. dilectus. de appell. & per illum tex. tradit Franc. in c. bonæ. nu. 35. vers. 2. conclusio. de appe. post Imol. & alios de quibus ibi.

5 Secundo, & notabiliter Amplia, ¶ vt talis excommunicatio sit nulla etiâ ipso iure, & veniat solum per modum attentati, quatenus de facto processit, etiam de facto reuocanda, vt tradit Paris. conf. 28. ad resolutionem. num. 28. & seq. libro 4. ¶ Nec pro purgatione huiusmodi excommunicationis, sufficit absolutio data per Iudicem ad quæ ad suum beneplacitum, sed requiritur absolutio per viam sententiæ cum impositione perpetui silentij, vt est in recollet. Paleott. decif. 358. fuerat in vna Cæsarugustana dotis 2. Iunij 1558. ad quod faciunt, quæ latius dicemus infra, hoc eodẽ cap. 17. ampliatiõne principali huius regulæ. nu. 5. & num. 25.

7 Tertiõ, ¶ vt talis excommunicatus post appellationem non sit interim excommunicatus: licet enim excommunicatio habeat secum executionem, vt no. in ca. ad hæc quoniam. de appel. nihilominus quando fertur post appellationem non trahit secum executionem, & propterea interim non est excommunicatus, vt not. Franc. in ca. pastoralis. §. verum, quia. num. 6. & seq. de appel. Hanc tamen

8 ampliatiõnem limita, ¶ primo, vt nõ procedat in excommunicatione lata post appellationem iudicalem, tunc enim is interim videtur excommunicatus secundum Franc. in dicto §. verum: quia per rex. in c. solet. in fi. de senten. excõmu. in 6. qui facit differentiã inter appellationem iudicalem, & extraiudicalem, licet cõtrarium in hoc videatur sentire Maranth. (qui id simpliciter dicit) in q. secunda tertiæ partis sextæ partis principalis nu. 17. per text. in c. dilecti. de appel. & idem sentit Deci. in conf. 214. in causa cathedralis. sub numero 5. vers. his enim non obstantibus. libr. 2. qui cõsultit in casu appellationis extraiudicialis. Secundo, ¶ nisi appellatio sit deserta, vt tradit idem Franc. ibidem per c. licet. de senten. excõmu. in 6. quamuis cõtrariũ aliàs senserit Mil. in verb. excommunicatio facta post. fol. 119. vt diximus supra, hoc eodẽ c. in prima Ampliat. principali, nu. 6.

9 Quarto Regula ampliatur, vt sicut excommunicatio non tenet, vt diximus, ita ¶ nec denunciatio excommunicationis post appellationem facta tenet, vt no. idẽ Franc. in c. peruenit. in tertio not. de appel.

LIMITA eandem Regulam,

11 Primo, vt nõ procedat, ¶ quãdo Iudex in suis facultatibus haberet, quod posset procedere appellatione remota, talis enim clausula operatur inter cetera hunc effectum, vt non obstante appellatione excommunicatio valeat, vt est tex. in c. pastoralis, & ibi not. Panor. & alij, & singularem esse limit. dicit Franc. ibi. numer. 7. vers. septimo

operatur. de appel.

Secundõ limita, vt non procedat in appellatione à sententia Iudicis declaratoria: licet enim appellatio nõ suspendat sententiam excõmunicatiõis ipsam tamen declaratoriam suspendit. Deci. in c. peruenit. el primo. sub nume. 2. col. prima in fi. de appe. post glo. in c. cupientes. §. quod si per viginti. in verb. priuatus. de elect. in 6. & Bald. in c. ad nostram. de appe. & Panor. Lap. & Card. in locis per eum citatis, quibus adde Maranth. vbi supra. nu. 169. qui in id allegat Felyn. in c. cum non; ab homine. col. fin. de Iudi. de quo latius dicemus infra, hoc eodẽ capit. in 21. limit. princip. in tertia sublimitatione. nu. 21. ver. tertio quando quis.

- 20 *Secundo limita t. quando talis protestatio seu appellatio non esset intimata iudici, & parti: t. licet, enim quo ad effectum deuolutiuum non requiratur intimatio (& ita intelligitur dictum Innocen. in d. c. dilectus, vt per Franc. in c. bonae. num. 42. vers. nona conclusio. de appell.) bene tamen requiritur quo ad effectum attentatorum, vt est decis. Rot. 38. alias 309. attentata, de appell. in no. & tradit specialiter Franc. in di. c. si iustus, in vlti. q. num. 41. post Rot. vbi supra, & Ioan. And. in c. si duobus. de appell. Imol. & Paul. in clem. causam. de appellat. Specul. de appellat. §. qualiter. vers. item fit cautus. & in §. nouissimè. sub num. 2. vers. duodecimus, & Imol. & Ant. de Butr. in d. c. si iustus. Lap. alleg. 39. an valeat. nu. 10. Marant. in specul. in 3. parte sextae partis princip. q. 7. num. 391. & post Lap. vbi supra nouissimè Misinger. sing. obser. centuria 4. decis. 44. incip. disponit, cum non facta intimatione t. non sit quid imputetur iudici, aut parti, si quid attentauerit, ad not. in cap. si duobus de appella. per cuius tex. rationem sentit Bero. in cons. 6. & si plura. sub num. 4. lib. 3. t. quod si vtraque pars a sententia appellauit vna ad summum Pontificem, altera ad inferiorem, quauis appellatio totius causae deuoluta dicitur ad Papam, processus tamen factus per inferiorem ignorantem, talem appellationem, ac deuolutionem creditur validus: Et huius dicti ratio ea videtur posse assignari t. quia ignorans non dicitur contemnere, & ob id non debet puniri, vt post Abbat. in c. cum sit. in fin. de appell. & Aegid. decis. 540. si ignorans. tradit nouissimè, Menocch. in cō sil. 74. dubitari. num. 12. libr. 1. Et alias in simili regulare fit, quod sententia si non intimetur, non nocet, vt eleganter post multas auctoritates deducit Io. Cephal. in cons. 241. in causa. nu. 52. & seqq. lib. 2. Alias enim videmus, quod quomuis regulariter coram iudice sit appellandum, vt in c. suggestum, & ibi no. Dec. nu. 4. vbi dicit Franc. esse communem opinionem de appell. & dictum est supra in princ. huius ampliatio. t. Si tamen fiat in absentia iudicis satis est, quod sibi intimetur, vt tenet idem Dec. ibi etiam ad contraria respondens. & si iudex, aut pars non delinquit, non debet puniri. Rot. decis. 3. alias 149. si inter. de caus. possess. & propr. in no. & facit etiam decis. Cassad. 3. quae incipit saepe. nu. 6. in fi. de appell. Quam limitationem Amplia, vt procedat t. etiam si non facta intimatione appell. ipsi iudici fuisset tantum ipsi parti intimata, nam si iudex ipse t. etiam ad instantiam partis procedat, processus valet, vt concludit Praepos. post alios, quos allegat in dicto c. si iustus. nu. 50. vbi respondet etiam his, quae per Lap. & alios in contrarium adducebantur, & Sublimita eandem duobus modis. Primo nisi t. de appellatione iudex, & pars essent iam certi, Franc. ibi col. vltim. vers. vltimus dubitatur. nu. 46. & (licet ille non alleget) est deci. Rot. 18. alias 127. valet. de appell. in no. quae vult t. quod sufficiat qualitercunque ad notitiam appellati deueniat fore appellatum, ad quod facit, quod alias dicebat Corn. in cons. 203. in hac littera. G. libr. 2. t. quod quando exceptio declinatoria fori est nota iudici operatur effectum suum, etiam si non allegetur per partem, ea ratione, quia iudex iam certus est. Et quod alias*

- 31 dicitur quod si citatus ad sententiam legitime impeditus non compareat, & iudex certificatus de impedimento sententiam nihilominus ferat, illa sententia est nulla, vt in vna Cremonen. denariorū coram Io. Paul. vigesimo Aprilis 1545. fuit resolutum, vt est recoll. Put. decisio 4. restitutio de restit. in integ. Sic etiam licet reuocatio, pro curatoris sit regulariter intimanda, tamen quando is (in cuius fauorem procurator habebat facere resignationem) sciuit reuocationem, talis scientia sufficit, & facit, vt quo ad eum resignatio per dictum procuratorem reuocatum facta non valeat, vt est in recolle. Guid. Bon. decis. 91. fuit dubitatum, vers. dixerunt domini, sub rubr. 34 de renunc. Sic etiam quando pars habet notitiam sententiæ latae, non est sibi sententia ulterius intimanda, vt post Socin. in conf. 120. nu. 16. libr. 3. & alios per eum alleg. tradit nouissimè Iacob. Menocch. in tractat. de arbit. iud. lib. 1. qu. sexagesima sexta. num. 3. Pariter licet denunciatio litis motæ sit per emptorem venditori faciēda ad hoc vt ille de euictione teneatur, attamen si manifestè constat de lite mota non est necessaria denunciatio, vt post Rip. in ca. cum. M. Ferrar. num. 166. de confit. & Socin. in conf. 120. num. 16. libr. 3. tradit nouissimè Menocch. in conf. 100. incip. quæ nunc. num. 18. lib. 1. Eodè modo si quis obtinuerit gratiam, si neutri, licet regulariter illa tanquam ius nouum sit parti intimanda, tamē si procurator aduersarij post productionem dictæ gratiæ si neutri, pluries comparuit ad iudicium, & passiuè in iudicio, sufficit sola productio absq; intimatione, quia præsumitur huiusmodi gratiæ notitiam habuisse, vt est in recolle. Crescen. decis. 202. gratia si neutri: sub rubr. de dilat. præben. & de iudic. Sic etiam quamuis procurator teneatur denunciare domino sententiā contra se latam à qua ipse ex aliqua iusta causa non appellat, ad hoc, vt ipse dominus si velit possit appellare, si tamen dominus aliunde certior fuerit factus id non requiritur, vt post glos. in ca. non iniuste, in gl. fin. extrà de pro. tenet Andr. Tiraque. in tractat. de vtroque retract. in §. trigesimo sexto, glo. 2. nume. vigesimo quarto, vbi etiam generaliter hanc conclusionem firmat, quod idem operetur scientia, quod denunciatio, post Dyn. Ioan. And. Barto. & alios, de quibus ibi per eum: Secundo sublimita hanc primam limitat. 40 Quando per eos stare, quo minus sibi fieret intimatō, puta quod nollent audire, vt per eundem Franc. in dicto loco, dicta colum. vltima. 41 Tertio regulam limitat, quando appellatio esset extraiudicialis, & generalis, & non contra certam personam, tunc enim non requiritur intimatio, & attentata veniunt reuocanda absque alia intimatione, vt tradit Franc. per illum tex. qui id dicit esse clarissimum, in c. bonæ. num. quadragesimo secundo, vers. nona conclusio, de appell. Faciunt quæ dicemus latius infra in 18. ampliatio- ne præsentis regulæ princ. nu. 1. & seqq. 42 Quarto, vt non procedat in appellatione interposita coram eo, qui aliàs reputaretur honesta persona, sed tamen esset excommunicatus: 44 Tis enim cum non tolleretur ab ecclesia, non potest dici vir honestus, secundum Dec. in dicto c. si iustus metus, num. 4. de appella. quem sequitur nouissimè Menocch. in tractat. de arbit. iud. libr.

secundo, centuria prima. casu 69. nu. 9. vbi in id alleg. etiam Ant. de Butri. in ca. dilectus. de purgati. canon. & in specie Soci. Senio. in cōf. 45. col. 2. vers. quis autem dubitat. lib. primo. subdens ad declarationem materiæ huius ampliatiois, quod 45 quæ dicatur honesta persona in casu isto relinquatur arbitrio iudicis, & quod excommunicatus dicatur turpis persona, tradit Nicol. Boer. in conf. 4. incip. si quis animo. nu. 61.

DECLARA eandem regulam,

- 47 Primo, vt talis appellatio ad hoc, vt operetur effectus suos, & per consequens etiam hunc effectum attentatorū, debeat esse facta congruo tempore, id est infra illos decem dies, infra quos debuisset appellari coram iudice, vt per Franc. ibi column. quarta, versicu. & aduerte primo. 48 Secundo, vt contineat causas iustas, vt per 49 eundem ibi lem. Iusta autem causa dicitur si subsit metus ipsius iudicis, vt est tex. in dicto ca. si iustus, & per illum text. Rot. decis. 50. aliàs 366. si appelleretur. post princip. de appella. in no. Itē si non potest haberi copia iudicis à quo, vt l. secunda. §. dies. ff. quando appellan. sit. & capit. biduum. secunda quæstio. sexta, & Rot. dicta decis. 51 quinquagesima, aliàs 366. Nec etiam iudicis ad quem secundum Ruyn. conf. sexto, de validitate. libr. 4. vbi dixit, quod non valet talis appellatio coram honestis viris, nisi deficiat copia iudicis à quo, & ad quem. Quod nota, quia alij non ponunt, quod hoc copulatiuè requiratur. Item si interueniat aliquod aliud legitimum impedimentum, vt per Franc. in dicto capit. si iustus. numero 6. & 7. quæst. 3.

AMPLIA. DECIMASEXTA.

SVMMA RIUM.

- 1 APPELLATIO etiam tacita, & præsumpta videtur causare attentata. 2 Itineris arreptio, & missio nuntij ad Papam habet vim appellationis. 3 Iter arripens ad curiam gaudet privilegio Eugeniæ. 4 Itineris arreptio ad inferiorem à Papa, qui tamen possit per viam querelæ adiri, videtur habere vim appellationis secundum aliquos. 5 Nuntij missio ad Papam, videtur habere vim appellationis, si missio sit ex causa appellationis. 6 Secus si ex alia causa, quia tunc solus nuntius missus dicitur esse sub protectione Papæ. 7 Clausula appellatione remota non tollit suspensionem, quæ resultat ex itineris arreptione. 8 Arreptio itineris facta ex alia causa, quam grauaminis, non habet vim appellationis. 9 Nisi coniunctim fuerit facta iam ex causa appellationis, quam ex alia, atque principalior esset causa appellationis. Item 10 Nisi arreptio, & missio fuissent ad impetrandum restitutionem in integrum aduersus sententiam, quam inferior concedere non poterit. 11 Appellatio ordinariè coram iudice est interponenda, quando eius copia habeatur. 12 Itineris arreptio non habet vim appellationis, quando potuit habere copiam iudicis. 13 Nisi in iter arripiente subsistet iustus metus: vel 14 Nisi esset tanta occupatio, vt non posset appellationem scribere, aut formare.

Appella

- 15 Appellatio resultans ex arreptione itineris, vt causet attentata debet iudici, & parti intimari. 16 Itineris arreptio non habet vim appellationis, quando appellanti fuit præfixus terminus ad recipiendum apostolos, vel ad se presentandum apostolico conspectui, quibus casibus requiritur realis presentia. 17 Itineris arreptio vbi fit, debet in ea seruari omnia, quæ possunt secundum naturam appellationis. Et debet fieri cū protestatione, quod interim nihil inuenitur. num. 18.

DECIMA sexta Ampliatio fit, vt Regula, quæ habet, quod nihil debet innouari appellatione pendente procedat non solum in appellatione vera, & actualiter interposita, verum etiam in appellatione tacita, & præsumpta, prout est illa, quæ resultat ex arreptione itineris, seu missione nuntij ad Papam: de qua in c. meminimus, & in c. dilecti, el secundo. de appellat. tradit ex recentioribus Port. Imolen. in conf. 188. ex facto. nume. duodecimo, libro quarto. & propterea in hac ampliatioe breuiter potest poni Regula, quod gesta post iter arreptum ad Papam, & sic post tacitam, & præsumptam appellationem sunt attentata, & reuocanda, vt tradit Mil. in verb. appellationis vim obtinet, fol. decimosexto. quia talis arreptio vim habet appellationis, vt videtur tex. in c. cum causam: de offic. deleg. & in ca. cum olim. de dol. & contum. & in ca. audita, de restit. spoliat. secundum Imol. in cap. vt debitus, de appella. Ad quod facit quod aliàs dicitur, quod iter arripens ad curiam gaudet privilegio Eugeniæ, & aduersarius eius tenetur sibi ad fructus perceptos, vt in recolle. Put. decis. decimasextima, arripens iter. sub rubri. de iudi. vnde etiam quoad attentata vim appellationis regulariter obtinere debet, & ita potest esse in proposito.

REGULA secundam communem opinionem, de qua per Franc. in dicto cap. vt debitus. nume. trigesimo, & 33. & seq. vers. alij verò tenent. vbi licet plures videatur ponere opiniones, tamen ita communiter ibi residere doctores attestatur. Quam Regulam

AMPLIA,

- 4 Primo, vt procedat etiam in arreptione itineris facta ad inferiorem à Papa, qui tamen possit per viam querelæ adiri, vt tradit Mil. in d. verb. appellationis vim obtinet, fol. 16. post Anton. de Butri. in d. c. dilecti. nume. sexto, vers. ex his inferitur, dum ampliatioem simpliciter tenet, quod procedat etiam in inferiori à Papa, qui per viam querelæ adiri possit, vt ibi per eum. 5 Secundo, vt procedat non solum in arreptione itineris facta in propria persona, verum etiam per interpositam personam, puta per missionem nuntij, vt patet in d. ca. meminimus. & ca. dilecti. & ex no. ibi per doct. dum indifferenter, & alternatiuè loquuntur de itineris arreptione, & nuntij missione. Quod tamen non procederet quoad ex alia causa, quam appellationis limitaretur nuntius ad Papam, quia tunc solus nuntius missus dicitur esse sub protectione Papæ, vt per Frā. in d. cap. vt debitus. nume. vigesimo nono, in gl. 4. in princip. Tertio, vt procedat etiam si iudex, qui pronunciat, haberet in facultatibus, quod posset procedere appellatione remota, quia cum per dictam clausulam non tollatur suspensio, quæ fit ex huiusmodi itineris arreptione, vt notat expref-

se Dec. per illum text. in dicto capit. meminimus in 3. not. numer. tertio, sequitur necessario, quod stante huiusmodi effectu suspensio ex ista tacita appellatione resultante non obstante dicta clausula, remaneat adhuc etiam effectus attentatorum, ad not. per Franc. in c. bonæ. nu. 36. quæst. 14. vers. tertia conclusio. de appell.

LIMITA eadem regulam,

8 Primo quando talis itineris arreptio esset facta ex alia causa, quam grauaminis, & appellatio nis: tunc enim non haberet vim appellationis, & per consequens dicendum esset, quod non essent consideranda attentata, vt sentiunt doctores præsertim Franc. in c. vt debitus: in gl. quarta. nume. trigesimo secundo. col. 12. in prin. & expresse Mil. in dicto verbo appellationis vim obtinet. vers. secundo. Dec. in dicto cap. dilecti. nume. tertio; limitata enim causa arreptionis itineris limitatum quoque pareret effectum. ll. vulgar. Hanc tamen limitationem Sublimita, & Primò quando coniunctim, tam ex causa appellationis, quæ ex alia causa iter ad superiorem quis arripisset: tunc enim si principalior sit causa appellationis, arreptio haberet vim appellationis, secundum regulam, secus si illa tanquam principalior non consideretur, vt declarat Decius in dicto cap. dilecti. nume. tertio. Secundo quoad quis iter arripisset, vel mississet nuntium ad impetrandam restitutionem in integrum aduersus sententiam, quæ inferior concedere non poterat, & sic ex alia causa, quam appellationis: quia nihilominus ista missio, seu arreptio ex causa restitutionis habet vim suspensionis, & expectabitur nuntius, nec prius sententia mandabitur executioni, vt post Anto. in capi. vt debitus. tradit formaliter Mil. in verbo appellationis vim obtinet. vers. 2. in fi.

Secundo Regulam supra positam limita, quando iter arripens potuisset habere copiam iudicis: tunc enim cum coram iudice sit ordinariè appellandum, quando eius copia haberi potest, vt est communis opinio, de qua testatur Dec. in capitu. suggestum. numer. quarto, de appellat. talis arreptio itineris non haberet vim appellationis, & ita (quando copia iudicis haberi non potuit) loquuntur omnes doctores, Innocē. & Hostien. in dicto cap. vt debitus, vt ibi per Frā. nume. trigesimo tertio, in gloss. quarta, vers. secundo casu, & expresse limitat Mil. in dicto verbo appellationis vim obtinet. vers. secundo. 13 Quam tamen Sublimita, nisi in arripiente subsistet iustus metus, vel nisi esset tanta occupatio, vt non posset appellationem scribere, aut formare, vt per Mil. in supradicto loco.

15 Tertio, quando huiusmodi tacita appellatio ex arreptione itineris resultans iudici, aut parti non est intimata: quia solum post intimationem attentata reuocantur, secundum Franc. in dicto capit. vt debitus, in gloss. quarta, vers. alij verò. nume. trigesimo tertio, quoniam non facta intimatione nihil esset, quod iudici, aut parti imputetur, vt dictum est in secunda limit. præcedentis ampliatiois. nume. vigesimo, declarando, & limitando ex dictis ibi etiam hanc limitationem.

Quarto intellige, vt procedat quando appellanti fuisset præfixus terminus ad reuelandū appellationem: tunc. n. itineris arreptio haberetur pro appellatione, & satisfacit illi termino, & secus si fuisset præfixus ad recipiendum apostolos, vel Tract. de Attent. 5 2

ad se presentandum apostolico conspectui, quia tunc non sufficit itineris arreptio, nisi sequatur realis presentia, ut post alios tradit Nicol. Boer. in consil. quadragesimo tertio, videtur. num. decimotertio, & decimoquarto. Idemque quod quando est prefixus terminus ad recipiendum apostolos, missio, vel itineris arreptio non sufficiat fuit decisum per Senatum Pedemonta. (quā uis visa fuerit rigorosa resolutio, ut inquit O fasc. in decis. Pedemonta. septima. lata sententia per totam, presentim, colum. secunda, versic. contraria opin. & col. fi. in fi.)

DECLARANDUM eandem Regulam,

- 17 Primo, ut in ista itineris arreptione debeant seruari omnia, quæ possunt secundum naturam appellationis, & propterea debeat fieri intra decem dies, & coram superiore debeat postea probari veritas causæ grauaminis, & illius tacitæ appellationis, & etiam iudici, aut parti intimari huiusmodi arreptio, ut not. Franc. in dicto capitul. ut debetur. in gloss. quarta, vers. alij verò. num. 33. ut proximè dictum est in tertia limitatione, & latius deducit Natta in consil. 606. approbo. in prin. lib. 3.
- 18 Secundo declara t secundum aliquos, ut ad hoc, ut attentata post huiusmodi itineris arreptionem reuocatur debeat arripiens protestari, ne interim aliquid noui fiat, ut post Iaso. in l. i. C. ut lite pendente. motum ex doctri. Bartol. in l. de pupillo. §. si quis. num. 28. ff. de no. oper. nunc. & post Abbat. in ca. in causis. num. quarto, de electio. tradit nouissimè Lancellot. Corrad. de prætor. §. 2. de offic. prætor. in casibus ciuil. ca. de appell. num. 12.

AMPLIATIO XVII.

SVMMA RIUM.

- 1 Nullum quod est rumpi, aut reuocari non potest.
- 2 Dilatio seu relatio pendente gesta, regulariter sunt attentata.
- 3 Appellatio ab illo actu, qui fit dilatione, aut relatione pendente in quibusdam casibus requiritur remissio.
- 4 Attentata appellatione pendente sunt ipso iure nulla, secundum communem opinionem de qua infra. num. 8.
- 5 Excommunicatio lata post appellationem non valet.
- 6 Inhibitio, & prohibitio sola, reddat actum nullum.
- 7 Iudice faciente contra prohibitionem hominis aliquod mandantis, actus est ipso iure nullus.
- 8 Reuocatio attentatorum de facto fit, quatenus de facto processerunt.
- 9 Cassari dicitur, quod de facto processit.
- 10 Appellari dicitur, tiam ab actu nullo.
- 11 Attentata sunt adeo nulla, ut etiam in deserta appellatione, aut si sit ei renunciatum non conualescant.
- 12 Attentata infra tempus ad appellandum sunt nulla, & non conualescant, etiam si postmodum non appellentur secundum aliquos, & etiam fuerint facta iudicis auctoritate.
- 13 Attentata dicuntur esse ipso iure nulla non solū in attentatis appellatione pendente, verum etiam in omni alio genere attentatorum.
- 14 Declaratio nullitatis actus, qui prætentitur attentatus potest peti, etiam si ille per tres conformes via iniustitiæ fuisset antea reuocatus.
- 15 Appellatione ab interlocutoria pendente si quid atten-

- retur, non dicitur esse ipso iure nullum.
- 17 Nisi sit inhibitum, &
 - 18 Nisi Index appellationis detulisset.
 - 19 Clausula appellationis remota facit, ut gesta post interpositam appellationem non sint ipso iure nulla.
 - 20 Extraiudiciali appellatione pendente, attentata regulariter non sunt ipso iure nulla. Etiam si appellatio sit deserta, vel ei renunciatum. num. 21.
 - 21 Etiam si sit interposita à iudice (extraiudicialiter tamen) procedente, ut num. 22.
 - 22 Cathedralium, & regularium Ecclesiarum causis si appellatio extraiudiciali. illis imponitur, attentata, ea pendente dicuntur ipso iure nulla.
 - 23 Extraiudiciali appellatione pendente, attentata sunt ipso iure nulla: si natura causæ ex se absque appellatione induceret actus nullitatem.
 - 24 Excommunicatio est ipso iure nulla etiam post appellationem extraiudicialem lata, & est speciale in censuris. num. 26.
 - 25 Inhibitio facit, ut attentata pendente appellatione extraiudiciali sint ipso iure nulla.
 - 26 Attentata, quæ consistunt in iure sunt nulla ipso iure, quæ verò consistunt in facto, quatenus de facto processerunt requirunt reuocationem.

DECIMASEPTIMA Ampliatio fit, ut in tantum appellatione pendente sit prohibita attentatio, & innouatio, ut si quid fiat non solū veniat reuocandum, verū etiam sit ipso iure nullum. Quæ ampliatio est admodum utilis, & attendenda, cum (ut notorium est) magnam iura constituant differentiam, an aliquid veniat retractandum, an verò sit ipso iure nullum: ut plenè per Ti raquel. in repet. l. nunquam. in verb. reuertatur. C. de reuocan. donat. Et quamuis hanc quæstionem in terminis ponant doctores, & Franc. post eos. in c. consuluit. el secundo, colum. fin. versic. ultimo quæritur. num. nono. de appell. & latè etiā (loquens in materia appellationis extraiudicialis) in c. bonæ. num. trigesimo tertio, ver. decimoquarto, & seqq. de appellat. Et in via disputatiua vniuersaliter, quod immò attentata nō sint ipso iure nulla, duplex ratio allegari possit. Prima scilicet, quod cum iura dicant attentata reuocanda, ut in ca. non solū. de appell. in sexto. cum similibus ergo videntur præsupponere eorum validitatem, quia de iure quod nullum est rumpi, aut reuocari non potest. l. nam & si sub conditione. ff. de iniust. rupt. & irrit. fact. testam. cum similibus. Secunda ratio, quia licet regulariter gesta dilatio, seu relatione pendente sint attentata, ut supra diximus suo loco, in cap. septimo, & octauo, huius secundæ partis, si attentata essent nulla, non requirunt quod ab illo actu, qui dilatio, aut relatione pendente fit appellaretur, prout videtur requiri, ut colligitur ex his quæ ponit (alios referendo) Franc. in c. intimati. col. fin. & in capit. si gnificante. vers. vlti. limita. de appell. quia appellatio videtur præsupponere validitatem actus à quo appellatur.

Nihilominus conclusiue procedendo, & omnia doctorum dicta subordinando potest poni

Regula t quæ attentata appellatione pendente sint ipso iure nulla, quæ regula probatur iure, Ratione, & Auctoritate, iure videlicet in c. ad audiētiam. & in c. dilecti. de appell. vbi apparet t quod excom

exc omunicatio lata post appellationem non valet, pro qua est decis. Rot. 63. aliàs 475. si ille de appell. in nou. & in cap. non solū. de appell. in 6. & melius in c. i. in fi. ut lit. pendente. in sexto, ibi. aliàs attentata contra hoc electio ipso iure vtriusque non subsistat: Ratione autem duplici. Prima quia (ut dicunt aliàs doctores, & est decis. Cassad. l. secunda, de præben. num. tertio.) t sola prohibitio; & inhibitio reddit actum nullum: unde cū rubr. n. nouar. appellatione pendente sit negatiue, & prohibitio concepta, merito potest dici, quod inducat actus nullitatem. Secunda quia aliàs generale est, quod vbi iudex t facit contra prohibitionem, etiam hominis inhibentis, vel aliquid mandantis, actus est ipso iure nullus, ut post Aret. in consil. septuagesimo quinto, diligenter. col. secunda, in principi. tradit Roland. consil. septuagesimo septimo, viso. num. 8. lib. 2. ut latius dicemus infra c. 20. de atten. post inhibit. in 10. ampliati. ibi posita numer. 1. & per totam: Auctoritate verò, quia hanc tenet glo. ordinaria, & magistra in dicto c. non solū. Eandem tenet Lap. alleg. 1. num. sexto, & alleg. 2. num. 7. & 10. Rot. dicta decis. 63. aliàs 475. si ille, de appellat. in no. Franc. in cap. ad audiētiam. col. fi. de appell. & in c. i. in 3. no. de appell. Paris. consil. 28. ad resolutionem. num. vigesimo nono, libro quarto, idem Paris. post alios, de quibus ibi per eum in consil. 107. quæritur. num. 125. lib. tertio, & 10. de Neuzan. in consil. sexagesimo primo, incip. bonitatem. nu. vigesimo octauo, & Cassan. consil. 30. viso. num. vigesimo, & in simili de gestis recusatatione pendente, quod sint nulla, tenet eleganter Alexā. in consil. 89. diligenter, num. 8. vers. quanto, lib. 1. t vbi etiam testatur esse communem opinionem, & sunt decis. Egid. octuagesima quarta, executoria, & decis. 673. extra Rotam: & decis. 707. si ille: in quibus semper concludit attentata, & actus gestos appellatione pendente esse ipso iure nullos. Ex quibus satis patet, quod merito Regula ponit, (ut supra) potest, videlicet attentata appellatione pendente esse ipso iure nulla, non obstantibus supradictis duabus rationibus. Quibus responderetur, & ad primam t reuocationem attentatorum fieri de facto, quatenus etiam de facto processerunt, ut tenet Lap. in dicta alleg. secunda, sub num. decimo. nā, & aliàs videmus, quod t cassari dicitur, quod de facto processit, ut per Mil. in verb. cassatur, & in terminis attentatorum, tradit Alexand. in consil. octuagesimo nono, diligenter. sub num. nono, vers. est verum. li. 1. Ad secundam rationem respō detur quod non est nouum in iure, ut t etiam ab actu nullo appellatur, ut dicit idem Franc. in præalleg. ca. intimati. & in c. gnificante. in loco supra allegato, & diximus supra latius hoc eodem capit. in sexta ampliatiōe principali præsentis regulæ.

AMPLIA Regulam in hac ampliatiōe, ut supra positam.

- 12 Primo, t ut in tantum sint nulla, ut etiam deserta appellatione, aut si sit ei renunciatum, non conualescant, ut est decis. Aegid. 624. & decis. Lā franc. 385. incip. & si, & tradit Lap. in dicta alleg. 1. & secunda. & Franc. in c. consuluit. el secundo. in fin. de appell.
- 13 Secundo Amplia, t ut procedat etiam si attentatur infra decem dies, qui dantur ad appella-

dum, & in rei veritate postea nō appelletur: quia per hoc talia gesta non conualescunt, & propterea prouisio facta (etiam à Papa) infra hos decem dies non conualescit: quamuis postmodum non appelletur, ita fuit aliàs tentum in vna Barchinonen. Canonicatus, ut est in recollect. Mohed. decis. 150. Papa contulit, de præben. de quo tamen vide, quæ diximus supra, cap. vndecimo, de attentat. pendente. tempor. ad appell. in quarta ampliati. nu. 25. dic. ut ibi. Simpliciter autem quod attentata infra tempus ad appellandum sint ipso iure nulla, etiam si fuissent iudicis auctoritate facta, tradit ex recetioribus Pet. Andr. Angust. in consil. 3. considerato processu. nu. 17. lib. 4.

Tertio, ut quæ dicimus de attentatis appellatione pendente, quoad hunc effectum, t ut illa sint ipso iure nulla, procedant etiam in aliis attentatis, puta lite pendente. ad tex. in d. ca. primo. in fi. ut lit. pend. in 6. & in attentatis recusatatione pendente, ut supra proximè dictum est, & regulariter in omni genere attentatorum, ut de atten. lit. pend. patet in l. 2. & fin. C. de litigiosis, & tradit nouissimè Menoc. in consil. secundo, magni poderis. nu. 290. lib. 1.

Quarto & vtiliter Amplia, t ut ista declaratio nullitatis actus, qui prætentitur attentatus possit peti, & sit facienda etiam si pertres conformes per viam iniustitiæ talis actus fuisset reuocatus, ut fuit factum per dominos in vna Tirafonen. iurisdictionis siue attentatorum coram Robustorio, vndecimo Febru. 1566. in qua licet processus & sententia lata in partibus post inhibitionē Rotalem fuisset per tres conformes iu Rota reuocata, cum tamen pars prætenderet sua interesse, quod nulla declararentur, fuit resolutum, quod declararentur.

LIMITA eandem regulam,

- 16 Primo, ut non procedat in attentatis appellatione pendente ab interlocutoria, illa enim non sunt nulla ipso iure, sed iustificata appellatione veniunt irritanda, ut patet in capi. significauit, & in c. significantibus. de appell. & ca. Rodolphus. de recrip. & in capi. exhibita. de iudi. & est decis. Rot. 44. aliàs 344. licet in causa. de appell. in no. ut hæc omnia alleg. Franc. in d. ca. bonæ. num. 38. vers. quinta conclusio. Quam sublimita, t Primo quando vigore appellationis fuisset inhibitum.
- 17 Secundo, quando iudex à quo appellatio detulisset, ut tradit Alex. in d. consil. 89. diligenter. nu. 6. lib. 1. vbi loquitur in appellatione à grauamine, & sic ab interlocutoria.
- 18 Secundo quando iudex posset procedere appellatione remota, tunc enim si procedatur appellatione pendente attentata nō sunt ipso iure nulla, sed annullanda, Franc. in ca. pastoralis. nu. 6. de appell.

Tertio fallit in attentatis pendente appellatione extraiudiciali t quæ non sunt nulla, sed veniunt annullada. Sciendum autem est, quod particulariter ponit hanc quæstionem post alios Franc. in dicto c. bonæ. num. 33. vers. quarto decimo quæritur, circa quam licet fuerint tres diuersæ opiniones, de quibus per Fran. ibi, quas apud eum vide, & multa disputando dici possent, tamen conclusiue procedendo, & solummodo eius dicta subordinando, in hac tertia limitatione potest poni

Regula, quod attentata pendente appellatio ne extraiudiciali non sunt ipso iure nulla, sed veniunt annullanda, ut est decif. Rot. 44. aliàs 344. licet in causa. de appell. in no. quam allegat Frā. ibi: qui opinionem hanc de iure tenendam affirmat. Quam regulam

AMPLIA

- 21 Primo, ut procedat etiam si appellatio sit deserta, aut ei renunciatum, ut per eundem Franc. in dicto c. bonā. num. 39. vers. sexta conclusio.
- 22 Secundo, ut procedat etiam in appellatioe interposita à iudice, sed extraiudicialiter procedente, quia non per hoc, (tanquam attentata pendente appellatioe iudiciali) sunt nulla, sed tanquam extraiudiciali veniunt annullanda, idē ibi. nu. 43. vers. decima conclusio.
- LIMITA eandem regulam
- 23 Primo, ut non procedat in attentatis pendente appellatioe etiam extraiudiciali in causis cathedralium, & regularium Ecclesiarū, ut per eundem ibi: vers. vltima fuit opinio, & vers. quarta conclusio. nu. 37.
- 24 Secundo, nisi causa appellatioe extraiudicialis ex se absque appellatioe induceret actus nullitatem, ut per eundem ibidem vers. prima conclusio. nu. 34.
- 25 Tertio, nisi si in sententia censura, & excommunicationis, quia illa est ipso iure nulla, & est speciale in censura, ut per Franc. ibi: vers. secunda conclusio. nu. 25.
- 26 Quarto, quando t ei à quo fuit extraiudicialiter appellatū, fuisset etiam inhibitum, tunc enim attentata hac appellatioe pendente sunt ipso iure nulla ob efficaciam inhibitionis, ut per eundem ibi. num. 40. vers. septima conclusio. Ex quibus satis apparet declarata ista ampliatio regulæ principalis, quando attentata sunt nulla, necne.
- 28 DECLARA eandem, t ut ea, quæ consistunt in iure sint nulla ipso iure, quæ verò consistunt in facto, quatenus de facto processerunt requirunt reuocationem. Alex. d. conf. 89. sub nu. 9. vers. est verum, & c. vt supra dictum est. nu. 10.

AMPLIATIO XVIII.

SUMMARIVM.

- 1 APPELLATIO etiam generalis, & contra incertam personam facit attentata.
- 2 Excommunicatio generalis etiam contra incertam personam ligat.
- 3 Appellati nomen, & illius expressio in appellatioe nõ requiritur.
- 4 Expressio falsa, & erronea nominis ipsius appellati, nõ vitiat appellatioem.
- Dummodo per aliquas coniecturas constet aliquo modo de corpore appellati. vt nu. 5.

DECIMA octava Ampliatio potest dari, vt procedat etiam si appellatio sit generalis, & contra incertam personam: nam & hoc calu attentata reuocantur, vt hunc casum cõsiderabat aliàs Franc. in c. bonā. sub num. 42. de appella. de quo etiam diximus supra in i. parte capit. tertio. de attent. à tertio. nume. 37. pro quo dicto est de cif. Rot. 23. aliàs 407. si expectans. num. 2. de præbē. in no. & facit in simili, quia etiā t excommunicatio generalis, etiam contra incertam perso-

nam valet, & ligat, vt per dominos, in decif. 19. aliàs 444. extra Rotam, de dol. & contu. in no. vbi referunt Bald. & Petrum fratrem eius inter se in hoc puncto discordantes, & ratio huius ampliatioe esse potest: t quia in appellatioe non requiritur expressio nominis appellati, ad l. 3. in princ. ff. de appell. l. 1. §. si vbi Bar. & Paul. de Cast. eod. tit. & est decif. in recollet. Guid. Bo. 40. vbi luerunt domini. de appella. vbi hoc ampliatur, vt procedat non solū quando in appellatioe nullum est nomen expressum, verum etiam t si falsum nomen sit expressum: nam propter erroneā, ac falsam expressioem nominis appellati, non minus valet appellatio, quam si verum nomē sit expressum, t dummodo per aliquas coniecturas constet aliquo modo de corpore, vt per dominos in d. decif.

AMPLIATIO XIX.

SUMMARIVM.

- 1 ATTENTATA medio tempore dum disputatur, an appellatio sit admittenda, vel ne veniunt reuocanda.
- 2 Appellatio an teneat si dubitetur omnia sunt in suspensio.
- 3 Index si terminum assignauit ad audiendum responsum super appellatioe recipienda, in eum eius officium conuiescit.
- 4 Disputatio super aliquo casu pendente, iura non permittunt, quod interim partibus præiudicium fiat.
- 5 Tempus sex mensium ad expediendum compromissum à iurato concessum non currit, neque arbitro, neque ipsis partibus, dum disputatur an compromissum sit factum.
- 6 Fatalia non currunt, donec disputetur, an appellatio sit nulla, vel valida.
- 7 Nec dum disputatur super nullitatibus.
- 8 Aut super attentatis.
- 9 Statutum loquens de bannito, non verificatur in eo de cuius banno disputatur.
- 10 Andrea Barbat. op. improbat, qui intelligebat titulum appellatioe pendente nihil innouari, procedere dummodo appellatio fuerit per iudicem recepta.

DECIMA nona necessario danda est ampliatio, vt non solū procedat quoad ea, quæ fiunt post appellatioem admittam, t verum etiā quoad ea, quæ fierent medio tempore dum disputatur, an appellatio sit admittenda, vt est text. in l. vnica. in princ. ff. nil noua. appell. penden. ibi quoad deliberetur vtrum recipienda sit appellatio, an non sit: & per illum text. gl. in l. appellatioe, in verb. deliberationis. C. de temp. appella. & ibi Bald. & post eum Iaso. in l. 1. nu. 1. in l. no. C. de bono. poss. secund. tab. Et facit ad hoc, quod aliàs post Archid. (de quo ibi) dicebat Io. Andr. in c. si à iudice. post princ. de appell. in 6. in nouel. quod t quādo est dubium an teneat appellatio omnia sunt in suspensio, t præsertim si iudex terminum aliquem assignauerit ad audiendum responsum, an appellatio sit admittenda vel ne, nam pendente isto termino iudex nõ potest procedere, quia eius officium conuiescit, vt fuit singulare dictū Bal. in l. appellatioe. C. de appell. quod refert & singulariter menti tenendum dicit Fran. in c. per sonas. colum. fi. vers. in eadem gl. ibi. num. 2. de appella. t Et ad præmissa plurimum facit, quia, & aliàs videmus, quod dum super aliqua re disputatur, iura non permittunt, quod pendente disceptatio

pratioe partibus præiudicium fiat & propterea t si statutum dicitur, quod causa per arbitrum expediatur intra sex menses, si contingat diu disputari, an compromissum in arbitrum sit factum, tempus sex mensium non currit, neque arbitro, neque ipsis partibus, vt tradit & ita se obseruasse attestatur Io. Baptist. gener Bar. in tract. de arbi. lib. 33. ca. 2. nu. 8. & 9. vbi per multa deducit, quod pendente disputatione partibus habentibus ali quid intra certum tempus expedire nullum fit sibi in tempore præiudicium. t Sic non currunt fatalia appellanti donec disceptatur an appellatio sit nulla, secundum Paul. de Cast. in conf. 231. visis a d. is. nu. 2. lib. 1. Sic nec dum disputatur t super nullitatibus, aut super attentatis appellanti non inferitur præiudicium, nec sibi currunt fatalia, vt dicemus infra in 3. parte ca. 30. de priuileg. atten. in 10. priuileg. & tradunt (loquentes etiam de nullitate) doctor. præsertim Ias. nu. 8. in l. contra maiores. C. de in offic. testam. & in c. ex ratione. de appell. Sic & in simili statu: loquens de bannito non verificatur in eo de cuius banno disputatur, vt post Bal. in l. 2. C. si pendente appellatioe mors interue. in fi. tradit Bar. Soc. in conf. 122. præstantissime. nu. 4. lib. 1. Ex his autem quæ supra dicta sunt, satis apparet minus verum esse, quod dixit aliàs t Barbat. in c. pastoralis. §. præterea. num. 6. & 7. de offic. deleg. prout eum refert Io. Baptist. de Afm. in sua praxi iudic. §. 31. ca. 2. in 2. limit. princ. sub nu. 3. vers. præterea, dum hanc conclusionem (quod appellatioe pendente nihil sit innouandum) intelligebat procedere dum modo appellatio fuerit per iudicem ad quem recepta, quoniam contrarium est verius per supra dicta, & quod appellatio suspendat siue admissa, siue reiecta fuerit sensu nouissimè etiam Bursat. in conf. 21. illustrissimi. nu. 13. lib. 1.

AMPLIATIO XX.

SUMMARIVM.

- 1 IUDICI volenti post appellatioem interpositā sententiam exequi potest impunè resisti.
- 2 Index à quo post appellatioem efficitur incompetens.
- 3 Index si spreta appellatioe vult procedere ad executionem, & ad supplicium in causa criminali, potest sibi de facto resisti.

VIGESIMA Ampliatio sit, vt in tantum appellatioe pendente nihil sit innouandum, t quod si iudex à quo vellet sententiam exequi post appellatioem interpositam, potest sibi impunè resisti, vt post Maranth. in tract. de ord. iud. disputatione 1. nu. 38. tradit nouissimè Rolandi. de Valle, in conf. 77. viso. nu. 6. libr. 2. per l. quoniā iudices. C. de appell. & no. per Inn. Abbat. & Fely. in c. si quando. de offi. deleg. Quibus adde Guid. Pap. in tract. de appell. q. 120. col. 7. vers. quid autē si non obstante. t Et ratio est, vt ipsi dicunt, quia post appellatioem, iudex à quo efficitur incompetens, ex quo negotium deuoluitur ad superio rem: Vnde sibi tanquam incompetenti impunè non paretur, secundum Bald. in l. addictos. C. de Episcop. ar. dien. ad quod facit singulare dictum Ang. in l. addictos. C. de appellat. t quod si iudex spreta appellatioe vellet procedere ad executionem sententiæ, & ad supplicium in causa cri-

iminali potest sibi resisti de facto: quod dictum Ange. dicit singulariter notandum Veronen. in cautel. 6. incip. potest adhiberi, & Fely. in capit. quærenti. colum. penul. post princ. de offic. deleg. quod refert, & sequitur Catel. Cor. in memor. suis in verb. appellatio interposita, fol. 29. & ante eum idem posuit Vital. in tract. de claus. in clausul. nil noua. appellatioe pendente. sub nume. 18. vers. & adde quod. post Inno. in c. quærenti. de offic. deleg.

AMPLIATIO XXI.

SUMMARIVM.

- 1 GESTA appellatioe pendente dicuntur attentata etiam si sint facta ab eo ad quem via ordinaria procedendo appellatio fuisset deuoluta. & nu. 4.
- 2 Appellatio regulariter ab Episcopo, & aliis inferioribus deuoluitur ad metropolitanum.
- 3 Ad Papam appellari potest omisso medio.
- 5 Appellatioe ad Papam interposita non potest alius de ea cognoscere.
- 1 VIGESIMO primo ampliatio, vt adus factus appellatioe ad Sanctissimum interposita, & pendente sit attentatus etiam si sit factus ab eo ad quem per gradus, & via ordinaria procedendo appellatio fuisset deuoluta, quāuis enim appellatio ab Episcopo & aliis inferioribus regulariter ad Metropolitanum deuoluitur. c. dilecti. el. 3. extra, de appell. quia tamen t potest ad Papam etiam omisso medio appellari, vt no. omnes in d. c. dilecti. præsertim Franc. nu. 12. & multis seqq. de appell. vbi latè hanc materiam de appellante omisso medio prosequitur, si quis à sententia ordinarij ad Sanctissimum appellauerit, & ea appellatioe pendente Metropolitanus (tāquam super causa ad eum per appellatioem deuoluta) sententiam proferat, talis sententia dicitur nulla, & inualida, vt est tex. in c. sollicitudinē, & ibi not. scribentes, præsertim Franc. nu. 7. vers. tertio quæritur. de appell. Quinimmo t ad propositū nostrum illa dicitur etiam attentata, vt fuit resolutum in vna Pāpilonen. erectionis corā Caputaquen. 14. Maij 1568. ea ratione, quia t appellatioe interposita ad Papam alius non potest de ea cognoscere. c. sollicitudinē. de appella. Rot. decif. 31. aliàs 264. nota etiam. de appell. in antiq. Fran. in c. vt debitus. col. 3. de appell.

LIMITATIO PRIMA.

SUMMARIVM.

- 1 APPELLATIO ab interlocutoria eximit appellatorem à iurisdictione iudicis à quo.
- 2 Appellatioe ab interlocutoria pendente iudex si procedat non attentat.
- 3 Nisi sit inhibitus.
- 4 Sententia interlocutoria, quæ dicatur remissiuè.
- 5 Sententiarum triplex genus videlicet Diffinitiuā, interlocutoria, & Mixta remissiuè.
- 6 Processus, & alia gesta pendente appellatioe ab interlocutoria, regulariter non dicuntur attentata.
- 7 Index à quo pendente appellatioe ab interlocutoria potest examinare testes absuturos.
- 8 Index examinando testes ad perpetuam rei memoriā non attentat.
- 9 Sententia diffinitiuā, & possessio eius vigore capta pendente appellatioe ab interlocutoria, antequam esset

- 10 Executio facta pendente appellatione ab interlocutoria regulariter valet.
- 11 Iudex pendente appellatione a gravamine, potest reuocare gravamen & nu. 2.
- 12 Reponere potest iudex appellatorem a gravamine, & reponendo videtur gravamen reuocare.
- 13 Appellari a repositione quoque partis aduersa potest.
- 14 Reuocatio interlocutoria per iudicem a quo facta irritat, & annullat processum per iudicem ad quem medio tempore factum.
- 15 Iudex per appellatorem a gravamine impetratus, si procedat, & demum iudex a quo gravamen reuocet eius processus dicitur esse nullus.
- 16 Arbitrarius quoque suam interlocutoriam reuocare potest.
- 17 Interlocutoria habens vim diffinitivam reuocari non potest, nisi ab ea fuerit per partem appellatum.
- 18 Interlocutoria vim diffinitivam habens, quae dicitur remissiva.
- 19 Iudex appellationi ab interlocutoria deferens non potest post delationem illam reuocare.
- 20 Inhibitio operatur, ut iudex a quo post inhibitionem, interlocutoriam reuocari non possit secundum aliquos.
- 21 Nisi quando inhibitio non esset legitima, vel interlocutoria esset aliis nulla.
- 22 Interlocutoria, quae fuisset per iudicem, aut partem mandata executioni regulariter non reuocatur. Nisi reuocatio fiat de consensu partium, ut num. 24. Vel cum causa cognitione. nu. 25. Vel ipsa interlocutoria fuisset inuvalida. nu. 26.
- 23 Extra iudicialis appellatio ab aliqua interlocutoria, puta a processibus executionis regulariter non facit attentata.
- 24 Nisi in eueniunt causae, in appellatione expressa.
- 25 Et nisi per appellatorem fuisset oblata probatio causae et non fuisset admissa.
- 26 Et nisi in appellatione extrajudiciali super electionibus Cathedralium & regularium ecclesiarum.
- 27 Causa in appellatione ab interlocutoria exprimi debet.
- 28 Etiam si sit notoria.
- 29 Nisi si in interlocutoria, cuius iniquitas per allegationem iuris detegitur, puta a decreto sequestrari.
- 30 In dubio nunquam pro veritate causae in appellatione expressa praesumitur.
- 31 Appellatione ab interlocutoria per probationem causae in ea expressa iustificata tunc, & non ante attentata eadem pendente reuocantur.
- 32 Iustificatio appellationis dicitur suspendere iurisdictionem iudicis a cuius interlocutoria est appellatum.
- 33 Suspendio iurisdictionis, ubi datur, ibi & attentata considerantur.
- 34 Oblatio probationis causae in appellatione ab interlocutoria expressa, si non fuit admissa sufficit quoad effectum causandi attentata.
- 35 Appellans a non admissione suarum exceptionum, licet illas non probet sufficit, quod super illis incominenti probationes offerat, quoad deuolutionem negotij, & reuocationem attentatorum.
- 36 Appellans ab interlocutoria, eo ipso, quod docet probationem oblatam, iustificat suam appellationem.
- 37 Oblatio probationis causae in appellatione ab interlocutoria expressa, an requiratur realis, vel sufficiat etiam verbalis remissiva.
- 38 Causa expressa in appellatione ab interlocutoria, illiusque probatio, an sufficiat fieri per relationem ad acta, remissiva.
- 39 Causae si fuerint plures in appellatione expressa, unam tantum iustificatione probari sufficit.
- 40 Iustificatio causae in appellatione expressa potest fieri etiam

- coram iudice ad quem.
- 41 Causam in appellatione ab interlocutoria expressam, sufficit esse probabilem ad effectum, ut sententia post eam lata sit ipso iure nulla.
- 42 Attentata pendente appellatione ab interlocutoria reuocantur etiam illa non iustificata, quando iudex ad quem inhibuisset.
- 43 Excommunicatio, & censura post appellationem ab interlocutoria lata, etiam si veritas causae appellationis non probetur non valent.
- 44 Censura, ut dicantur nulla, sufficit solummodo probare, quod fuerint promulgatae appellatione pendente.
- 45 Appellatio in electione ecclesiarum Cathedralium, vel regularium etiam non iustificata facit, ut quicquid post eam sit, irritum sit, & inane.
- 46 Appellationi ab interlocutoria si iudex detulit, etiam si appellatio non iustificetur causam attentata.
- 47 Appellatio ab interlocutoria facit attentata, quando illa habet vim diffinitivam, & nu. 56.
- 48 Interlocutoria habens vim diffinitivam, regulatur secundum naturam diffinitivam.
- 49 Iudex reuocare non potest interlocutoriam vim diffinitivam habentem.
- 50 Appellans ab interlocutoria habente vim diffinitivam tenetur seruare formam coram de appell. in 6.
- 51 Status prohibens appell. ab interlocutoria, non intelligitur de interlocutoria mixta & quae habet vim diffinitivam.
- 52 Sententia interlocutoria vim diffinitivam habens, quae dicitur, & emissiva.
- 53 Iudex a cuius interlocutoria est appellatum, si praefixit appellanti terminum ad prosequendum appellationem, vel ad audiendum responsum, non potest eadem pendente ultra procedere.
- 54 Terminum per iudicem praefixio habet vim delationis, quae pendente officium iudicis conquiescit.
- 55 Iudex si per appellatorem ab eius interlocutoria requisitus denegat apostolos, non potest pendente hac appellatione ultra procedere.
- 56 Etiam si alius potuisset, puta quia appellatio fuisset frustratoria.
- 57 Nisi appellans suam appellationem renunciaisset.
- 58 Comparens coram iudice a quo ad effectum docendi de gravamine non censetur appellationem renunciare.
- 59 Iudex impetratus per appellatorem ab interlocutoria ante delationem apostolorum, an valide procedat remissiva.
- 60 Cancellaria non datur iudicem si sibi exprimeretur pendere terminum apostolorum.
- 61 Appellationi ab interlocutoria si iudex deferat non potest ultra procedere.
- 62 Iudex per delationem appellationi abdicat a se omnem iurisdictionem, & in superiorem transfundit.
- 63 Nec illam recuperat, etiam si gravamen reuocaret.
- 64 Etiam si appellatio esset sine causa, i. a, & nec suam delationem reuocare possit, ut nu. 83. in fi.
- 65 Et esset interposita sine scriptis.
- 66 Et non essent petiti apostoli.
- 67 Et paratus esset reuocare gravamen secundum aliquos.
- 68 Etiam de consensu partium.
- 69 Etiam si res esset integra, secundum aliquos, licet contraria opinio videatur aequior, & humanior secundum.
- 70 Etiam si tacite appellationi detulisset. (alios. Puta dando acta pro apostolis. ut nu. 76. Vel nihil respondendo de apostolis. ut nu. 77.)
- 71 Etiam si sibi non fuerit inhibitorium.
- 72 Etiam si nisi se sed subdelegatus ab eo cum clausula (donec vices suas duxerit reuocandas) de ul. r. t.
- 73 Etiam si finis in criminalibus, & in sententia lata contra

- tra confessum, & conuictum.
- 81 Iudex qui appellationi detulit, valide procedit, si per iudicem ad quem sibi causa remittitur.
- 82 Ordinarius iudex, & qui potest per viam querelae adiri, si post delationem ab interlocutoria per partes adeatur valide procedit.
- 83 Clausula si & in quantum in delatione appellationi appositae, operatur, ut si de iure appellationi erat deferendum censeatur delatum, alias secus.
- 84 Etiam si appellatio cum dicta clausula admissa, fuisset per principem alteri commissiva.
- 85 Etiam si in commissione fuisset appositum decretum irritans.
- 86 Iudex post delationem, licet non possit procedere, potest tamen appellanti terminum ad prosequendum appellationem praefigere.
- 87 Etiam ex alio quo interuallo, secundum aliquos.
- 88 Iudex unus ex duobus qui tulerunt sententiam interlocutoriam si appellationi detulit, potest suam delationem reuocare, antequam alius deferat.
- 89 Nisi appellatio fuisset interposita ad sedem apostolicam, secundum aliquos.
- 90 Excommunicatio etiam post appellationem ab interlocutoria est nulla.
- 91 Etiam si veritas causae in appellatione expressa non probetur.
- 92 Appellatione ab interlocutoria pendente non potest iudex procedere ad actum irreparabilis gravaminis.
- 93 Sententia interlocutoria de aliquo torquenda, si sit lata, & ab ea appelletur, non potest appell. pen. executioni mandari.
- 94 Etiam si iudex a quo non fuit inhibitus, & infra numero 98.
- 95 Tortura alicui inflicta non potest per diffinitivam reparari.
- 96 Irreparabile gravamen, dicitur quando continet factum.
- 97 Gravamen reparabile, sed cum magna difficultate censetur esse irreparabile.
- 98 Confessio facta in tortura post appellationem a decreto torture non valet.
- 99 Iudex volenti preta appellationem, ad executionem procedere, potest impune resisti.
- 100 Iudex a cuius interlocutoria fuit appellatum si sit inhibitus attentat.
- 101 Inhibitio facit illicitum, quod antea erat licitum.
- 102 Attentata adiacentur omnia de stilo Rotae, quae geruntur post inhibitionem.
- 103 Inhibitio de necessitate an requiratur ad hoc, ut processus factus per iudicem post appellationem ab eius interlocutoria sit nullus.
- 104 Attentata post appellationem ab interlocutoria, ut reuocentur, non sufficit quod iudex a quo sciat iudicem ad quem incepisse cognoscere, de veritate causa appellationis, secundum aliquos.
- 105 Sententia diffinitiva lata post appellationem antea ab interlocutoria interpositam valet secunda aliquos.
- 106 Contrarium est verum.
- 107 Processus factus pendente appellatione a taxatione expensarum dicitur nullus.
- 108 Appellatione a taxatione expensarum interposita, quicquid postea fit circa expensas dicitur attentatum.
- 109 Sententia siue decretum taxationis expensarum, potius videtur diffinitivam vim habere, quam interlocutoriam.

NVNC deueniendum est ad eiusdem Regulae LIMITATIONES. PRIMAE igitur Limitatio Regulae principalis fit, ut non habeat locum in appellatione a sen-

- 1 tentia interlocutoria licet enim appellatio ab interlocutoria eximat appellatorem a iurisdictione iudicis a quo, ca. ad audientiam, & c. dilectus. extr. de appell. c. tuas. de senten. excomm. c. licet. & eo. ti. lib. 6. Crauet. conf. 103. visis. num. 2. 6. lib. primo. Nihilominus si iudex ea pendente procedat non videtur attentare, cum procedere possit quousque sit inhibitus, ad tex. in c. non solum. de appell. in 6. & est decis. Guid. Pap. 437. num. nono. vers. secundo quaro: Et quoniam materia huius limitationis sicuti de per se satis lata est, ita etiam satis vtilem, ac quotidianam, materiam continet, idcirco non ab re est illam plenius tractare, quanto tamen breuius fieri possit per viam Regulae, & limitationum perstringendo. Sed antequam ad rem ipsam deueniamus
- 4 vnum ne cessario praemittendum esset, videlicet quae dicatur sententia interlocutoria: super quo satis sit remittere lectorem, ad not. per Franc. in c. cum cessante. nume. trigesimo sexto, & seqq. de appell. & Guid. Pap. decis. 12. praecipuum. in fin. & Io. Bapt. gener. Bart. in tracta. de arbitris. lib. no. no. ca. decimo quinto, in princ. & decis. Tolof. 48. & ibi Stefan. aufrer. in addit. & Misinger. conf. 6. r. decadis. nobilis. nu. 17. & seq. in quibus locis dum declarant triplex esse genus sententiarum, vide licet Diffinitivam, Interlocutoriam, & Mixtam, satis ex eis quisque colligere poterit, quae sit sententia interlocutoria ad propositum huius primae limitationis, in qua
- 6 REGULA fit quod gesta, & processus factus pendente appellatione a sententia interlocutoria, regulariter non dicuntur attentata, nec veniunt per modum attentati reuocanda, nisi in certis casibus, de quibus infra in limitationibus. Probat regula expressa, in dicto c. non solum. de appell. in 6. & est dicta decis. Guid. Pap. 436. nume. 9. vers. secundo quaro, & tradit latius Franc. in ca. super eo. num. sexto, & seqq. post Anto. de Butri. contra Panorm. ibi de appell. & post Lanfran. & alios tradit Io. de Nenizza. in conf. sexto, non declines. nu. decimo quinto, & Aug. Bero. in confil. 106. quatuor. num. 8. & seq. li. tertio, & post Soci. in regula, 21. tradit etiam Lancel. Corrad. de. Prator. §. secundo. de offic. prator. in caus. civil. in Cap. de appellation. sub nume. vigesimo primo, vers. vigesimo quando & ex ista regula inferitur.
- 7 Primo quod pendente appellatione ab interlocutoria iudex a quo potest recipere, & examinare testes ab futuros, ut late per Fely. in c. quonia frequenter. nu. 19. & seqq. vt lit. non contest. & facit Rot. decis. 2. alias 59. nota de test. in antiq. Ad quod dictum vniuersaliter quod appellatione pendente iudex a quo examinando testes ad perpetuam rei memoriam non attentat. Vide Petr. Duē. in reg. 42. nu. 23. vbi allegat etiam Affli. super cōsti. regni. de quo dicto, latius infra hoc eodem ca. in 38. limit. prin. & etiam in 43. limit. nu. 3. Hinc etiam,
- 8 & secundo inferitur quod si sententia diffinitiva, & possessio eius vigore capta pendente appellatione ab interlocutoria, ante quam esset inhibitorium, non dicitur attentata, aut sequestranda, etiam si iudex appellationis sententiam interlocutoriam primi iudicis, a qua fuerat appellatum, reuocasset, ut est in re collect. A. Aug. decis. nona, incip. v. cante. Quod dictum quod executio facta pendente appellatione ab interlocutoria regulariter valeat

valeat, tenet, & firmat Iaso. in consi. 187. circa primum. col. tertia, vers. quarto facit. lib. secundo. In de etiam, & Tertio inferitur illud vulgare, & vniuersale dictum, quod ponunt omnes doctores in c. cum cessante. de appel. Videlicet quod Iudex potest pendente appellatione a grauamine reuocare grauamen.

Quæ illatio licet plene, & vniuersaliter sit tractata per Franc. in dicto cap. cum cessante. Cuius dicta reuulit, & latè reassumpsit Lancell. Corrad. in tracta. de Prætor. §. 2. de offic. Prætor. in caus. ciuil. in cap. de senten. nume. 9. & seqq. tamen quia plura per eum ibi dicta non respiciunt actum reuocationis faciendæ per iudicem appellatione ab interlocutoria pendente, sed generaliter, an, & quando Iudex possit sententiam interlocutoriam reuocare, ne extra propositam materiam diuagari videamur, ea tantum hic subnectemus, quæ reuocationem pendente appellatione faciendam concernunt, tum ex dictis per Franc. & Deci. ibi, tum ex aliis etiam doctoribus ibi, & alibi. Sit itaque in hac illatione

REGULA quod Iudex potest pendente appellatione a sua interlocutoria grauamen, & suam interlocutoriam reuocare, ad tex. in dicto c. cum cessante. vbi Deci. in 8. not. & Franc. in 6. not. & in ca. si a Iudice. de appell. in 6. cum simili. & ex hac regula processisse videtur stilus repositionum, quæ consueuerunt fieri in Curia: nam si illato per Iudicem grauamine ab eo pars appellet, & Iudex appellatorem reponat, videtur reponendo reuocare illatum grauamen: quod si reponendo iudex alteram partem grauet potest illa a repositione appellare: & de hac repositione loquitur Rot. decisio. duodecima, aliàs 362. si auditor. de probati. in no. & in recollet. Caputaquen. parte 1. decis. 265. incip. Iudex reposit.

AMPLIA nunc regulam huius illationis. Primo, vt non solum possit interlocutoriam reuocare, vt in regula, verum etiam quod illa reuocatio irritat, & annullat processum per Iudicem ad quem medio tempore factum: nam si post appellationem appellans Iudicem impetrauerit, & Iudex impetratus procedat, talis processus, subsecuta demum reuocatione interlocutoria, per primum Iudicem factus dicitur esse nullus, vt tradit post alios de quibus ibi per eum, Nico. Boer. decis. 256. post princ. Secundo Amplia, vt non solum Iudex sed etiam arbiter suam interlocutoriam reuocare possit secundum Io. Bapt. gener. Bart. in tracta. de arbit. lib. nono, ca. decimo quinto. nume. 14. LIMITA regulam huius illationis.

Primo nisi talis interlocutoria haberet vim definitiuam, vt per Franc. vbi supra. num. 6. vers. sed tamen limita. 1. Quem refert Lanc. Corrad. vbi supra, vers. nisi interlocutoria. Quod dictum sublimita, vt non procedat quando a tali interlocutoria vim definitiuam habente fuisset per partem appellatam, quoniam hoc casu Iudex poterit illam reuocare: nam appellatio addit robur ad reuocandum, vt eleganter post alios considerat Capit. de cif. prima. inci. in causa. num. vigesimo septimo, & num. 29. Quæ tamen dicatur vim definitiuam habere, vltra allegata per Franc. ibi vide Ruyn. cõfil. 78. in quæstione. nume. 3. lib. 5. vbi etiam ille se remittit ad plenè no. per Ant. de Butr. in consi. 6.

& alios de quibus ibi per eum. Et faciunt ad hanc limitationem, quæ pos dicemus infra proximè, in secunda sublimitatione huius primæ limitationis principalis. nume. quinquagesimo primo, vbi particulariter posuimus hanc limitationem.

Secundo nisi Iudex appellationi huiusmodi de rullisset: quia post delationem non reuocat, vt ibi dem per eum nu. 14. qui plura allegat. ad quod vide, quæ latè diximus infra, in quinta sublimitatione huius primæ limitationis principalis. nu. 66. & Lancell. Corrad. vbi supra, in 6. limitat. Tertio nisi sit inhibitorium, vt per eum ibi nu. 16. qui alios allegat. Cui adde Lanfranc. decis. 459. inci. appellatione, & Corrad. vbi supra, vers. sexto, si post receptam. de qualimitatione licet probabiliter possit dubitari, vt eleganter ibi per eum, tamen retinendo eam, vltra ea quæ considerantur ibi per

Franc. intellige, vt procedat quando inhibitiio esset legitima, aliàs Iudex etiam post inhibitiionem potest sententiam interlocutoriam reuocare, vt tradit Marant. in Speculo suo, in tertia parte sextæ partis principalis. quæ sit. secunda. nume. 196. Item intellige nisi illa interlocutoria esset aliàs nulla, quia stante illius nullitate non obstantè inhibitiio potest reuocari, vt post alios tradit Capit. in dicta decis. prima. in causa. nume. 30.

Quarto quando interlocutoria fuisset per Iudicem, aut partem mandata executioni: tunc enim non reuocatur, vt per eum ibi. num. 20. vbi tripliciter exemplificat, & ponit etiam Corrad. vbi supra vers. nono quando, quod tamè intellige nisi fieret reuocatio, vel de consensu partium, vel cum causæ cognitione, vt vltra Franc. ibi tradit Paris. in consi. 107. quæritur. nu. 103. lib. 3. & ex recentioribus Aug. Bero. in consi. 16. in causa. num. 23. & seq. lib. 3. Vbi num. 25. hanc limitationem sublimitat

in ipsa interlocutoria fuisset inualida, & lata absque causæ cognitione, tunc enim etiam quod fuerit executum potest per Iudicem reuocari. Cætera autem quæ vniuersaliter hunc articulum respiciunt, an Iudex possit suam interlocutoriam reuocare, vide ibid. per Frac. qui non minus latè, quam eleganter hanc materiã persequitur, dic vt per eum.

Redeundo nunc ad principalem Regulam huius primæ Limitationis quæ est quod gesta appellatione ab interlocutoria pendente regulariter non sunt attentata, nec sunt per viam attentatorum reuocanda per suprã dicta, illam

AMPLIA, Primo, vt non solum procedat in appellatione iudiciali a sententia interlocutoria interposita:

verum etiam in appellatione extraiudiciali: quo casu non reuocantur attentata, nisi in euentum causæ appellationis, vt dicemus infra hoc eodè cap. suo loco. in tertia limitatione regulæ principalis de atten. appellatione pend. num. 4. & ideo attentata per executorem pendente appellatione extraiudiciali a processibus suis interposita, non sunt per modum attentati ante omnia reuocanda nisi in euentum causæ, vt supra, vt est Rot. decis. 44. aliàs 344. licet de appella. in no. & facit alia decis. 43. aliàs 321. si appellatus, eo. titu. de appell. in no. licet sub dubio fortè loquatur, & not. Mil. in verb. attentata, vers. septimo, vbi hanc ampliationem videtur dupliciter limitare. Primò

vt non habeat locum quando fuisset per appellantem

Iudex potest pendente appellatione ab interlocutoria grauamè, & suam interlocutoriam reuocare, Quod ampliat duobus, & limitatur quatuor modis.

Gesta pendente appellatione ab interlocutoria non dicuntur attentata. Quod Ampliatur vno modo, & Limitatur decem.

lantè oblata probatio causæ in appellatione expressæ, & non fuisset admissus. Secundo in appellatione extraiudiciali super electionibus Cathedralium, & regularium Ecclesiarum: de quo dicemus nos infra in tertia sublimitatione huius Regulæ. num. 49.

LIMITA T V R nunc eadem Regula multipliciter, &

Primo quando veritas causæ in appellatione expressæ fuerit per appellantem probata, & sic iustificata appellatione: clarum est enim quod causa regulariter in appellatione ab interlocutoria debet exprimi. c. coram. de appell. in 6. clem. appellanti. eo. titu. Rot. decis. 2. aliàs 7. si appelletur. de appell. in no. etiam si sit notoria, secundum Anto. de Butr. in c. vestra. de cohabit. cler. & mul. quem refert Mil. in verb. appellans a grauamine tenetur. fol. 18. et nisi simus in interlocutoria, cuius iniquitas per allegationem iuris detegitur: quia tunc non requiritur expressio causæ, puta a decreto sequestri. quod regulariter est prohibitum, vt est dicit decis. Cass. quinta, dubitatum fuit.

nu. 2. & 4. de seq. possess. & fruct. Vnde cum in dubio nunquam pro veritate causæ in appellatione expressæ presumatur, vt tradit Rot. decis. 44. aliàs 344. licet. nu. 5. de appell. in no. necessario requiritur huiusmodi causæ probatio, & appellationis iustificatio, quo facto, & non ante attentata post appellationem ab interlocutoria reuocantur. c. vt debitus. de appell. & per illum text. Frac. in c. super eo. el. primo. in fi. eo. tit. & est text. clarus in c. non solum. de appell. in 6. Et hoc pro Regula necessaria in materia attentatorum, tam in interlocutoria iudiciali, quam extraiudiciali tenendum esse dicit Fran. in c. significantibus. nu. me. 8. ver. vltimo tene menti. de appell. idèmq. ponit in c. interposita. in princ. eo. tit. & est decis. Rot. prima, aliàs prima. attentata in vltima addit. de appell. in no. & decis. 35. aliàs 234. si Rector de appell. in no. & decis. 8. aliàs 8. nota. de appell. in antiquis, Cuius dicti ratio illa esse potest quia per iustificationem appellationis iurisdicção Iudicis a cuius interlocutoria est appellatum dicitur esse suspensa, vt tradit Lap. alleg. prima, sub nu. me. 6. in fi. Vnde stante suspensione non est mirum, si subintrant attentata, quæ vbi suspensio iurisdictionis datur, considerantur. ad not. per docto. in c. non solum de appell. in 6. & no. Franc. in c. pastoralis. col. tertia. nu. 6. vers. sexto operatur. de appell. & post Didac. c. 23. practic. quæst. Hier. Manfred. lib. 2. practic. conclus. super attentata. conclus. 116. Et in ista prima limitatione ista sit Regula, quam Amplia, Primo, vt procedat non solum

quando veritas est actualiter probata verum sufficiat probationem fuisse oblatam, & non fuisse admissam, vt tradit Mil. in verb. attentata post appellationem puta si quis a non admisione suarum exceptionum appellauerit, & obtulerit incontinenti probationem suarum exceptionis: hoc enim sufficit quoad deuolutionem negotij, & reuocationem attentatorum, vt tradit Franc. in c. interposita. sub num. 4. ver. septimo limita, de appell. & est decis. Rot. 44. aliàs 344. licet. ad fin. de appell. in no. quoniam eo ipso quod appellans docet probationem oblatam, iustificat suam appellationem, secundum Mil. in verb. appellans a grauamine. fol. 16. An autem requiratur realis

vel sufficiat etiam verbalis oblatio, vide per Mil. vbi supra proximè, post Ant. de Butr. in dicto ca. interposita, & Io. And. in c. ex parte. extra de rebus. Secundo, vt procedat etiam si causæ huiusmodi expressio, & probatio fieret per relationem ad acta secundum Lanfranc. decis. 208. in appellatione. Hæc tamen ampliatio non est sine dubio, cum multi contrarij tenuerint, vt no. idem Lanfranc. ibi, præsertim per ea omnia, quæ ponit Domini decis. 2. aliàs 7. si appelletur, de appell. in no. Tertio, vt procedat etiam si plures causæ fuissent in appellatione expressæ, & in iustificatione vna tantum probata. c. significauit. & c. significate, & ibi Abb. & Deci. de appella. & est decis. Nic. Boer. 74. incip. dico quod sic. nu. 4. & seq. Quarto, vt procedat etiam si huiusmodi iustificatio non fieret coram Iudice, a quo sed coram Iudice ad quem, quia, & coram eo, potest causa appellationis interlocutoria expressa iustificari, & ea iustificata attentata venirent reuocanda, ad no. in c. interposita. vbi Franc. post princ. de appell. & tradit Lud. Gozzad. in consi. 22. circa num. decimo quinto. videtur posse ampliari, vt sufficiat causam in appellatione expressam esse probabilem, ad effectum, vt sententia post appellationem ab interlocutoria, cum causæ expressio interposita sit ipso iure nulla, tunc quia ius est semper certum, tunc quia in processu causæ poterit apparere de iustitia, vel iniustitia illius causæ, vt post Frac. in c. sepè. in gl. in verb. rata. de appell. fuit tentum in vna Asten. occupationis sedis, sub die 12. Februarij 1552. vt est in recollet. Caputaquen. decis. 118. incip. sententia lata. Sublimita nunc hanc primam limitationem principalem. Primo, vt quod dicitur in regula huius limitationis, quod tunc gesta appellatione ab interlocutoria pendente sunt attentata, quando appellatio iustificata sit non procedat quando Iudex ad quem inhibuisset Iudici a quo: tunc enim etiam non iustificata appellatione gesta pendente appellatione ab interlocutoria tanquam attentata veniunt reuocanda, vt est tex. in dicto c. non solum. §. illa verò. de appell. in 6. & dicemus latius infra in Octaua limitatione regulæ huius primæ limit. nume. 101. cum vniuersaliter traditur quod facta inhibitione etiam post appellationem ab interlocutoria attentatur. Secundo, vt non procedat in sententia excommunicationis, & censurarum post appellationem ab interlocutoria latorum, quia illæ non valent, etiam quod appellatio, & veritas causæ in ea expressæ aliter non iustificetur, & solum in iudicio onus probandi, quod fuerint promulgatæ appellatione pendente, vt not. Franc. in c. bonæ. num. trigesimo quinto, vers. secundam conclusio, vbi id dicit esse tenendum menti, de appell. per tex. in c. dilecti. vbi Imol. col. 5. eodem tit. Tertio, vt non habeat locum in gestis post appellationem interpositam in electione Ecclesiarum Cathedralium, vel regularium, quicquid enim post dictam appellationem fit in huiusmodi electionibus irritum est, & inane, etiam non iustificata aliter appellatione, vel oblata super iustificatione probatione, ad no. in ca. si postquam. de elect. in 6. & est decis. Rot. 44. aliàs 344. licet. in fi. de appell. in no. & per eam tradit Mil. in verb. attentata post appellationem interpositam. Quæ licet loquatur in appellatione extraiudiciali, mul

to ma

to ma

to ma

to ma

to ma

to ma

to ma

to ma

to ma

to magis procederet in appellatione ab interlocutoria iudiciali, ob iudicij calorem, ad not. per glo. & docto. in l. prima, in prin. ff. de verbo. obligario. Quarto sublimita, vt non procedat, quādo Iudex t̄ appellationi ab interlocutoria detulisset: tunc enim etiam quod non iustificetur appellatio, non potest procedere, quia per delationē abdicat a se iurisdictionem, merito si procedit attentat, vt dicemus infra in quinta limitatione regula huius primæ limitationis principalis: num. 66. vbi generaliter concluditur quod quando Iudex detulit (etiā quod simus in interlocutoria) procedendo attentat.

Secundo Regula huius primæ limit. quæ habet quod gesta appellatione ab interlocutoria pendente, non sunt attentata t̄ sublimitatur nō procedere quādo essemus in interlocutoria vim diffinitiuæ habente t̄ quia illa regulatur secundū naturam diffinitiuæ, vt tradit post alios Alex. in conf. 182. in princ. lib. sexto, & post Soci. in Regul. 21. tradit ex recentioribus Lancello. Corrad. de Prætor. §. secundo, de offic. prætor. in caus. ciuil. in cap. de appell. sub num. vigesimoprimum. vers. vigesimo quando. Hinc est quod sicut Iudex non potest diffinitiuam sententiā reuocare t̄ ita nec interlocutoriā vim diffinitiuæ habentem. Frac. in ca. cum cessante. num. nono, vers. si verò queritur de interlocutoria: de appella. t̄ appellans ab interlocutoria vim diffinitiuæ habente tenetur seruare formam cap. cordj. de appella. in 6. sicut appellans a diffinitiuā Mil. in verb. appellans ab interlocutoria vim diffinitiuæ habente. fol. de cimetertio, & ibi additio, quæ allegat Mathesil in notab. 39. incip. nota quod ab interlocutoria. Et statutum prohibens appellationem ab interlocutoria t̄ nō intelligitur de interlocutoria mixta, & quæ habet vim diffinitiuæ, vt post Barto. & alios in l. titia. ff. de accusat. & Bal. & alios per eū alleg. tradit Alciat. in consil. duodecimo, rogatus. nu. 5. lib. 7. & quod interlocutoria habens vim diffinitiuæ regulatur, vt diffinitiuā, per multa dedit Andr. Barbat. in conf. 31. bene cuncta geruntur. nu. 3. li. 3. Quod etiam eleganter demonstrat Natta. in conf. 92. motium. num. secundo, libr. 1. Vnde licet in specie quoad materiam attentatorum hanc limitationem doctores non ponant, t̄ potest tamen in hoc tractatu attentatorū hæc æquiparatio admitti, arg. ab identitate rationis, & licet contra hanc æquiparationem (& consequenter præsentem limitationem) repererim, postmodum plurimum facere, quæ ponit Guid. Pap. in conf. 124. circa materiā, vbi num. tertio, firmat attentata de quibus ibi, non reuocari post appellationem, quæ in casu suo erat interlocutoria, etiam habens vim diffinitiuæ, vt ibi idem dedit, num. 1. Nihilominus substinendo hanc æquiparationem dicas quod licet Guido Pap. ibi. nu. 1. lequatur de interlocutoria habente vim diffinitiuæ, tamen num. tertio, dum dicit quod attentata in casu suo non sunt reuocanda non fundat principaliter se in hoc, quod illa sit interlocutoria, sed in hoc quod appellatio erat inualida, & deserta. t̄ Quæ autem dicatur interlocutoria habens vim diffinitiuæ, vide apud Franc. in dicto c. cum cessante. vers. extra glo. num. 36. & seq. de appell. & per Ruyn. in conf. 78. in quæstione. num. 3. lib. 5. vbi se remittit ad plenè no. per Ant. de Bu

tri. in cōf. 6. & alios de quibus ibi per eum, & per Deci. ibi. nu. m. 15. vbi in id allegat Aret. in consil. 20. quæsti. prima, & in conf. 106. in præfenti dubitatione, & nouissimè per Misinger. in consil. 6. nobilis. nu. 20. in prima decad. vbi etiam eleganter declarat, quæ dicatur sententia diffinitiuā.

Tertio, Regulā huius primæ limitationis sublimita, t̄ vt non habeat locum, quando Iudex a cuius interlocutoria est appellatum appellanti terminum aliquem, aut ad prosequendum appellationem, aut ad audiendum responsum præfixit: tunc enim Iudex etiam quod appellationi nō detulisset, non potest appellatione ab interlocutoria pendente procedere, vt est tex. & ibi glo. not. (indistinctè loquens tam in appellatione a diffinitiuā, quā ab interlocutoria) in verb. diem, in c. personas. de appel. quam sequitur Panor. ibi, & Franc. num. 19. & seqq. col. fi. vers. in eadem gl. ibi: pro qua limitatione allegat etiam tex. & ibi Bal. in l. appellatione. C. de appell. qui dicit, quod est singularis limitatio ad c. non solum. de appel. in 6. & per consequens ad regulam huius primæ limitationis principalis, & ratio est, quā assignant Panor. Franc. & Bal. in dictis locis t̄ quia huiusmodi termini præfixio habet vim dilationis, dilatio autem pendente Iudicis officium conuiescit. c. significante. de appel. & latius dictum est sup. c. 7. de attent. dilatio pendere, per totū.

Quarto sublimitatur, vt non procedat quando Iudex, a cuius interlocutoria appellatur debite requisitus nō dedit apostolos, tunc enim post huiusmodi requisitionem, & denegationem apostolorum nō potest in causa procedere, & si procedat irritus, & inualidus est processus, vt est tex. in c. cordi, & in c. ab eo. de appell. in 6. licet enim appellatione ab interlocutoria pendente regulariter Iudex antequam inhibeat procedere possit sine periculo attentatorum. c. non solum. de appella. in 6. id tamen locum non obtinet facta huiusmodi requisitione, & denegatione apostolorum, quo casu etiam si aliās potuisset procedere (puta, quia appellatio esset frustratoria) vterius non procedet, vt tradit notabiliter glo. fi. in dicto c. ab eo, & in c. cordi, in verb. exhiberi. de appell. in 6. cui adde decis. Lanfran. 448. licet Iudex. Quam limitationem t̄ declara nisi appellans suæ appellationi renunciaffet, vt dicit tex. in dicto ca. ab eo, & gl. ibi, & Lanfran. in dicta decis. puta per cōparationem coram Iudice a quo. ad no. in c. gratum. de offi. deleg. t̄ nisi comparuisset ad effectum docendi de grauamine, ad no. in c. si a Iudice. de appell. in 6. Aduertendum tamen est, quod ista limitatio videtur reddi dubitabilis ex no. per Rot. Bisign. decis. 30. num. 18. vers. a grauamine. in fi. vbi vult, quod si appelletur a grauamine viua voce, & non in scriptis, & petantur apostoli, & Iudex non dando apostolos in causa procedat dicitur processus valere: Nisi dicas decisio nem procedere in appellante ab interlocutoria interposita viua voce, & sine scriptis contra formam dicti c. cordi. & ca. ab eo. & propterea non debet videri mirum si non seruata forma dictorum Iurium, non resultat effectus inualiditatis processus: qui introducit per dicta Iura, & ista videtur etiā intentio Bisign. ibi in vers. secus crederem, si esset ipso iure nulla. Quid autē è cōtra

64. t̄ si appellans ab interlocutoria ante dationem aposto

apostolorum Iudicem impetret, & ille de facto procedat, an huiusmodi processus factus appellatione pendente ante dationem apostolorum valeat, videtur concludendum, quod sic, vt est decis. Bisign. 2. numero sexto. vers. vtrum si appelletur a grauamine, vel ab interlocutoria, quam de iure veram dicit ibi Bisign. licet cancellaria non daret Iudicem si sibi exprimeretur pendere terminum apostolorum: de quorum omnium veritate dicemus latius infra, in 3. capitul. de attent. pend. termin. aposto. petend. numero quinto, & per tot.

Quinto sublimitatur, vt Regula non procedat t̄ quādo Iudex appellationi a sua interlocutoria interposita detulisset: tunc enim obstante delatione non potest ultra procedere, cū per delationem abdicauerit a se omnem Iurisdictionem, & breuiter in hac quinta sublimitatione ista sit Regula, quod Iudex postquam detulit appellationi non potest ultra procedere t̄ quia per delationem censetur abdicare a se omnem Iurisdictionem, & in superiorem transfundere, vt in c. cum appellationibus, de appell. in 6. & tradit Ioānes Andr. in c. cū cessante, & alij relati ibi per Franc.

Iudex de ferēs appellatio- ni abdicat a se omne iurisdictione, & nō potest ultra procedere: Quod decem modis ampliat, & quinque limitatur.

66. numero 14. vers. quinto limita. de appell. nec illam recuperaret si grauamen, & interlocutoriam reuocaret, vt eleganter per Paris. conf. 106. Bonifatius. num. 6. & numero 25. libro 4. & nouissimè Ofa. in decis. Pedemont. 131. decreto. num. 10.

69. Quam Regulam Amplia, Primò t̄ vt procedat etiam si appellatio esset sine causa, vt tradit Paris. in dicto conf. 106. cui adde Rolan. de Vall. conf. 77. viso, sub numero 2. libro secundo. Secundo etiam si esset interposita sine scriptis. Paris. & Rolan. vbi supra. quibus adde in recollet. Achill. de grass. decis. 3. appellatio. de appell. Tertio etiam t̄ si non essent petiti apostoli, vt per Paris. & Rolan. vbi supra. Quarto vt post delationem

70. t̄ non possit ultra procedere, etiam si vellet reuocare grauamen t̄ etiam de consensu partium, vt est decis. Rot. 8. aliās 70. si Iudex. de appell. in no. & decis. 49. aliās 363. ex hoc, de appell. in no.

74. Quinto t̄ etiam si res esset integra, vt no. in supra dictis decis. 8. & 49. & no. Mil. in verb. Iudex deferendo, & vers. seq. folio 175. quamuis hanc, & superiorem ampliationem Fran. in dicto capitulo cum cessante, numero 14. versiculo secundo aduerte videatur non tenere, & fortasse probabiliter ex rationibus per eū cōsideratis, & aliis quæ latius prosequitur Iacob. Henric. in consilio 34. vtrū Iudex. libro 3. per tot. vbi elegat hanc optinetur, quod Iudex a quo (postquam detulit potest re integra, vel de consensu partium procedere, præsertim col. 2. vers. in contrarium, & col. pē. numero 17. vbi subdit, quod hæc opinio videtur esse æquior, & humanior, & cæteris copiosius hanc materiam tractat, licet non admodum

75. ordinatè. Sexto t̄ etiam si Iudex non expresse, sed tacite appellationi detulisset, puta t̄ dando acta pro apostolis, vt dicit dicta decis. 8. aliās 70. si Iudex, de appell. in no. t̄ vel etiam nihil respondendo de apostolis, vt in pulchro casu tradit Lap. alleg. 124. factū. vers. sed contrarium. Septimo, t̄ etiam si per Iudicem ad quem sibi nō fuerit inhibitum: quia delatio sua absque alia inhibitione sibi manus dicitur ligasse, secundum Rolan. de Valle in dicto conf. 77. viso. sub numero 2.

li. 2. nam quoad effectū suspensiuū videntur æqui parari, vel quod appellationi sit delatū, vel quod Iudici sit inhibitum, vt post Bart. in l. c. ius. q. nu. 5. de appellat. recip. tradit nouissimè Pet. Ant. Angussol. in conf. 47. gerens. sub numero secundo, libro tertio. Octauo vt procedat non solum si Iudex ipse deferat t̄ verum etiam si detulerit subdelegatus ab eo, cum clausula, donec vices suas duxerit reuocandas, si ante reuocationē detulit, vt est decis. Bisignett. 21. aliās 30. numero. 21. incip. an executore. in tit. de appellat. & dicemus etiā infra hoc cap. in sexta limit. princip. nu. 22.

Nonò, vt delatio operetur prædictū effectum etiam si simus in criminalibus, & in sententia lata contra confessum, & cōuictum, quæ licet aliās executioni demandetur nō obstante, quod ab ea fuerit appellatum ad notata per omnes in c. Romana. §. si autem. de appellationibus in 6. si tamen Iudex illi detulerit executio retardatur, vt fuit notab. dictum Ang. in l. constitutiones. ff. de appellationibus, & ante eum Bald. in l. 1. col. 13. C. de confessis, quos refert, & sequitur Aufr. in addit. ad decis. Tholos. 176. ad med. vers. & de materia. Decimò amplia, vt Iudex postquam appellationi, etiam friuolæ detulit, nec etiam suam delationem reuocare possit, vt post Gemin. in cap. cum appellationibus. §. si verò Iudex. col. 1. de appell. in 6. tradit Pet. Ant. Angussol. in dicto col. 47. nu. 3. lib. 3. Limita, nūc regulā in hac quinta sublimitatione positā, Primò nisi t̄ per Iudicem ad quæ causa remittatur, vt in dicto c. cū appellationibus, & tradit domini in dicta decis. 8. & 49. Secundo quando t̄ essemus in Iudice ordinario, vel alio, qui possit per viam querelæ adiri, quia si ab eius interlocutoria appelletur, partes possunt re integra, etiā hac appellatione pendente coram eo cōparere, & processus valet, vt sentiūt domini dicta decis. 49. circa fi. quos in hoc sensu tradit Mil. in verb. Iudex deferendo. fol. 175. & Frac. in dicto c. cū cessante. nu. 14. vers. sed aduerte primo. Tertio quādo delatio nō, esset facta simpliciter, sed cū clausula solita si & in quātū, t̄ quoniam hoc casu si de iure non erat deferendum, nō censetur delatum, vt tradit Ruyn. conf. 61. in litē numero 27. libro 5. & no. Maranth. in specul. in q. 9. tertie partis sextæ partis principalis. num. 209. & nouissimè tradit Rolan. in dicto conf. 77. viso. num. 18. libro 2. post Bald. in l. edita. col. 17. C. de eded. Ang. in conf. 207. col. 3. vers. non oblat. Roma. in conf. 501. col. 2. Perusin. in c. sepe. col. 2. de appell. (qui dicit hoc esse tenendū mēti: quia multi id nō intelligunt) Fel. in c. cum contingat. col. 3. de offi. deleg. Soci. in conf. 18. col. pen. libro 1. & Alciat. in conf. 409. nu. 3. & nouissimè Moder. in annot. ad Aegid. nu. 168. Ad idē est hodie bona decis. senat. Pedemonta. quinta, incip. certa die. n. 9. vers. nec obstat clausula, vbi plerique ex supra citatis allegātur. Quod etiam nouissimè secutus est Menoch. de adipiscen. poss. remed. 4. quæ. 150. numero 868. post Nattam in conf. 566. numero 5. libro 3. & de recuperand. possel. in 9. remed. numero 331. vbi ultra præallegatos citat etiam Grat. conf. 26. nu. 211. libr. 2. & Plot. in l. si quando. num. 159. C. vnde vi. Quibus adde quod idē tenet Pet. Calephat. inter conf. matrimonial. libro 1. col. 76. in causa, numero 17. & Alciat. in conf. 48. in hac attentatori causa. numero 4. libr. sexto, & post aliquos ex Tract. de Attent.

præ allegatis, ac etiam Soci. in conf. 47. numero sexto, li. 4. tradit Lancell. Corrad. de Prætor. §. 2. de offic. prætor. in caus. ciuili. in cap. de appellat. n. 10. Et ideo alias in Vna Aretin. Cappellaniæ coram Dom. meo Oradino. sub die 10. Martij. 1539. fuit tentum, quod si de iure appellationi erat de ferendum, quamuis non simpliciter Iudex appellationem admittat, sed cum dicta clausula si, & in quantum, & terminum ad prosequendum præfigat, talis admissio operatur, vt spoliū postea commissum dicatur attentatum. Quæ limitatio potest notabiliter ampliari ex his quæ habentur in dicta decis. 5. Pedemonta. numer. 9. vt pro-

84 cedant etiam appellatione per Iudicē cū dicta clausula admissa, fuisset per principē, & superior rem commissa, & alteri delegata etiam cum decreto irritanti, quod quicquid secus factum fuerit, esset irritum, & inane, nam si illa appellatio, tanquā friuola, de iure non erat admittenda (quia illa non censetur admissa) nec etiam decretum hoc casu censetur factus post dictā appellationem, & eius commissionem irritare: ea ratione, quia tale decretum tanquam accessorium ad appellationem, & interpositum, & adiectum dispositioni conditionali, non verificata conditione non operatur effectus suos, vt latē, & eleganter in dicta decis. nu. 9. & pluribus seqq.

86 Quartò quia licet Iudex post delationē nō possit procedere ad vteriores actus in lite, potest tamen etiam pendente appellatione præfigere appellanti terminum ad prosequendam appellationem etiam si non in continenti, sed ex aliquo interuallo id faciat, vt est decis. Rot. 50. alias 356. si appelletur. de appell. in no. & per eam Mil. in verb. Iudex, qui detulit. fol. 175. licet aliqui tenuerint contrarium, vt per dominos ibi.

88 Quintò, quando et effemus in interlocutoria prolata à duobus Iudicibus, quorum vnus detulit, is enim si antequam alius deferat, velit suam delationem reuocare hoc facere potest, & non obstante tali delatione actus reuocationis valet, & tenet, vt fuit not. dictum Ang. & Bald. in leg. si cum dotem. §. eo tempore. ff. solut. matri. quos ibidem refert, & sequitur Alex. numer. 3. vbi etiam alios allegat, & inter cæteros Roma. ibi, hoc dictum intelligentem nisi talis appellatio (cui fuisset, vt præfertur, delatum) interposita fuisset ad sedē apostolicā. Quæ tamen Roma. opi. ab Alex. ibi non tenetur.

Sextò sublimitatur hæc prima limitatio regulæ princip. vt non procedat in excommunicatione, quia licet Iudex pendente appellatione ab interlocutoria possit regulariter procedere, vt in nostra regula, ad actum tamē excommunicationis, procedere non potest: Regulare enim est, quod excommunicatio prolata post appellationem legitimum est nulla, vt est tex. & ibi no. Franc. in capitulo ad præsentiam. in princ. de app. & aliquid etiam per Frac. in c. sepe, in glo. in verb. rata. sub numero 3. eo. tit. & diximus latius supra in 8. ampliatione princ. nu. 1. Ampliā hanc limitationem vt procedat etiam si veritas causæ appellationis non probetur: quoniam etiam hoc casu ad inuandam excommunicationis sententiam solum sufficit probare fuisse prolatam post appellationem: Franc. in c. bonæ. nu. 35. vers. secunda conclusio, de appell.

92 Septimò, sublimitatur vt nō procedat in graamine & actu irreparabili, quia ad illum post appellationē ab interlocutoria Iudex procedere non potest, puta si sententia interlocutoria contineat grauamē irreparabile, & executionem irretractabile, prout est de aliquē torquendo: hoc enim casu, statim et absque alia Inhibitione sunt ligatæ manus Iudicis à quo, vt tradit Maranth. in specul. quæ. 2. tertie partis principalis. numero 201. Bald. in l. generaliter. §. sed iuramento. col. 2. vers. fed quid si est talis interlocutoria. C. de reb. cred. & de iureiur. & tradit Pet. Duenas, in reg. 52. limit. 1. numero 1. vbi allegat rationē: quia scilicet per diffinitiuam non potest tortura inflicta reparari, vt in l. 2. ff. de appell. recip. & tradit glo. in clem. 1. in verb. ipso iure. de heret. & post Bald. vbi supra, tradit apostilates ad decis. Rot. 58. alias 412. si appelletur. de appell. in no. & latē ponit Carauit. Ritu. 259. sub nu. 10. vbi hoc cautius esse, & ita cōmuniter seruari attestatur. et dicitur autem grauamen irreparabile, quando continet factum, quia cum infectum fieri non possit habetur pro irreparabili, secundum eum post docto. in l. quod iussit. ff. de re iudi. Quod ampliari potest. Primò, vt procedat etiam, quando tgra uamen esset reparabile, sed cum magna difficultate: quoniam nec tunc Iudex potest procedere: ita Bart. in l. 1. §. quæ situm. de appell. & in l. 2. C. de appell. re. ip. quæ sequitur Felyn. in c. accepimus. nu. 5. de fid. in l. tr. vt refert Pet. Duens. reg. 52. in 13. limit. num. 13. Quos etiam allegat nouissimè Menoc. de adipiscen. possess. remed. 4. q. ceterima. numero 866. vt diximus de appell. in possess. prohib. vel permissa, in 6. sublimit. regulæ ibi positæ: in qua quàm plura de huiusmodi irreparabili præiudicio tetigimus. Secundò, vt per appellationem et hoc casu in tantum sint ligatæ manus Iudicis, vt non sit expectandum, quod Iudex ad quem iuhibeat, vt per Maranth. vbi supra. num. 21. Cui adde, quæ eleganter tradit Catell. Cott. in memor. in verb. appellatione interposita. post Bald. in rubr. C. comminat. epistol. et loquentem de appellatione à tortura, vt confessio postmodum facta non valeat, quod pro sing. secutus est Veronen. cautel. 325. si quis timet, & Iaf. in l. prima col. 19. circa fi. ff. de offi. eius, & in leg. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de no. oper. nunc. vt per eū latius ibi. Tertiò, ampliā, vt hoc casu volenti procedere ad executionem sprete appellatione, possit etiā impunē resisti, vt fuit singulare dictū Ang. in leg. addictos. C. de appell. Quod pro sing. celebrat Veronen. caut. 6. potes adhibere, & Felyn. in capitulo quærenti. col. pen. post princ. de offi. deleg. quos refert, & sequitur Catell. Cott. in memor. in dicto verb. appellatione interposita. nil inno. fol. 39.

Octauò Regula huius primæ limitationis sublimitatur, vt non procedat, quando Iudici fuisset inhibiti: tunc enim quicquid post inhibitionem huiusmodi innouatum est, per Iudicem appellationis ante omnia in primum statum est reducendum, vt dicit formaliter tex. in dicto cap. non solum. §. illa verò, de appell. in 6. & tradit De ci. in cap. bonæ, numer. 2. de confir. vtil. vel inutil. prout eum refert Io. Bap. de Asin. in sua praxi Iudic. §. 31. capitulo 2. in secunda limit. princip. sub numero 4. quod etiam sensit Soc. in conf. 45. vifa. num. 8.

102 numero 8. lib. 1. & ratio esse potest, et quia inhibito facit illicitum, & impedit fieri, quod ante licuisset, vt dicemus per plura exempla infra, cap. 20. de attē. post inhibitionem, in prima ampliā.

103 & propterea de stylo Rotæ est quod gesta post inhibitionem censentur attentata, etiam quod appellatio non fuerit iustificata, vt fuit tentum in vna Valentin. della plebe. et est in recollet. Achill. de grass. decis. 27. in op. attentata de stylo, de attēta. vbi etiam assignat huius styli rationem: quia scilicet si sumus in Curia de facili potest adiri Princeps pro remedio, si verò sumus in partibus: quia non est aperienda via inferioribus, vt inhibitiones negligant. Hæc tamen limitatio de inhibitione non videtur fuisse aliā tenta in vna Anconitana. attentatorum pro Fiordelisius contra congregationem græcorum coram Domino meo. Oradino sub die 18. Decembris 1562. in qua pro parte græcorum præsupponebatur fuisset appellatum à grauaminibus ante diffinitiuam coram Auditore Camera, & ab eo obtentam inhibitionem vigore dictæ appellationis, & prædebat gestata post dictam inhibitionem fore attentata, quæ tamen Rota declarauit non esse attentata: Nisi dicas (vt ex facto ibi colligitur) quod ideo illa inhibito non est operata effectū attentatorum, quia erat subreptitia, & impetrata tanquam vigore appellationis à diffinitiuā, seu vim diffinitiuā habente, quod in facto erat falsum, subreptitia enim Inhibito non videtur causare attentata, Paris. conf. 172. in causā. numero tertio, libro quarto. Rolan. à Valle. conf. 77. v. fo. numero 37. lib. 2. & dicemus latius infra cap. 20. de attent. post inhibit. in 12. limit. per totam.

104 An autem et Inhibito de necessitate requiratur in appellatione ab Interlocutoria, ad hoc, vt Iudex à quo non possit procedere, videntur doctores esse diuersæ opiniones, Franc. in dicto §. illa verò. col. 2. in fi. dixit, quod requiritur, aut quod sit facta inhibito, aut quod causā in appellatione expressa sit vera, ita intelligēdo decis. Rot. 20. alias 130. si post. de appell. in no. simpliciter dicentē, quod processus factus per Iudicē à quo post appellationem legitimam est nullus, quem videtur sequi Pedemontani decis. 5. certa die. num. 8. Alex. verò in conf. 99. v. is. num. 3. libr. quinto, tenet, quod Inhibito requiratur: sed prima opi. videtur vtrior, quod sufficiat, aut inhibito, aut verificatio causæ, vt in dicta decis. quinta, vbi sub num. 7. vers. non obstant in cōtrarium adducta: post Franc. in c. nō solum. §. fin. col. pen. in princ. de appell. in 6. ad propositum huius limitationis, id etiam notabiliter dicunt quod ad reuocandū attentata post huiusmodi appellat. nō sufficit, quod Iudex à quo sciat Iudicē ad quē incepisse cognoscere de veritate causæ appellationis.

106 Nonò, sublimitatur, vt non procedat in sententia diffinitiuā à qua sit appellatum, lata tamen post appellationem antea interpositam ab interlocutoria, Vndelicet pendente huiusmodi appellatione ab interlocutoria Iudex regulariter possit procedere, ad sententiam tamen non potest, pcedere: quia si illa proferat reuocatur per viā attentati, si credimus Franc. qui hunc casum ponit in c. interposita, sub num. 4. vers. octauo limita. de appell. & quāuis auctoritas Franc. præsertim in hac materia non videretur negligendā, in

107 hocramētego ab initio plurimum subsistebā, quia gl. quā ipse allegat in clem. 1. in gl. magn. in fi. vers. sed secundum hoc, de dol. & contum. non videtur id clarē tenere, sed incidenter protulisse, & demum cōtra eius opi. tenendum esse censui, postquā reperij quod ita fuit tentum coram A. Augustino, vt est in recollet. eius decis. nona, quæ incip. vacante, in qua fuit dictū, quod si post conclusum in causa Iudex det alium terminū, & ab eo appelletur, & committatur causa appellationis, & primus Iudex ante inhibitionem pronunciet, & insuper is in cuius fauorem fuit pronunciatum capiat possessionē, talis possessio non dicitur attentata, nec venit reuocanda, etiā si Iudex ad quem primam sententiā reuocasset: Vnde si ipsa possessio non dicitur attentata, multo minus erit censenda attentata ipsa sententia.

Pecimā sublimitatio ad hanc primā limit. principale potest colligi ex dictis Aegid. Bellamū decis. 84. executoria, vt non procedat in appellatione interposita à taxatione expensarum: sententia enim super taxatione expensarū videtur interlocutoria, cū negociū nō diffiniat, secundū doctō. in c. cum cessante, vbi Franc. de appell. col. 15. vers. 17. 108 sententia. num. 53. de appell. & tamen dicit formaliter Aegid. ibi, quod executoria impetrata super executione triū sententiarū, & taxationis expensarū tertie sententiæ, pendente tamē appellatione à dicta taxatione, & processus inde secuti, quoad articulum causæ sunt nulli ipso iure. Pro qua plurimū facit, quod aliā sententia Rota in vna Toletana matrimonij coram D. meo Oradino, sub die 31. Martij. 1556. et quod si appelletur à taxatione expensarū quicquid postea fit circa expensas dicitur attentatū: Verū quia nō videtur posse considerari bona ratio diuersitatis inter interlocutoria taxationis expensarū, & alias interlocutorias, quāuis dictæ decisiones in se veræ sint, tamen de veritate huius limitationis valde subsistēdū tenseso, præsertim de eo quod in ea præsupponitur, quod sententia taxationis expensarū sit interlocutoria, et cum immo videatur diffinitiuā, tū quia potest dici pars diffinitiuæ sententiæ ex quo solet taxatio in diffinitiuā referuari, tū quia satis videtur negociū diffinire, cū per eā soleat lis finire, & nullus actus post eā sit faciendus, aut expectandus, & nullā aliā sententiā post se expectet: quo casu interlocutoria dicitur habere vim diffinitiuæ, vt post Imol. ibi, & Bart. in l. quod iussit, de re iudi. no. Frac. in dicto c. cū cessante. col. 4. in prin. vers. si verò, quaritur de interlocutoria. nu. 8. & meli⁹, col. 15. vers. 17. sententia, num. 53. sed sicut hæc decis. non placuit Aegid. vt idem dixit ibi in consiliis, & solū processit ex auctoritate domini Vianaensis mihi videtur, quod non possit adaptari pro limitatione ad regulā, tum quia decis. nō fundatur in pendencia appellationis, sed in dispositione dicti cap. super literis, tum quia non video bonam rationē diuersitatis inter interlocutoria taxationis expensarum, & alias interlocutorias.

Ex quibus satis apparet quomodo sit intelligenda Regula huius primæ limitationis principalis, cum illa non sit perpetua sed in omnibus supradictis casibus restringatur.

LIMITATIO II.

SUMMARIUM.

ATTENTAT Anon dicuntur, gesta in vna dca
Traç. de Attent. t 2

- sa, licet pendeat appellatio in alia, & diuersa causa inter easdem personas.
- 2 Ex diuersis non fit illatio.
- 3 Appellationis causa an ceseatur eadē, vel potius diuersa ab ea quā pēdebat in prima instantia, remissiuē.
- 4 Diuersa in eis se illa dicuntur, quā diuersitate factorum recipiunt separationem.
- 5 Diuersa quoque illa dicuntur, quā non habent in aliquo impugnare, aut impedire negocium principale.
- 6 Appellatio a non admissioe exceptionis, quā quis concludere se non teneri, nisi in quantum facere poterat dicitur esse in causa diuersa a causa in qua prae- tendebatur debitor.
- 7 Appellatione interposita a reiectione exceptionis con- pēsationis, potest nihilominus procedi in causa prin- cipali.
- 8 Hæres opponens exceptionem inuentarij si appelletur, appellatio dicitur esse in causa diuersa a negotio principali.
- 9 Appellatio a condemnatione expensarum in aliquo arti- culo ratione contumacia, dicitur esse similiter in causa diuersa.
- 10 Connexa, & coniuncta, illa dicuntur, quæ ex continen- tia factorum s. parationem non recipiunt.
- 11 Sententiæ tot sunt, quot sunt illius capita.
- 12 Appellatio interposita a sententia lata in vna causa, seu articulo, non suspendit iurisdictionem Iudicis a quo in alia causa seu articulo.
- 13 Attentata regulariter nō dicuntur gesta in vna causa, seu articulo pendente appellatione in alia causa, seu articulo.
- 14 Causa vna ab alia separata non suspenditur.
- 15 Appellatio non suspendit iurisdictionem, quoad ea, quæ non sunt in appellatione de iudicā.
- 16 Nec quoad personas in appellatione non cōprehēsas.
- 17 Arbitr per prononciationem in vna causa, seu articulo nō perdit iurisdictionem in alia causa, seu articulo.
- 18 Appellatio, & litis pendentiā in possessorio non suspē- dit, neque impedit executionem, in petitorio.
- 19 Nec e conuerso secundum commu. opi.
- 20 Præiudicium, vt pendente causa attentatorum fatalia non currant, non extenditur ad causam diuersam.
- 21 Appellans a sententia quæ fuit in pluribus (ex diuersis tamen causis) cōdemnatus, si in appellatione vnus tantum nomen expressit, per non nominatos potest fieri executio, quasi in causa diuersa.
- 22 Etiam si Iudex appellationis ad instantiam appellantis inhibuisset, secundum communem opi.
- 23 Attentata dicuntur gesta appellatione pendente in arti- culis sibi inuicem connexis.
- 24 Appellatio vbi est interposita omnia illa, quæ tangūt articulum a quo est appellatum dicuntur atten- tata.
- 25 Appellatio ab excommunicatione contra eum lata, qui noluit articulis respondere, quia fuit occasione cau- sę principalis, suspēdit appellationē in tota causa.
- 26 Appellans a sententia, quatenus contra, si quoad me- dietatem obineat, quoad aliā reus absoluitur, ap- pellatio suspendit totam causam.
- 27 Connexitas causarum, quoad effectum attentatorum debet esse talis, vt sententiā in vna causa, seu capite lata pariatur exceptionem rei iudicatæ in alia.
- 28 Appellatio etiā extraiudicialis facit attentata in cau- sis, & articulis, vt supra connexis.
- 29 Etiam ante inhibitionem.
- o Gesta etiam in articulis connexis, pendente tempore ad appellandum non dicuntur attentata secundum ali-

- quos.
- 31 Contrarium videtur verius.
- 32 Appellatio interposita a sententia Iudicis delegati in vna causa an suspendat iurisdictionem, etiam in aliis causis.
- 33 Quid in ordinario?
- 34 Iudex a quo non potest procedere etiam in articulo se- parato, quando Iudex ad quem inhibuisset in tota causa secundum aliquos.
- 35 Contrarium fortasse verius videtur.
- 36 Inhibitio dubia non videtur causare attentata, quoad diuersos articulos, & quoad diuersas personas.
- 37 Delatio in vno articulo, etiam separato suspendit iuris- dictionem in tota causa secundum aliquos.
- 38 Oppositum videtur tenendum.
- 39 Gesta in causa principali pendente appellatione in arti- culo separato iustificata demum appellatione, itā quam attentata reuocantur secundum aliquos.
- 40 Licet id non videatur omnino tutum.
- 41 Appellatio etiam in causa diuersa interposita impe- dit executionem in alia causa quando per probatio- nes in ea factas executio posset statim excludi.
- 42 Executio in possessorio impeditur per appellationem in petitorio, quando petitorium per exceptionē do- minij in continenti probandam excluderet posses- sorium.

SECVNDA principalis limitatio Regulae prin- cipalis sit, vt non habeat locum, quando essem⁹ in diuersa causa: Gesta enim in vna causa, seu arti- culo non dicuntur attentata, licet pendeat ap- pellatio in alia causa, seu articulo.

Quæ limitatio licet prima facie videatur de pla- no pcedere, & dubitatione prorfus carere: cū id sit generale, & quod ex diuersis non fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minor. cum simil. Quia tamen vna, & eadē sententia in aliqua causa, etiā inter eosdem lata, potest quoad diuersos respec- tus tanquam diuersa censei, Hæc non modicā cōtinet difficultatem, vt infra apparebit. Quod, vt clarius pateat, ad faciliorem infra dicendorū intelligentiā (ommissa hoc loco illa disputatio- ne an causa appellationis ceseatur eadē, vel po- tius diuersa ab ea, quæ pendebat in prima instā- tia de qua post Cyn. & alios per Alex. in cōf. 96. num. 5. lib. 2. vbi dixit, quod non est omnino vna, & eadē, nec penitus diuersa, sed est qd mixtū, vt eosdē refert, & sequi videtur nouissimē Io. Bapt. Añnius in sua praxi Iudic. in prin. ca. 4. num. 13.)

Præmitte t quod illa dicuntur inter se diuersa, quæ diuersitate factorum separationē recipiunt vt post Bart. & Bald. in l. prima. C. si vnus ex plu- ribus appell. & Bart. in l. Aurelius. §. idem quæ- siuit. in fi. ff. de liber. lega. & Roma. in conf. 300. in casu proposito. in fi. no. Felyn. in capitul. significa- uerunt. colu. 5. sub numero 9. vers. præterea non video. de except. & videtur tēx. in l. ampliore. in princ. & ibi Bald. & Saly. C. de appell. Et sunt illa, quæ non habent in aliquo impugnare, aut impedire negocium principale, secundum Alex. in conf. 89. diligenter. numer. 10. libro primo, vbi ponit exemplum, si contra libellum actoris op- ponatur exceptio, quæ concernat moderationē sententiæ ferendæ t puta si non neget se esse de- bitorē, sed dicat se non teneri, nisi in quantum facere potest, quia si à non admissione huius exceptionis appelletur, appellatio dicitur esse in causa

in causa separata. Quod exemplum ponit etiam Franc. in c. super eo. el. 1. in princip. de appell. Vbi, & alia ponit. Puta si sit reiecta exceptio cōpen- sationis, & a reiectione appelletur: nam potest nihilominus procedi in causa principali, t vel si hæres opponat exceptionem inuentarij, & simi- liter ob reiectionem appellet. t Vel appelletur a condemnatione expensarum in aliquo articulo ratione cōtumacia, quia cū appellationes inter- positæ in his, & similibus casibus non contradi- cāt, neque directo impugnēt sententias in causa principali ferendas, vt que potest procedi in cau- sa principali non obstante appellatione, tanquā illa sit interposita in causa separata. t Et cōuerio illa dicuntur coniuncta, & connexa: quæ ex continen- tia factorum separationem non recipiunt. ad l. primam. C. si vnus ex pluri. appell. cum aliis alleg. per Boer. seu maui Signorol. de homodeis inter conf. Boer. in conf. 7. per totum, & Felyn. in dicto c. significauerunt. de except. & nouissimē per Menocch. in tracta. de arbit. Iudic. libro 2. cen- turia 1. casu 95. per totum, vbi latè, & eleganter declarat: quæ dicantur connexa, & quæ dicantur separata, prout facit etiam Aemilian. in conf. 75. cum satis. numer. 12. & similiter Modern. in anno- tat. ad Aegid. num. 145. post Imol. in c. cum inter. col. pen. & fi. de re iudi. & Boer. decif. 63. nu. 4. & seq. Et propterea non solum diuersæ causæ cen- sebūtur, quæ super diuersis rebus, inter diuersas personas, corā diuersis Iudicibus aguntur, verū etiā si inter eosdē corā eisde super diuersis tamē causis, seu capitulis intētant. Inde dicitur t quod tot sunt sententiæ quot sunt illius capita. l. etiam. §. ex causa. ff. de minor. glo. in verb. eadem. in ca. 2. extr. de ord. cognit. Barbat. conf. 10. col. pen. in fi. vers. & ideo dicimus. lib. primo. Paris. post alios in conf. 66. videtur. libro 1. Et idcirco ad propo- situm huius nostræ materiæ t appellatio interpo- sita a sententia lata in vna causa, seu capitulo sen- tentiæ nō suspendit iurisdictionem Iudicis a quo in alia causa, seu articulo. cap. ad hæc. el. 1. de ap- pell. glo. in cap. Romana. §. cum verò. de appell. in 6. in qua materia, quamuis doctores fuerint plurimum inter se varij, & Abba. in dicto capitu- lo super eo, el. primo. de appell. per plura funda- menta fuerit in hac opinione, quod appellatione interposita in vno articulo, etiam separato a causa principali, si Iudex procedat dicatur at- tentare: Ant. tamen ibi, fuit in alia opinione, di- stinguendo inter articulum connexum, & arti- culum separatum a causa principali, vt in separatis non suspendatur, in connexis suspendatur, quam opi. de iure veriorē dicit, & defendit Frac. ibi columna tertia, vers. sed aduerte, quia contra- rium, & respondet omibus motiuis Abba. quæ opi. & mihi magis placet, & ideo secundum Ant. & Franc. opinionem conclusiuē procedendo in ista secunda principali limitatione sit.

REGVLAT quod gesta in vna causa, seu arti- culo pendente appellatione in alia causa, seu arti- culo non dicuntur attentata. Huius ratio est, quia appellatio interposita in vna causa, seu arti- culo non suspendit iurisdictionem Iudicis in aliis separatis, & non deuoluit, nec minus impe- dit executionem. leg. final. vbi Cyn. Bald. & Saly. C. quando prou. non est necess. Bald. Io. Fab. &

Saly. in dicta l. ampliore, quos refert, & sequi- tur Nic. Boer. decif. 73. videtur. sub numero quar- to. Et pro sing. notat Corfett. in sing. suo, in verb. appellatio, incip. regula est. vers. limita quinto, & est tex. vulgaris in dicto capitu. ad hæc. el. primo, vbi Franc. in princip. de appell. & in ca. super eo, eo. tit. per quem generaliter dicit Deci. in confil. 33. viso. columna 3. vers. secus esse videtur. quod de iure vna causa separata ab alia separata non suspenditur, & tradit Franc. in c. præterea. el. primo, in secundo not. & capi. proposuit. in prin. de appell. Vnde non præsupposita suspensione, at- tentata non videntur considerari posse, vt supra dictum est. Pro qua regula est decisio Rot. 31. aliās 193. si ab excommunicatione. de ap- pell. in no. in fi. & præallegata decisio. Boer. 73. per tot. & facit, quod ponit Socin. in cōf. 45. visa sub numero quinto, vers. quibus suppositis. libro primo, vbi vult, t quod per appellationem, de qua ibi, non fit suspēsa iurisdictione quoad ea, quæ non sunt in appellatione deducta. t nec quo ad personas in appellatione non cōprehēsas: & quod propterea gesta his casibus non sunt tan- quam attentata reuocanda, & tradit copiosē, & eleganter Pari. conf. 66. videtur. libro primo, vbi videtur etiam testari de commun. opinione, & Io. Monach. in rubr. vt lite pendente. in sexto, in princ. Aegid. Bellam. in conf. sup 18. incip. ecce quod facta. colum. prima, vers. tene contrarium: vbi inter cætera mouetur simili de arbitro, qui per prononciationem in vna causa, seu vno arti- culo non perdit iurisdictionem in alia causa, seu articulo. leg. quilibet. §. si de pluribus, & le. quod tamen. ff. de arbit. & secundum hanc regulā fuit aliās resolutum in vna Bononien. pecuniaria coram Iunio. 14. Iunij. 1557. quod quia summa vnde cim millium librarum (de quibus ibi agebatur) non fuerat perita, sed alia diuersa, licet essemus inter easdem personas, tamen erant diuersæ cau- sę, & ex propterea non erat aliquid attentatum, si pro dicta summa vndecim millium librarum (quæ verè in illo Iudicio non fuerat petita) fue- rint debitores ibi conuenti in foro mercatorum pendente appellatione in curia super alia sum- ma diuersa. Pariter etiam ex hac Regula proficif- citur illa vulgaris propositio, quæ habet t quod d appellatio, & litis pendentiā in possessorio non suspendit, neque impedit executionem in peti- torio, ad no. in leg. etiā. ff. de excep. rei iudic. t Nec e conuerso ad leg. cum fundum. §. eum qui. ff. de vi, & vi arm. cum hæc sint omnino diuersa. ad le. naturaliter, §. nihil cōmune. ff. de acquir. possess. vt tradit eleganter Franc. in capitulo cum tenea- mur. columna quarta, versicul. secundus intelle- ctus. de appell. & Aegi. Bellam. in dicto conf. 18. columna tertia. in fi. vbi testatur de commun. opinione, & diximus etiam supra capitulo de at- tent. lite pendente. limit. 2. numer. octauo & seqq. Et ex eadem etiā Regula prouenit id quod pri- uilegium t cōcessum causæ attentatorum, vt dū illa cognoscūtur, in causa appellationis (qua pen- dēte dicitur attentatū) nō currat fatalia, ad no. per Franc. in c. dilecti. sub nu. 1. de appell. & est de cif. Rot. 15. aliās 102. fatalia, de appell. no. & Lan- franc. decif. 476. appellans in fi. nō extenditur ad diuersam causam, sed tantū refert ad illā causam, Tract. de Attent. t 3

in qua fuit interposita appellatio, vt colligitur eleganter ex his, quæ tradit Ruin. in conf. 75. quæ numero octauo & feqq. libro quinto, & propterea consuluit aliàs Aug. Bero. ¶ quod si vnus fuit in eadem sententia pluribus, condemnatus (ex diuersis tamen causis) & in appellatione à dicta sententia, vnus tantum ex aduersariis nomen expresserit, talis appellatio, quoad non nominatum non impedit, quominus ad eius instanciam citra vitium attentati possit fieri executio, ea potissimum ratione, quia appellatio est in vna causa, executio autem est in alia causa, vt latè, & eleganter deducit ille in conf. 113. visa, numero quarto, & per tot. lib. 3. vbi ampliando id firmat procederetiam si iudex appellationis ad instanciam appellantis inhibuisset, vt ibi præsupponitur in princ. numer. 1. quia appellatio, & inhibitio solum prædest quoad eos, quorum nomina fuerunt in appellatione expressa secundum commu. opi. de qua ibi testatur, à qua nec in consulendo, nec in iudicando recedendum esse admonet. Ex eadem ratione, si inter partes litigaretur super diuersis prætensionibus, videlicet diuersis pecuniarum summis, super quibusdam iocalibus, & super quibusdam expensis, & tam summæ pecuniarum, quam iocalia, quam etiam expensæ fuissent, distinctè, & separatim in singulis quantitatibus in sententia Rotali taxata, & pro eis relaxatum mandatum executiuum, & à dicta sententia fuerit appellatum, sub ista forma videlicet, appellauit ab excessiua taxatione iocalium, siue bonorum, & excessiua etiam expensarum taxatione, & commissa appellationis causa illius vigore, emanauerit inhibitio, & post inhibitionem vigore dicti mandati fuisset facta executio pro summis dictarum pecuniarum, & prætenderetur contra inhibitionem attentata, ex aduerso verò, ad excludenda attentata allegaretur, quod appellatio erat interposita respectu iocalium, & expensarum, non autem respectu pecuniarum (& consequenter erat super diuersis rebus) nec poterat prætextu dictorum attentatorum retardari cognitio negotij principalis, Dominis in vna Ciuitatis a iudicibus attentatorum coram Grato. 6. Nouembri 1564. placuit. vt videretur negocium principale.

LIMITATIO Regula prædicta

Primò, vt non habeat locum in articulis
 33 ¶ qui quamuis inter se videantur distincti, tamè sunt inuicem **CONNEXI**, vt no. Ant. de Burr. in capitulo dilectus filius Io. Saracenus: de rescriptis, in vlt. not. ac etiam in vlt. columna, & ibidem Io. de Imol. quos (ita generaliter loquens) refert, & sequitur Alex. in dicto consilio 89. diligenter. sub numero nono, vers. vbi autem, & cetera, libro primo, quorum auctoritate ita nouissimè fuit tentum per dominos in vna Conchen.
 34 de Belmonte coram Vestano, quod omnia illa quæ tangunt articulum, à quo est appellatum dicuntur esse attentata, vt est decis. in recollet. Acchil. de grass. 30. attentata, sub rubr. de attentata, cui concordat alia eiusdem 32. attentata. eo. tit. Pro qua limitatione videtur Rot. decis. 31. aliàs 193. si ab excommunicatione de appell. in no. quam refert, & sequitur Mil. in verb. appellans à sententia excommunicationis, & Franc.

in capitulo ad hæc. in primo not. de appell. quæ voluit, quod si quis ex eo, quod noluit articulis respondere declaratur excommunicatus, seu reintroditur, appellatio ab excommunicatione, seu reintroductione interposita, cuius vigore fuit inhibitorium, licet videatur causa, & capitulum distinctum à causa principali: quia tamen occasione causæ principalis fuit interposita, suspendit Iurisdictionem in tota causa, & propterea processus in causa principali postea factus est nullus, vt latius in dicta decis. Et generaliter ad hoc dictum, quod quando articuli sunt connexi tunc appellatio ab vno capitulo suspendat sententiam in omnibus capitulis, est decisio Nic. Boer. 73. numero sexto, in prima parte, vbi post doctores ponit exemplum ¶ si quis petierit fundum, & in sententia fuerit sibi medietas fundi adiudicata, & pro alia parte reus fuerit absolutus, & ab hac sententia, quatenus contra se ipse actor appellauerit, quod huiusmodi appellatio totam causam suspendit, & deuoluit, in tantum, quod nec pro illa parte, in qua non appellauit sententia potest mandari executioni: post Bart. in conf. 150. incip. cum prædicta examina-rem, assignans rationem, quia connexa reputantur vnus, & idem individuum ratione connexionis, quod affirmat etiam Iaf. in consil. 187. circa primum. columna septima. versiculo nono facit, libro primo. Et facit ad hoc propositum, quod aliàs fuit tentum in vna Anconitana a tentatorum coram Sarmiento 27. Iunij. 1565. ¶ quod executio facta contra fideiussores obligatos vigore instrumenti facti ad parendum sententiæ, à qua fuerat per principales appellatum, ex eo diceretur attentata, quia huiusmodi instrumentum dependebat à sententia, à qua (vt præfertur fuerat appellatum: Et similiter, quod fuit etiam dictum in alia Calaguritana fructuum coram Aldobrandino 20. Iunij 1572. in qua, cum præsupponeretur quod capta possessione beneficij vigore Breuis, is qui prætendebat ius in beneficio fuisset deputatus æconomus, & propterea ad illorum restitutionem se in ampliori forma Camera obligauerat, cuius vigore contra eum ignorantem fuissent hic in curia relaxata censura, & brahium secularis, cuius vigore is, qui breue obtinuerat perceperat ab eo omnes fructus aliàs sibi consignatos, & quos in horreo habeat, & deinde idem Petrus æconomus commiserit causam nullitatis dictarum censurarum, vnà cum toto negotio principali in Rota & obtinuerit inhiberi aduersario, qui non obstante inhibitione fecit sibi de aliis fructibus dictæ ecclesiæ à commissariis dicti Breuis responderi, & dubitaretur an constaret de attentatis, & ad excusanda attentata allegaretur, quod essent causæ diuersæ, cum inhibitio respiceret fructus, qui tunc erant in horreo. Rota tamen tenuit constare de attentatis, non obstante allegata causarum diuersitate, quia hoc non erat verum, ex eo quia commissio erat generalis, & non limitata ad fructus depositatos, & erat causa eadem, vel admodum connexa.

Sed quia ista limitatio ita vniuersaliter, & in distinctè intellecta (quicquid Rota in dicta decis. 31. senserit) non videtur carere difficultate, ideo videtur necessario intelligenda, & declaranda vno

modo doct. videlicet, vt procedat quando talis est connexitas, vt sententia in vno capitulo lata patiat exceptionem rei iudicatæ in alio, vt est doct. Bal. in c. 1. circa fin. de controu. feud. apud pat. termin. vt tradit Deci. in consil. 33. sub numero. 4. col. 3. vers. & ad hoc benefacit lib. 1. post Abba. in consil. 99. & sentit idem Deci. in c. ad hæc. post princ. de appell. Pro qua declaratione (licet ille non ponat) facit decis. Rot. aliàs 138. si appellatur de offic. deleg. in no. & decis. 65. aliàs 461. si appellatur de appell. in no. in quibus domini voluerunt, quod si ab aliquo grauamine appellatur, & iudex appellationis pronunciet malè appellatum, & bene processum, & causam remittat primo Iudici: à qua remissione pars appellauerit, & huiusmodi appellatione non obstante Iudex primus procedat, quod eius processus valet, quod non esset verum secundum terminos dictæ decis. 31. aliàs 193. quia etiam appellatio, quæ interponitur à remissione causæ interponitur occasione causæ, quæ pendebat coram Iudice, ad quem, & tamen non suspendit causam principalem, vt in dictis decisionibus. Pro qua declaratione, & opi. Deci. non parum facit, quod fuit dictum in vna Vercellen. canonicatus, seu attentatorum coram Reumano 29. Nouembris 1555. in qua cum prouisus apostolicus fuisset immisus verbaliter in possessionem canonicatus, & instaret coram exco- cutore apostolico pro reali, actore tali possessione & pro mandato, de manu tenendo, & de immit- tendo respectiue, & nonnulli alij canonici prætenderent præbendam dicti canonicatus, ad se vigore consuetudinis, de optando spectare, & propterea à dicto decreto appellarent, & similiter capitulum pluries à decreto dicti mandati appellasset allegando, quod talis prouisus non poterat immitti, ex quo fructus primi anni spectabant secundum eorum constitutiones ad capitulum, & quod prouisus promiserat, & iurauerat illas seruare, & non obstantibus huiusmodi appellationibus executor processisset ad actualem immisionem, & capitulum instaret pro reuocatione immisionis tanquam attentatæ, & post appellationem factæ, Rota tenuit non esse attentata, eo quia (vt ex informationibus ibi colligitur, licet appellatio capituli videretur esse connexa cum causa, & appellatione aduersariorum, tamen considerato, quod causa perceptionis fructuum primi anni & obseruationis constitutionis est separata à causa immisionis in possessionem, & ab appellatione per illos canonicos interposita, respectu capituli fuit dictum quod non erant attentata. Quod ex alio prouenire credendum non est, nisi quia inter has causas non est tanta connexitas, quæ sufficiat, & tanta (vt considerabat Deci.) quod sententia lata in vna pariat exceptionem rei iudicatæ in alia, & propterea nõ sine ratione Deci. in dicto consil. 33. in fin. dum accomodat responsiones ad dictas decisiones, inter cetera dixit, quod illa decisio fortasse hodie non est vera. Quod si ab ea propter eius auctoritatem, quis recedere nõ veller, illa est omnino intelligenda in terminis, in quibus loquitur, videlicet quando Iudex appellationis interpositæ in aliquo articulo occasione negocij principalis primo Iudici inhibuisset, tunc enim processus primi Iudicis esset inualidus. Sed

re vera hoc proueniret non tam ex vi connexionis, de qua ad præsens agitur, quam ex vi Inhibitionis, quæ multoties in aliquo casu apponitur, inualidat, id quod de sui natura fuisset validum, vt dicemus infra latius, capitulo. 20. de attentatis post inhibitio. in prima ampliat. & per totam, & aliquid infra in limitatione tertia proximè sequenti. numer. 34. Præsertim, quia quando adest illa sufficiens connexitas (de qua supra post Deci.) etiam ante inhibitionem gesta post appellationem dicuntur esse attentata, vt censuit Rota in dicta Conchen. de Belmonte coram Vestano, vt est decis. in recollet. Acchil. de grass. 30. attentata, de attentata. Ex qua decisione quæ loquitur in appellatione extra iudiciali, duplex potest colligi ampliatio ad hanc primam limitationem.
 29 ¶ Prima, vt procedat etiam in appellatione extra iudiciali. Secunda, vt (quando gesta post appellationem ratione connexionis tangunt articulum super quo est appellatum) etiam ante inhibitionem, dicantur attentata, vt in dicta decis. Declara tamen eandem secundum aliquos vno modo, ¶ vt quamuis gesta post appellationem in articulo causæ principali connexo dicantur attentata, vt supra: Ea tamen quæ gesta essent ante appellationem infra decem dies datos ad appellandum, non dicerentur attentata, nec venirent in primis, & ante omnia reuocanda, nisi iustificata postmodum appellatione, vt per Franc. in capitulo. eo, el primo, columna 3. versiculo secundo aduerte, numer. 7. de appell. Ea ratione, quia quando appellatur ab aliquo articulo dicitur appellari ab interlocutoria, in appellatione autem ab interlocutoria, pendente tempore ad appellandum, potest iudex procedere absque vitiō attentatorum, vt diximus supra capitulo. 11. de attentat. pendente tempore ad appellandum, limitatione tertia. numero. trigesimo. ¶ Sed hæc ratio (licet sit vera in se) tamen non videretur constituere bonam differentiam inter gesta pendente appellatione, & pendente tempore ad appellandum, ex quo etiam pendente appellatione ab interlocutoria iudex à quo potest ante inhibitionem procedere, vt in ca. non solum, de appell. in 6. & diximus supra hoc eodem cap. in 1. limit. princ. num. 6. & feqq.

32 Secundò limitatur, ¶ vt non procedat quando sumus in appellatione interposita à sententia delegati: quia illa interposita in vna causa suspendit iurisdictionem, etiam in aliis causis, licet si secus sit in Ordinario, vt no. expressè gloss. in verb. ad tempus. in capitulo. pastoralis, de appell. & per illam glossam id tenuerunt domini in decis. 15. aliàs 163. no. quod vbi. de appell. in antiq. vnde stant suspensione iurisdictionis subintrat consideratio attentatorum, vt sapius dictum est: sed aduertendum est, quia licet Rota auctoritas magna semper fuerit, eam tamen in hoc casu expressè reprobatur Franc. in ca. ad hæc, in vlt. not. de appell. post Gem. in ca. Romana. §. cum verò. de appell. in 6. quamuis ille perperam allegasse videatur numerum decisionum: quia decis. 17. quam ipse allegat nõ videtur facere ad propositum, de quo agitur.

34 Tertio limitatur ¶ quando iudex ad quem vigore appellationis interpositæ in articulo, etiã separato inhibuisset in tota causa: tunc enim

processus post huiusmodi inhibitionem factus est ipso iure nullus, si Alexan. credimus, qui id ad verbum dixit in dicto consilio 89. diligenter sub nume. 9. versu. quantum verò ad capitula separata, libr. 1. pro qua limitatione licet ille solum alleget no. in capit. super eo, de appel. plurimum tamen faciunt ea, quæ ponit Rota in materia appellationis à remissione causæ interpositæ, in dicta decis. r. aliàs 138. si appellatur. de offic. deleg. in no. & decis. 65. aliàs 461. si appellatur. de appellat. in no. in quibus dicunt, quòd licet processus factus à primo iudice valeat non obstante appellatione à remissione, & sic ab articulo separato, id tamen non procedet, vbi fuisset facta inhibio. Quod etiam est de mente Decij in ca. ad hæc. de appel. & Ant. de Butr. & Imol. in dicto capit. super eo, §. Sed si credimus Franc. in dicto capi. super eo, el. col. 2. versu. secundus casus, de appellat. (cuius opinio mihi magis placet) Hæc limitatio vix possit in practica verificari, quia si iudex ad quem non potest inhibere nisi constet negocium ad eum esse deuolutum. c. non solum. §. r. de appell. in 6. & dicemus latius infra capitu. 20. de attent. post inhib. in præfatio. q. 4. num. 112. sub versu. circa secundam inspectionem, & per appellationem ab vno articulo separato negocium principale non dicitur deuolui, vt ipse deducit, ergo nunquam iudex inhibebit, & per consequens hæc limitatio seruiret nobis de vento: Quod si eam quis tenere voluerit, necessario declaranda est, vt procedat quando constat euidenter, quòd inhibio, quæ emanat vigore talis appellationis in vno articulo est facta super tota causa, & comprehendit etiam alios articulos, & personas separatas in quibus non est appellat: Secus si sit dubium, an talis inhibio debeat ad alios articulos, & ad alias diuersas personas extendi: quia talis dubia inhibio non operatur effectum, de quo in hac limitatione, quoad separatas, & diuersas personas, & articulos, vt consuluit in pulchro casu Dec. in dicto consi. 33. viso. per totum, præsertim column. 3. versu. his præmissis.

37 Quartò quando iudex à cuius sententia in vno articulo etiam separato à causa principali, est appellatum, appellationi detulisset, secundum Ant. de Butr. in dicto c. super eo, vbi Franc. col. 2. versu. primus casus, dicit, quòd tunc clarum est iurisdictionem esse in tota causa suspensam, & eandem opinionem tenet Alexan. in dicto cons. versu. quantum verò ad capitula separata. Tu verò considera, quòd hæc limitatio fortasse non est vera, quia ista diuersitas, & separatio causarum, & articulorum præsupponit necessario, quòd in vna causa, seu articulo sit interposita appellatio, in alio verò non, vt optimè colligitur ex facto super quo eleganter consuluit Paris. in dict. consi. 66. videtur. libro 1. Vnde cum delatio præsupponat, tanquam subiectum necessarium, appellationem, cui deferri possit, ergo respectu illius causæ, vel articuli, in quò nos præsupponimus non fuisset appellatum, necesse est etiam fateri, quòd iudex nullo modo potuit deferre, cum deficiat hoc casu causa materialis, vbi delatio possit se firmare, quia qualitas sine subiecto stare non potest. l. 2. ff. de usufruct. Barto. in leg. 1. in fin. eod. titu. cum simil.

vnde non præsupposita delatione, limitatio corruit.

Quintò, vt licet gesta in causa principali regulariter valeant non obstante appellationis pendenti in articulo separato interposita: id tamen verum sit quousque non iustificatur appellatio: quia iustificata postmodum appellatione, puta quia iudex pronunciauerit bene appellatum, & male processum, tunc omnia reuocabuntur tanquam attentata, (attestando, de communi opinione) tradit Alexan. in dicto consilio 89. versu. quantum verò, vbi hæc tria æquiparat, fuisse inhibitorium, fuisse delatum, & fuisse iustificatam appellationem. Pro qua limitatione adde decis. Rot. 65. aliàs 461. si appellatur. de appell. in no. vbi notanter dicitur, quòd an talia gesta valeant necne, pendet à futuro euentu, & pronuntiatione iudicis: sed sequuta pronuntiatione quòd sit bene appellatum omnia reuocari debent. §. Sed & in hac limitatione est aduertendum ad vnum, quòd licet doctores præfati dicant, quòd iustificata postmodum appellatione antea gesta sunt nulla, tamen non declarant in qua appellatione loquantur, an de appellatione interposita in articulo connexo, seu potius separato, neque etiam ex verbis Rotæ in dicta decis. id colligi potest: Franc. autem in dicto ca. super eo. colum. 2. sub num. 7. versu. secundo aduertitur, videtur sentire, quòd tunc hæc iustificatio operetur hunc effectum, quando sumus in connexis, secus in separatis, qui ex hoc reprobatur opin. Abba. ibi. Quo casu si connexitas consideretur, reuocatio attentatorum non tam videtur tribuenda iustificationi appellationis, quam huiusmodi connexitati, secundum eam quæ dicta sunt supra num. 23. & seqq.

Sextò, & vltimo limitatur, vt non procedat quando appellatio interposita in vna causa possit itatim per probationes in alia (etiam diuersa) causa, factas excludi. Exemplum in possessorio, quòd possit per probationes in petitorio factas itatim excludi: quoniam licet regulariter appellatio in petitorio non suspendat executionem in possessorio, tanquam in causa diuersa, ad no. in decis. 10. aliàs 417. si pro spoliato, nu. 2. de caus. poss. & propriet. in no. hoc tamen non est verum, quando petitorium per exceptionem domini incontinenti probandam excluderet possessorium: quia tunc appellatio in petitorio impediret executionem in possessorio, & sic appellatio operaretur effectum suum in causa diuersa, secundum communè opinionem, de qua testatur post alios Egid. Bellam. in cons. 18. in cip. ecce facta. colum. 3. in fi. quem refert, & sequitur Nic. Boer. decis. 73. in fin.

LIMITATIO III.

SVM MARIVM.

- 1 EXTRAIUDICIALI grauiamen duobus modis reuocatur, videlicet per viam appellationis, & per viam quærelæ.
- 2 Appellatio extraiudicialis, dupliciter exerceri potest, quia quandoque interponitur à parte, quandoque à iudice, extraiudicialiter tamen procedente.

Appella

- 3 Appellatione extraiudiciali pendente regulariter non attenditur.
- 4 Gesta pendente appellatione extraiudiciali non reuocantur, nisi in euentum causæ appellationis.
- 5 Et pendet à futuro euentu.
- 6 Attentata pendente appellatione extraiudiciali non reuocantur, nisi duo concurrant, videlicet quòd sint post, & contra appellationem, secundum communem opin. & infra, num. 9.
- 7 Appellatio extraiudicialis non retardat missionem in possessionem.
- 8 Executio non impeditur per appellationem extraiudicialem, si appellans non facit fidem de presentatione.
- 10 Attentata post, & contra appellationem extraiudicialem, reuocantur etiam si actus diceretur factus auctoritate Papæ.
- 11 Item etiam si eius vigore non fuisset inhibitorium.
- 12 Iudex auferens possessionem, post, & contra appellationem extraiudicialem dicitur attentare.
- 13 Actus post appellationem extraiudicialem, licet non sit contra, si tamen per eum induceretur inæqualitas prohibetur.
- 14 Appellatione extraiudiciali interposita, ne aduersario suo tradatur possessio illa pendente, nec sibi poterit possessio tradi.
- 15 Extraiudicialis appellatio iustificari debet, vel saltem iustificatio offerri.
- 16 Aliàs pro causa in ea expressa non præsumitur.
- 17 Appellatione extraiudiciali demum iustificata attentata medio tempore reuocantur, secundum communem opin.
- 18 Appellatio extraiudicialis est iustificanda, antequam iudici à quo imhibeatur.
- 19 Attentata per Episcopum visitatorem post appellationem ab eo interpositam, qui dicebat se exemptum non reuocantur, nisi docto de exemptione.
- 20 Appellatio extraiudicialis in electionibus Cathedralium vel regularium ecclesiarum etiam non iustificata, videtur facere attentata.
- 21 Excommunicatio lata post extraiudicialem appellationem non ligat.
- 22 Immo est ipso iure nulla.
- 23 Appellatio extraiudicialis regulariter est intimanda, vt operetur effectum attentatorum, licet aliqui contra senserint.
- 24 Renunciatio facta liti est intimanda.
- 25 Et à die intimationis excusat ab expensis.
- 26 Subrogatio quoque est intimanda.
- 27 Reservatio alicuius beneficii sine decreto non afficit ante eius notificationem.
- 28 Appellatio coram honestis viris interposita est similiter intimanda.
- 29 Mandatum tam principalis, quam substituti procuratoris ad appellandum, nedum ipsa appellatio extraiudicialis est intimanda.
- 30 Generalis extraiudicialis appellatio, etiam intimata facit attentata.
- 31 Appellationis extraiudicialis intimatio non est facienda, quando iudex, aut pars illius habet notitiam.
- 32 Intimatio scienti non est facienda.
- 33 Appellatio extraiudicialis à capitulo Canonicorum, in quo canonicus aduersarius fuisset præsens, sufficit absque alia intimatio: one.
- 34 Comparans coram Iudice ad quem, & habens se pro legitime citato, purgat defectum intimationis appellationis extraiudicialis.

- 35 Intimatio omnes appellationum sunt inducitur in fauorem appellati.
- 36 Et ideo appellatus potest illi renunciare.
- 37 Intimatio appellationis extraiudicialis debet fieri infra mensem, aliàs est nulla, & gesta pendente appellatione nulliter intimata non veniunt retractanda, etiam si allegetur aliquod impedimentum, ob quòd intimatio non fuerit facta.
- 38 Extraiudicialis appellationis intimatio in causa beneficii sufficit fieri in ecclesia.
- 39 Procuratoris ad resignandum, vel regressum, seu pensionem cassandum constituti reuocationis intimatio, sufficit, quòd fiat in Cancellaria, vel in Camera Apostolica.
- 40 Appellationem extraiudicialem etiam non intimatam, si vult, potest appellatus prosequi.
- 41 Intimatio appellationis extraiudicialis non videtur habere vim inhibitionis.
- 42 Attentata post appellationem extraiudicialem in capitulis, de quibus hic remissus, dicuntur ipso iure nulla.
- 43 Præsertim si inhibio interuenisset.
- 44 Etiam si appellans suæ appellationi renunciaasset.

TERTIA Principalis ad regulam principalem limitatio sit, vt non procedat in APPPELLATIONE Extraiudiciali, quia regulariter gesta illa pendente non reuocantur, tanquam attentata, & breuiter ista sit regula. Ad quam antequam veniamus ad eorum, quæ dicenda sunt faciliorem intelligentiam præmittendum est: quòd sicuti quando grauiamen extraiudicialiter infertur duplex est remedium, vnum per viam appellationis infra decem dies ab illato grauiamine, aliud per viam quærelæ, etiam post decem dies, ad text. in capitu. concertationi. de appellat. in sexto. not. Franc. in capitu. primo. sub numero 10. de appellat. Ita illud remedium appellationis potest dupliciter exerceri, quandoque enim extraiudicialis appellatio interponitur à parte, quandoque verò à iudice extraiudicialiter tamen procedente, vt not. Franc. in dict. capitu. 1. numero 4. de appellat. & in capit. bonæ, numer. 16. eod. titulo.

Regula, igitur sit quòd gesta appellatione extraiudiciali pendente valent, & non sunt nulla, aut attentata: Quæ regula probatur ex illa vniuersali negatiua propositione, quæ habet quòd huiusmodi gesta non reuocantur, nisi in euentum causæ appellationis, vt est decis. Rot. 44. aliàs 344. licet. de appellat. in no. & per Mil. in verb. attentata post appellationem, fol. 30. & ex alia, quæ habet quòd illorum reuocatio pendet à futuro euentu, vt decis. Rot. Fastol. in quinta causa, dub. 19. & per hanc decis. Vestr. in praxi Ro. Cur. libr. 8. capitu. penult. vt lite pendente, & de attentat. sub numero 9. versu. idem si post appellationem extraiudicialem, & est gloss. in capit. non solum. de appel. in 6. quam ab omnibus ferè receptam esse testatur nouissimè Didac. practic. quæstion. cap. 23. numero 5. vbi etiam allegat Præposit. restantem hanc esse communem opinionem, & alios, de quibus ibi per eum. Et ex alia demum propositione, quæ habet, quòd huiusmodi gesta non sunt nulla, nisi duo interueniant, scilicet, quòd sint post, & sint contra appellationem. capit. cum nobis olim, de elect. & not. in capitul. ad audientiam.

tiam, vbi Franc. in 2. not. & in c. fin. nu. 4. & in cap. constitutus, num. 10. & in c. bonæ, num. 29. de appel. & ibi Dec. numer. 18. quem sequitur (etiam post eum hanc communem esse opin. attestando) nouissime Crauat. in addit. ad Vestr. lib. 3. cap. 7. num. 3. vbi specialiter inquit, quod huiusmodi attentata non reuocantur, nisi sint post, & contra ratam appellationem. Quod etiam affirmat Soci. in consi. 45. vbi appellatione, num. 5. libr. 1. post Inno. in d. c. cum olim, cuius doctrinam in hoc singularem appellat. Et pro huiusmodi regula optime facit quod voluit Corn. in l. 3. num. 5. C. de appel. quod lex illa, qua disponit, quod appellatione pendente nihil debet innouari, non habet locum in appellatione extrajudiciali. Et ex hac regula proficitur, id quod dici solet quod appellatio extrajudicialis non retardat immisionem in possessionem. Franc. per illum tex. in cap. constitutis, in vlt. not. de appella. Et illud quod per extrajudicalem appellationem non impeditur executio, appellans non facit fidem de presentatione. Gropad. post alios, de quibus ibi per eum, in consi. 85. verè. numer. 25. Pro qua regula non parum facit, quod supra capitu. 4. de attent. lite pendente in presentatione, nume. 187. late deduximus, videlicet quod regulariter per extrajudicalem appellationem non inducitur litis pendencia.

LIMITA Regulam huius limit.

Primò quando t huiusmodi actus, & gesta essent non solum post, verum etiam contra appellationem extrajudicalem: quia hæc duo interuenire debent, ad not. per Franc. in cap. 1. num. 4. & in c. constitutus, num. 10. & in c. bonæ, num. 20. de appel. quem sequitur Marant. in suo speculo, in 3. parte, sextæ partis princip. qu. 2. nume. 390. & no. Dec. post Abba. in c. cum nobis, de elect. & in ca. cum I. & A. de re iud. & in ca. 1. colum. 2. de appel. & in consi. 21. num. 2. lib. 2. & in di. c. bonæ. nu. 18. vbi etiam hanc dicit commu. opin. prout eum refert, & sequitur nouissime Bap. Villalob. in collect. commu. opin. in verb. attentata, num. 156. ex cuius dictis potest colligi ampliatio huius limitationis, & erit Prima, t vt procedat etiam si actus, qui fit post, & contra appellationem extrajudicalem diceretur factus auctoritate Papæ, prout erat in casu suo. t Secunda sit ampliatio, vt procedat etiam si vigore talis extrajudicialis appellationis non fuisset inhibitum, t & propterea si iudex post, & contra huiusmodi appellationem auferat possessionem appellati, etiam antequam inhibitus fuerit, talis actus dicitur attentatus, vt in vna Conchen. de Belmonte coram Vestano tenuit Rota, vt est in re collect. Acchil. de grass. decif. 30. incip. attentata voluerunt domini. sub rubric. de attent. Quæ prima limitatio sublimitari potest, vt non procedat in actu, qui licet non videatur contra appellationem extrajudicalem (& consequenter videatur licere) per eum tamen induceretur inæqualitas inter appellantem, & appellatum: t Exemplum in appellante extrajudicialiter ne aduersario suo tradatur possessio, quia pendente hac appellatione, nec ipsi appellati poterit tradi possessio: quæuis enim talis traditio si fieret ipsi appellanti, non videatur contra appellationem, quæ solum continet, ne aduersario tradatur, tamen, quia inducit inæqualitatem,

fieri non permittitur, vt fuit æqua consideratio Rotæ aliàs in vna Segobien. coram A. Augustino, vt est in re collect. Acchil. de grass. decif. decimoctaua. incip. effectus. sub rubric. de appellatione.

Secundò limitatur regula huius tertie limitationis principalis, vt non procedat, quando verificaretur causa in appellatione expressa, & sic iustificata appellatione: t debet enim huiusmodi appellatio iustificari, vel saltem iustificatio offerri t aliàs pro causa in extrajudiciali appellatione expressa non præsumitur, vt est decif. Rot. 44. aliàs 344. licet. numer. tertio. de appellat. in no. & decif. 38. aliàs 309. attentata. eod. titu. in no. Natta consi. 606. approbo. num. 12. lib. 3. Iustificata t autem appellatione gesta medio tempore reuocantur, vt not. Mil. in verb. attentata post appellationem, & latius Didac. in d. c. 24. pract. qq. numer. 5. vbi post alios testatur hanc esse communem opinionem. pro qua facit t quia in huiusmodi appellatione extrajudiciali debet appellatio iustificari, antequam inhibeat iudici a quo, vt tradit Mil. in verb. appellatio extrajudicialis. fol. 8. & quod post dominos decif. 35. aliàs 134. si rector. de appel. in no. notat idem Mil. in verbo. attentata per Episcopum, ibi voluit notanter t quod si ab Episcopo istante aliquis appellet, & pro causa appellationis alleget se esse exemptum priuilegio, seu præscriptione, & hac appellatione pendente Episcopus aliquod attenter, huiusmodi attentata non sunt reuocanda nisi aequaliter doceat de præsentia exemptione: Quod & tradit Franc. per illum tex. in capitu. significantibus, in vlt. not. de appel. vbi & dictam decif. & alias allegat, & firmauit etiam Natta in consilio 606. approbo. nume. 8. libro tertio, & ego quandoque vidi de facto, hoc disputari in vna Perusina exemptionis coram Fantutio, Et quod gesta post extrajudicalem appellationem non sint attentata, nisi iustificata demum appellatione, tenuerunt etiam domini in vna Gerunden. coram A. Augustino vt in re collect. Acchil. de grass. decif. 28. attentata post sententiam. sub rubr. de attent. Quæ tamen omnia sublimita t vt non procedant in appellatione extrajudiciali interposita super electionibus ecclesiarum Cathedralium, vel super ecclesiarum regularium electionibus, vt vtrunque ponit Mil. in verb. attentata post appellationem, fol. 30. post Rot. decif. 44. aliàs 344. licet. nume. 4. de appel. in no. per tex. in c. si postquam. de electione.

Tertio fallit in excommunicatione: quia licet (vt dictum est supra in principio regulæ) gesta regulariter valeant, t excommunicatio tamen lata, & promulgata post extrajudicalem appellationem nõ ligat, & sic est inualida, vt est decif. Guid. Pap. 430. num. 61. quod etiam replicauit in trac. de appell. qu. 30. & tradit Marant. in suo speculo in 3. parte, sextæ partis principalis, quæst. 2. nume. 170. per text. in ca. dilecti, el. 2. de appellat. t Quod amplia, vt non solum non liget, sed sit ipso iure nulla, vt not. Franc. in c. 1. in 2. not. de appell. quod est notandum, propter ea, quæ dicemus proxime in secunda declaratione huius limitationis, num. 42.

DECLARA nunc hanc tertiam principalem limitationem.

Primò

Primò, vt quibus casibus dictum est supra pendentiam appellationis extrajudicialis operari reuocationem attentatorum intelligatur t dummodo talis appellatio sit iudici, & parti intimata, alioquin nihil esset, quod ipsi imputari posset si aliquid faceret: & quamuis Inno. indistinctè tenuerit in hac extrajudiciali appellatione intimationem non requiri in cap. dilectus. super ver. innotuerat. de appel. vt late refert Franc. in c. bonæ. numer. 42. vers. nona conclusio, de appel. distinctio tamen Franc. ibi satis videtur conciliare opiniones, ideo secundum eam ommissis disputationibus conclusiue procedendo, fit in hac prima declaratione **REGULA** quod in huiusmodi casu appellationis intimatio est faciendâ, vt est decif. Rot. 38. aliàs 309. attentata, de appellatio. in no. & post eam Mil. in verb. attentata. vers. 8. & est etiam decif. Cassad. 3. sæpè. numer. 6. de appel. vbi plura in id allegat, & hoc ob iustam ignorantiam causam, ex qua t illud in simili dicitur, quod reuocatio facta liti est intimanda t & à die intimationis excusat ab expensis, secundum Aegid. de cif. 14. renuncians: t atque id quod subrogatio est intimanda: Aegid. decif. 495. incip. licet mors: facta etiam, quod aliàs dicitur t quod referuatio aliquis beneficij sine decreto non afficit ante eius notificationem. Cassad. decif. 1. nu. 3. de rerum per mu. & illud etiam in materia nostra t quod appellatio interposita coram honestis viris est similiter intimanda, vt no. tradit Lap. alleg. 39. num. 3. & dictum est supra in 15. ampliati. prin. limit. 2. nu. 20.

AMPLIA hanc primam declarationem, vt nõ solum illa appellatio sit intimanda t verum etiam mandatum tam principalis, quam substituti procuratoris, vt senserunt domini in vna Salamantina dellos sanctos coram A. Augustino 27. Aprilis 1551. vt in re collect. Guid. Bon. decif. 41. incip. in vna.

LIMITA similiter hanc primam declarationem. Primò, t vt non procedat in appellatione extrajudiciali generali, quia illa non intimatur, & gesta post, & contra eam veniunt reuocanda, vt considerat eleganter Franc. in d. c. bonæ. num. 42. vers. nona conclusio. de appel. & ita procedat opinio Inno. in d. capit. dilectus, & arg. à speciali, quod ipse faciebat, vt Franc. ibi refert. Secundò quando iudex, aut pars t scirent appellationem interpositam, per regulam, quam ponit Mil. in verb. scienti, t dum dicit quod scienti intimatio non est faciendâ, & ea quæ latius deduximus supra in decima quinta ampliatiõne princip. regulæ princip. de attentatis appellatione pendente. num. 28. & seqq. Tertio, quando t appellaretur à capitulo canonicorum, in quo esset præfens aduersarius appellantis, talis enim appellatio sufficit secundum terminos clem. causam, de appellatio. absque alia intimatione, vt in re collect. Acchil. de grass. decif. 16. incip. tandem domini, de appellat. Quarto, nisi appellatus, cui non fuerat intimata huiusmodi extrajudicialis appellatio t comparuisset coram Iudice ad quem, & in responsione apud acta haberet se pro legitime citato, vt fuit dictum in dicta Salamantina coram A. Augustino, vt patet in re collect. Guid. bon. decif. 41. incip. in vna. vbi ea assignatur ratio t quia scilicet, huiusmodi intimationes sint inducendæ in fauorem appellanti t qui potuit illis facile etiam

renunciare. Declara nunc eandem declarationem. Primò, vt t ista intimatio debeat fieri infra mensem, ad no. in clem. Causam. de electione, quæ habet locum etiam in appellatione extrajudiciali secundum Cardin. ibi. num. 4. vers. quarto num. quid. & notat Guid. PP. decif. 436. nume. 61. & si fiat post mensem intimatio dicitur a deo nulla, vt sententia pendente hac appellatione nulliter intimata nõ veniat retractanda, non obstante, quod allegarentur aliqua impedimenta, quo minus intra mensem intimatio non fuisset facta, puta, quia sedes apostolica esset vacans, vel quod is cui erat faciendâ intimatio distabat à loco interpositæ appellationis, prout allegabatur in vna Posuanic. pfalleræ coram Reumano 7. Iunij 1555. in qua fuit resolutum pro illius nullitate, & quod sententia ea pendente lata non esset retractada. Secundò, declara t quod sufficiat fieri in Ecclesia, quando sumus in causa beneficii. ad no. per dominos decif. 10. aliàs 82. quod in causa beneficii. de appel. in no. & post eos Mil. in verb. appellatio, in causa. fol. 13. Sic etiam videmus aliàs, quod quamuis reuocatio procuratoris sit intimanda, tamen si procurator constitutus ad resignandum beneficium, vel causandum regressum, seu pensionem, reuocetur, sufficit t quod intimatio talis reuocationis fiat in Cancellaria, vel in Camera apostolica, & ita fuisse sapius resolutum, affirmat Acchil. de grass. vt in re collect. ipsius decif. 250. pro reuocatione, de procur. Tertio, quod licet appellatio non fuerit intimata, si tamen t appellatus voluerit, illam prosequi potest, vt post longam disputationem tandem concludit Rot. decif. prima, aliàs 38. fuit dubitatum. de elect. in no. quam sequitur Mil. in verb. appellatus potest. fol. 13. & moderni Bononienfes in addit. ad dictam decif. primam. An autem t ista intimatio habeat vim inhibitionis, concludendum est, quod non: vt expresse tradit Aegid. decif. 322. item quod.

Secundò, declara hanc principalem limitationem t vt quibus casibus supra in sublimitationibus diximus pendente appellatione extrajudiciali attentari, huiusmodi attentata sint ipso iure nulla, non autem per sententiam annullanda, prout regulariter annullanda esse diximus supra in tertia limitatione decimæ septimæ ampliatiõnis principalis, regulæ princip. de attent. appel. penden. nu. 19. Hanc declarationem sentit Franc. in c. bonæ. num. 33. vers. quartodecimo; & nu. 43. vers. decima conclusio. de appell. & tenet etiam nouissime Didac. dicto c. 23. pract. quæst. num. 5. præsertim t si inhibitiõ interuenisset, secundum Aegid. decif. 623. Quæ stante huiusmodi attentata dicuntur esse nulla, t etiam si appellans suæ appellationi renuntiasset, nam per hoc attentata, non reuiuiscunt secundum eundem Aegid. decif. 624. processus.

LIMITATIO QUARTA.

SUMMARIUM.

- 1 APPELLATIONE pendente attentata non ducuntur que tendunt in faciliorem exitum appellationis.
- 2 Iurisdictio Iudicis à quo, non dicitur suspensa per appellationem, quoad ea que tendunt in faciliorem illius exitum.

Index

- 3 *Iudex à quo potest appellatione pendente inhibendo providere, ne quis in sua possessione turbetur.*
- 4 *Iudex à quo in causa matrimonij potest partibus inhibere, ne alteri nubant.*
- 5 *Appellanti potest Iudex à quo etiam pendente appellatione terminum præfigere ad illam prosequendam.*
- 6 *Et similiter appellato ad comparandum coram Iudice ad quem.*
- 7 *Renunciatio appellationi non censetur induci ex hoc, quod ad instantiam appellantis, Iudex à quo terminum appellato præfixerit ad comparandum coram Iudicem ad quem, & de hac renunciatioe infra, numer. 9.*
- 8 *Iudex à quo potest pendente appellatione reuocare grauamen.*
- 9 *Iudex à quo potest attentare omnia tendentia in faciliorem exitum appellationis.*
- 10 *Excommunicatus potest etiam pendente appellatione per Iudicem à quo absolui limita, vt infra, num. 29.*
- 11 *Tertio appellante à diffinitiva lata contra possessorem beneficij, potest nihilominus Iudex à quo sequestrare illius possessionem, vel etiam ordinarius, secundum aliquos.*
- 12 *Iudex à quo non potest se intromittere in appellatione ad Papam interposita.*
- 13 *Etiam si sit Cardinalis.*
- 14 *Nisi in his quæ tenderent in faciliorem expeditionem causæ.*
- 15 *Quod speciale est in Cardinali secundum aliquos.*
- 16 *Carceratus appellans etiam pendente appellatione, debet in carceribus detineri.*
- 17 *Detentio in carceribus videtur tendere in faciliorem exitum appellationis ipsius carcerati.*
- 18 *Relaxatio mandati facta pendente appellatione à repositione partis aduersæ non videtur attentata ex quo tendebat in faciliorem expeditionem causæ, in casu de quo hic.*
- 19 *Inhibitio non impedit, quo minus Iudex explicare possit, tendentia in faciliorem exitum appellationis.*
- 20 *Et multi in hoc errare videntur.*
- 21 *Delegatus Iudex potest etiam ipse appellatione pendente, appellanti terminum præfigere.*
- 22 *Nisi appellationi detulisset, & infra num. 26.*
- 23 *Iudex etiam si appellationi detulit, potest partibus prohibere, ne quid innouent.*
- 24 *Et terminum præfigere.*
- 25 *Et absolueri ab excommunicatione secundum aliquos.*
- 27 *Appellante contradicente Iudex à quo potest expedire tendentia in faciliorem exitum appellationis, secundum aliquos.*
- 28 *Iudex à quo potest tendentia in faciliorem exitum appellationis explicare dummodo de causa appellationis non cognoscat.*

Tendentia in faciliorem exitum appellationis etiam ea pendente fieri possunt citra ampliationem, vt in limitatorij: Quod tribus modis ampliatum, vt in limitatur, & altero declaratur.

QUARTA principalis limitatio. Regulæ principalis est, (quæ pro speciali limitat. ad hanc nostram regulam ponit, sed breuiter attingit Pet. Duen. in regula 42. limit. 17.) vt non procedatur in his quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis: ea enim non censentur attentata cum circa ea exequenda non dicatur suspensa Iurisdictione Iudicis à quo, vt est sing. tex. in c. cum teneamur, & ibi Franc. notat in 2. notab. de appellat. t. vbi Iudex à quo appellatione pendente, inhibendo providere potest, ne quis in sua posses-

sione turbetur, vt post alios de quibus ibi declarat etiam August. Bero. in conf. 45. in causa. num. 2. lib. 3. & facit optimè tex. & ibi no. gloss. in verb. distinctus. in ca. 2. de matri. contra interdict. Ecclesie contract. & ibi Abba. in vlt. not. post Ioan. And. & tex. in cap. tua & ibi Abba. nume. 2. extra de sponsa. duorum, t. vbi Iudex appellatione in causa matrimonij interposita pendente potest inhibere partibus, ne alteri nubant. Hinc dicimus, (& ad singulas sequentes illationes est aduertendum, quia licet potuissent singula poni pro singulis limitationibus, tamen quia omnes eadem ratione continentur, ne numerus limitationum in infinitum crescat, placuit omnes sub ista quarta limitatione complecti) t. quod Iudex à quo potest appellatione pendente præfigere terminum ad prosequendam appellationem appellanti ad cap. personas, & ibi Franc. in 2. not. & nume. 9. de appellat. & in dicto c. cum teneamur. sub nume. 21. & in c. ad aures. post princip. de appel. Et similiter appellatio ad comparandum coram Iudice ad quem t. etiam ad instantiam appellantis, qui per hoc non censetur suæ appellationi renūciare, vt tradit. no. Mil. in verbo. appellans non dicitur. fol. 9. t. Ex eodem fonte manat, quod solet dici Iudicem à quo etiam pendente appellatione potest reuocare grauamen per eum illatum, vt per Franc. in c. cum cessante. sub nume. 14. & iterum sub numer. 16. de appellat. t. dum vtitur istis verbis, quod Iudex à quo potest attentare omnia tendentia in faciliorem exitum appellationis, quibus verbis etiam vsus est in dicto c. cum teneamur. in princ. Prout etiam, & hinc proficiscitur illud quod aliàs dicimus, quod ex quo Iudex à quo potest tendentia in faciliorem exitum appellationis expedire, ideo si appellans coram eo proponat quærelam contra aduersarium, & illum citari petat, & Iudex illa decernat, nec Iudex dicitur attentare nec pars suæ appellationi renūciare. Franc. in dicto c. sollicitudinē. sub nu. 13. ad quod fa. que ponit Vestr. in praxi Ro. cu. libr. 8. cap. pen. vt lit. penden. & de attentata. post princ. ver. verum hæc prohibitio. numero 2. vbi quàm plura ex dictis exemplis etiam ponit, & vltra eum ad id de renunciatione faciunt quæ ponit Paris. consili. 54. in isto iudicio. numer. 2. lib. 3. Hinc procedit, & illud t. quod Iudex à quo potest excommunicatum à se qui appellauit, absolueri, vt per docto. præsertim Franc. in dicto cap. qua fronte, secundum vnum intellectum relatum ibi per eum. nu. 9. & melius numer. 27. declarando, vt infra in fin. præsentis limitationis. numer. 28. Facit etiam ad hanc limitationem decis. Rot. 4. aliàs 390. si feratur. de seq. poss. & fruct. in no. & decis. 11. aliàs 349. nota quod si feratur. de re iudicat. in antiq. in quibus dicitur t. quod si feratur diffinitiva contra possessorem beneficij, & tertius tanquam habens interesse ab ea appellet, non obstante huiusmodi appellatione potest Iudex sequestrare possessionem beneficij, iuxta clem. primam, de seq. posses. & fruct. ea ratione quia hoc videtur potius vtile quàm damnosum ipsi appellanti, qui in euentum victoriæ reperiet fructus per idoneam personam conseruatos. Quinimmo huiusmodi sequestrum videtur, quod non solum possit apponere Iudex, à quo fuit appellatum, verum etiam ordinarius, & dice. cesanus loci, in quo consuevit beneficium

beneficium, vt per text. in dicta clem. 1. de seq. poss. & fruct. ad excusandum huiusmodi sequestrum ab attentatis allegabatur, in vna Aretin. parochialis coram D. de Rubeis, 9. Iannarij 1562. licet in ea domini noluerint capere resolutionem, ne vel ordinarijs præiudicarent, qui per dictam clem. videntur ad hoc deputari, vel stylo dominorum, qui est vt hoc committatur ordinarijs per litteras in cancellaria expeditas vt testatur Bonif. de Vitalinis in d. clem. 1. numero 48.

12 *Ex prædicta etiam regula prouenit, & illa conclusio, t. quod licet Iudex etiam t. Cardinalis non possit se intromittere in appellatione ad Papam interposita, potest tamen se extraiudicialiter ingerere, puta examinando testes, & alia tendentia in faciliorem expeditionem causæ appellationis ad finem, vt causa magis instruita ad Papam remittatur, vt est tex. & ibi no. Franc. in 3. not. & in col. fin. in c. constitutus. de appellatio. Quod tamen t. speciale esse in Cardinali dicit Abb. ibi, vt refert Franc. ibi nume. 5. Quæ omnia, vt dicunt docto. in dictis locis, in eo potissimum fundantur, quod tendat in faciliorem exitum appellationis. Hac etiam motus propositione aliàs respondit Alciat. consilio 16. incip. licuerit. sub numero 14. ver. secunda quia. libro 7. quod t. si carceratus appellet, debet etiam pendente appellatione in carceribus detineri, nec dicitur attentari t. ex quo talis detentio videtur tendere in expeditionem causæ, & faciliorem exitum appellationis, cū aliàs ille aufugere potuisset, adeo quod impediisset cognitionem etiam in causa appellationis, illam que reddere elusoriam: vt ibi per eum latius put in eadem propositione fundari posse crediderim id quod fuit tentum in vna pñimoniorum coram 18 Verallo, 7. Octob. 1552. t. quod si Iudex appellans à decreto mandati reposuerit, & deinde per aliam partem fuerit à repositione appellatum, & ea expresse non reposita in fauorem ipsius mandatum relaxauerit, tale mandatum non esse attentatum, tum quia reposuisse tacite videtur, ex quo facto animum suum declarauit, ad no. per Rot. decis. 12. aliàs 392. si auditor de probat. in notum quia quamuis relaxatio dicti mandati videatur facta pendente appellatione à repositione interposita, quia tamen tendit in faciliorem appellationis exitum, qui erat ipsa relaxatio mandati non potest dici attentatum. vnde in hac 4. princ. limit. ista sit Regula, quam*

AMPLIA

Primò, vt procedat, etiam si Iudex ad quem ca. 19 nonce t. inhibuisset iudici à quo: quia nihilominus hæc explicare poterit, vt per Franc. in d. c. cum teneamur, col. fi. in princ. sub ver. secundus intellectus. de appel. quem refert, & sequitur Vestr. vbi supra, vbi illud etiam not. dicit, t. quod multos in hoc errare vidit, & cōtra hos errantes se obtinuisse testatur.

Secundò, vt regula procedat non solum in iudice ordinario t. verum etiam in iudice delegato, nam & ipse potest appellatione pendente præfigere appellanti terminum ad iter arripiendum, & ad prosequendam appellationem, vt no. Franc. in c. ad aures, de appel. t. nisi appellationi detulisset, vt in limitatione sequentis ampliationis, num. 26.

Tertio etiam si Iudex à quo detulisset appella-

23 *tioni t. quia nihilominus potest partibus prohibere, ne quid innouent in iudiciū appellationis, & attentata reuocare. Abb. & Franc. in d. c. cum teneamur. col. 4. in fi. t. & terminum præfigere. c.*

24 *personas, vbi Frac. col. 4. de appell. t. & absolueri ab excōicatione, idem Franc. in c. qua fronte. secundum vnum intellectum relatum ibi per eum. n. 9. & melius nu. 27. Quod etiam post gl. in ver. districtus, in c. ex literis, & ibi etiam Panor. ext. de matri. contra interd. Eccle. cōtr. pro singulari posuit Corfet. in sing. suis. in ver. appellatio, incip. licet Iudex deferat. Limita hanc ampliationem, vt non procedat præmissa in iudice delegato, t. qui detulisset appellationi, nam licet ille regulariter possit huiusmodi explicare, vt supra in 2. ampliat. nu. 21. si tamen detulisset non possit, vt per docto. in d. c. cum teneamur, præsertim Frā. in col. fi. & sequitur Vestr. vbi supra, ver. nec eo minus, quamuis idem Frac. in c. ad aures. in fi. de appel. visus sit de hoc aliquater dubitare.*

LIMITATIO QUINTA nunc regula supra posita vno, & notabili modo, vt illa procedat, quando ipse appellans contēretur t. quod Iudex à quo expediret tendentia in faciliorem exitum appellationis, secus si contradiceret, & ita procedat tex. in c. si à iudice. de appel. in 6. vt hanc limit. post Abb. ponit Frac. in c. constitutus, col. fi. ad me. de appell. quod dictum videtur maximè notandum, cum restringere videatur totam hanc materiam ad consensum partis.

DECLARA eadem regulam, vt Iudex à quo potest expedire tendentia in faciliorem exitum appellationis, t. dummodo de causa appellationis non cognoscat, vt declarat docto. præsertim Frac. in d. c. cum teneamur. in princ. de appell. Et potest poni exemplum in actu absolutionis ab excōicatione, quam supra in princ. huius limit. princ. nu. 10. tanquā tendentem in faciliorem exitum appellationis per Iudicem à quo fieri posse dixim⁹: t. si enim huiusmodi cognitio absolutionis non posset fieri, nisi etiam cognito de iustitia causæ principalis, vt que Iudex à quo hoc facere non posset, vt est casus in c. sollicitudinem. de appella. vbi Franc. col. 3. ver. in gl. 2. quod nota pro limitatione eorum quæ supra posita sunt. nu. 10.

LIMITATIO QUINTA

SUMMARIUM.

- 1 *ATTENTATA non dicuntur gesta pendente appellatione si non sunt de processu, nec pertinent ad processum, vt est collatio beneficij.*
- 2 *Confirmatio electionis pendente appellatione facta non videtur attentata.*
- 3 *Processus esse de processu, & pertinere ad processum id dicitur, quod non potest expelli per iudicem, nisi vt iudicem, & per partem, nisi vt litigantem.*
- 4 *Electio facta pendente appellatione interposita ab aliquo, ne ille alium eligat valet, quia electio non explicatur per eum, vt litigantem.*
- 5 *Collatio Papæ non fundantis se in facto iudicis, sed in eo quia beneficium legitime vacabat, valet etiam si sit facta infra tempus ad appellandum.*

QUINTA principalis limit. sit t. vt non procedat in his, quæ non sunt de processu & non pertinent ad processum, vt est collatio alius beneficii. Tra& de Attent.

beneficij, vt est decif. Ro. 3. aliàs 56. si lite, vt lit. pend. in no. vbi ponunt exemplum, quod si aliquis petat a capitulo præbendam, & ante electionem fuisset appellatum, & pendente appell. petatur t. cõfirmatio, si stante huiusmodi pendentia, capitulũ præbendam alteri conferat, seu electio confirmetur, vtrunque valet, & si dicatur quod cassari debet, quod fit appell. pendente. verum est, secundum Rotam ibi, in his, quæ spectant ad iudicem, seu causæ processum, vt recipere testes, seu proferre sententiam, secus in his, quæ non pertinent ad processum, prout est collatio. Quod etiam expressè tradit Firman. in verb. appellatione pendente. in 1. vers. ad med. incip. ite verum in his quæ pertinent ad processum post Bal. in addit. ad Spec. in cap. incip. incipiunt quædam dicta extraneità ad materiã appellationis, col. 12. vers. pendente appellatione, fol. 387. & Vital. in traç. de clausul. in clausula nil noua. appell. pendente. sub numero 3. fol. 89. vbi post Ang. in l. i. ff. nil noua. appellatio. pend. declarat t. quando quid dicatur esse de processu, & pertinere ad processum, videlicet id quod non potest expediri per iudicẽ, nisi vt iudicem, & per partem, nisi, vt litigantem, & dat exemplũ in eo, qui appellaret ab aliquo, ne alium eligat, nam si pendente hac appellatione ille eligat, electio valet, quia actus electionis nõ explicatur per eũ, vt litigantẽ, sed quasi suo iure vtentem. Quibus ad propositum huius limitationis adde, quod idem sensit Egid. Bellam. in conf. 18. incip. Ecce quod facta. col. 3. in princ. Et pro hac limitatione videtur esse in recoll. Mohed. decif. 150. Papa contulit. sub rub. de præben. ad fi. in vna Barchinonẽ. Canonica, vbi actus collationis factus a Papa non fundante se in facto iudicis, sed in eo, quia beneficium legitime vacaret, fuit habitus pro bono nõ obstante quod fuerit factus infra decem dies, qui dantur ad appellandum, ea rone, quia cũ promissus non sit in lite, potest beneficium impetrare, nec dicitur attentare, nisi ad possessionem processisset, vt ibi latius, & ad præmissa plurimũ faciunt, quæ firmauimus supra c. 4. de atten. li. pẽd. in 22. limit. princ. quod regulariter lite pendente super prima electione potest deueniri ad secundam, vt ibi, præsertim num. 2.

LIMITATIO SEXTA. SVMMARIVM.

- 1 FRIUOLA appellatio, ac manifeste & eidentur iniusta & inualida non facit attentata.
- 2 Appellatio irrationabilis non suspendit iurisdictionem.
- 3 Appellatio manifeste friuola, quæ dicitur remissiuẽ.
- 4 Et dicitur quæ nunquã potest prodesse secundũ aliquos.
- 5 Vel relinquatur arbitrio iudicis, secundũ alios, & melius.
- 6 Friuola, huius dictionis vis remissiuẽ ponitur.
- 7 Appellatio, vt illa pendente nihil possit inonari, debet esse aliqua, vel saltem (secundum Bal.) aliquabilis.
- 8 Paria sunt aliquid non fieri, vel minus legitime fieri, etiam quoad attentata.
- 9 Citatio nulla, & inualida non inducit litis pendentiam.
- 10 Præsumptio, contra appellatẽ, quod eius appellatio sit frustratoria operatur, vt illa non faciat attentata.
- 11 Canonico appellatẽ a præcepto de residẽdo, potest Episcopus appellatione pendente deputare Vicariũ cũ competentĩ portione, & non attentat.
- 12 Attentata non veniunt reuocanda, quando præsumere

tur contra appellatẽ

- 13 Appellatio a correptione, quia ei ius cõe resistit, & contra appellatẽ præsumitur, non facit attentata.
- 14 Iudex si videt, quod reus malitiosè proponat appellationẽ, vt executionem differat, potest tunc appellatẽ repellere.
- 15 Frustratoria appellatio causat attentata, quando secuta est inhibitiõ per iudicem ad quem secundum stilum modernæ Rotæ, de quo infra nu. 18.
- 16 Inhibitiõ vigo: e appellationis frustratoriæ inuata, secundum decif. antiquas non facit attentata.
- 17 Inhibitiõ tunc operatur effectum attentatorum, quãdo est canonica.
- 18 Attentata prius debent reuocari, & postea de validitate inhibitiõis disputari.
- 19 Friuola appellatio facit attentata, si iudex illi detulit.
- 20 Etiam si tacita sit delatio, &
- 21 Etiam si prius del. gatus deferat.
- 22 Executio non est facienda, etiam si appellatio videretur iniusta, quando sumus in crimin. libus.
- 23 Nisi sit pecculum in mora.
- 24 Et ita seruatur de silo Fran. i. e.
- 25 Nisi essent in iudice, a quo non liceret appellare.
- 26 Appellatio friuola, quæ de iure non fuisset admittenda, si de facto fuisset admissa, v. detur facere attentata.
- 27 Præsertim appellatio non contradicente.
- 28 Iudex ad quem si parte non contradicente appellationẽ non admittendam admisit, & corã eo fuerit processum, potest cognoscere, & pronunciarẽ super appellatione, & de iustitia sententiã.
- 29 Probatio, quæ non debuit admitti, admissa tamen valet.
- 30 Appellatio interposita a iudice dato cũ clausula, appellatione remota, si de facto per Papam fuerit admissa, facit attentata.
- 31 Appellatio a superiore admissa operatur, vt sententia non debeat mandari executioni.
- 32 Causa attentatorum dicitur accessoria, & causa appellationis dicitur principalis. (lat. omis.)
- 33 Attentata dicitur prouenire ex natura ipsius appellationis.
- 34 Causa attentatorum dicitur incidens.
- 35 Appellatio, quæ de iure non subsistebat si approbatur a parte, operatur suos effectus, etiam quoad attentata. Nisi sit inualida, quia non fuit in e. posita intra 10. dies, vt infra num. 42.
- 36 Processus factus post friuolã appellationem, de facto tamen per iudicem ad quem, & per partem admissa, non valet.
- 37 Appellatio eo ipso, quod est approbata a parte, cõsetur ad curiam deuoluta, & sibi delatum.
- 38 Appellatio interposita in casu de iure prohibito, si superior eam admisit, & insuper inhibuit, facit attentata.
- 39 Appellatio friuola, etiam per iudicem admissa nõ facit attentata secundum aliquos.
- 40 Quod fieri debet, non aut quod de facto fit, est attendẽdũ.
- 41 Attentata per appellatẽ reuocantur etiam si appellatio esset notorie nulla.
- 42 Appellans non potest suam appellationem impugnare, & dicere eam frustratoriam.
- 43 Appell. debet esse nulla, & inualida a principio, & tẽpore interpositiõis ad hoc, vt gesta ea pendente nõ dicantur attentata. (male appellatum.)
- 44 Secus si sit nulla ex post facto, puta quia pronuntietur
- 45 Nullitas in appel. superueniens nõ tollit attentata, & illorum reuocatiõnem antea factam.
- 46 Executio pendente app. li. fieri nõ debet, quãdo dubium est, an appellatio sit notorie friuola, & inualida.

Sexta

Extra principalis limit. fit, vt non procedat quando appellatio esset manifeste, & euidẽter friuola iniusta, & inualida. ad tex. in c. cum appellationibus friuolis, de appel. in 6. Spec. in §. nunc dicamus. numero 8. vers. item appellatione pend. de appel. Abb. in c. consuluit. el. 3. de appel. Franc. in c. vt debitus. n. 47. de appella. And. Barb. in add. ad Bal. in ver. habet locum in c. i. §. sancimus. in tit. quo temp. Mil. inuest. per. deb. post Inn. in c. dilecti, de excep. Marat. in spec. in 3. parte 6. partis princ. q. 2. numero 171. post Soc. in conf. 39. col. 6. li. 4. Quibus adde Guid. Pa. dec. 213. statuta. n. 6. & in trac. de appel. q. 12. post Inn. & Bal. inc. pastoralis, de off. dele. & Stef. Aufr. in add. ad decif. Tolof. 500. quæ est vltima, ad med. & Ant. Corfett. in singul. suis in verb. appellatio, incip. regula est, vers. lim. 2. & seq. & Vãt. in trac. de nullit. in tit. quoties, & intra quod temp. n. 48. & iterum in tit. de nullit. ex defectu iurisd. ord. sub numer. 142. post Rot. decif. 75. aliàs 356. not. quod de appel. in anti. & Egid. decif. 239. in causa D. Guglielmi, & tradit Paris. in conf. 49. ad primũ num. 21. li. 4. vbi inquit t. quod dirrationabilis appellatio non suspẽdit iurisdictionem; vnde non considerata suspensio, nec etiam subintrat cõsideratio attentatorum, vt sæpe supra diximus.

Quæ aut dicitur appellatio manifeste friuola, tradit remissiuẽ post Io. And. in clem. si ante, de dol. & cõt. Rot. decif. 58. aliàs 417. si appelletur. nu. 5. de appell. in no. t. & dicitur friuola, quæ nõquam potest prodesse secundum Rebut. in concor. in rub. de friuol. appel. t. vel forsan (& hoc melius) relinquatur arbitrio iudicis ex sententia Meno. in trac. de arb. iud. li. 2. cõt. 2. causa 197. per totum, præsertim n. 7. vbi egregie tractat, & declarat vim huius dictionis friuola, & ista sit REGULA, quæ probatur per supra dicta, & ex eo, quod subtiliter, & singulariter dixit Bal. in cõ. 367. ad euidẽtiã. in princ. lib. 1. vbi formaliter inquit quod appell. pen. nihil debet innouari, dũmodo appellatio sit aliqua, vel salte (vt ita dixerim, aliquabilis, nam si esset apparenter, & existẽter nulla nõ retardaret executionem, hæc Bal. & huius sententiæ fuit et ex recetioribus Lancell. Cõt. de prætor. §. 2. de offic. prætor. in caus. ciuil. in c. de appell. sub nu. 21. vers. decimo nono quãdo appellatio. post Soc. in reg. 21. Et t. pro regula etiã facit, quia paria sunt aliquid non fieri, vel minus legitime fieri, vt in proprijs terminis nostris considerat Iaf. in l. præses. nu. 4. ff. de re iud. quem referit & sequitur etiam Io. Bap. de Afim. in sua pra x. iudi. §. 31. c. 2. in 2. lin. prin. nu. 8. & similiter, quod citatio t. nulla, & inualida non inducit litis pendentia regulariter ad effectum attentatorũ, vt est deci. Affic. 366. in pleno. numero 140. & diximus late supra cap. 4. de attent. lit. pend. in præfatione. num. 82. & seq.

AMPLIA hanc regulam vno modo, vt non solum procedat, quando euidenter constat appellationem esse friuolã, verum t. etiam quando præsumeretur contra appellatẽ; quod eius appellatio esset frustratoria, & iste est vnus not. casus, in quo licet etiam appellatione pendente sit innouatio secundum Franc. in c. peruenit. el. 2. in gl. in ver. assignes. in fi. num. 8. de appell. t. vbi si canonicus appellauerit a præcepto de residen-

do per Episcopum sibi facto, potest Episcopus pendente appellatione deputare ibi vicarium cum competenti portione, & talis deputatio non dicitur attentata, quia dicta appellatio præsumitur frustratoria. Et quamuis Specu. Cardi. Marant. & Petr. Duen. in locis de quibus infra in 18. lim. princ. ponant particulariter hoc dictum de præcepto de residẽdo profallentia ad regulam nostram princ. quod nihil sit appellatione pendente innouandum; mihi tam videtur quod magis commode cadat pro ampliatione huius 6. limit. quia illius dicti nulla alia ratio videtur, nisi quia illa appellatio præsumebatur frustratoria, vt colligitur ex verbis illius tex. ibi, cum autẽ frustratoriã dilationis cã, vt etiam dicemus in d. 13. lim. princip. & pro hac ampliatione t. quod quando præsumeretur contra appellatẽ, attentata non sint reuocanda, faciunt, quæ ponit Alcia. conf. 3. in hac. numer. 2. & seqq. li. 6. dum vult, quod interposita appellatione a correptione, quia ei ius cõe resistit, & contra appellatẽ præsumitur, attentata non sint reuocanda, & quod voluit post gl. in c. super eo, de off. deleg. And. Barb. in conf. 18. incip. mihi videtur. sub numero 11. vers. & adduco vterius. li. 1. t. quod si iudex videt, quod reus malitiosè proponat appellationem, & executionem differat, potest tunc appellatẽ repellere.

LIMITATIO nunc eadem regula, Primo nisi iudici a quo fuit frustratoriã, & friuolẽ appellatum t. fuisset per iudicem ad quẽ inhibitiõ, quoniam eo casu gesta post eam tanquam attentata reuocantur. Franc. in d. c. vt debitus. numero 47. vers. quid autẽ, & Stef. Aufrin. add. ad d. decif. Tolof. 500. ad med. & Guid. Pa. in conf. 69. incip. pro declaratione, versiculo secundo quia. numero 12. quem referunt, & in hoc sequitur Moder. in add. ad decif. eiusdem Guid. Pap. decif. 113. in verb. dic quod non. t. Contra quam limit. licet videatur in terminis deci. Rot. 58. aliàs 412. si appelletur, de appel. in no. dum concluditur in ea, quod inhibitiõ vigore frustra toriã appellationis nõ potest operari effectum, ex quo non potest dici canonica, cui concor. alia deci. 75. aliàs 357. nota quod attentata de appel. in antiq. propter verbum canonice positum in c. non solum. de appe. in 6. quas secuti sunt plerique doct. dum tenet quod inhibitiõ tunc operetur effectũ attentatorum, quando est canonica, vt est decif. Egid. 239. in causa. Fely. in c. super quæstionum. §. fi. col. 1. de off. deleg. Marant. in 3. parte 6. partis princip. q. 2. numero 196. Paris. qui alios allegat, in conf. 108. de bono iure, num. 6. lib. 1. & in conf. 172. in causa. numero 15. lib. 4. & etiam Vant. in trac. de nullit. ex defectu iurisd. ord. n. 142. & Rolan. de Valle in conf. 77. viso. nu. 24. li. 2. & Bero. q. 124. quando appellatio, in princ. Didac. præc. quæst. c. 24. numero 3. vers. tertio præ ceteris. Sciendum tamen est t. quod Rot. ta moderna etiam considerata d. decif. 58. aliàs 412. pluries indistincte tenuit contrarium, quod immo gesta post inhibitiõnem debeant reuocari, ne iudices sub isto clipeo inhibitiõis iniustas eas contemnant, & diu litigentur, an inhibitiõ sit iusta, vel iniusta, & pars grauata fatigetur interrim laboribus, & expensis. Vnde prius debent

Tract. de Attent. v. 219.

19 reuocari attentata, & postea de validitate inhibitionis disputari, vt fuit aliàs tentum in vna Legionen. coram M. Antonio, vt pater in recollec. Accorambo. decis. 53. incip. Rota: vbi supradicta omnia formaliter ponit, de quo latius dicemus infra cap. 20. de attent. post inhibito. in 11. ampl. princip. regulæ ibi positæ. nu. 3. & seqq.

20 Secundo limita t nisi iudex friuolæ appellatiōi detulisset, vt tradit Marat. vbi supra d. n. 171. & And. Barb. in supradicto loco, vbi inquit titulum nil nouari appellatiōe pend. limitandum, quando appellatiō esset friuola, si tamen ei non sit delatum. Ad quod faciunt, quæ latius diximus supra in 5. sublimitatione primæ limit. huius regulæ nostræ princip. nu. 69. dum post Paris. & Rolan. de valle, illud dictum de delatione ampliuimus, vt procedat etiam si appellatiō esset sine causa, vt latius ibi. Quæ limitatio ampliari potest. Primo, vt procedat non solum si iudex expresse deserat, vt verum etiam si tacite, vt in supra dicto loco n. 75. Secundo vt procedat non solum quando iudex ipse deserat, vt verum etiam si delegatus ab eo cum clausula donè vices suas duxerit reuocandas, deserat: quia si à subdelegato etiam friuole appelleretur, & ille (antequam iudex reuocauerit vices suas) appellatiōi detulerit, si postmodum delegatus reuocet vices suas, & procedat, processus dicitur inuolidus, vt est decis. Rot. Bisign. 21. aliàs 30. nu. 21. incip. an executore, per tot. in tit. de appell. vt ibi annotauimus numero 23 79. Tertio videtur posse limitari, vt non procedat in criminalibus, quia etiam si appellatiō videretur iniusta non est facienda executio nisi si sit periculum in mora, vt dicit Boer. decis. 153.

25 Iudex, nu. 6. vbi subdit, quod ita de stilo Franciæ, & ordinationibus regis seruatur nisi effectus in iudice à quo non liceret appellare, vt per eum. Quarto potest limitari quando appellatiō, quæ de iure tanquam friuola non fuisset admittenda, fuisset de facto præsertim appellatiō non contradicente admissa, nam hoc casu si coram iudice ad quem fuerit per partes processum poterit ipse cognoscere, & pronunciare super ipsa appellatiōe & de iustitia sententiæ, vt tradit singulariter (post Inn. in c. cum dilecta, de rescrip. & in c. cum Bertoldus. de re iud. quem sequuntur Imol. & Butr. in d. c. cum dilecta, & post Bal. Rom. Fel. & alios alleg. per eum. Vnde si iudex potest super causa pronunciare, non videtur ratio concludens, quare si dicta appellatiō pendente, & vt præfertur admissa, aliquid attentetur; iudex ad quem non possit illud reuocare. Quod dictum ultra eum confirmari potest ex pluribus. Primo ex eo quod aliàs habemus, quod si sit interposita appellatiō à iudice, qui fuerat datus cum clausula appellatiōe remota, si de facto appelleretur (quamuis per iudicem à quo stante d. clausula non esset admittenda) si tamè de facto Papa de præmissis certificatus illam admittat, operatur effectum, vt post eam gesta subijciantur vitio attentatorum, ad text. in c. pastoralis. §. præterea, vbi doct. præsertim Franc. nu. 6. vers. sexto operatur, post Inno. ibi de appella.

quod est sensus Bal. in c. 1. §. sancimus. nu. 3. in titu. quo tempore Mil. inuest. pet. deb. in vbius feud. & sensus etiam Inno. in c. cum in iure, sub n. 3. de off. deleg. dum voluit quod sententiā à qua sit appellatū si appellatiō sit à superiore recepta non debet mādari executioni. Tertio quia causa appellatiōis dicitur esse principalis, attentatorum aut causa dicitur esse accessoria, vt est decis. Rot. 1. aliàs 1. attentata de appel. in no. & non solum dicitur esse accessoria, verū et venire ex natura ipsius appellatiōis, vt fuit not. dictū Inno. in c. dilecti, el. 3. de appel. quod refert & sequitur, & meti tenendum esse admonet Franc. ibi in vlt. not. & nu. 1. q. 1. Vnde si iudex per supradicta potest cognoscere causam appellatiōis, poterit, & debet etiam cognoscere causam attentatorū, tanquā qd accessoriū, præsertim quæ regulariter iudex habeat cognoscere causam cum suis incidentibus, & emergentibus, & causam attentatorū dicitur incidere, vt in recoll. Mohed. decis. 100. commissio. sub rub. de iud. & procu. Tertio quia postquam appellatus comparuit coram iudice, ad quæ, & absque reclamatiōe ipsius fuit in cā processum, illa appellatiō, qd de iure non subsistebat videtur per eum approbata, & ob eius approbationē videtur, qd debeat producere suos effectus, sicut alia appellatiōes, & cōsequenter inuoliditate eorū, qd ea pēdēte fuerint facta, vt est decis. Bisign. 71. aliàs 30. n. 71. an subexecutore de appel. nu. 5. ibi præsertim pp cōsensum partis appellatæ in qua cōcludit qd processus factus post friuolā appellatiōne, de facto tamē per iudicē ad quæ, & per partē admissam non valet, qd plurimū fa. ad hūc articulū. Quarto pro hac opin. multū facit id quod post Inno. singulariter dixit Frac. per illū tex. in c. sapē, in 2. not. n. 3. de appel. quod eō ipso, qd appellatiō est approbata à parte ceteretur appellatiōi delatū & causa ad curiā deuoluta. Vnde si præsupposita hac partis approbatiōe ceteretur appellatiōi delatum, tūc pculdubio, si qd fiat post hāc appellatiōne dicitur esse attentatū, iuxta ea qd supra diximus in 2. sublimi. huius lim. nu. 20. dū vniuersaliter diximus hāc limit. non procedere vbi friuolæ appellatiōi esset delatū. Quinto non parū facit, qd singulariter tradit Card. in clem. 1. 39 q. 8. prope fi. de re. iudic. t vbi cōcludit, qd quādo appellatur in casu à iure, vel ab homine prohibito si superior admisit appellatiōnem, & inhibuit executio interim facta est irrita, & attentata. Sexto & melius hoc videtur tex. in terminis in l. chirografis. §. si. ff. de administ. tut. vbi apparet, quod appellatiō ex pmissione principis recepta facit attentata, vt ibi fundus ablatu est, Et quid quando appellatiō, quæ non esset admittenda per superiorē possit admitti tradit per illū tex. Gui. Pa. in tract. de appella. q. 120. col. 4. vers. & ad gl. Præmissis tamen valde videtur ob stare t decis. Rot. 58. aliàs 412. si appelleretur. nu. 3. de appella. in no. dū dicit quod si appellatiō friuola per iudicē fuerit admissa de facto, illud non est curandum t quia non quid sit, sed quid fieri debet, est attendendū, cuius decis. verba refert, & sequi videtur Vital. in tract. de claus. in clausula nil noua. appell. pend. nu. 25 Nisi dicas quod hāc limitatiō procedit vbi cum admissiōe iudicis de facto concurrat etiam tacitus consensus, & non contradicitiō ipsius appellati, quod non erat in casu dictæ

dictæ decis. 58. Vel potest dici, quod Rota moderna dictam decisiōnem non tenet, vt patet in recollec. A corambo. decis. 53. incip. licet Rota. & diximus supra numero 18. Quæ autem supra dicta sunt, quod friuola, & inuolida appellatiō approbata per partem operatur effectus suos propter illam partis approbationem t limita, vt nō procedat, quādo appellatiō esset ex eo nulla, quia non fuisset interposita infra decem dies, qui dantur ad appellandum, cum eo casu approbatiō, & prosecutiō etiā per ambas partes facta nō habeatur in consideratiōe, vt adnotauimus infra hoc eod. cap. in 50. lim. princ. vers. quinto amplia post alios, de quibus ibi.

43 Quinto limita t nisi appellans aliquid attentaret, talia enim attentata, quāuis appellatiō sit notorie nulla, venient reuocanda, vt post Aug. in l. 1. ff. nil nou. appella. pen. tradit Vital. de claus. in clausula nil nouar. appell. pend. num. 6. Ea ratione t quia non potest appellans suā appellatiōnem impugnare, & dicere eam frustratoriā ad l. si seruus plurium. §. si. ff. de leg. 1. & per Innoc. in c. ex parte, col. 2. de rescrip. Quæ omnia post Ang. & Inn. vbi supra ponit etiam Manfred. li. 2. practicarum conclusionum super attentionem clu. 103. licet de Vital. nullam mentionem faciat.

Sexto intellige, vt Regula, quæ habet, quod attentata non reuocantur, quando appellatiō est nulla, friuola, & inuolida t procedat in appellatiōe inuolida à principio, & tempore interpositionis, secus in appellatiōe inuolida, ex post facto per sententiā, puta quando iudex ad quem pronunciat male appellatum, & benedicatum, quia t nullitas, & inuolitas ista superueniens, non impedit effectum attentatorū, & ideo si pendente appellatiōe aliquid attentetur, & iudex illa reuocet, si postmodum iudex pronunciet male appellatum, & sic superueniat nullitas in appellatiōe, attentata tamen & illorum reuocatio per superuenientem nullitatem non tollitur: vt tradit Vital. de claus. in clausula nil nou. appellatiōe pendente, numero 9. & post eum, & Io. Monac. in cap. cupientes. §. de viginti, numer. 144. tradit Manfred. vbi supra, conclus. 108.

DECLARA Regulam præfatam vno modo, quod præmissa procedant, quando appellatiō est clarè, ac notorie friuola, & illegitima, t secus quando esset dubium, an appellatiō esset talis, quia quando est dubium non debet fieri pendente appellatiōe executio, vt expressè declarat Ias. in l. præfes. n. 4. ff. de re iud. & post eū Io. Bap. de Afim. d. praxi iudic. §. 31. c. 2. limit. 2. nu. 8. in fi.

LIMITATIO VII.

SUMMARIUM.

1 APPELLATIO quæ tendit ad differendū reuocatiōnem attentatorum non facit attentata, & ponitur exemplum.

1 SEPTIMA sit principalis limitatio t vt non procedat in appellatiōe, quæ tēderet ad differendū reuocatiōnem attentatorum, Exemplū reus appellatiōnem interposuit, cui actor nō detulit, deinde actor pendente huiusmodi appellatiōe reum spoliādo attentat, postmodū actor etiam appellati, ne aliquid contra eum innouet

tur, nam hoc casu (non obstante pendentia appellatiōis ab actore vltimo loco interpositæ) poterit iudex procedere ad reuocatiōnem spoliæ, & aliorum, quæ contra appellatiōnem rei fuissent attentata, vt notabiliter hunc casum considerat Franc. in c. an sit. sub numero 7. col. 3. vers. secundus casus, ext. de appell. post Ioann. Andr. & Specul. in titu. de appellat. §. si. vers. item quod appellas, dicitur ita intelligendū esse dictum c. an sit. c. cōstitutus. & c. bonæ memoriæ. de appel. quod iste casus est clarissimus.

LIMITATIO VIII.

SUMMARIUM.

1 CLAUSULA appellatiōe remota, operatur, vt appellatiō postea interposita, regulariter non faciat attentata.

2 Appellatiō ob clausulam appellatiōe remota, perdit effectum suspensiuum. Immo secundum aliquos, inconcussa dicitur esse conclusio, quod per dictam clausulam tollantur omnes effectus ab ipsa appellatiōe proficiscemes.

3 Audiencia denegata in agendo, & defendendo, censetur prohibita appellatiō.

4 Appellatiō remota censetur, vbi est remota contradicitiō, vel querela.

5 Clausula, appellatiōe remota, etiam si non fuerit apposta in commissiōe, sed in mādato, de immittendo aliquē in possessionē, operatur effectū suspensiuum.

6 Appellatiō per testatorem remota, an habeatur in consideratiōe.

7 Clausula, appe. remo. operatur, etiam si fuerit tacita, & subintellec. per relationem ad aliā commissiōnem.

8 Iudex datus cum clausula, appel. remota, si appellatiōi deserat, gesta ea pendente censentur attentata.

9 Inhibitiō facta per iudicem ad quem iudicis à quo, etiā dā, o. u. clausula appellat. remota, facit attentata.

10 Appellatiō reiecta à iudice dato cum clausula appellatiōe remota si sit ex certa scientia per superiorem admissa, censetur attentata.

11 Executio post tres conformes sit non obstante quacunque nullitate opposita.

12 Nisi Papa aut alius princeps causam appellatiōis exercerit scientia committat.

13 Appellatiō vbi interponitur ex causa in iure expressa, operatur suos effectus, non obstante clausula, appellatiōe remota, etiam quoad reuocatiōnem attentatorum. num. 14.

15 Clausula, appellatiōe remota, de facto apposta per inferiorem à principi, e, nō operatur, vt appellatiō non faciat attentata.

16 Clausulam, appel. remota, solus princeps potest apponere, cum sit de reseruatōe principis.

17 Inferior à principe clausulam appellatiōe remota apponere nō potest. Etiam legatus de latere, vt nu. 8.

19 Clausulam appellatiōe remota, quis possit in rescriptis apponere, remissum.

20 Appellatiō à diffinitiuā facit attentata, etiam si in rescripto adsit clausula, appellatiōe remota, secundum aliquos.

21 Clausula appellatiōe remota, non tollit appellatiōnem à diffinitiuā, sed tantum ab i. n. t. locutiōria, secundum aliquos.

22 Clausula prædicta non tollit appellatiōnem, quando essemus in criminalibus, & adhuc non constaret tract. de attent.

de delicto.

- 23 Appellatio quando permittitur censetur permissa, quo ad utrumque effectum, tam deuolutiuum, quam suspensiuum.
- 24 Index datus cum clausula appellatione remota, si manifeste grauat potest ab eo appellari.
- 25 Statutum tollens appellationem nunquam censetur illam tollere, quando index manifeste grauat.
- 26 Notoria iniustitia facit, vt quis etiam aduersus tres conformes audiatur.
- 27 Appellatio etiam in possessione admittitur quando iudex manifeste grauat.
- 28 Exceptio notoria iniustitia contra agentem admittitur.
- 29 Et impedit litis ingressum.
- 30 Etiam coram arbitro.
- 31 Sententia aperte iniqua non est exequenda.
- 32 Clausula appellatione remota non tollit appellationem, quando iudex manifeste grauat, etiam si sit appositio de consensu partium.
- 33 Licet aliqui contra.
- 34 Appellari potest etiam a iudice dato cum clausula appellatione remota, quando ille in pronuciando fuisse in dolo, vel lata culpa. Etiam si fuisse appositio de consensu partium, vt in fra num 37.
- 35 Lata culpa dolo equiparatur.
- 36 Reductio ad arbitrium boni viri peti potest non obstante quacumque ampliat, & plena renuntiatione, quando arbitri licet non fuerit in dolo, fuit tamen in lata culpa.
- 38 Clausula appellatione remota non operatur attentatorum effectum, quando non fuit appositio sciente principe, sed in vulgari, & vendibilis rescripto conquisiuis, vel liberarum contradictarum.
- 39 Clausula appellatione remota, cu hodie apponatur potius de stilo generali, sonat potius in quandam monitione, vt scilicet non deferatur appellatio: frustra toria, quam quod in aliquo deroget iuri communi.
- 40 Clausula ap. re. tollit solum friuolas, non autem legitimas, & a iure permittas appellationes.
- 41 Clausula contradictores appellatione postposita cope sciendo, referitur ad contradictores de iure non autē de facto tantum.
- 42 Gratia si sit subreptitia, clausula ap. re. appositio in literis de super expeditis non excusat ab attentatis.
- 43 Attentata post appellatione interpositam a iudice dato cum clausula appellatione remota licet ex priuilegio attentatorum non reuocentur, possunt tamen reuocari per viam quærela.
- 44 Vel per viam nullitatis.
- 45 Etiam si nullitas deducatur vna cum appellatione.
- 46 Clausula appellatione remota in rescripto appositio operatur quoad partes in rescripto comprehensas.
- 47 Non autem quo ad tertium.

Clausula Appellatione Re. mota tollit effectum suspensiuum, & attentata, Quod Ampliatur qua tuor. Limitatur quoad quod etiam, & Declaratur duobus modis

Principalis limitatio fit vt non procedat, quando causa fuisset commissa cum clausula appellatione remota, quia licet aliis attentata post appellationem antea reuocentur per viam attentati, vt in regula principali dicti non solum, de appell. in 6. stante tamen dicta clausula gesta pendente appellatione a iudice a quo de facto interposita ex priuilegio attentatorum non reuocantur: ea potissimum ratione, quia appellatio ob dicta clausula perdit effectum suspensiuum iurisdictionis, vt notant doct. in c. pastoralis. §. præterea,

de off. deleg. sine qua suspensione iurisdictionis attentata non videntur posse considerari, vt supra sæpius dictum est, & tradunt doct. præsertim Franc. in c. bonæ, nu. 36. de appell. & in ista limitatione breuiter hæc fit

REGULA Quam tenet Butr. in c. pastoralis, vltra mod. in vers. tertius est effectus reuocatio nis attentatorum. de appell. & ibidem Panor. col. 4. vers. tertius est effectus, & ibi quoque Imol. col. 4. vers. item etiam operatur quo ad effectum reuocationis attentatorum, & alij, quos refert & sequitur idem Franc. in d. c. pastoralis, num. 6. vers. sexto operatur. de appellatio. quos sequitur Minsing. centuria 1. decif. 3. in c. quando comissa, & hanc inconcussam esse conclusionem, quod per huiusmodi clausulam, tã deuolutiuus, quam suspensiuus appellationis effectus, atque oēs alij effectus ab appellatione proficiscentes censentur sublatis, tradit nouissimè Por. Imolen. in col. 59. ex facto. numer. 2. lib. 2. & conf. 120. quæritur. numer. 2. lib. 3. & ita fuit per Dominos decisum in vna Romana de Matheis coram Robulterio. 31. Iunij 1567.

AMPLIATUR Primo, vt non solum procedat, quando esset sublata appellatio per hæc verba expressa, vide licet appellatione remota, verum etiam quando per alia verba, puta quod denegaretur audientia in agendo, & defendendo, quia per talē denegationem audientia videtur prohibita appellatio, de quo per Franc. in rub. col. fi. vers. sed in contrarium. de appell. t vel sit remota contradictio vel quærela, quia remota contradictio, & remota quærela censetur remota appellatio, vt post Bal. in l. r. §. i. vers. sed in remota. ff. de offi. præf. prætor. qui loquitur de quærela, & tex. in c. personas, de appellat. qui loquitur de contradictio, no. Dec. in d. c. personas. in quarto notab. num. 4.

Secundo Ampliatur, vt procedat non solum quando dicta clausula est appositio in commissio ne causa t verum etiam si sit in mandato de im mittendo aliquem in possessionem: quia si vigore dicti mandati sit capta possessio non dicitur attentata, etiam si sit appellatum, quia talis appellatio stante dicta clausula non suspendit, vt fuit dictum in vna Tirafonen. executionis corã Thoma de Thanis sub die 15. Dec. 1544. & est in recollet. Putei dec. 26. attentata non dicitur. sub rub. vt lit. pend.

Tertio vt procedat t etiam si appellatio fuisset remota per testatorem, quia & illa videtur haberi in consideratione, vt sensit eleganter Lap. alleg. 53. an oporteat. sub nu. 9. in. fi.

Quarto videtur posse ampliari, vt procedat etiam si huiusmodi clausula non fuisset expressa in commissione appositio, sed tacite subintel lecta, quoniam & eo casu. eundē effectum operari debere, non est ambigendum: Datur autem casus, quo clausula appellatione remota tacite in rescripto subintelligitur, Pone enim quod licet Iudex in prima instantia fuerit cum dicta clausula datus, ab eo tamen de facto fuerit appellatum, & appellatio, per principem admissa, & alteri commissio, quod fieri potest vt infra, num. 10. vtique ista secunda commissio, ita censetur tacite in

in se habere clausulam appellatione remota, pro ut habebat commissio primæ instantiæ, vt post Ant. de But. in c. pastoralis. de offic. deleg. & Bal. in leg. si actor. C. de appell. eleganter considerat Aemilian. in conf. 68. in causa appellationis. numero septimo. Idem etiam dicendum est, si talis clausula virtualiter esset in commissione per relationem ad aliam commissionē, in qua aderat dicta clausula: quia eo casu etiã vis & potestas dictæ clausulæ censetur trãslata in Iudicem secundæ commissionis, vt fuit dictum in dicta Romana de Mathæis coram Robulterio 31. Iunij 1567.

LIMITATUR ea dem regula Primò, nisi Iudex datus cum ista clausula appellatiõni ab eo interposita detulisset, vt in c. cū appellationibus, de appell. in 6. tradit Imola post docto. in dicto §. præterea dicti c. pastoralis. col. 3. in princ. de appellat. quem refert, & sequitur ibi Franc. col. 2. vers. quarto operatur. numer. 5. de appell. vbi inquit quod ita est tenendum: cuius limitationis ea ratio esse potest, quia Iudex deferendū appellationi dicitur abdicare a se omne iurisdictionē, vt latè diximus supra hoc eodē cap. in quinta limit. primæ limit. princ. num. 66.

Secundò, nisi Iudici a quo per Iudicē ad quē fuisset inhibitu. arg. notat. in c. non solum. de appellat. in 6. & tradunt expressè Inno. Imol. & Franc. in dicto c. pastoralis, d. vers. quarto operatur, & iterum in dicto vers. sexto operatur, & post Lanfran. in c. quoniam contra. in verb. interlocutoria. folio 31. tradit nouissimè Minsinger. centuria prima, decif. 3. incip. quando commissio, & non sine ratione: cum multa facta inhibitione sint illicita, quæ aliis non præcedente inhibitione fuissent licita, vt latius dicemus infra cap. vigesimo, de attentatis post inhibitionem, in prima ampliatur. regulę ibi positæ. numero primo, & per totam.

Tertiò nisi Papa, vel alius superior Iudex ex certa sciētia admisset appellationem a Iudice inferiore cum dicta clausula dato non admittam: gesta enim postquã appellatio foret ex certa sciētia recepta per Papam, tãquam attentata venient reuocanda, vt est text. in dicto c. pastoralis. §. præterea, & ibi docto. de offi. deleg. & ponit etiam expressè Frãc. in dicto c. pastoralis, in dicto vers. sexto operatur. post Inno. ibi: Quibus adde notata per Bald. in c. primo. §. sancimus. numero 4. in titulo, quo tempore Mil. inue sit. pet. debet, in vñibus feud. Ad quod plurimū facit, quod aliis post Alex. in conf. 77. col. 2. libr. 2. & Soc. in conf. 158. colum. prima, lib. 2. & plures alios per eū allegatos, tradit nouissimè Antoni? Gabriel. in tracta. commu. conclus. libr. 2. de execut. rei. iudi. conclusionē prima. numer. 35. vers. decimoquarto limita. vbi voluit, t quod licet post tres conformes nõ possit appellari, sed fiat executio, nõ obstante quacumque nullitate operata, t id tamen nõ procedit, si Papa, aut alius supremus princeps causam appellationis committat ex certa sciētia, vt latius ibi per eum, & fa. quæ latius diximus supra hoc eodem cap. in sexta limitatione regulæ principalis. numer. 27.

Quod traſtauimus, an friuola appellatio de iure non admittenda, de facto tamen admittitur operetur effectum attentatorum.

Quartò limitatur ex intentione Franc. in dicto verticu. sexto operatur, ibi, & adde tertium, 13 Tquando scilicet appellatur ex causa, quæ fit in iure expressa: tunc enim cum appellatio operetur omnes eius effectus (& sic deuolutiuum, & suspensiuum) t attentata non obstante dicta clausula, veniunt reuocanda, via, & priuilegio attentatorum: hoc enim casu in appellatione etiam a diffinitiuâ, debet exprimi causa, quãdo est appositio in commissione dicta clausula, secundum Franc. in c. consuluit. in fi. de appellatio. & in c. Romana. §. si autem. in fi. num. 6. de appellatio. in 6 & per Imol. in l. prima. §. interduin. ff. a quibus appellare non licet, & per Fely. in c. quoad consultationem. num. 29. de re iudicata. & si causa expressa est talis, in qua iure sit expressum, quod possit appellari, attentata reuocabitur secundum opinio. Franc. & Abb. ibi.

Quintò, quando dicta clausula appellatione remota esset de facto appositio in commissione per inferiorem a principe, qui non possit illam apponere: quia (cum per talem inferiorem hæc clausula dari non possit, eius appositio nullum effectum operari potest, iuribus vulg. t cum ille sit casus soli principi referuatus, vt in l. prima. ff. a quibus appell. non lic. & in dicto cap. pastoralis, t in tantum, quod regulariter nullus inferior a principe potest causam committere cū hac clausula, vt est communis opi. de qua testatur Sigismund. Loffred. in conf. 26. in causa mota, numero 11. t etiam si esset legatus de latere, secundum Spec. in titulo de legato. §. nunc ostēdendum, versiculo decimoquarto. Idem voluit gl. magna in fi. in c. quoad trãslationem, de offi. deleg. vbi doctores idem sequuntur, & Bald. in l. ne quicquam. §. fi. in prin. ff. de offi. procōf. quos refert, & sequitur Franc. in rubr. de appellatio. columna sexta, numero vigesimo tertio. Quæ tamen intelligenda sunt secundū ea, quæ eleganter 19no. Deci. in dicto c. pastoralis. nu. 2. t vbi egregiè declarat, quis possit hanc clausulam in rescriptis apponere.

Sextò nisi effemus in appellatione a diffinitiuâ, secundum opinionem illorum, qui tenent per hanc clausulam appellatione remota non tolli appellationem a diffinitiuâ sentētia, sed ab interlocutoria: Id qua opinione fuit Specul. in ti. de senten. executione. §. primo, circa prin. vbi voluit ad propositū materiæ nostre, quod quoad diffinitiuam talis clausula nihil operetur, & iudex teneatur appellationi deferre, & si faceret executionem illa statim reuocaretur: cuius opinio fuit etiam Lanfran. post alios de quibus ibi per eum in dicta decif. 463. incip. clausula appellatione remota.

Septimò t quando (si effemus in casu, in quo in aliquo delicto esset remota appellatio) non constaret adhuc de ipso delicto: si enim dum discutitur de tali delicto fertur sententia interlocutoria, talis clausula non impedit appellari, vt est decif. Lanfran. 464. quæ incipit, quando in aliquo delicto remouetur appellatio: nam si hoc casu damus appellari posse non obstante dicta clausula, sequitur quod huiusmodi appellatio operabitur effectum etiam suspensiuum, & per consequens cadit consideratio etiam attentatorum, t quando enim in aliquo casu permittitur

tur, appellatio censetur permitti nō solū quoad effectum deuolutiuum, verūm etiā suspensiuū, vt per multa deducit Ias. in consil. 187. circa primum. col. 6. vers. secundo facio aliam conclusionem. lib. 2.

24 Oāuo, vt non procedat t̄ quando Iudex datus cum dicta clausula manifestē graualet, nam stāte manifesto grauamine per huiusmodi clausulam non censetur quis prohibitus appellare, vt tradit Dec. in consil. 49. prāstantissime. num. 2. lib. primo. post glo. in c. ex conquestione. de restit. spoliar. & Ruyn. in consil. 82. viso. numero 1. libro 5. & post Decium dicto consil. 49. & alios per eum allegatos, idē firmat Port. Imol. in consil. 59. ex facto. nume. 4. lib. 2. & iterum consil. 209. ex facto. numero 14. lib. 4. & fuit etiam per maiorem partem dominorum resolutum in vna Romana bonorum de Mathæis, coram D. meo Oradino 11. Maij 1562. videlicet quod stante notorio grauamine cessat clausula appellatione remota. Nam & aliās in simili videmus, quod si per legē t̄ aut statutum tollitur appellatio non censetur sublata, quando quis manifestē graualetur, secundum Bald. in l. 1. C. si de moment. poss. fuer. appel. & in l. consentaneum. C. quomodo, & quando Iudic. & per Alexan. in consil. 77. visis. numero 12. colum. fin. lib. 3. & in consil. 106. viso. numero 26. lib. 3. cum cōcord. de quibus per eundem Alex. in l. 4. condemnatum. ff. de re iud. & in l. de puillo. §. qui opus. ff. de no. ope. nunc. quibus adde in re collect. Caputaquen. part. 2. decif. 38. incip. lata sententia, vbi non solū dicitur, quod stante notoria iniustitia, hæc clausula nō operatur, t̄ verūm etiam quod quis etiā aduersus tres conformes est audiendus, & facit etiam in re collect. Put. 3. decif. 414. & Natta. in consil. 172. in causa. nu. 6. lib. 1. Fa. quod & aliās dicitur t̄ quod etiā in possessorio appellatur, quādo constat de identē iniustitia, vt per Stefa. Aufr. in addit. ad decif. Tolof. 500. in princ. addit. quod & post Abb. in c. ex conquestione. numero quinto, & Alex. in consil. 33. nume. 8. lib. 1. posuerunt nouissimē moderni in annotation. ad Aegid. nume. 66. & post glo. in dicto c. ex conquestione, tradit Andr. Barbat. in consil. 24. cum quæritur. num. 12. lib. 2. cum 28 & aliās videamus t̄ quod exceptio notoria iniustitiæ contra agentem admittitur t̄ & impedit litis ingressum, t̄ etiam coram arbitro, vt multa ad hoc cumulando, deducit nouissimē Blanc. in tractatu de compromiss. in 4. quæstion. princip. numero 97.

31 t̄ Et sententiam apertē iniquam non esse exequendam, tenuit Rota in vna Regien. coram Aquen. vt est in re collect. A. Augustini. libro 3. decif. 158. incip. Aquen. si ergo potest appellari, ergo quoad vtrumq; effectum, tam suspensiuū, quā deuolutiuum, vt post Ias. proximē dictum est, & consequenter dicta clausula hoc casu non impedit attentata, & illorū reuocationē. t̄ Quod amplia, etiā si talis clausula fuisset apposta de consensu partium, nam hoc etiam casu si cōstat de manifesta iniquitate, poterit appellari secundum Imol. in consil. 76. t̄ Quamuis Ruyn. in consil. 82. numer. 2. sit valde dubius super hoc puncto, immo in casu suo ibi. nu. 4. contrarium expressē teneat, quando sententiā citra dolum contineret manifestam lesionem, propter duplex vinculum

videlicet principis, & partium, vt ibi per eum. latius.

34 Nōdō huic proxima limitatio sit vt nō procedat, quando Iudex datus in rescripto cum dicta clausula proferens sententiā fuisset in dolo, vellata culpa, nam licet regulariter dicta clausula prohibeat appellationem, id tamen non vendicat sibi locum, quando Iudex in dolo, t̄ vel culpa, quæ dolo æquiparatur. leg. 1. ff. si mensor. fal. mod. dix. vt fuit singulare dictum Bald. in c. vt debitus. col. 2. de appellatio. quem refert, & sequitur. Fran. in dicto c. pastoralis. colum. 5. vers. quarto decimo operatur. ext. de appell. & per multa hoc comprobatur Hippo. de Marfil. in sing. 289. incip. dolus futurus. Ad quod facit, quod aliās dixit Bald. in l. penul. C. de arbitris, t̄ dum vult quod reductio ad arbitrium boni viri peti potest non obstāte quacumque ampla, & plena renuntiatione, non solūm quādo arbiter fuit in dolo, verūm etiā si in lata culpa, vt refert Ruyn. in dicto consil. 82. nume. 30. vbi in id etiam alleg. Pet. de Ancharan. in disputatione sua incip. cum Clericus, licet postmodum. in si. ver. non obstat. & cæt. idem Ruyn. in casu suo, & probabiliter id confutare videatur, Et similiter quod licet regulariter in possessorio sit prohibita appellatio. l. 1. C. si de moment. poss. permittitur tamē quando sententia fuisset lata per iniuriam, dolum, aut latam culpam Iudicis, vt per Bald. in consil. 27. in si. lib. 2. & post eū Grat. in consilio 163. requisitus. numero 48. libro 2. t̄ Quam limit. amplia non t̄abiliter, vt procedat etiam si in rescripto talis clausula fuisset apposta de cōsensu partiuū, nam licet aliās consensus partium operetur, quod cōseatur remota eius appellatio quo ad omnē effectum, ex eo quia cōsentur partes appellationi renunciassent, vt fuit notabile dictum Bald. in l. 2. ad fin. C. de appellat. quem (non obstant. quibusdā in contrarium per Imol. allegatis) refert, & sequitur idem Franc. in dicto c. pastoralis. versiculo quarto decimo. sub numer. 11. id tamen minimē procedit, quando Iudex fuisset in dolo, nam hoc casu (non obstante, quod clausula sit apposta de consensu partium) poterit nihilominus appellari, secundum Bald. in alleg. c. vt debitus. col. 2. de appell. & Franc. in dicto versiculo quarto decimo. à quibus in effectu non videtur dissidere etiam Ruyn. in dicto consil. 82. per totum, præsertim nume. 4. & 5. dum conatur deducere, quod in casu suo dolus neque re ipsa, neque præsumptus interuenerit.

38 Decimò limita regulā princ. t̄ vt procedat in clausula appellatione remota apposta sciente principe, & maturo cōsilio, secus si sit apposta in vulgari, & vèdibili rescripto Cōquæstus: quia illa nō operatur effectū, vt attentata nō reuocaretur, vt fuit aliās tentū per Rotā in vna Hispal. do natiui corā Peregrino, vt est in re collect. A. Aug. decif. 101. incip. peregrinus. & in re collect. eiusdē Peregrini decif. 71. aliās 3. incip. licet clausula, & Put. 2. decif. 328. & Chiffan. decif. 11. Pro qua plurimū fa. quod voluit Bal. in dict. c. pastoralis. §. præterea. in prin. in prima oppo. de offi. deleg. t̄ quod cum hodie dicta clausula apponatur potius de stilo generali, quā de ministerio speciali, sonat potius in quandā monitionem, videlicet, vt nō deferatur appellationi frustratorie, quā quod in aliquo

in aliquo deroget Iuri communi, quod etiam dixit Manfuer. in sua praxi Iudicial. in tit. de appellat. col. 11. versic. item quando dicitur in literis. 40 Hinc solet dici t̄ quod talis clausula tollit solū friuolas non, autem legitimas appellationes. & à iure permissas, vt post alios tradit Imol. in c. vt debitus. nu. 9. in si. de appell.

Vndecimò limita, quando essemus in appellatione interposita ab eo qui erat contradictor 41 de iure non autem de facto tantum, t̄ quoniam clausula contradictores appellatione postposita compefcendo refertur ad contradictores de facto non autem de iure. glo. & omnes & Panorm. numero nono, in c. pro illorum. de præbend. Staffil. de litter. grat. & Iust. cart. 98. Felyn. in c. super eo. numero octauo, de offic. deleg. Rebuff. in sua praxi benefic. in forma nou. prouis. in verbo contradictores, & contradictor de iure is diceretur, qui productis suis Iuribus vellet via Iuris audiri. Felyn. in dicto c. super eo. & in cap. causam quæ. col. 12. vers. similiter dicit de rescript. post Oldrad. in consilio 81. quod processus. numero 7. & ita tandem fuit resolutum in vna Neapolitana Cappellaniæ coram Finetto. 10. Iunij 1569. in qua cum attentans ad excusanda attentata fundaret se, quia stante dicta clausula in literis licuit sibi etiam pendente termino ad appellandum sententiā exequi, & dubitatum bis fuisset, an essent attentata, & 1. Ianuarij eiusdem anni, nihil resolutum fuisset, vltimo tamen fuit ten tum pro attentatis.

Duodecimò, & vtiliter limita, vt non procedat t̄ quando litteræ, & gratia vbi est apposta dicta clausula essent subreptitiæ, quia executio facta pendente appellatione à sententia vigore dictarum literarum lata, vel tempore ad appellandum non excusaretur ab attentatis, vt colligitur apertè ex his quæ dixerunt domini vna Neapolitana attentatorum coram Sarmiento die 29. Maij 1564. in qua licet antea sub die 20. Iunij 1561. fuisset dictum, quod domini inclinabant quod stante clausula appellatione remota non essent attentata, & propterea instaretur vltimo loco pro absolutoria ab attentatis, Domini dixerunt, quod si Breue de quo ibi erat subreptitium impedit absolutionem ab attentatis, cum omnia corruant, & propter vim imminētis appellationis oriuntur attentata, vel nullitas.

DECLARATUR nunc eadem limitatio principalis.

Primò, vt ea, quæ attentantur pendente huiusmodi appellatione, quæ per hanc clausulam fuerat in rescripto remota t̄ licet non reuocentur, ex priuilegio attentatorum, potuerunt tamen reuocari per viam quærelæ ordinariæ agendo, secundum Hostien. in c. pastoralis. §. præterea, & ibi docto. de offi. deleg. Abb. in c. vt debitus. columna septima. in princ. de appellat. & alios relatos per Franc. in dicto c. pastoralis. de appellatio. nu. 6. vers. sexto operatur. t̄ Vel per viam nullitatis principaliter de nullitate agendo, quia licet sit remota appellatio, potest nihilominus agi de nullitate, quæ retardat executio nem, vt post Alexan. in consilio 7. numero 12. & 15. libro 3. & alios per eum alleg. nouissimē tradunt Modern. in annotation. ad Aegid. num. 68.

etiam si nullitas deducatur vna cum appellatio ne, vt ibi. nu. 71. & appellatio sit deserta, vt ibi. nu. mero 72.

45 Secūdo, quod dicta clausula operetur t̄ quoad ad ipsas partes in rescripto cōprehētas, t̄ non autē quo ad terminum, is enim potest pro suo interesse appellare, ad tex. in c. super eo. de offic. dele. per quem ita post alios firmat Alex. in cōf. 84. in causa. nu. 6. lib. 3. & est cōmunis opinio, de qua restatur Dida. prædic. quæst. cap. 15. sub nu. 4. fol. 106. vers. quarto si ad amufim. vbi multos in id citat, licet Alex. in dicto consil. non alleget, & est in re collect. Put. 2. decif. 147. & tradit etiam Felyn. in consil. 49. Reuerende, numero 9. & ex recentioribus tradit etiam Aemilia. in consil. 51. in præmissis. num. 4. post Bart. in l. 1. §. interdum. ff. à quibus appellare nō licet. Vnde ad propositū nostrum si Iudex datus cum dicta clausula sententiā post appellationem ab eo per tertium pro suo interesse interpositam exequeretur, deberet tanquam attentata reuocari secundum ea, quæ supra posuimus in 14. ampliatur. princ. huius reg. princ. de attent. appellatione pendente.

LIMITATIO NONA.

SUMMARIUM.

- 1 APPELLATIO in notoriis interposita, an faciat attentata?
 - 2 Executio sententiæ fieri potest etiam pendente appellatione, quando sumus in notoriis.
 - 3 Appellatio in notoriis interposita regulariter non suspendit Iurisdictionem.
 - 4 Appellans in notorio confessionis, si in appellatione ex primat iustam causam, quæ habeat officiare illud notorium, iurisdictioni Iudicis à quo censetur suspendi, sententiā exequi non possit.
 - 5 Notorium nō operatur effectus suos, si contra eum allegetur aliquid per quod notorium offuscetur.
 - 6 Confessio in Iudicio non facit notoriū, quando illa ex aliqua causa offuscatur.
 - 7 Via executiua non habet locum, quando in strumētum guarentigiatum aliquo modo est offuscatum.
 - 8 Cōpromissum peti potest etiā super instrumen o guarentigiatum, quando illud ex aliqua causa offuscatur.
 - 9 Iudex à quo etiā in notoriis appellatur, non procedit ad executionem, si per Iudicem ad quem fuit inhibitum.
 - 10 Appellatio etiam in notoriis facit attentata, quando sumus in criminalibus, & Iudex in imponenda, vel arbitrandā pœna modum excessit.
 - 11 Appellatio in notorio confessionis inducit effectū etiā suspensiuum, quando notorium resultat tantū ex eo, quod quis sit confessus, non autem quia etiam sit conuictus.
 - 12 Appellatio in notorio probationis putat per famā operatur effectus suos.
 - 13 Appellatio à declaratione notorij interponi potest.
- 14 **N**ON A Principalis limitatio sit t̄ vt non procedat in factis notoriis, nā licet aliās disputetur, an in notoriis liceat appellare tam in ciuilibus, quā in criminalibus, de quo per docto. in cap. Romana. §. si autem. de appellatio. in 6. & l. 2. C. quorum appel. nō recip. & in c. cum speciali. §. porro. de appellat. & in cap. cum sit Romana. §. præterea. de appellatio. Et Rota. decif.

decif.68. aliàs 761. sciendum. ad med. de appell. in antiq. vbi sentit, quòd non appelletur. ¶ Nihilominus quando sumus in notoriis potest etiam pendete appellatione fieri executio, quia appellatione hoc casu interposita regulariter ¶ non suspendit iurisdictionem, nec impedit executionem, vt tradit post Oldrad. in conf. 16. col. 2. & Ludo. Rom. conf. 324. Maranth. in specul. in tertia parte sextæ part. princ. q. 2. numero 175. & post eum (nullo alio allegato) Manfred. in libro 2. practic. conclus. super attentat. conclus. 71. Quibus adde specul. de appell. §. nouissimè. sub numero 2. vers. septimus casus, & iterum numer. 12. versic. & nota, quòd hodie, & melius in titulo de notor. criminibus. §. 1. numero 7. vers. quid si auditis. & Guid. Pap. in tract. de appell. q. 120. col. 4. vers. sed auertas. & Petr. Duen. (post Anto. de Butr. Panorm. Bald. Deci. & alios de quibus ibi per eum) in regula 42. incip. appellatione pendente. numero 12. limit. 12. & Stefan. Aufre. in addit. ad decif. vlt. cap. Tolof. & nouissimè etiam Io. Cro. in conf. 101. viso iuncto. numero 9. & seq. col. 2. Et quamuis dicti docto. simpliciter ponant hanc limitationem, quia tamen Nicol. de Milis in suo repertorio in verb. notorium. versicu. notorium an impediatur appellationem, cum pluribus versic. seqq. fol. 239. eleganter pertractans materiam huius notorii, nonnulla ponit, quæ faciunt ad declarationem huius limitationis, idcirco in hac limitatione potest poni regula, quòd in notoriis regulariter appellatione non operetur effectum suspensiuum, sed tantum deuolutiuum, & propterea pendete huiusmodi appellatione, potest Iudex à quò ad executionem procedere, & ista sit

REGVLA, quæ probatur in dicto c. Romana. §. si autem. de appellat. in 6. & alia superius allegata.

LIMITATVR

4 Primò, ¶ vt non procedat in notorio confessione, quando in appellatione in hoc casu interposita appellas expressit aliquam iustam causam, quæ habeat offuscare illud notorium, puta se timore tormentorū fuisse confessum, vel aliàs per errorem, vt exemplificat gl. in dicto §. si autem. in verb. mandetur. & post eam doct. ibi, & in c. cū speciali. §. porro, præsertim Frac. ibi. col. 3. nu. 7. vers. ex prædictis nota. & vers. quando autem in criminalibus de appel. & in d. c. Romana. §. si autem. sub nu. 5. vers. quando vero notorius expressa legitima causa. eod. titul. in 6. Mil. in dicto. verb. notoriū licet regulariter impediatur. Stefan. Aufre. in addit. ad decif. Tolof. decif. 500. quæ est vltima in pen. additione, in quibus locis doct. prædicti tenent, quòd appellatione hoc casu suspendit iurisdictionem Iudicis à quo, vt nō possit sententia exequi, pro qua fa. quòd & aliàs videmus, quòd ¶ quando allegatur aliquid per quod notorium offuscatur, notorium non operatur effectus suos, puta si contra exceptionem proprietatis notoriā agenti possessorio recuperandæ oppositam, aliquid allegatur, quòd habeat notorium dictæ exceptionis offuscare, nam licet dicta notoria exceptio regulariter obstaret, stante tamen dicta offuscatione notorium perdit vires suas, & amplius non obstat vt considerat eleganter Nicol. de Mil. in verb. possessorio recuperan-

dæ agenti obstat. fol. 285. Quibus adde quæ ponit Soci. in cōf. 4. visis actis. lib. 1. post gl. in c. qui contra Iura. de reg. iur. in 6. & inc. cum olim. de verb. sign. ¶ quòd confessio in iudicio non facit notoriū, quando illa ex aliqua causa offuscatur. ¶ Et similiter via executiua non habet locum, quando instrumentum guarentigiatum aliquo modo est offuscatur, vt post Bal. l. 2. C. de excep. rei Iud. & in l. 1. ff. de leg. 2. tradit Blanc. in tracta tu de compromiss. in 4. q. princ. sub num. 2. col. 3. vers. ex instrumento guarentigiat. circa finem. inferens ibi, ¶ quòd etiam super instrumento guarentigiatum potest peti fieri compromissum, quando illud ex aliqua causa offuscatur.

9 Secundò, ¶ Nisi Iudex ad quē iudici à quo (secundum terminos dicti §. si autem) inhibuisset, vt per docto. in dicto §. si autem, & in dicto §. porro, præsertim Franc. in dicta col. 2. in fi. vers. nisi Iudex ad quem faciat sibi inhibitoriam, & Stefan. Aufre. in dicta addit. in vltimis verbis.

Tertiò notabiliter secūdu Mil. in dicto verb. notorium, an impediatur appellationes, post prin. iuncto vers. in notorio autem confessionis, vt nō procedat in notorio confessionis ¶ quando sumus in criminalibus, & Iudex in imponenda pena, vel à iure determinata, vel etiam arbitraria modum exceperit: nam hoc casu tenet appellatione, quoad omnem effectum, tam deuolutiuum, quam suspensiuum, qui suspensiuus impedit pendente appellatione posse procedi, & facit esse locum attentatis, ad no. per doctores in c. non solum. de appel. in sexto, & sæpè supra dictum est.

11 Quartò ¶ quando sumus in notorio confessione in causa ciuili, & notorium resultat, dumtaxat, quia reus confessus sit, non autem quia etiā sit conuictus, nam hoc casu licet non sit sine aliquo dubio, cum aliqui dicant, quòd nō audiatur appellans, nisi expressa legitima causa, vt per Franc. in dicto §. si autem. sub numero 5. tutius tamē est tenere indistinctè appellationem habere omnem effectum, etiam suspensiuum secundum Mil. in supra dicto loco. vers. in ciuili autē.

12 Quintò, ¶ quando ¶ essemus in notorio probationis, quia secundum Mil. in dicto loco, in versicu. in notorio autem probationis: planum est, quòd appellans audiatur, & appellatione operatur effectus suos: Sic ¶ in notorio per famam potest appellari, vt per Specul. in titu. de appellat. §. in quibus. sub numer. 13. versiculi. decimo in de libris notoriis. per textum in capitu. cum sit Romana. in fine, de appellationibus. & Federi. Schen. in tract. de appellat. numero 38. & Petr. Rebuff. super constit. Reg. tom. 3. in tract. de appel. artic. 7. gloss. 2. num. 22. quoniam, & hoc casu admittitur appellatione.

13 Sextò potest limitari ¶ vt non procedat in declaratione notorii: licet enim à notorio non appelletur, & propterea dari non possint attentata, vt in regula: quia tamen à declaratione notorii datur appellatione, vt post Specul. in titulo, de recusatio. §. finali, versiculi. hoc etiam nota. & Abbat. in consilio centesimo. colum. penulti. versic. & si etiam. libro 1. & Felin. in cap. Rodolphus. columna penult. vers. & appellari potest. de rescrip. & in ca. cum non ab homine. col. penult. vers. & nota quòd licet. de iudic. tradit nouissimè Ant. Gabriel. commun. concl. libro sexto. de

to de reg. iur. conclus. 3. numer. 60.) stante appellatione à declaratione notorii, si fiat executio, non minus erit attentata, quam si sumus in alio casu appellabili, ex quo data appellatione, regulariter resultat effectus suspensiuus, qui solet causare attentata, vt per Ias. in consil. 187. circa. col. 6. vers. facio aliam conclusionem. lib. 2. & aliàs dictum est.

LIMITATIO X.

SVMMARIVM.

- 1 ATTENTATA pendente appellatione à sententia Iudicis, cuius fuit onerata conscientia, regulariter non reuocatur, & infra. nu. 9.
- 2 Appellari an possit à sententia lata secundum conscientiam Iudicis.
- 3 Et non posse quoad vtrumque effectum aliqui tenuerunt.
- 4 Et retractationem talis sententia solum permitti per viam gratia, misericorditer officium Iudicis implorando.
- 5 Appellatio à sententia secundum conscientiam lata, de uoluit, non tamen suspendit secundum alios.
- 6 Causa magni præiudicij admittit appellationem etiam à sententia secundum conscientiam Iudicis lata. si cū sit modici præiudicij.
- 7 Conscientia triplex est, remissiuè.
- 8 Iudex qui secundum conscientiam procedere potest, etiā sine citatione ualet procedere.
- 10 Appellatio à sententia secundum conscientiam Iudicis lata non operatur effectum suspensiuum.
- 11 Conscientia Iudicis si simpliciter non oneratur, sed addatur qualitas respiciens iustitiam, puta ad iudiciū tuæ conscientia, tunc ab eius sententia potest appellari.
- 12 Appellationi à sententia secundum conscientiam Iudicis lata, deferri debet, quando superiori apparet fuisse ex rationabili causa interpositam.
- 13 Appellatio in causa magni præiudicij operabitur effectus suos etiam interposita à sententia secundum conscientiam Iudicis lata.
- 14 Iudex cuius fuit onerata conscientia postquam fuerit per Iudicem ad quem inhibitus, non potest ultra procedere.
- 15 Conscientia Iudicis ad hoc, vt ab eius sententia appellari non possit, debet esse cum iudicio discretio.
- 16 Recursus ad superiorem haberi potest, vt corrigat id quod male secundum conscientiam fuit per Iudicem indicatum, licet ab eius sententia appellari non possit.

DECIMA limitatio principalis fit quando appellaretur à sententia Iudicis, cuius conscientia, vel ex dispositione iuris communis, vel ex forma commissionis, aut rescripti fuisset onerata ¶ quia gesta, & attentata post dictam appellationem, non venient per viam attentati reuocanda: Quamuis enim non sit leue dubium apud docto. an à sententia ¶ lata secundum conscientiam Iudicis possit appellari, ¶ cum aliqui teneant absolutè hoc casu appellari non posse, quoad vtrumque effectum tam suspensiuum, quam deuolutiuum ¶ & retractationem talis sententia solum permitti per viam gratia, misericorditer officium Iudicis implorando, vt illam emendet,

ne erronea conscientia noceat parti, in qua opidentur fuisse Imol. & Gemin. in cap. statutum. §. affessorum. de rescript. in sexto. Aliquj verò uoluerint appellari posse, ¶ & quòd appellatione hoc casu licet non suspendat, tamen deuoluat: cuius opin. videtur fuisse originaliter gloss. in clemen. prima. in verb. oneramus. de iure patrona. quam Paul. & Laur. & Cardin. ibi in effectu sequi uidentur: ¶ Alij autem distinguunt, quòd aut sumus in causa modici præiudicij, & non possit appellari, aut magni præiudicij, & tunc possit, prout considerabat Baldus in l. secunda. C. de rebus credi. Alij demum simpliciter & indistinctè dixerint appellari non posse, non declarando ad quem effectum, suspensiuumne, an etiam deuolutiuum hæc prohibitio referatur, vt videtur decif. Rot. decima octaua, aliàs 443. fuit dubitatum. sub numero tertio & quarto, de concessio. præb. in no. & Ioan. Cephal. in consil. 89. affatim. numero decimo quarto. libro primo. post Fran. qui alios allegat in rubric. de appellatione. numero septimo. de quibus omnibus habetur latè per Geminia. Franc. Imol. & alios in dicto §. affessorum. & per gloss. & Cardin. in dicta clemen. prima, de iure patron. quæstio. decima sexta. per Roman. consil. vigesimo septimo, viso themate. post prin. vbi alios allegat, & consilio 261. super eo. ad fin. Paulus de Cast. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de no. oper. nunciat. Alexand. in l. in provinciali. §. qui opus. de no. ope. nunc. Panorm. in cap. super his. num. 16. de accusat. Fely. in dicto cap. super his. columna 5. de accusa. & in cap. significasti, el primo, de homicid. & plenius in cap. primo. col. 20. versic. & si dicatur conscientia tua, de consti. Andr. Barbat. in cap. ne innitaris. vbi latè de constitut. & in consil. 36. ad propositum. numero 7. & sequen. lib. 2. ¶ vbi triplicem esse conscientiam demonstrat, & nouissimè Iacob. Menoch. in tracta. de arbitr. iudic. libro primo, quæstio. 17. num. 14. vbi & illud subdit, ¶ quòd talis iudex potest etiam sine citatione procedere, quòd fusius posuit nouissimè Ioan. Bapt. de Afin. in sua praxi iudic. §. 7. cap. v. versic. sexto limitatur. in prin. apud quos & alios pereos relatos, de harum opinionum uarietate, & ueritate uideri potest.

Nihilominus sicut supra dicta non procedunt sine difficultate, ita quòd attinet ad propositum nostrū, clarum est ¶ quòd gesta post appellationem interpositam à sententia talis Iudicis non reuocantur per viam attentatorum, sed solum via ordinaria iustitia, vt in his terminis est decisio Aegid. 18. incip. oneratio conscientia. Et merito ¶ quandoquidem secundum omnes ferè suprapostas opiniones, conceditur, quòd huiusmodi appellatione non operatur effectum suspensiuum: Immo illorum quoque opi. qui simpliciter dicebant appellationem prohiberi, ab aliis declaratur, vt procedat quo ad effectum suspensiuum, defecus quoad deuolutiuum, vt declarat expressè Mil. in verb. appellatio. versic. appellari non potest. fol. 15. Vnde si non præsupponitur suspensio iurisdictionis, nec etiam cadit regulariter consideratio attentatorum, vt rectè ponderat Aegid. in dicta decisio. & supra sæpius dictum est, quòd vbi suspensio non datur, nec dantur attentata, Et licet prædicta limitatio uideatur regulariter tenenda: consideratis tamen nonnullis casibus qui ex

Gesta post appellationem interpositam à sententia illius, qui pote rat procedere secundum suam conscientiam non distentur attentata: Quòd si non præsupponitur suspensio iurisdictionis, nec etiam consideratio attentatorum, & duobus declaratur, & quatuor modis Limitatur, & duobus declaratur, & quatuor modis Limitatur, & duobus declaratur.

qui ex dictis doct. in suprā allegatis locis, secundum diuersitatem opi. elicipi possunt, nonnullę etiā huic propositioni possunt accommodari limitationes, Sit igitur

REGVLA, quod attentata non reuocantur, quando sumus in appellatione interposita à sententia Iudicis, qui secundum suam conscientiam pronunciare poterat, vt in dicta decif. Aegid. 18. & præcipuè ea ratione, quia talis appellatio non inducit effectum suspensiuum per suprādicta.

LIMITA

11 Primò, quando non est simpliciter onerata Iudicis conscientia, sed cum hac clausula est appositum aliquod verbum, vel qualitas respiciēs iustitiam, puta ad iudicium tuę conscientię, vel simile: quia tunc debet seruari iustitia, & iuste procedi, & ab eo possit appellari, & eius sententia corrigi, ad tex. in c. qualiter. el. de accus. & per illum tex. tradit Franc. in c. statutum. §. affessorum. sub numero 5. vers. potest etiam limitari. de rescrip. in 6.

12 Secundò, quando superiori appareret quòd appellatio hoc casu esset interposita ex aliqua rationabili causa: quia tunc debet sibi deferri secundum Card. in dicta clem. 1. q. 16. de iure patr. post Laur. in eodem loco. Vnde si defertur, ergo quicquid fieret post delationem videretur attentatum, ex vi delationis, iuxta ea, quę latius diximus suprā hoc eodem cap. in quinta sublimitatione primę limitationis princip. huius regulę, de attentata appellatione pendente. numer. 66. & seqq. dum vniuersaliter deduximus, quòd per delationem Iudex abdicat à se omnem iurisdictionem. Vnde gesta per eum dicerentur gesta sine iurisdictione.

Tertiò (retenta opinio. Bal. in l. 2. C. de rebus cred. quem refert, & sequitur Franc. in dicto §. affessorum, sub dicto numero 5. vers. sed vide. & Mil. in dicto verb. appellari non potest. folio 15. vbi etiam allegat eundem Bald. in c. 1. in titulo quando Mil. Vas. qui cõtumax est) vt procedat quando sumus in causa modici præiudicij, secus si magni, quia tunc appellatio operabitur effectus suos.

Quartò, videtur posse limitari, vt procedat, nisi superior vigore dictę appellationis Iudici à quo cum dicta clausula dato inhibuisset, vt colligitur ex mēte Card. in dicta q. 16. ad med. dum secutus Laur. ibi dicit properabit assignare portionem de qua ibi, antequam fiat inhibitiõ per 14 superiorem, quasi sentiat (& bene) quòd Iudex etiam datus sub dicta forma nõ possit vltra procedere, postquam fuisset inhibitus, cum hoc nõ sit nouum (vt suprā sæpius diximus) quòd multoties inhibitiõ operatur effectum attentatorũ in casu, in quo citra inhibitionem attentata non darentur, de quo dicemus etiam latius infrā suo loco. capit. 20. de attentatis post inhibitionem, in 1. ampliat. nu. 1. & seqq.

DECLARA præmissa, Primò, vt ad hoc, vt non possit appellari, talis cõscientia debeat esse cum iudicio discretionis, ad tex. sing. in c. 2. de regul. in 6. & tradit Barbat. in dicto consilio 36. nu. 7. lib. 2. Secundò declara, vt licet appellari nõ possit potest tamen haberi recursus ad superiorem, vt corrigat id quòd malè secundum conscientiam, fuit iudicatum, vt post glo. in cle. 1. de iur.

patro. tradit idem Barbat. ibi. nu. 9.

LIMITATIO XI.

SVMMA RIVM.

- 1 **TAXATIO** expensarum, etiam appellatione pendente citra vitium attentati fieri potest, secundum doctores, & infrā. nu. 6.
- 2 Contrarium tamen videtur verius, & infrā. nu. 7.
- 3 Etiam si Iudex in sententia taxationem reseruauerit.
- 4 Et taxatio huiusmodi reuocaretur per viam attentati.
- 5 Taxatio expensarum non debet fieri nisi post finitam causam appellationis.
- 8 Iudex de iure communi debet seruari rigor Iuris.
- 9 Dispositio fauorabilis ad Iudæos nõ trahitur, sed odiosa.
- 10 Expensarũ taxatio appellatione pendente fieri potest, (sic) vbi seruandus est rigor Iuris.
- 11 Taxatio expensarum in continenti post appellationem facta, non subicitur vitio attentatorum.
- 12 Expensę registri causę etiam appellatione pendente taxantur.
- 13 Etiam contra heredẽ defuncti in expensis cõdemnati.
- 14 Taxatio expensarum in causa attentatorum factarum fieri potest etiam pendente appellatione in causa principali.

VNDE CIMA princip. limitatio regulę principalis sit, vt nõ habeat locum in taxatione expensarum: quia Iudex à quo potest etiã pendente appellatione taxare expensas, in quibus condemnauit, quia tunc non dicitur innouare, sed potius declarare pronũciatum. Hanc limitationem specificè ponunt Maranth. in specul. suo in 3. parte sextę partis principalis. q. 2. num. 186. & Pet. duen. in reg. 42. numer. 18. motus vterque autoritate Lap. (qui simpliciter id dixit) in alleg. sua. 82. incip. in causa matrimoniali. nu. 8. & Felyn. in cons. 13. incip. tertius condemnatus. nu. 2. eandem pro limitatione in hac materiã ponit nouissimè etiam Manfred. in libr. 2. partic. conclus. super attentata. conclus. 73. vbi solum allegat Lap. & Maranth. vbi suprā, quę simpliciter refert nouissimè Io. Bapt. de Asin. in sua prax. iudic. §. 32. cap. 2. in 68. ampliat. sub numero 3. & iterum Manfred. conclus. 119. vbi solum citat Guid. Pap. in tractatu de appellatione. numero 28. Anima aduertendũ tamen est, quòd quamuis prædicti doct. hanc limitationem simpliciter, & absolutè (& quasi nullam habeat dubitationem) videantur tenere, In rei tamen veritate non modicam cõtinet difficultatem, quoniam contrarium senserunt Ant. de Butr. in c. pastoralis. §. verum. col. 4. vers. vltimo per hęc decretalẽ, & ibi quoq; Dec. col. 5. vers. postremo non omitto. extra de app. quos refert, licet omnino non sequatur Anton. Gabriel. in loco infrā citando, & specificè contra eam est decif. Rot. 43. aliàs 635. si dominus. de re iudic. in antiq. vbi voluerunt domini, quòd pendente appellatione à diffinitiuã t etiam si Iudex in sententia reseruauerit sibi taxationem expensarum, illam tamen facere non debet, nisi causã ad eum reducat, vbi & illud subdunt, quòd ita seruat palatiũ, & melior decif. 46 aliàs 831. nota, dic quòd si feratur. eo. tit. in antiq. tvbi amplius volunt, quòd huiusmodi taxatio reuocaretur per viam attentati. Ad idem est decif. Rot. 25. aliàs 90. nota, quòd vbi Iudex. de re iud. in antiq.

Expensarum taxatione pendente facta non censetur attentata secundum veriores opin. Quę quatuor modis limitatur.

in antiq. vbi dicitur, quòd quamuis de rigore taxari possent, tutius tamen est non taxare, quod etiam referendo dictam decif. tradit Stephan. Aufrer. in addit. ad decif. Tolosan. 465. Contra hanc limitationem est etiam alia decif. Aegid. Bellam. 382. si succumbens, vbi voluit quòd huiusmodi expensę non debent taxari, nisi post finitã causam appellationis, motus ea ratione, quia semel fuit sententia appellatione suspensa, cõtra quam facit etiam, quod modernis temporibus senserunt domini in vna Cæsaraugustana dotis sub die 2. Iunii 1561. Coram Paleotto, vbi lata erat sententia in partibus, & interposita appellatio, & commissa in curia, & ea pendente processit Iudex ad taxationem expensarum, & cum pars peteret procedi super negocio principali, & ad excusanda attentata allegaretur, quòd taxatio expensarum non causat attentata, Domini dixerunt prius esse cognoscendum de attentatis, tacite sentientes, quòd taxatio illa esset attentata, vt patet in recollet. Paleotto. decif. 358. incip. fuerat lata. Ex quibus decif. satis apparet, quantum sit dubitabilis hæc limitatio. Si tamen eã retinere velis, ne res auctoritate carere videatur, adde quod vltra Lap. in dicta alleg. & Felyn. in dicto consilio, & alios suprā allegatos, est etiam in terminis dicta decif. Cappel. Tolos. 465. Itẽ fuit quęstio an Iudex, & Guid. Pap. sing. 349. incipien. appellatio nõ impedit, quem refert, & sequitur Henric. Ferrand. in addit. ad repert. Nicol. de Mil. in verb. appellatio manifestè friuola. fol. 14. & secundum hanc limitationem, quòd ita practicatur in curiis senescalcorum nemausensis, & carcassone restatur idem Aufr. in dicta addit. ad decif. 465. Capell. Tolos. & tradit nouissimè etiam Ant. Gabriell. commun. conclus. libro sexto, de reg. Iur. conclus. tertia. numero 54. vbi præter aliquos ex suprā allegatis in id citat etiam Præposit. in cap. pastoralis. §. verum. colum. fin. vers. per istam litteram. de appellatio. & Fely. in cap. significauerunt. col. 6. vers. quibus adde Rotam, de exceptio. & Rebuff. in l. quod iussit. in 2. notab. numer. 155. ff. de re iudicata, & nouissimè Mandos. in addit. ad dictam alleg. Lapi. 82. in verb. taxari expensę, vbi alios in id citat. quibus adde Prosper. Caraut. Ritu. 298. num. 24. vbi tamen id limitat non procedere quando fuisset inhibitiõ. Sed in hac opinionum diuersitate conclusiuè procedendo, & veritati, & æquitati inhærendo hanc Vndecimam limitationem reformandam esse censeo, & in ea negatiuè regulam concipiendam, & certas sibi limitationes accommodandas, per quas, quæ in contrarium allegari possunt, facile concordari valent: sit itaque

REGVLA, quòd nec etiam expensarũ taxatio appellatione pendente fieri potest per suprādicta, Quam conclusionem relatis etiam dictis opin. finaliter firmat nouissimè Ioan. Bapt. de Asin. in sua prax. Iudic. §. 32. cap. 12. per tot. numer. 5. vers. verum si rectè. Quam

LIMITA,
 1 Primò, quando essemus in casu t in quo rigor esset seruandus, vel de iure communi, vt in Iudæis, glo. in c. 1. de Iudæ. quam sequitur, & comprobatur Blanc. in tractatu de compromiss. in 3. q. prin. nume. 47. in verb. Hebræi. & similiter refert, & sequitur Soci. in cons. 63. in præsentia consulta-

tionem. numer. 17. libr. 1. & Aug. Bero. in cons. 28. in causa. nu. mer. 41. libr. 3. & ceteris fusiis Natta in cons. 620. circa. per tot. libr. 3. vbi de huiusdicti veritate differitur, t cum & aliàs ad eos non trahatur dispositio fauorabilis, sed bene si sit odiosa, vt tradit Brun. in tractatu de rebus dub. in prima parte in capitu. de dubia dispositione respectu illius personæ. col. 10. vers. hinc dicimus. fol. 7. vbi se remittit ad latius per eum dicta in tractatu de statut. excluden. fœmi. in 6. articulo princip. in primo membro. quæstio. 3. Vel rigor seruandus esset ex forma rescripti, t ita procedat decifio Rot. 25. aliàs 90. not. quòd. de re iudicat. in antiq.

11 Secundò, quando taxatio t fieret in continenti post appellationem, cum tunc non videatur aliquid de nouo Iudex facere, & ita procedat dicta decif. Tolos. 465. & ita credendum est, quòd intellexerint Lap. Maranth. & alij, qui simpliciter dicebant, taxationem expensarum fieri appellatione pendente, videlicet quòd fiat de rigore, prout in hac 2. limitatione, quæ multis comprobari possit, quæ cumulat Tiraq. in tracta. de retractu conuention. §. 1. gloss. 5. numer. 1. & multis seq. dum deducit, quòd ea, quæ incontinenti fiant dicuntur inesse.

12 Tertiò limita t in expensis regestis, quia illæ etiam pendente appellatione taxantur, & ita procedat dicta decif. Aegid. 382. Quod dictum ex his, quæ ibi Aegi. ponit, amplia, vt procedat t etiam contra heredem defuncti, & in expensis cõdemnati, vt latius.

14 Quartò limitari potest t vt non procedat in taxatione, quæ fieret in causa attentatorum, quamuis enim præsupponeremus appellationem super causa principali pendere, & videretur, quòd huiusmodi expensę, tanquam causę, quæ negocio principali esset accessoria (vt aliàs dictum est) deberent regulari secundum naturam causę principalis, & consequenter, quòd essent taxandę post tres instantias secundum Rotam dicta decif. 46. aliàs 831. no. dic. de re iudic. in antiq. Ni hilominus fauore attentatorum possunt taxari etiam ante prolationem sententię in causa principali, vt est decifio Rotæ 37. aliàs 454. nota si fiat. de re iudi. in antiq. vt adnotauimus etiam infrā in 3. parte, capit. 30. de priuileg. attentata. in 22. priuileg.

AMPLIATIO XII.

SVMMA RIVM.

- 1 **SEQUESTRYM** contra possessorem appellatione pendente, regulariter fieri non debet.
- 2 Sequestratio possessionis secundum formam clem. ad compescendas de sequestrat. poss. & fruct. etiam appellatione pendente fieri potest.
- 3 Possessionis sequestratio in causa profana post appellationem facta censetur attentata.
- 4 Etiam si fieret ad tollenda scandala, melius infrā, numero 22.
- 5 Sequestrum in causa beneficiali in sententia decretum exequi potest appellatione pendente, etiam si fuerit appellatum à sententia, & ab omnibus inde sequitis.
- 6 Appellatione pendente sequestrum in beneficiabilibus Tract. de Attent. x

- fieri potest etiam si non in ipsa sententia, sed paulo post fuisset decretum, puta in sequenti audientia.
- 7 Sequestrari in sententia, decreti vigore etiam spiritualia sequestrari possunt.
- 8 Tertius appellans non impedit sequestrum in sententia decretum.
- 9 Sequestratio decreti in sententia fieri potest, etiam si ab ordinario secundum formam dictae clem. sequestrante iterum appelletur.
- 10 Nisi ipse appellationi detulerit.
- 11 Sequestrum fit appellatione pendente, etiam si non sit in sententia decretum, quando per possessorem fructus dissipantur.
- 12 Immo etiam si de dilapidatione dubitaretur.
- 13 Sequestrum in instantia contra suspectum de dilapidatione non videtur concedendum, quando ille est soluendo.
- 14 Secus in 2. instantia, in qua haec consideratio non adhibetur.
- 15 Timor dissipationis sufficit ad hoc, ut contra possessorem appellatione pendente fiat sequestrum.
- 16 Dissipatione, seu suspitione praesupposita a deuenitur contra possessorem appellatione pendente ad interdictum, ne bona stabilia alienent.
- 17 Iudex a quo contra suspectum de dissipatione, potest decernere sequestrum.
- 18 Ante tamen, quam sit appellatio praesentata Iudici ad quem, & per superiorem recepta secundum communem opinionem.
- 19 Appellatio ab executione pendente fit sequestratio.
- 20 Praesertim si sumus in re mobili.
- 21 Etiam si possessor non sit suspectus, atque etiam si appellaretur ab excessu executionis.
- 22 Sequestrum ad tollenda scandala etiam appellatione pendente fieri potest, secundum aliquos.
- 23 Ex officio tamen Iudicis, non ad instantiam partis.
- 24 Vel saltem ad instantiam appellantis, non autem ipsius appellati.
- 25 Descriptio fructuum appellatione pendente an fieri possit.
- 26 Verio: opinio videtur, quod sic.

DVODECIMA Principalis limitatio fit in actu sequestrationis possessionis, quauis enim appellatione pendente, regulariter contra possessorem appellatam non debeat fieri sequestrum, cum integer debeat esse illius status, ut dicit Card. in dicta clem. 1. q. 22. verum si verò proceditur, nihilominus ad propositum nostrum etiam pendente appellatione fieri potest in quibusdam casibus, nec dicitur attentari.

1 Primus est, quando sumus in sequestratione secundum formam clem. ad compescendas, de seq. poss. & fruct. videlicet, quando in sententia lata in 1. instantia in causa beneficii contra possessorem, est etiam decretum sequestrum iuxta dictam clem. & a tali sententia sit interposita appellatio, qua pendente, & illa non obstante fit huiusmodi actus sequestrationis, ut tradit Card. & omnes docti. in dicta clem. aliam enim si effemus in causa profana, vel non extaret suspitio dilapidationis, ut in proximo casu dicemus, si Iudex post interpositam appellationem deueniret ad sequestrationem possessionis, utique tamquam attentatum veniret reuocandum, ut est deci. no. 4. Afflic. 98. pulchrum est dubium, si etiam si fieret ad tollenda scandala, ut tetigimus supra, in 7. ampliatio reg. princip. numero 2. Sed praesup-

posita causa beneficii, & quod sequestrum fit decretum in sententia actus sequestrationis factae per ordinarium appellatione pendente valet, & non dicitur attentatum, ut ponunt docti. in dicta clem. & est deci. eiusdem Afflic. loquentis in causa beneficii. 152. fuit dubitatum. nu. 6. & alia deci. Cassad. quinta. dubitatum, per totam praesertim. verum sed maior pars dominorum, de seq. poss. & fructu. ex cuius dictis ad regulam hanc quae in hac limitatione potest poni, videlicet, quod huiusmodi sequestratio valeat, & non sit attentata, possunt colligi nonnullae ampliaciones.

AMPLIA Igitur,

5 Primò, ut procedat etiam si sit appellatum a sententia diffinitiva, & ab omnibus inde secutis, quae verba licet viderentur proprie referri ad decretum sequestrari, & per consequens specialiter suspendere sequestrationem, de qua agimus. Nihilominus valet, & tenet talis sequestratio non obstante huiusmodi forma appellationis, in tantum, ut tale sequestrum violans puniatur, ut ibidem per eum.

6 Secundò, ut procedat non solà, quando processum est ad decretum in ipsa sententia, verum etiam quando decerneretur paulo post puta in sequenti audientia, ut sentit idem ibi ad fi. verum praeterea nunquam, ea ratione, ut credendum est, quia quae in continenti sunt, videntur inesse. l. lecta. ff. si cert. pet. cum infinitis propemodum adductis per Tiraq. de retract. conuentional. §. 1. gloss. 5. in princ. & per totam.

7 Tertio, vltra eum ibi amplia, si ut sequestrum hoc casu intantum valeat, ut vigore huius decreti possint sequestrari non solum temporalia, sed etiam spiritualia, secundum Oldrad. conf. 161. quem refert, & sequitur Stephan. Aufr. in addit. ad deci. Tolof. 477. aliquis lite pendente, in finalibus verbis additionis.

8 Quarto, ut si hmoi sequestratio non impediatur per appellationem interpositam a tertio praetendente interesse, ut est deci. Rot. 11. aliàs 349. no. quod si feratur. de sent. & re iudicat. in antiq. & deci. 4. aliàs 390. si feratur, de seq. poss. & fruct. in no. & no. Mil. in verb. sequestrum poss. & fructuum. Quae ampliatio aliquibus videri potest forsitan superflua, & extra omnem dubitationem, ex quo si appellatio rei principalis non impedit, ut supra firmauimus, multo minus appellatio tertij deberet impedire: motiua tamen, quae pro contraria opinioe allegari possunt, nec pauca sunt, nec leuia, quae apud dominos ibi videre poteris.

9 Quinta, ac vltima ampliatio sit, ut procedat etiam si ab ordinario sequestrate secundum formam dictae clem. interponatur appellatio, nam non obstante hac secunda appellatione, nihilominus valet sequestratio, ut tradit Card. in dicta clem. prima. 9. notab. & ibidem qu. 13. quem refert, & sequitur Maranth. in Specul. suo. qu. 2. tertij partis sextae partis principalis. nu. 182. & eundem Card. in hoc simpliciter refert, & sequitur Pet. Duen. in 10 reg. 42. nu. 15. quod tamen intellige, si nisi ipse ordinarius appellationi detulerit, quia tunc non potest vltra se introrittere, ut post Paul. tradit Card. dicta q. 13.

11 Secundus casus considerari potest, in quo actus sequestrationis fit pendente appellatione, etiam si non sit in sententia decretum, quando per possessorem

quando per possessorem fructus dissipantur
Quod ampliatur quatuor modis

tem fructus dissipantur ad c. fin. de seq. poss. & fructuum, & ponit eleganter Stephan. Aufr. in dicta addit. ad deci. 477. post princ. post Bart. in l. Imperatores. per illum tex. in fi. de appellatio. & post Bart. in dicta l. Imperatores, & Specul. in titulo, de appellatio. §. nouissimè. in prin. & doct. in l. ab executore. C. quorū appel. nō recip. & Fran. in cap. cum teneamur. col. 3. de appellatio. tradit Maranth. vbi supra. nu. 177. Quibus adde Soci. regula 459. incip. sequestratio. in 1. limitatione, & Ant. Corset. in sing. suis, in verb. appellatio incip. regula est, limitatio prima, & post Specul. Lancel. Corad. de pratore. §. 2. de offic. prator. in caus. civil. in cap. de appellat. sub numero 2. verum primo, cum reus, & nouissimè in recollet. Put. deci. 3. incip. sequestrum. de seq. poss. & fruct. vbi

12 similiter dicit, sequestrum esse concedendum, quando dubitatur, de dilapidatione bonorum: ex quorum dictis ponendo, & in hoc secundo casu hoc dictum pro regula, possunt similiter colligi ad eam infra scriptae ampliaciones.

13 Prima, ut procedatur ad huiusmodi sequestrum, etiam si possessor esset soluendo, quando sumus in causa appellationis, si nam licet aliàs solet in hac materia distingui, quando sumus in prima instantia, an ille sit, vel non sit soluendo, si in secunda tamen instantia, & in causa appellationis non adhibeatur haec distinctio, ut per Aufr. vbi supra.

14 Secunda, ut non requiratur dissipatio, si sed sufficiat timor dissipationis, ut ibidem per Aufr. post Bart. per illum tex. in l. de pollicitationibus. ff. de pollicitat. & cano. in capi. 1. ut lit. pendente, & Vital. de claus. nil nouar. appell. pendente. post princ.

15 Tercio, ut si stante dissipatione, seu suspitione non solum pendente appellatione deueniatur ad sequestrum, ut supra, sed ad interdictum, ne possessor bona stabilia alienet, ut post Bar. in dicto loco tradit idem ibi.

16 Quarto, si quod huiusmodi sequestratio fiat etiam a Iudice a quo, si ante tamen quam sit praesentata appellatio Iudici ad quem, & per superiorem recepta, ut tradit Card. in dicta clem. prima. quaestio. 15. & est communis opinio, de qua restatur Marant. vbi supra. nu. 177. contra Bar. in dicta l. Imperatores.

Tertius casus per Cardin. in dicta quaestione. 19 22. consideratur, si quando sumus in appellatione ab executione, quia tunc fit sequestratio, praesertim si si sumus in re mobili, non distincto an possessor, si sit suspectus, vel non propter magnam praesumptionem, quae est contra victum, qui a sententia non appellauit, sed tantum ab executione, ut ibi per eum latius. Quod amplia ut procedat etiam si appellaretur ab excessu executionis, ut annotauimus infra, in 53. limitat. princip. nu. 30. euitaretur tamen hoc casu sequestratio, si reus, & appellans idoneam offerret cautionem, & fideiussionem, ut post Imol. in l. Imperatores. §. idem rescripserunt. ff. de appellat. & alios per eum allegatos declarat ex recentioribus Aemilian. in conf. 77. diuino. nu. 4. 7. 8. & seq.

17 Quarto casus fecerunt aliquos esse potest, in quo pendente appellatione fit sequestrum, si videlicet ad tollenda scandala, & ne partes deueniant ad arma. ad no. in l. quissimū. ff. de usufruct.

Iudex enim debet rixis, & scandalis obuiare, ut per multa, loquens de sequestro appellatione pendente faciendū, tradit Aug. Ber. o. in consilio 116. pendente appellatione in principio, & per tot. lib. 3. Quae conclusio aduersari videtur his, quae posuimus supra cap. 1. de attent. lit. pend. in 2. ampliatio. princip. dum ex eodē etiā Bero. (qui sibi forsitan parū constans videri potest) firmauimus, quod nec ad tollenda scandala lite pendente fieri sequestrum potest: Nisi concordando opi. dicas, prout etiā ille in dicto cons. nu. 6. sentit, quod ad instantiam partis, sequestrum huiusmodi fieri non possit, & ita procedat, quae dicta sunt in dicta 2. ampliatio.

23 Ex officio autē Iudicis illud fiat, & procedant, 24 quae hic supra dicta sunt: si vel quod fiant ad instantiam appellantis, secus ad instantiam appellati, ut sentit idem ibi. nu. 4. Quae distinctiones licet videantur posse admitti, illis tamen multū obstat deci. Afflic. 98. pulchrum, nisi & illi has declarationes adhibeas.

25 Sed si an sicut diximus supra regulariter extra hos casus non posse pendente appellatione deueniri ad actum sequestrationis: ita etiam pendente appellatione prohibita ceseatur descriptio fructuum: pone enim, quae lata sententia contra possessorem in causa profana, & non praesupposito timore dissipationis, reus possessor appellauerit, & actor appellatione pendente (cum non possit obtinere sequestrum super fructibus, inquit apud Iudicē, quod salte fiat descriptio fructuum, quos putat sibi in fine litis, de iure restituendos, & Iudex appellatione pendente decernat hanc descriptionem fieri debere, an talis descriptio, & decretum debeant tanquam attentata reuocari: casus iste venit aliàs de facto in vna Perusina hereditatis, & quauis in fauore possessoris, quod hmoi descriptio veniret, tanquam attetata reuocanda allegaretur nostra principalis regula, quae omnia gesta pendente appellatione regulariter sunt attentata, si Mihi tamen in casu proposito contrarium visum est verius, considerata alia regula, de qua supra, hoc eodem cap. in quarta limitatione priu. videlicet, quod tendentia in faciliorem exitum appellationis non dicuntur attentata, prout videtur huiusmodi descriptio, per quam non videtur aliquod prauidicium inferri ipsi appellanti, & finita demum causa, sententia habebit faciliorem exitum: quia actor releuabitur per huiusmodi descriptio nem ab onere probandi per testes quantitatem fructuum recollectorum, & iustitia facilius expediretur. Quod non solum ratione praemissa sed & auctoritate comprobabam, siquidem huius opi. fuit Ant. de Butr. Barto. & aliquos supra citauimus in capit. 5. de attenra. accusat. seu inquit. pendente. in limit. 11. regulae ibi positae. numero 21. quod cum procedat in criminali, facilius id dicendum videtur in causa ciuili, prout erat illa.

AMPLIATIO XIII.

SVMMARIUM.

- 1 IVDIX a quo potest pendente appellatione diuersos terminos praesigere.
- 2 Praefixionis actus appellatione pendente factus non est attentatus.
- Nisi pars huiusmodi praefixioni contra iurat, ut numero 3. &.
- Dummodo Iudex appellationi deferat, ut nu. 4. Tract. de Attent. x 2

Sequestrum etiam appellatione pendente fit

Delatum appellationi per Iudicem non censetur si appellanti in primo termino Iuris pro apostolis redeu ti dederit nlium terminum Iuris.

6 Iudex licet terminum, vt supra præfigere possit, illum amen etiam intra tempus termini prorogare non potest.

DECIMATERTIA Principalis sit vt appellatio pendente possit Iudex a quo præfigere diuersos terminos, puta ad iter arripiendum, ad præsentandum se superiori, ad prosequendum, aut ad docendum de prosecutione, & præsentatione, tex. est in c. personas, & in cap. cum sit Romana, & in c. reprehensibilis de appellatio. & dicemus infra in proxima limit. latius, sic iste actus præfixionis, etiam factus appellatione pendente, non est attentatus, hanc limitationem ponit Maranth. in Specul. in 2. parte sextæ partis princ. quæstio. 2. nume. 194. post Specul. Barto. & Card. in locis, de quibus ibi per eum, & Vital. in tractatu de clausula nil nouar. appellatio pendente. sub numer. 2. versic. item potest, & vers. seq. & Pet. Duen. vbi supra dicta regula 42. numer. 5. & numer. 22. qui vltra Mat. allegat etiam in id Paris. conf. 108. numer. 52. libr. 4. Quod autem dictum est Iudicem posse interposita appellatione terminum præfigere, puta ad prosequendum, Intellige Primò, nisi pars huiusmodi præfixioni contradicat vt fuit opin. Federi. de Senis in conf. 28. punctus quæstionis. vers. posset enim, ibi cui non contradixit & c. & not. doct. in dict. cap. personas. præsertim Abb. numer. 11. & Dec. qui alios allegat. numer. 10. & per præmissa quòd Iudex a quo non possit huiusmodi terminum præfigere parte contradicente fuit nouissimè decisum in vna Mantuana attentatorum coram Finetto 2. Decembris 1569. Secundò intellige vt procedat, quando Iudex defert appellationi, secus si non defert secundum Inno. in cap. fin. de accusat. prout eum refert Guid. Pap. in tractat. de appell. quæstio. 88. & ideo si Iudex det terminum Iuris, & in termino appellans rediens pro apostolis habuerit aliū terminum Iuris intra quem appellatus obtineat dari reuerentiales cum termino decem dierum ad prosequendum in forma, & hoc fuerit appellanti intimatum, si appellans non redeat vltra pro apostolis, nec in termino causam committat, non dicitur renūtiare appellationi, & potest causam vsque ad annum, & ex causa biennium prosequi, ex quo Iudex hoc casu non censetur ipsi appellationi detulisse, vt est in recollet. Guid. Bon. decis. 38. si dederit. de appellatio. quamuis hoc non videatur omnino tutum, cum aliqui contrarium sentiant, prout sunt Specul. & Card. relati per Guid. Pap. dicta quæstio. 88. in fi. Tertio intellige vt quamuis terminum præfigere possit, illum tamen prorogare etiam infra tempus termini non possit, vt post Inno. in cap. personas. de appell. animaduertit Guid. Pap. in tracta. de appell. quæstio. 16. & quæstio. 39. Quoniam verò dicti docto. in eadem limitatione ponunt, quòd Iudex eo casu non censetur habere manus ligatas quominus elapso termino suam sententiam exequatur, & sic non distinguunt actum præfixionis ab actu executionis, prout profaciliori huiusmodi intelligentia iudicio meo faciendum fuisset, ideo considerando actum executionis, separatim ab actu præfixionis, de eo in sequenti limitatione

particulariter dicemus.

AMPLIATIO XIII.

SUMMARIUM.

- 1 EXECVTIO appellatione pendente facta non dicitur attentata, si appellans intra terminum sibi præfixum, vel nõ est prosecutus, vel de prosecutione Iudicem non certificauit, & infra num. 4.
2 Quod nesciunt legistæ, & literis aureis est scribendum secundum Roma.
3 Et videtur etiam esse communis opi. Quod limitatur nisi terminus fuisset præfixus parte contradicente, vt num. 8.
Etiam si pars, quæ instaret pro reuocatione attentatorum aliis in eadem causa vsa fuerit huiusmodi præfixione termini, & sub illius prætextu se aliis ab attentatis excusauerit, vt num. 9. Et 4.
Etiam si contradictio non fuerit in ipso actu præfixionis, sed longè post, vt num. 10.
Dummodo non fuerit facta contradictio post lapsum termini, vt num. 11.
5 Iudex a quo si intra terminum præfixum non fuerit per appellantem de prosecutione certificatus, potest sententiam exequi etiam appellante aliter non citato.
6 Sententiæ executio per Iudicem a quo appellatione pendente fieri potest, quando appellans de prosecutione Iudicem non certificauit, etiam si fuerit iusto impedimento detentus.
7 Executio facta post appellationem, ex eo quia appellans de prosecutione Iudicem non certificauit, retractari potest per viam iustitiæ, licet non per modum attentati.

nō esse tāquā attentatū reuocandum, secundū terminos totius tituli, nil nouari appellatione pendente, ex quo clarè cōstare pot, quod vis eorū, quæ in hac limitatione dicuntur per docto. potius consistit in aliqua ratione particulari, cuiuslibet actus de quibus supra (prout re vera ex infra dicendis apparebit) quàm in natura ipsius appell. ab excommu. Et propterea pro pleniori intelligentia, commodius, ac dilucidius quilibet horū trium actuum potest deferuire pro particulari nostræ regulæ limitatione, ponendo in vna quaque illarum regulam cum suis necessariis limitationibus. Præsertim, quia in actu absolute illius docto. videntur confundere vnum casum cum alio, vt dicemus infra, suo loco in 23. limitatione principali huius cap. Vnde reformando conclusionem, dic quod regula nostra. Vigesimo primo limitatur, vt non procedat, & in actu denunciationis excommunicati, qui etiam pendente appellatione ab excommunicatione iam lata fieri potest per Iudicem, & non dicitur attentare, vt est text. in capitu. pastoralis. §. verum, quia (vbi omnes, præsertim Franc. numero tertio,) de appellatione, & tradit Specul. de appellat. §. nouissimè, & post eum ex recentioribus Lancellotus Corrad. de Prætor. §. 2. de offic. prætor. in causis ciuilibus, in capitu. de appellat. sub numero vigesimo, verficulo. quinto quando excommunicatus, & quamuis hoc dictum videatur absolute stante dispositione dicti c. verum, & his, quæ per illum text. tenent domini in decisio. 36. aliàs 426. si decanus. §. ex eodem facto. de procurator. in no. secundum antiquam impressionē, nam secundum modernam cum additio. Papazzo. est decis. 59. aliàs 424. si à diffinitiuā. §. ex eodem facto. de appel. in no. vbi voluerunt, quod denuntiatio & declaratio aliquem incidisse in excommunicationem, non est reuocanda per viam attentati, & per eundem tex. Mar. in speculo vbi supra nume. 167. & Aduertendum tamen est, quod contra hanc conclusionē videntur domini aliàs sensisse contrarium, in decis. enim 51. aliàs 379. si committatur. col. 2. verfic. quicquid sit omnes domini. de app. in no. vbi voluerunt, quod licet prolatio sententiæ, & ipsa excommunicatio valeat, denunciatio tamen, & alia executoria sint per viam attentati reuocanda. Quæ vltima decis. sicut compilatori ibi non multum ardebat, ita nec mihi satis placet ex infra dicendis, & propterea ex mente dominorum in d. decis. 426. forma hanc vigesimam primam limitat. princip. & vt Iudex pend. appellatione ab excomm. possit deuenire ad actum denunciationis, & ista sit

3 10 11 12 13 14 15 16 17 18

praxi iudic. §. 7. cap. similit. 136. verfic. 136. citatio numero secundo. Vnde si vera est ista ratio, non est mirum si Iudex denunciare non prohibetur: appellatio enim quo ad effectum attentatorum suspendit sententiam quo ad iurisdictionem, vt est notorium, ad not. in ca. per tuas. de sentent. excom. & cap. licet. eo. titulo in 6. Vnde si in denunciando Iudex non dicitur exercere actum iurisdictionis, vt volebat Egid. non potest appellatio impedire, aut suspendere denunciationem. Quæ Regula

AMPLIATUR. Primo, vt non solum ordinarius possit, vt præfertur denunciare, & verum, etiam delegatus, vt tradit Franc. in dicto §. verum: quia q. 7. numero 1128. & nisi delegatus detulerit appellationi, & aut superior appellationem receperit, quia his casibus, delegatus non possit denunciare, vt post Innocen. tradit Franc. ibi. Secundo, vt pendente appellatione ab excommunicatione non solum possit fieri denunciatio, verum etiam possit per iudicem deueniri ad aggrauationem, nec reuocentur per viam attentati, si credimus Mil. qui id dixit in suo reper. in verb. attentata post executionem. fol. vigesimo nono: post Rotam dicta decisione 36. aliàs 426. §. ex eodem. de quo infra in prima limitatione huius regulæ.

LIMITATUR. Primo, & nisi per denuntiationem excommunicatus in plus ligaretur, prout potest poni exem plum in casu c. tua. de sentent. excom. vbi incendiarij, & alij de quibus ibi, per denuntiationem, in eo plus ligantur: quia post denuntiationem, & publicationem non possunt absolui, nisi à Papa, vt ibi: talis enim denuntiatio appellatione ab excommunicatione pendente fieri non possit, vt post Imol. not. Franc. in d. §. verum. numer. 25. quæstio. quarta, verfic. quarto quæritur. Circa quam opinionem (licet ego eam tanquam veram tenendam putem) aduertendum tamen censeo, & quod contrarium videtur aliàs sensisse Rote in dicta decisione trigesima sexta. aliàs 426. si decanus. §. ex eodem. dum voluit, quod post appellationem ab excommunicato deueniri possit ad denuntiationem, & ad reaggrauationem citra vitium attentatorum, quod est etiam secutus Mil. vt supra diximus in secunda ampliatione, & tamē clarè apparere videtur, quod per reaggrauationem quis in plus ligatur. & Sed quicquid & Rota ibi senserit, tutior & magis æqua videtur opinio Imol. & Francis. vbi supra, quod post appellationem contra excommunicatum, non possit fieri innouatio sibi præiudicialis, prout esset denunciatio quæ plus ligaret, vel reaggrauatio, quia & licet excommunicatio trahat statim secum executionem, ita vt ille statim sit excommunicatus, vt dicunt domini ibi, tamen non trahit secum executionem cum istis qualitatibus, quod ille non possit absolui nisi à Papa, & quod ultra excommunicationem sit etiam aggrauatus, & reaggrauatus. Vnde respectu harum qualitatium, quæ sunt extrinsecæ, & nō comprehensæ, tanquam connexæ in ipsa excommunicatione, requiritur nouum factum Iudicis, prout est ipsa reaggrauatio, quod debet censeri innouatum appellatione pendente secundum terminos

terminos tot. tit. nil nouar. appellat. pend. & per hoc videtur tolli fundamentum dominorum ibi.

Secundò, limita nisi quis fuisset ignorater excommunicatus, t qui casus potest dari, vt in cap. 19 illud, & capit. penultim. de cler. excom. t nam si talis à die notitia appeller, appellatione pendente non potest fieri denunciatio, vt post Io. And. Imola Lap. & Gemin. pro notabili limitatione ponit Franc. in dicto §. verum, quia numero 26. quæst. 5.

21 Tertiò, t quado quis appellaret à declaratoria aliquem incidisse in excommunicationem à Iure, vel ab homine latam, quia hoc casu appellatio impedit denunciationem: hanc limitationem ponit tam Maranth. vbi supra. nu. 169. quam Pet. Duen. dicta reg. 42. nu. 8. qui in id ambo allegant Fely. in c. cum non ab homine, column. fin. numer. 12. de Iudi. post Roma. & alios de quibus ibi per Felyn. Tu adde duo, Primum, quod ante hos omnes hanc limitationem originaliter posuit (licet ipsi non allegent) Franc. in dicto capi. pastoralis. §. verum, quia, num. 27. col. fin. q. 6. de appellat. & est text. per eum allegatus, in ca. peruenit, el. de appellat. & idem tenet post Felyn. in dicto capitu. cum non ab homine, Capit. decis. 1. in causa domini Comit. nu. 19. & ratio esse potest,

22 t quia à declaratoria excommunicationis in cursu bene datur appellatio, licet ab excommunicatione non detur, vt post Franc. in dict. c. pastoralis, tradit nouissimè Ant. Gabriël. commu. conclus. libro 6. de reg. Iur. conclus. 3. numero 59. vbi multas ad hoc auctoritates cumulat, quas

23 apud eum vide. Cum & aliàs, t qui non potest excommunicare, potest tamen excom. iam latam declarare, vt tradit idem ibi. nu. 41. Secundo aduerte, quod contra hanc limitationem videtur esse deci. Rot. 2. aliàs 49. si feratur. de dolo, & contum. inno. in vltima addit. incipiente quid si appellatur à declaratione, vbi post Lapum in clem. vnica. de seq. possess. & fructuum, videntur domini 24 concludere, t quod is qui à declaratoria appellauit, interim pendente appellatione debet tam in iudicialibus, quàm in extraiudicialibus actibus euitari, & sic patet, quod interim ille est excommunicatus, & per consequens quod etià quando sumus in declaratoria, appellatio non suspendit excommunicationem, & illius effectum. Nisi dicas, quod quamuis domini ibi dicant illum esse vitandum, tamen nihil dicunt, quod Iudex possit deuenire ad actum denunciationis: vel quod referunt solam opi. Lap. in dicta clem. non autem quod illam firment.

Sublimitatur hæc tertia limitatio duobus 25 dis. Et primo, t nisi factum esset notorium, quia hoc casu non obstante appellatione fieret denuntiatio, hanc pro notabili, & vtili limitatione in hac materia dat Franc. in dicto §. verum, quia. q. 6. numero 28. post Io. And. Lap. Imol. & Gemin. 26 de quibus ibi per eum. Secundò, t nisi essemus in declaratoria, quæ solet fieri in obligationibus in forma Camera, licet enim disputetur aliàs an à declaratione incurfus excommunicationis, seu alterius pœnæ appellari possit, vt per Fely. in cap. Rodulfus, in pen. cart. versic. & appellari, de rescript. illud tamè certum est, quod in declaratoria, quæ fit vigore obligationis in forma Camera omnis cessat difficultas, & fieri potest non

obstante appellatione, vt tradit multæ lectionis, ac eruditionis vir, & insignis practicus, ac preceptor meus Ant. Massa. de Galef. in tractatu de obligatione Camerali in 3. parte, in capitu. quod inscrip. sit, reliqua de processu ipso. num. 47. versic. Illud verò est certum, folio 185. Cuius, & si apud me in omnibus semper, & præsertim in illa materia (quam doctè, & eleganter, & cæteris copiosius, tractauit) auctoritas ferè irrefragabilis semper fuerit, ratio tamen quæ ibi ponit (quod attinet ad hanc materiã nostram) videtur hanc limitationem in dubium refricare, dum inquit, quod huiusmodi declaratoria non est verè declaratoria, sed denunciatoria, quoniã hoc est de quo agimus, an denunciatio sit hoc casu permilla.

27 Tertiò, t & vtiliter, nisi essemus in declaratoria lata vigore executorialium, & rei iudicatæ, nam appellatio ab huiusmodi declaratoria non suspendit, iuxta ea quæ ponit Felyn. in cap. ad probationem, de re Iudi. & Abb. in capit. fin. de iur. calum. & Gemin. consilio 99. Quibus moti ita post plenas aduocatorum informationes tenuerunt tandem Domini in vna Salamantina Canonica, & præben. coram Aldobrandino 28. Ianuarij 1564. in qua dubitabatur an optio Canonica, facta per eum qui à declaratoria vigore executorialium appellauerat esset valida tanquam facta ab excommunicato, attento quod cum per puram appellationem effectus declaratoriae non esset suspensus, ille etiam pendente appellatione erat excommunicatus, & non poterat optare, & licet ibi articulus super validitate optionis non fuerit resolutus, firmatum tamen fuit, quod appellatio à declaratoria lata vigore executorialium sententiam non suspendat.

Quartò hæc regula limitatur, vt colligitur 28 ex dictis per Franc. ibidem. numer. 28. t quando essemus in Iudice delegato, & ille appellationi detulisset, quia tunc denunciare non posset secundum Innoc. à Franc. ibi relatum, per text. in cap. cum appellationibus, de appel. in 6. ad quod faciunt ea, quæ supra, hoc eodem cap. in 5. sub limitatione, primæ limitationis principalis. numero 67. & seq. latè diximus, quod Iudex à quo postquam detulit appellationi habet ligatas manus.

29 Quintò, ex intentione eiusdem Franc. t ibi, quando essemus in Iudice delegato, & quamuis ille appellationi non detulerit, superior tamen appellationem admisisset, quia post admissionem à superiore factam, non poterit ultra ad denunciationem procedere. arg. cap. pastoralis. §. præterea. de offic. delegat.

Sextò puto hanc regulam posse vno notabili modo limitari, vt procedat in excommunicatione purè lata, t secus si sub conditione, quia hoc casu si à tali excommunicatione conditionali ante impletam conditionem appelletur, non posset deueniri ad denunciationem: ea ratione, t quia talis appellatio suspendit excommunicationem, & interim ille non est excommunicatus, ergo non poterit denunciari. Quod autem ante impletam conditionem possit appellari, & quod appellatio suspendat, est text. & ibi not. Franc. in 4. notab. in capitu. præterea, el. de appellat. t & tradit etiam Iacob. Henric. in conf. 4. vtrum capitulares. num. 1. lib. 3. quod procedit etiam

etiam si postea impleatur conditio, ea ratione, quia tempore existentis conditionis sententia non potest ligare. Ex quo per appellationem non potest ligare. Ex quo per appellationem est suspensa t & in sententis censurarum conditio non trahatur retro, vt dicit Bald. in dicto cap. præterea, & Franc. ibidem, in glo. 2. col. 2. versic. in eadem glo. nu. 4. & idem ponit Lap. alleg. 73. prælat. n. 4. quod ante eos posuit Io. And. in c. is cui. num. 4. de sententia excom. in 6. facit decis. Rot. 19. aliàs 444. extra Rotam. in finalibus verbis, de dolo, & contum. in no. dum voluit post Inn. t quod si quis probet sententiam excommunicationis latam sub conditione, & non probet implementum conditionis non dicitur probata excommunicatio t cum aliàs tempus appellandi à sententia excommunicationis sub conditione lata incipiat currere non à die prolationis, vt fuit notabile dictum Baldi in dicto cap. pastoralis. §. præterea. nu. 10. de offic. delegat. pro vt, & non post recentiores admonimus infra in 50. limit. princip. in 10. ampliat. & in 10. limit. regulæ ibi positæ. Vnde in excommunicatione conditionalis regula de qua supra merito non procederet.

Septimò videtur notabiliter posse limitari, vt 36 talis t denunciatio pendente appellatione minime fieri possit quando essemus in appellatione ab absoluteione à sententia excommunicationis, vt colligitur ex his, quæ tenuerunt domini in vna Calaguritana, seu Oueten. prætensarum pensionum coram Reumano 29. Nouemb. 1554. in qua cum congregatio, & reformatores fuissent excõicati, & postmodum iudicialiter ab Auditore Cam. absoluti, & per Melchiorum aduersarium ab huiusmodi absoluteione appellatum, qui Melchior cum prætenderet non fuisse seruata formam absoluteionis ob defectum omiffæ cautionis t (affigendo contra dictos informatores cadulones) illos excommunicatos denunciari procurasset: reformatores vero instarent pro remotione cadulorum, & tabellarum, in quibus erant turpiter depicti appellatione pendente publicati, fuit finaliter tentum pro congregatione, & consequenter quod non potuit Melchior appellatione pendente eosita denunciare excommunicatos, & ratio esse potest, quia cum ab absoluteione ab excommunicatione regulariter non detur appellatio, & si de facto fuerit appellatum ille interim remanet absolutus, vt declarauimus supra hoc eodem cap. in præfatione, num. 105. & seq. rationi, & æquitati repugnat, quod possit tanquam excommunicatus ille denunciari, qui verè est absolutus.

LIMITATIO XXII.

SUMMARIUM.

- 1 ExCOMMUNICATIO potest fructibus, & distributionibus quotidianis priuari, etiam pendente eius appellatione ab excommunicatione iam lata.
- 2 Excommunicatus ex quo diuisus est à communione Ecclesie, non debet fructibus Ecclesie alimentari.
- 3 Excommunicatus non facit fructus suos.
- 4 Excommunicatus priuatur fructibus appellatione pendente, illos non recuperat per viam attentati. etiã si obtineat pronuciari excommunicationem fuisse iniustam.
- 5 Bene tamen recuperat per viam quærelæ.

6 Excommunicatus iniuste fructus recuperat.

Excõicatus etiã pendente appellatione potest fructibus, & distributionibus quotidianis priuari. Quod ampliat vno modo.

VIGESIMO secundo principaliter regula nota 1 Vltra limitatur, t vt non procedat in actu priuationis fructuum facto appellatione pendente contra excommunicatum, qui ab excommunicatione iam lata appellauit, quia non obstante tali appellatione, iudex potest illum fructibus, & distributionibus quotidianis priuare, vt est rex. in c. pastoralis. §. verum, vbi Abb. Imol. & Franc. num. 20. & seq. de appell. & post eos hoc in spe. q. 2. 3. partis, sextæ par. princ. nu. 168. & Pet. Due. n. d. regul. 2. nume. 8. & ratio est secundum 2 Marant. vbi supra t: quia excommunicatus ex quo est diuisus à communione ecclesie, non debet fructibus ecclesie alimentari: pro quo facit 3 quod aliàs dicimus t, quod excommunicatus non facit fructus suos, vt post alios hodie est deci. in recoll. Put. 1. in tit. de sent. excom. incip. excõicatus, & alia in recoll. Tho. de Tan. 26. incip. in vna Brixien.

AMPLIA dictum huius limitationis,

Primò, & notabiliter, vt in tantum hæc priuatio teneat t vt si ille in processu causæ obtinuit pronuciati excommunicationem fuisse iniustam, fructus tamen deperditos per viam attentati non recuperat ea ratione, quia illa priuatio, & innouatio fuit legitime facta, secundum Fran. in d. §. verum. num. 21. bene tamen recuperare poterit per viam quærelæ, vt ibidem per eum, & ad hoc vltimum tacit decid. Tho. de Tan. 26. incip. in vna. vbi voluit, t quod is, qui iniuste fuit excommunicatus fructus recuperet.

LIMITATIO XXIII.

SUMMARIUM.

- 1 ABSOLVERE excommunicatum iudex potest non obstante, quod ab hoc fuerit appellatum, & infra, nume. 3.
Et talis appell. licet non suspendat absoluteionem, operatur tamen, quod ipse appellans non potest ali quid inuolare, vt nu. 7.
- 2 Iudex à quo regulariter potest absoluteone excommunicatum sua appellatione pendente, tum quia videtur reuocare gratiam, tum quia absoluteio videtur tēdere in faciliorem exitum appellationis.
- 3 Excommunicatio etiam iniuste lata ligat.
- 5 Absoluteio licet sit iniusta, tamen soluit.
- 6 Absoluteionis actus est fauorabilis.
- 8 Absoluteio ab excommunicatione, quæ non posset fieri nisi cognito de iniustitia cause principalis per iudicem à quo appellatione pendente fieri non potest.
- 9 Absoluteio ab excommunicatione pendente appell. non est dēdē, quando appellationis fuit renunciatum, & absoluteio petere: ut in modum reuocatio nis excommunicationis per viam attentati.
- 10 Appellatione à sententia suspensionis, vel interdicti pendente, potest quis denunciari, priuari fructibus, & absolui se. un. t. ea, quæ d. et. s. int. in appellatione ab excommunicati. ne supra 21. 22. & hac 23. limitatione.
- 11 Appellatio sicut non suspendit sententiam excommunicationis, ita nec interdictum, aut suspensionem.
- 12 Excommunicatio, interdictum, & suspensio regulariter equipantur.
- 13 Interdictum, & suspensio possunt fieri quandoque sub modo, & ad aliquod tempus suspendi.

Tract. de Attent.

y

Pendete
appella
tione po
test quis
absolui
ab excōi
catione.
Quod
vno mo
do Am
pliat.
& duob.
Limita
tur.

14 Secus in excommunicatione.
15 Appellatio interposita 30 tempore, quo in edictū est
suspensum, dicitur interdictum suspende. e. & ope
rari effectum suspensuum.

VIGESIMO tertio fallit in actu absolutio
nis ab excommunicatione, quæ fit etiã pend.
appel. vt supra dictum est in princ. 21. limit. & tra
dit post Spec. in §. nouissimè. de appel. Lancello.
Corra. de Pratore. §. 2. de offic. prat. in caus. ciui.
c. de appe. sub nu. 21. vers. 10. quando. Circa quam
limit. aduertendum puto, quod licet Marant. in
supradicto loco, nu. 169. confusè cum aliis acti
bus enumeret actum absolutiois, idem tamen
ibidem num. 189. ponit hanc specificè, & pro di
uersa limitatione, & bene, quia si nos intelligimus
de absoluteione concedenda pēdente appellatio
ne à sententia excommunicationis iam lata, pro
ut ille loquitur d. num. 166. vtique nulla erit ratio
forfan specialitatis huius limitationis. ¶ Quia iudex
à quo id facere poterit, tū ex generali ratio
ne, quod iudex potest reuocare grauamen, tum
ex alia ratione: quia potest explicare ea omnia,
quæ tenderent in faciliorem exitum ipsius appel
lationis, vt non obscure fenfit Franc. in d. ca. qua
fronte. col. 5. in pen. intellectu ad illum text. vers.
sed certè Innoc. de appel. si verò intelligimus de
absoluteione danda, non obstante appellatio
ne aduersarij, qui nolebat excommunicatio ab
solui, & quatenus absolueretur appellabat, pro
ut verè loquuntur doct. in d. c. qua fronte. tunc il
lorum dictum (licet sit verum in se) tamen non
faciebat ad limitationem, quam ponebant ipsi,
qui loquuntur de appellatioe ab excommunicatione:
ideò reformando (vt supra) dic quod regu
la nostra generalis fallit

Vigesimo tertio in actu absolutiois ab ex
communicatione, qui fit per iuricem à quo, non
obstante, quod præcedat legitima appellatio,
puta, si quis sit excommunicatus pro manifesta
offensa, & ad hoc vt verè possit absolui debeat im
pendere aliquam satisfactionem, & iudex inten
dat etiam non facta debita satisfactione illū ab
soluere, & antequam is absoluat, aduersarij
ab hoc grauamine legitime appellet. Nam pen
dente hac appellatioe, iudex à quo potest abso
lutionem impertiri, & talis absolutio valet, vt est
tex. in d. c. qua fronte. & ibi Franc. col. 5. versic. ex
prædictis omnibus tene menti. & iterum col. 7.
quæst. 4. & ista sit

REGLA quã duplici ratione confirmat Frac.
ibi post dominos de Rot. decif. 7. aliàs 399. si pro
nuntietur. de senten. excommu. in no. tum quia
4 ¶ sicut excommunicatio etiam iniuste lata, ta
men ligat ¶ etiam talis absolutio, licet sit iniusta,
tamen debet soluere, cum absolutio, & excom
municatio paribus passibus ambulent, ¶ tū etiã
6 quia actus absolutiois, tanquam fauorabilior
est magis sustinendus. l. Arrianus. ff. de actio.
& oblig. cum similib.

Amplari potest regula prædicta vt sicut ap
pellatio præcedens non suspendit absolutioe
subsequens, ita & multo minus appellatio
subsequens suspendit absolutioem iam con
cessam. Immo talis appellatio operatur etiã ef
fectum suspensuum, vt ea pendente non sit in
nouandum, præsertim per appellantem, & ideo
in vna Calaguritan. seu Oueten. præsentiarum

penfionum, cum congregatio, & reformatores
Cisterciens. fuissent prius excommunicati, & de
inde per Auditorem Cameræ absoluti, & aduer
sarius ab huiusmodi absolutiois sententia ap
pellasset, & pretendens per congregationem
non fuisse præstitam cautionem, de qua in dicta
sententia, cædulos affixisset, & pro parte co
gregationis instaretur pro remotione dictorum
cedulorum, & tabellarum, coram Reumano,
29. Nouem. 1554. fuit resolutū, p. congregatione.

LIMITA eandem regulam,
Primò quando præcedente legitima appella
tione fuisset quis excommunicatus, & sic nul
liter, & veller hanc excoicationem reuocari, pe
tendo se absolui, & denunciari non ligatum, ¶ &
8 cognitio huius absolutiois non posset fieri, nisi
cognito de iniustitia causæ principalis, tū enim
talis absolutio dari non potest, vt videtur casus
quem considerat ibi Frac. col. 3. in gl. secunda, in
c. sollicitudinem, de appell.

9 Secundò ¶ quando illi appellatioi fuisset re
nunciatum, & peteretur huiusmodi absolutio
remedio attentatorum, quasi ista absolutio sit
reuocatio actus excommunicationis post, & co
tra legitimam appellatioem, latæ, tunc enim
datur, vt fenfit Aegid. decif. 670. si contra, vers.
licet secus crederè in reuocatione attentatorū.

10 Declara etiam ¶ vt hæc omnia quæ dicta sunt
in his tribus proximis limitationibus, dum locu
ti sumus de actibus, qui citra vitium attentato
rum fieri possunt pendente appellatioe à sen
tentia excommunicationis, intelligenda sunt, vt
procedant etiam penden. appellat. à sententia

11 suspensionis, vel interdicti: ¶ nam sicut sententia
excoicationis non suspenditur per appella
tione, ita nec interdictum, aut suspensio. c. is
cui, de senten. excommu. in 6. Mil. in verb. appel
latio, sicut. fol. 8. ¶ Vnde sicut in hoc casu equi
parantur, ita & in casu dictarum trium limita
tionum videntur equiparari probabiliter posse,
cum non appareat diuersa ratio: Illud tamen
quoad suspensionem, & interdictum animaduert
endum est, quod quamuis appellatio ab inter
dicto, seu suspensione non retardet executione,
vt dictum est ¶ quia tamen suspensio & interdi
ctum possunt fieri sub modo, & quandoque etiã
ad aliquod tempus suspēdi, ad not. in c. dilectus.

14 vbi Franc. in 6. not. de appel. ¶ (Quod non est in
15 excōmunicatione) ¶ si tēpore, quo interdictum
& suspensionis sententia sunt ex causa suspensa,
interponatur appellatio, per huiusmodi appel
lationem dicitur suspendi & interdictū, & etiam
sententia suspensionis, vt not. Franc. in d. c. di
lectus. in 8. not. Qui erit vnus casus, in quo equi
paratio supra facta non procederet.

LIMITATIO XXIII.
SUMMARIVM.
1 APPELLATIONE in interposita à sententia in
fauore matrimonij lata, aliquo casu licet inuolare.
2 Maritus teneatur prestare alimenta vxori etiã pen
dente appellatioe per eum interposita à sententia
in fauorem matrimonij lata.
3 Et hoc de equitate.
4 Sententia super matrimonio lata, tacitè videtur con
tinere præstationem alimentorum.
5 Appellatio non datur à sententia super præstatione
alimentorum.

LIMITATIO XXIV.
SUMMARIVM.
1 APPELLATIO regulariter non potest à sententia
lata in iudicio possessorio secundum communem
opinionem.
2 Appellatio à sententia in iudicio possessorio lata re
gulariter non facit attentata, & infra nume. 8. &
num. 9. Quod
Ampliat. duobus modis vt numero 10. & nu
mer. 12.
Limitatur quatuor modis, vt numero 14. 15. 16.
& 18.
3 Appellatio in possessorio non operatur effectum su
spensiuum, sed solum deuolutiuum, & ideo non re
tardat executionem secundum opin. Bart.
Quæ verissima dicitur. nu. 4.
Et secundum eam fuit decifum per totum consiliū
Regium Neapolitanum, num. 5.
Illaque est de iure omnium curiarum Delphinatus,
num. 6.
Ac demum magis communis opin. ac frequentio
ri calculo approbata dicitur. num. 7.
10 Appellatio in omni possessorio tam recuperandæ, &
adipiscendæ quam retinendæ, atque etiam in Sal
uiano interdicto non facit attentata.
11 Saluiano interdicto intentato non datur appellatio, &
in eo cessant attentata.
12 Pendente etiam tempore ad appellandum si fiat exe
cutio sententiæ in possessorio lata non dicitur atten
tata.
Nisi loquamur de iure canonico, vt num. 13.
14 Possessorium si sit mixtum tunc appellatio à sententia
in eo lata facit attentata.
15 Sententia si sit euidenter iniusta, etiam in possessorio
facit esse locum appellatioi, quæ operatur effectū
Traç. de Attent. y 2

penfionum, cum congregatio, & reformatores
Cisterciens. fuissent prius excommunicati, & de
inde per Auditorem Cameræ absoluti, & aduer
sarius ab huiusmodi absolutiois sententia ap
pellasset, & pretendens per congregationem
non fuisse præstitam cautionem, de qua in dicta
sententia, cædulos affixisset, & pro parte co
gregationis instaretur pro remotione dictorum
cedulorum, & tabellarum, coram Reumano,
29. Nouem. 1554. fuit resolutū, p. congregatione.

Præsertim

6 Præsertim quoad effectum suspensiuum.
7 Alimentorum futurorum causa non admittit appella
tione, quoad effectum suspensiuum, sed datur ad
deuolutiuum.

8 Alimenta futura dicuntur etiam ea, quæ debentur à
die motæ litis.

9 Collecta vbi imponitur an lite, seu appellatioe pendē
te fiat executio distinguitur, vt hic remissiuè.

10 Vt usufructu in prima instantia petito (si feratur senten
tia pro eo, à qua sit appellatum) cogitur tam reus
etiam appellatioe pendente illum prestare.

Ad solu
tione
alimen
torum, &
collecta
poteat ap
pellatio
pendē
te quis
cogitur

VIGESIMO QUARTO limita ex intentione
Afflic. decif. 152. fuit dubitatum per totam,
¶ vt non procedat in præstatione alimentorum
1 faciendæ vxori, ¶ quæ obtinuit sententiam in fa
uorem matrimonij per virum qui à dicta sen
tentia appellauit: quamuis enim pendente pri
ma instantia, maritus non præstitit huiusmo
di alimenta, & appellatioe pendente nil sit
3 innouandum, secundum regulam nostram, ¶ ta
men de æquitate in fauorem mulieris hoc casu
per mittitur hæc innouatio: quia maritus cogi
tur alimenta prestare, maximè hac ratione co
4 siderata, ¶ quod sententia lata super matrimo
nio videtur tacitè continere præstationem ali
5 mentorum ¶ à qua non datur appellatio, vt per
6 eum ibi, ¶ præsertim quoad effectum suspensiu
um, vt est in recollet. Guid. bon. decif. 44. in
cip. sub die 17. Octobris. 1552. & iste secundum
eū ibi in fi. est vnus casus addendus alijs quos
ponit Specul. de appellat. §. penul. in prin. in qui
bus appellatioe pendente fit innouatio, & nō
dicitur attentari, ac tanquam attentatum reuo
cari, quod simpliciter (dictam decif. Afflic. alle
gans, secutus est Manfred. lib. 2. præf. conclusio
super atten. conclus. 57. & conclus. 157. Idem
post Afflic. voluit Fabius Monteleon. in sua
praxi arbitraria. in prima parte 6. qu. princ. du
bio 13. numero 13. quem refert, & sequitur nouis
simè Io. Bapt. de Afin. in sua praxi iudi. §. 31. cap.
7. 2. in 2. limit. princip. numero 6. ¶ Et quod in cau
sa alimentorum futurorum non datur appella
tio, quo ad effectum suspensiuum, sed solū quo
ad deuolutiuum, fuit resolutum in vna Romana
status, & alimentorum coram Capizuccho 17.
Octobris 1552. & iterum 5. Maij 1553. vt est decif.
in recollet. Caputaquen. parte 1. 115. incip. cum
8 causa, ¶ & futura dicuntur etiam ea, quæ debent
tur à die motæ litis, vt ibidem in decif. seq. 116.
incip. licet priuilegium, & aliquid per Nat. in
conf. 108. quoniam, post princip. lib. 1. Secus ve
rò dicendum esset, si essemus in alimentis præte
ritis, in quibus appellatio recipitur, ad not. in l.
de alimentis. C. de transact. & tradit post Spe
cul. in tit. de appellat. §. in quibus. nume. 7. Petr.
Duen. in regul. 265. numero 7. & etiam Aret. in
confil. 96. col. fin. Cuius auctoritate nouissimè
Ofasc. in decif. Pedemon. 86. incip. quæsitum fuit.
numero 8. in fin. (iuncto princip. vbi loquitur
de appellatioe) hanc distinctionem extendit
9 etiam ad collectas, sentiens ¶ quod etiam vbi agi
tur de collectis (impositis tamen occasione one
rum præteritorum) non possit lite, seu appella
tione pendente fieri executio, licet aliud sit in
collectis ratione onerum præsentium, in qui
bus (cum imminet damnum publicum) oīra

eum, quem constat esse debitorem (puta quia
sit descriptus in æstimo) etiam lite, vel appella
tione pendente fit executio, vt latius ibi per eū.
Qui ibidem numero 6. vers. quid dicendū. distin
guit (& quidem necessario) inter eum quem
constat esse debitorem collectarum, & eum,
quem debitorem esse non constaret, & pro hac
limitatione optime facit, quod fuit decifum
per dominos in vna Legionen. decimarum co
ram Grato 4. Maij 1565. in qua cum ageretur de
congrua portione dāda quibusdam rectoribus,
& illa fuisset decreta, & ab huiusmodi fuisset ap
pellatum, appellatioe pendente etiam post in
hibitionem facta dicti decreti executio, & insta
retur pro illius reuocatione tanquam attenta
ta, & dubitaretur an pendente lite attentatorū
illa portio taxata esset rectoribus soluenda, &
pro negatiua allegaretur, quia natura causæ at
tentatorum est, vt suspendant omnem aliam
cognitionem, pro affirmatiua verò diceretur,
quod illa portio succedebat loco alimentorū,
quæ patiantur dilationem. Domini tenuerunt,
quod etiam pendente causa attentatorum non
retardaretur solutio dictæ portiois, & alimen
torum. Ad quod facit, quod dixit idem Afflic.
10 decif. 93. si fuit actum ¶ quod si petatur in prima
instantia vsus fructus dotis, & feratur sententia,
à qua sit reclamatum cogitur reus, etiam pen
dente huiusmodi appellatioe talem vsufructu
um prestare.

LIMITATIO XXV.

SUMMARIVM.

- 1 APPELLATIO regulariter non potest à sententia
lata in iudicio possessorio secundum communem
opinionem.
- 2 Appellatio à sententia in iudicio possessorio lata re
gulariter non facit attentata, & infra nume. 8. &
num. 9. Quod
Ampliat. duobus modis vt numero 10. & nu
mer. 12.
Limitatur quatuor modis, vt numero 14. 15. 16.
& 18.
- 3 Appellatio in possessorio non operatur effectum su
spensiuum, sed solum deuolutiuum, & ideo non re
tardat executionem secundum opin. Bart.
Quæ verissima dicitur. nu. 4.
Et secundum eam fuit decifum per totum consiliū
Regium Neapolitanum, num. 5.
Illaque est de iure omnium curiarum Delphinatus,
num. 6.
Ac demum magis communis opin. ac frequentio
ri calculo approbata dicitur. num. 7.
- 10 Appellatio in omni possessorio tam recuperandæ, &
adipiscendæ quam retinendæ, atque etiam in Sal
uiano interdicto non facit attentata.
- 11 Saluiano interdicto intentato non datur appellatio, &
in eo cessant attentata.
- 12 Pendente etiam tempore ad appellandum si fiat exe
cutio sententiæ in possessorio lata non dicitur atten
tata.
Nisi loquamur de iure canonico, vt num. 13.
- 14 Possessorium si sit mixtum tunc appellatio à sententia
in eo lata facit attentata.
- 15 Sententia si sit euidenter iniusta, etiam in possessorio
facit esse locum appellatioi, quæ operatur effectū
Traç. de Attent. y 2

- suspensuum, & impedit executionem.
- 16 Iudex à quo in iudicio possessorio fuit appellatum, si sit inhibitus, non potest post inhibitionem sententiam exequi.
- 17 Iudex, cui est commissa causa cum clausula appellatione remota, licet possit non obstante appellatione sententiam exequi, si tamen fuit inhibitus ultra non potest.
- 18 De iure canonico regulariter etiam in possessorio datur appellatio etiam ad effectum attentatorum. Quod Ampliatur quatuor modis, vt numero 21. 22. 23. & 24. Sublimitatur totidem, vt numero 25. 26. 27. & 30.
- 19 Executio facta post appellationem interpositam à sententia in possessorio lata de iure canonico reuocatur per viam attentati.
- 20 Communis est opinio, quod de iure canonico etiam appellatione pendente in possessorio executio fieri non potest.
- 21 Reuocatio executionis facta post appellationem in possessorio interpositam de iure canonico fit etiam si iudex ad quem non inh. fuisset. Item non ex peccato, quod diffinitiuè pronuntiat super iniuria vel iniuria appellationis, vt numero 22. Item etiam si sit facta pendente tempore ad appellandum, num. 23. Item non solum quando iudex à quo appellatione detulit, verum etiam si illam expressè reuocit, vt numero 24.
- 25 Appellatio etiam de iure canonico non admittitur quando sumus in notorio, & manifesto raptore, aut famosolatrone. Item in possessorio summario, & extraordinario, num. 26. Item in possessorio intentato secundum terminos l. fin. d. C. de edict. diu. Adrian. tol. end. v. num. 27. Quoniam hoc casu etiam de iure canonico attentata non reuocantur, num. 8. Item in locis, in quibus hodie viget constitutio Aegidiana, num. 30.
- 29 Appellatio quando prohibetur censetur prohibita quoad vtrumque effectum tam deuoluiuum, quam suspensiuum.
- 31 Executio facta pendente appellatione, & commissa cum clausula solita, sine praiudicio legitimæ executionis quatenus Aegidiana locus sit, non dicitur attentata si fuerit locus Aegidiana.

VIGESIMO QUINTO Limita, vt non procedat in appellatione interposita à sententia in iudicio possessorio lata, quoniam tunc cum ab ea regulariter sit prohibita appellatio per l. primam. C. si de moment. poss. & cap. fin. §. de possessio. ne. 2. quæst. 6. vt est comun. opin. de qua testatur Dec. in consil. 28. & pro tenui. sub num. 5. frustra videntur considerari attentata: aliàs enim regulare est quod in omnibus casibus, in quibus appellatio de iure prohibetur, appellatio non habet effectum suspensiuum, & iudex absque metu attentatorum potest in causa procedere, ad text. & ibi not. omnes in cap. non solum. ibi præterquam in casibus à iure prohibitis, de appellat. in 6. & tradit post alios quos allegat Roland. in

consil. 77. viso. numero 20. & seqq. libr. 2. Et licet articulus iste an attentata sibi locum vendicet, quando sumus in appellatione interposita à sententia in possessorio lata, pro vera illius resolutione non immerito exposcere videretur, vt hic etiam plenè examinaretur, an & quando à sententia in possessorio lata, tam de iure civili, quàm canonico possit appellari, quia tamè maior pars eorum extra propositam attentatorum materiam videri posset, & nos ea omnia, quæ huius possessorii, & appellationis à sententia in eolata tractationem respiciunt latè complexi sumus in alio tractatulo (quandoque, & propediem forsitan Deo annuente edendo) cui de appellatione in possessorio prohibita, vel permissa titulum inscripsimus, hoc loco ea dumtaxat quæ articulum attentatorum concernunt breuiter subiicimus, in cæteris ad ea quæ vniuersaliter ad materiam appellationis in possessorio facientia ibidem posuimus, lectorem reijcietes. Sit itaque conclusio, tunc quod appellatio interposita à sententia in possessorio iudicio lata regulariter non facit attentata, & ratio esse potest, quia huiusmodi appellatio non operatur effectum suspensiuum, sed tantum deuolutiuum, & ideo non retardat executionem secundum opinionem Bartol. in l. 2. numero 9. ff. de appellat. recip. quam tunc verissimam esse dixit Abba. in consil. 55. in causa, versicul. aliam limitationem, libro 2. & secundum tunc fuisse decisum per totum consilium Regium testatur Afflic. decif. 269. inferiores, illamque veriores esse tradit Ripa. in cap. sæpè, numero 3. de restituend. spol. & esse tunc de filo Curia Delinatus attestatur etiam Guid. Papæ decif. 37. si appelletur, illamque tunc frequentiori calculo receptam esse asseruit Didac. practic. quæstion. cap. 23. sub numero 7. versicul. secunda conclusio, & magis communem esse, post alios etiam est attestatus Petr. de Benintend. in decif. Bononien. 17. quæsitum. numero 5. & eam etiam alij in numeris excutunt, quos dicto tractat. in secunda relatione secundæ opin. sigillatim enumerauimus, & hic breuitatis causa consulto prætermittimus. Quæ opinio. retenta quod talis appellatio effectum suspensiuum non operetur, tunc consequenter ad propositum nostrum cessat consideratio attentatorum, quia vt aliàs diximus tenet contententia, appellatio non suspendit, ergo nec dantur attentata, & e contra, vt per Franc. in c. bonæ, num. 36. de appellat. Quam conclusionem in proprijs terminis nostris attentatorum firmavit nouissimè Manfred. practic. conclus. super attentat. conclus. 131. & licet auctoritates quas allegat non videantur specialiter loqui quoad attentata, sed generaliter de appellatione in possessorio prohibita, ratio tamen supra posita vera est, & omnino concludit ad attentata, & propterea non immerito potest in proposito constitui

REGULA negatiua, tunc quod appellatio in possessorio non faciat attentata, & executio, & alia gesta ea pendente non veniant tanquam attentata reuocanda per supradicta. Quam

AMPLIA,
10 Primò tunc vt procedat in omni possessorio tam recuperandæ, quàm retinendæ, & adipiscendæ, sicut

- sicut enim l. i. C. si de moment. poss. prohibens appellationem secundum commun. opinion. procedit in omni possessorio, vt tenuerunt domini in vna Roman. domus coram Caputaquæ. 14. Octobris 1560. vt est decif. in recollet. eiusdem primo, 222. incip. Aegidiana, ita & in omni possessorio cessare attentata dicendum est, & in specie, quod tunc quando est intentatum Saluiantum attentata, tenuit maior pars Dominorum in vna Roman. domorum in Burgho coram Sarmento 12. Nouembris, 1568.
- 11 Secundo tunc vt executio sententiæ latæ in possessorio etiam si fiat pendente tempore ad appellandum, non veniat tanquam attentata reuocanda, Paris. consil. 108. de bono iure, numero 23. lib. 1. & diximus latius supra cap. 11. numero 27. versic. secundo quando. Nisi tunc loquamur de iure canonico, quia tunc diceretur attentata, vt dicemus infra proximè in 4. limitat. Possent & aliæ ampliaciones accommodari, quæ accommodantur ad aliam conclusionem, quod appellatio in possessorio est prohibita, puta, vt procedat etiam si sumus in persona priuilegiata, & alijs casibus quos sigillatim vbi supra posuimus, in quibus cum aliquid in specie de attentatis per doctores non dicatur, consulto hic ommittimus.
- Limitatur eadem regula pluribus modis, & quamuis pro limitationibus præsentis regulæ possent generaliter accommodari omnes illæ limitationes quæ dantur ad regulam, quod appellatio in possessorio sit prohibita, quia tamen doctor. in omnibus non ponunt aliquid quod specialiter materiam attentatorum respiciat, hic solum eas limitationes subiicimus, quæ particulariter articulum attentatorum, de quo ad præsens agimus respiciunt. Limitatur igitur
- 14 Primo tunc quando possessorium esset mixtum, quia tunc appellatione pendente non posset fieri executio, & si fieret diceretur esse contra titulum non appell. pendente. (& consequenter attentata) vt tradit Paul. de Castr. in consil. 43. videntum, num. 3. lib. 1. & Modern. in annot. ad Aegid. num. 129. & seqq.
- 15 Secundo tunc quando sententia in possessorio lata esset euidenter iniusta: quia tunc non solum doctor. generaliter dicunt dari appellationem, sed (ad propositum nostrum) in specie dicunt quod talis appellatio operatur effectum suspensiuum, & impedit executionem, vt post Alexad. in consilio 77. numero 15. lib. 2. & Iaf. in consil. 60. numero 6. lib. 1. est decif. Pedemon. 25. sub num. 22. versic. fallit autem, & post eam, & Bald. in cap. pastoralis. §. præterea, numero 5. de offic. delegat. & Stefan. Aufrer. in addit. ad decision. vltimam Cappell. Tolosan. tradit nouissimè Menoch. de adipiscend. poss. Remed. 4. numero 854.
- 16 Tertio tunc quando iudici, qui in possessorio pronunciauit fuisset per iudicem ad quem inhibitorium, quia post inhibitionem non poterit amplius sententiam executioni demandare, vt considerabat Stefan. Aufrer. in addition. ad decision. vltim. Tolosan. ad med. versicul. & hoc nisi iudex: Quæ Limitatio in se verissima est, & ex eo comprobari potest, tunc quod in simili dicimus, quod quamuis iudex cui fuit causa com-

missa cum clausula appellatione remota possit regulariter non obstante appellatione ad executionem suæ sententiæ deuenire, vt deduximus supra hoc eodem cap. in octaua limitatione principali, numero 2. & 3. id tamen non habet locum quando iudici à quo fuisset inhibitorium, vt post Franc. in cap. pastoralis, numero 5. de appellat. & alios ibidem allegatos diximus in dicta octaua limitatione numeronono. Sed re vera si rectè ponderetur ista limitatio non multum stringit ad propositum de quo agimus, nam facta inhibitione, attentata resultarent non tam vigore sententiæ ipsius appellationis, quàm ex vi, & efficacia ipsius inhibitionis, quæ facit illicitum, quod aliàs fuisset licitum, vt per multa exempla deduximus infra in secunda parte cap. 20. de attent. post inhibito. in prima Ampliat. princip. per totam.

- 18 Quarto limitatur, tunc vt regula prædicta non procedat de iure canonico, quo iure cum regulariter in possessorio quoad vtrumque effectum tam deuolutiuum, quàm suspensiuum permittitur appellatio, vt latissimè deduximus vbi supra in relatione secundæ opin. de qua ibi, sequitur quod etiam considerentur attentata, & in proprijs terminis tunc quod si hoc casu pendente appellatione facta fuerit executio illa debeat per viam attentati reuocari, post Inno. in c. pastoralis, de offic. delegat. Bald. in consil. 379. sequitur. numer. 10. lib. primo. quod etiam ex recentioribus post Inno. Gemin. l. mol. & Alex. tradit Zuccard. in l. fi. numer. 442. & 446. versic. quæ omnia. C. de edict. diu. Adrian. toll. reprobata quadam Aret. opi. contrarium sentientis: Pro qua facta. etiam quod dixit Aug. Bero. q. 52. an iudex. sub num. 8. versic. & hanc opi. quod tunc pendente huiusmodi appellatione sententia de iure canonico non potest mandari executioni, & quod hoc communiter tenetur: Quæ Limitatio Ampliatio nonnullis modis potest, & tres colliguntur ex his quæ ponit Ale. in consil. 99. visis processibus. lib. 5. Primò tunc vt ista retractatio, & reuocatio fiat etiam si iudex ad quem non inhibuisset. Secundò tunc fiat etiam non expectato, quod diffinitiuè pronuntietur super iniuria vel iniuria ipsius appellationis. Tertio, tunc vt procedat non solum quando executio fuisset facta post appellationem interpositam, verum etiam si sit facta infra tempus datum ad appellandum, Quod etiam sentit Bald. in consilio 366. quanquam. numero 4. lib. 3. dum dixit, quod etiam in possessorio infra tempus ad appellandum non potest sententia executioni demandari quando ordo furis, & Iudiciarius est prætermisus. Quarto, tunc vt procedat non solum quando iudex appellationi detulit, verum etiam si appellationem expressè reiecerit, nam & hoc casu si fiat executio non valet, vt colligitur ex his quæ notabiliter ponit Paul. de Castro in l. 3. C. de appellat. quem refert, & sequitur Iaf. in consil. 187. circaprimum. col. sexta. vers. quarto accedat, lib. secundo, & nouissimè etiam Roland. consil. 77. viso. numero 3. lib. primo: qui voluerunt, quod posito, quod iudex à quo noluerit recipere appellationem, quia dicat, quod causa erat inappellabilis, puta in terminis. C. si de moment. poss. nihilominus non debet aliquid innouare, & Traç. de Attent. Y 3

quod innovata indistinctè reuocantur, quando appellatio de iure tenet, licet nõ fuerit recepta, quoniam talis innovatio inhibetur saltem à iure, tam per d. l. 3. quã per tot. tit. ff. nil nou. app. p. d. Sublimitatur autem hæc quarta limitatio nonnullis modis, in quibus etiam de iure canonico appellatio non facit attentata, & Primo, quando essemus in notorio, & manifesto raptore, aut famoso Latrone, qui nec etiam attentata benignitate Iuris canonici possunt appellare, secundum Roma. in consilio centesimouigesimo quarto, in proposita: per tex. in capitu. cum sit Romana. §. præterea, de appellatiõ. quem refert, & sequitur Aufrer. in addit. ad decif. vltimã Capp. Tholof. circa fi. & Ripa in capitulo sæpè.

26 numero tertio, de restit. spoliat. Secundo, si non procederet in possessorio summario, & extraordinario in quo nec etiam de iure canonico permittitur appellatio, vt per Cagno. in l. in pari. ff. de reg. Iur. & post alios latè tuetur Pet. de Benintend. decif. Rot. Bononien. 79. motu. numero 2. & seq. dummodo in eo iudicio fuerit pars citata ea adhibita causæ cognitio, vt post alios tradit Alciat. in consilio 37. requisitus. sub numero 8.

27 libro sexto. Tertio quando, si essemus in possessorio adipiscendæ intentato secundum terminos, leg. fi. C. de edict. diu. Adria. toll. cum & hoc quoque casu etiam de iure canonico denegetur appellatio. §. si quis, vbi Archid. 2. q. sexta. & defendit Bero. q. 44. per totam, & ante eos fuit opi. Innoc. in capit. pastoralis. num. 3. ver. ad hoc. ibi quid si sine vlla iusta causa appelletur ne hæres immittatur in possessionem. extra de offic. deleg. & in propriis terminis nostris, si quod attentata hoc casu non sint reuocanda expressè dixit nouissimè Manfred. libro secundo practice. conclus. super attent. consilio 140. remissiuè ad Zucard. in dicta leg. fin. G. de edict. diu. Adrian. toll. Qui licet contrarium tenere videatur, vt patet nume. 442. præsentamen sublimitatio tenenda videtur, quia si in huiusmodi possessorio prohibetur appellatio per supra dicta, ergo cessat consideratio attentatorum & illorum reuocatio. c. non solum, ibi in casibus à iure prohibitis. de appellatiõne in sexto, cum & aliàs regulare sit,

29 quod vbi appellatio prohibetur censetur prohibita quoad vtrumque effectum tam deuolutiuum quam suspensiuum, vt per Deci. in Rubrica de appell. nume. 5. & Rolan. in cons. 77. viso. numer. 16. lib. secundo, vbi autem appellatio non habet effectum suspensiuum ibi cessant attentata, vt

30 aliàs sæpè dictum est. Quarto si sublimita, vt nõ procedat hodie regula in locis in quibus est in viridi obseruantia Aegidiana constitutio, quia cum per illam expressè prohibeatur appellatio dicimus habere casum legis, vt considerabat Corn. in cons. 10. præsupposito, littera B. libro quarto, & consequenter cessat consideratio attentatorum, quæ vbi non datur appellatio, non dantur. c. non solum, de appell. in sexto, & dicemus latius hoc eodem cap. in 53. limit. princip.

31 per tot. & propterea si executio facta pendente appellatiõne in huiusmodi possessorio interposita, & commissæ executionis quatenus Aegidiana locus sit non dicretur attentata, etiam si

fuerit facta post inhibitionem vigore dictæ commissionis emanatam, vt fuit resolutum in vna Roma. de Magdalenis coram D. meo Oradino sub die 4. Martij 1569. Quæ sublimitatio, licet posset etiam alijs comprobari rationibus, & auctoritatibus, ne tamen bis idem videamur repetisse, sufficiat tam in hac sublimitatione, quam vniuersaliter in tota hac materia appellatiõnis in Iudicio possessorio ad ea lectorè remittere, quæ latius in sæpius citato tractatulo prosequemur.

LIMITATIO XXXI.

S V M M A R I V M.

- 1 CONTINUANS etiam appellatiõne pendente, non dicitur attentare.
- 2 Lis, vel appellatiõne non debet quinquam sua possessiõne priuare.
- 3 Appellatiõne pendente non debet quis commodo possessiõnis priuari.
- 4 Episcopus, qui à sententiã depositionis appellauit potest appellatiõne pendente suum officium exercere, excommunicare & aliàs sua iurisdictione vti.
- 5 Clericus post legitimam appellatiõnem, excommunicatus, potest pendente appellatiõne, absque aliqua irregularitate celebrare, & prosequi officium suum in diuinis.
- 6 Continuans appellatiõne pendente non dicitur attentare, etiam si appellatiõne esset interposita à sententiã quæ secum traheret executionem.
- 7 Præterquam in sententiã excommunicationis.
- 8 Continuans pendente appellatiõne non dicitur attentare, etiam si appellatiõne prima facie videretur contraria, & expressè iuri contraria sit cum aliquos. Quamuis contrarium videatur verius.

1 VIGESIMO SEXTO Limita, vt non procedat in illis actibus, qui fierent per modum continuationis, quia continuans suam possessiõnem, etiam appellatiõne pendente non dicitur attentare, ad Rot. deci. 10. aliàs 89. Nota, quod vbi de appellatiõne in antiq. nec enim debet illis, aut appellatio quemquam sua possessiõne priuare, vt dicebat aliàs Rot. decif. 24. aliàs 615. nota, quod licet de dol. & contum. in antiq. & post Paris. in cons. 39. non possunt nume. 3. li. 1. & alios per eum citatos, tradit etiam Mandos super tex. de subrogan. collitig. q. 8. nu. 4. & in tracta. de inhib. q. 23. per totam, quibus adde ex recentioribus Aemilianum cons. 72. viso processu. nume. 8. & ratio est si quia appellatiõne pendente non debet quis commodo possessiõnis priuari. ad sciendum. §. penult. ff. qui satisf. cog. glo. in l. imperatores. §. fin. in verb. aduersario. ff. de appell. & per eam Ias. in cons. 187. circa primum. col. 7. ver. quinto facit. lib. 2. inde est quod Episcopus, qui per diffinitiuam sententiã fuit de positus, si appellauit, potest liberè appellatiõne pendente suum officium exercere, excommunicare, & aliàs sua Iurisdictione vti, vt per Franc. in c. cum teneamur. nume. 8. & in c. sæpè. nu. 35. & in c. ad hæc quoniã. in princ. de appell. Hinc etiam videmus quod si clericus post legitimam appellatiõnem excommunicatur potest pendente appel. absque aliqua irregularitate celebrare & prosequi officium suum in diuinis. Franc. per illiũ tex. in c. ad præsentiam in princ.

princip. de appel. Paris. cons. 28. ad resolutionem. num. 3. lib. 4. & secundum præmissa in hac limitatiõne potest poni

QVADRAGESIMO SECVNDO Fallit regula, & notabiliter, quando per partes fuisset attentatis, & illorum priuilegio renuncia- tum. Vel actus qui prætentatur attentatus dice- retur factus, de consensu partis petentis reuoca- tionem attentatorum, vt etiam diximus supra in hac 2. parte. capitu. 4. de attent. lit. pend. limit. 15. & 16. princip. Quæ limitatio quia potest intel- ligi, vel de attentatis iam commissis, & in esse de- ductis, Vel de cætero committendis, & si loqui- mur de iam commissis, tunc dupliciter hæc re- nunciatio considerari, & fieri potest, aut expres- sè (de quo non videtur dubium, cum quilibet suo iuri renunciari valeat. Iurib. vulg.) & vel tacitè, puta quando attentans appellato non con- tradicente fuisset admissus ad docendum de suo bono iure in negotio principali, quia tunc cessare videtur remedium attentatorum, secundum Paris. in consilio 41. optimum. numer. 37. libro 1.

- 4 Vel si patiatu aduersarium aliquid impetrare, quod respiciat negocium principale, & excludere reuocationem attentatorum, vt fuit latius di- ctum in supra dicta 15. limitat. Si verò loquimur de attentatis committendis, tunc eadem confi- deratio adhiberi potest, quod aut renūtiatio fit expressè & valet per supra dicta, & aut tacitè, & similiter valet, & facit cessare remedium hoc at- tentatorum, & puta si simus in obligatione in forma Cameræ, & vel sit renunciatum omni iuri sibi competenti, & insuper fuerit dictum quod brachium seculare iam obtentum remaneat in suo robore, & c. nam si denuo illud brachium se- culare exequatur, exequutio non potest dici at- tentata, vt latius fuit ibidem dictum. numer. 7.
9 Vel si sit facta promissio, de stando vnica sen- tentiæ (quæ obligatio valet. Rot. decis. 2. aliàs 287. licet

- 11 287. licet appellationi. de renuntiat. in no.) & Vel conuenissent partes, stare sententiæ qualitercun- que ferendæ, cum huiusmodi conuentiones va- leant, & impediunt appellari, ad nõ. per doctor. in le. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis, & post eos in terminis attentatorum Manfred. libr. 2. practic. conclus. super attenda. conclus. 179. Vnde cum hoc casu non detur appellatio, si quid prætentatur attentatum hac appellatione (de facto forsan interposita) pendente poterit dari de renuntiatione ob tacitum consensum & qui consensus partium vbicunque considerari po- test in aliquo actu, semper ille actus excusatur à vitio attentatorum, vt considerauit Rot. in deci- sif. modernis, in dicta 16. limit. citatis, & expres- sè, ac vniuersaliter id annotauit post Hosien. Pa- normit. & Card. in c. constitutus. de appel. idem Manfred. ibidem conclus. 118. & aliàs regu- lare fit, quod partim consensus licitum, & vali- dum reddit, quod erat illicitum, & inualidum, & vt loquens de testibus nõ ritè examinatis, aut post didicita testificata productis, tradit Ias. post alios, in l. i. num. 16. & seq. ff. de feriis.

LIMITATIO XLIII.

SVMMARIVM.

- 1 APPELLATIONE pendente si quid fiat non di- citur attentatum, quando non esset periculum in mora.
2 Iudex à quo sit appellatione pendente absoluat excom- municatum constitutum in articulo mortis, talis ab- solutio non dicitur attentata.
3 Testes senes, & valetudinarij possunt etiam pendente ap- pellatione per iudicem à quo examinari.
4 Et possunt etiam tempore feriato.
5 Ratio est quia periculum est in mora.
6 Probationes tempore pe. iura etiam pendente appella- ti. ne factæ non reuocantur per viam attentati.
7 Iudex ad quem potest testes abfuturos, etiam appella- tione pendente examinare.
8 Executio in criminalibus non retardatur ob pendentia appellationis, quando periculum est in mora.
9 Eti. nisi fuerit ex iusta causa interposita.
10 Iudex (quando periculum est in mora) potest sententiã exequi, & deinde scribere processum.
11 Collectarum debitor. si appellet etiam pendente appella- tione cogitur ad illarum solutionem.
12 Iuramentum sub cuius forma, & præstatione fuit lata sententiã, potest etiam pendente appellatione præ- stari, ne scilicet probatio pereat.
13 Periculum vbi est in mora, receditur à regulis ordina- rijs remissiuè.
14 Cel. ritas vbi est necessaria, appellatio non admitti- tur.

Vbi est periculū in mora actus ap- pellatio- nependē te factus non dicitur atten- tatus, quod per 2 pua exõ plademõ itatur.

QVADRAGESIMO tertio non habet locum regula nostra princip. quando esset peri- culum in mora, tunc enim etiam appellatione pendente (si quid fiat) non dicitur attentatum, vt hanc limit. expressè sensit Rip. in l. admonen- di. num. 193. ff. de iureiur. prout eum refert, & se- quitur nouissimè Ioan. Bapt. de Asin. in sua pra- xi iudic. §. 31. c. 2. in 2. limita. princip. numer. 7. vbi etiam alios in id allegat. Exemplum & si iudex à quo pendente appellatione excommunicatum in articulo mortis forsan constitutum absoluat,

talis absolutio non dicitur attentata, vt expres- sè annotauit Franc. in c. qua fronte, in glo. in ver. decedat, colum. 5. ad med. sub nu. 18. & ibi etiam cæteri doctor. extra, de appel. quod non alia po- tissimum ratione nititur, nisi quia periculum fuisset in mora, si dilata fuisset absolutio, quousque iudex ad quem absoluisset, & sub ista limitatione congruentius cadit illud dictum, quod post Ma- ranth. & Petr. Duen. tetigimus supra limitat. 38.
3 Iudicem à quo posse testes valetudinarios, & senes etiam pendente appellatione. examinare:
4 Iudicem enim ratio quare huiusmodi personæ exa- minari possunt, etiam tempore feriato & est ista, quia periculum est in mora, vt per Ias. post alios in l. i. §. 1. num. 5. ff. de feriis, ita eadem dicendum est, quod sit ratio, quare appellatione pendente examinentur: declarando tamen vno modo, vt ibi. Ad quod facit, quod post Hyppol. de Marfil. fing. 87. & 258. & alios per eum allegatos, ponit Manfred. in dicto 2. libr. conclus. 356. & dum con- cludit probationes tempore perituras factas ap- pellatione pendente, non reuocari per viam at- tentati. Quod, & si in se verum sit, cum in hac ma- teria probationes (ne illæ pereant) multoties re- cedatur à regulis iuris communis, vt dicit Rot. decis. 3. aliàs 110. nota quod causa pendente, de testib. in antiq. Hippol. tamen in dicto singul. 87. nihil dicit, de hoc, & in fing. 258. licet, de hoc loquatur: auctoritates tamen, quas citat, potius faciunt contra, cum dicant & iudicem ad quem posse testes abfuturos appellatione pendente examinare, & nihil dicant, de iudice à quo: Hanc limitationem etiam per plura exempla tenet nõ uissimè Menocch. de recuper. poss. reined. 17. nu- mero 40. vers. qua ro vndecimo, vbi etiam alleg. Hippol. in dicto singu. 258. licet eius exemplum de testium examinatione non satis probet, vt la- tius ibi per eum: Huc quoque pertinet id, quod dixit aliàs Boer. decis. 153. numer. 3. & quod in cri- minalibus, & etiam pendente appellatione, etiã ex iusta causa interposita nõ retardatur execu- tio, quando periculum est in mora, & quo casu (inquit idem Boer. decis. 259. num. 5.) potest iu- dex exequi, & deinde scribere processum. Aliud etiam præsentis limitationis exemplum afferri potest, & videlicet in eo, qui conuentus (tãquam debitor, & descriptus in arstimo) ad collectarum solutionem appellaret: quomodo si agatur ad solutionem collectarum præsentium, & quæ si non exigerentur immineret aliquod danum publicum, vtique etiam pendente hac appella- tione cogitur ille ad solutionem, vt post Ang. in l. fin. in fin. C. vbi quis decur. vel cohorta. & alios latè per eum allegatos eleganter prosequitur nouissimè O fasc. in decis. Pedemont. 86. quæ sitū fuit, per tot. & latius posuimus supra in hac secū- da part. c. 4. de attent. lit. penden. in 25. limit. prin. vbi nonnullas etiã limitationes adnotauimus, quæ huic quoq; exēplo congruunt: dic, vt ibi. Ad quæ limit. & illud redigi potest, quod ex Bart. & Salyc. in l. generaliter in fi. princip. C. de reb. cre. si cert. pet. elicitur, & præstatione fuit lata sententiã, potest præstari etiam pendente appellatione, ne scilicet probatio pereat, & quamuis alia quo- que reddi ratio posset, quam tetigimus supra in 40. limit. tamen etiam ista per docto. assignatur, Tract. de Attent. z z

& facit plurimum ad verificationem limitationis, de qua agimus. Circa quam multa cumulari possent, in quibus t̄ quando periculum est in mora, receditur à regulis ordinariis, de quibus per doct. præsertim Dec. in cap. dilecta. ad fin. versic. & hoc verum, de conf. vtil. vel inutil. & per Hippol. de Marfi. in l. r. C. de prob. colu. 40. & ex recentioribus per Mandos. super regu. 31. quod commissio caularum, quæstio. 3. nume. 2. & seqq. ne tamen extra propositam materiam diuagare videamur, consulto omittimus, his tantummodo contenti, quæ pendentiam appellationis particulariter respiciunt. Et ratio horum omnium assignari potest, t̄ quia ea, quæ celeritatem desiderant appellationem non admittunt, Specul. de appel. §. in quibus, versic. 8. Franc. in c. qua fronte, sub num. 18. de appel. & est decis. Thom. Grammat. §. 8. magnifica. num. 6. post Bart. & alios in l. fin. ff. de appell. recip. vnde si non datur appellatio, nec cadit hoc casu attentatorum consideratio, vt sæpè supra dictum est.

LIMITATIO XLIII.

SVMMARIVM.

- 1 APPELLATIO interposita per vnum in parte & partibus contra eum facientibus, non facit attentata quoad eum, qui non appellauit, nec causam commisit.
- 2 Appellatio interposita per vnum in parte, & partibus contra eum facientibus aduersarium non appellatorem non iuuat.

Appellatio interposita, & commissio in parte, & partibus & c. non facit attentata, quoad non appellatorem.

QUADRAGESIMO quarto potest considerari limitatio vt regula non procedat in appellatione interposita, & commissio per vnum in parte, & partibus, quatenus contra eum facientibus, quia si is, qui non appellauit, nec causam commisit prætendat aliquid pendente appellatione fuisse attentatum, & instet pro reuocatione, videtur quod non sit audiendus, quia si daretur reuocatio, vtique appellatio (vt præfertur limitate interposita) esset alicuius effectus in fauorem eius qui non appellauit, & eum iuuaret, t̄ quod esse non debet, quia talis appellatio limitata partem non appellatorem non iuuat, vt est doct. gl. in l. ampliore. in verb. iudicatis, de appel. quam refert, & aliis auctoritatibus comprobatur nouissimè O fasc. in decis. Pedemont. 142. supra scriptæ, num. 27. & Franc. in c. si duobus, colum. 3. num. 9. versic. tertio quæritur, de appellat. cuius auctoritate, ita fuit aliastentum in vna Venetiarum monasterij, coram Nouato 24. Februarij 1548. vt est decis. in recoll. Put. 14. incip. commissio, sub rubr. de appel.

LIMITATIO XLV.

SVMMARIVM.

- 1 APPELLATIO interposita post tres conformes, si in aliquo casu permittitur illa non facit attentata, nec impedit executionem.
- 2 Iudex cui fuit commissio causa appellationis post tres conformes non inhibet statim, sicut inhiberet aliis si esset commissio simplex causa appellationis.

Appellatio post tres conformes non facit attentata.

QUADRAGESIMO quinto fallit regula in appellatione interposita post tres conformes, quamuis enim regulariter hoc casu non datur appellatio, vt in rubro, & nigro. C. ne liceat tertio prouoc. tamen si in aliquo casu datur appellatio, de quo per doct. ibi, & in clem. r. de re iud. illa non impedit executionem, nec est locus

remedio attentatorum, vt post Ioã. And. in c. ex parte, de testibus, & Io. de Imol. in dicta clem. r. in 6. notab. (qui ibi dicit esse casum) tradit Io. Crot. in consi. 101. viso. num. 11. & And. Barbat. in consi. 10. mihi videtur. colum. 3. sub nume. 9. versic. præterea si dicatur. lib. 1. Quod & post Card. & Franc. in ca. tua, de appellat. annotauit etiam Manfred. dicto lib. 2. præct. conclusi. super attent. conclus. 166. Et pro limit. facit quod in simili videmus t̄ quod si appelletur post tres conformes, & causa appellationis committatur, tamen iudex appellationis non inhibet statim, sicut si esset aliis simplex causa appellationis, vt est deci. Rot. 45. aliis 346. si appelletur, de appel. in no. & secundum hanc limitationem stante re iudicata ob tres conformes, fuit resolutum nõ esse attentata, quæ fuissent gesta pendente appellatione ab vltima sententia interposita, in vna Bononien. bonorũ in buscho coram Serafino 10. Iunij. 1569.

LIMITATIO XLVI.

SVMMARIVM.

- 1 SCANDALVM vbi ex reuocatione attentatorũ proueniret, tunc reuocatio cessat.
- 2 Exemplum in exhumatione corporis mortui appellatione pendente facta.

QUADRAGESIMO sexto t̄ limita, vt non procedat regula quotiescunque si fieret reuocatio eorum, quæ prætenduntur esse attentata pendente appellatione inde scandalum proueniret t̄ vt potest poni exemplum in exhumatione corporis mortui appellatione pendente facta, vt sunt decis. Rot. 8. aliis 854. cum partes, vt lit. penden. in antiquis, & decis. 1. aliis 302. nota, de caus. possess. & propriet. in antiq. Quæ licet loquantur, de attentatis lite pendente ex identitate rationis, idem dici potest, quado sumus in appellatione pendente, & specificè in materia appellationis eam ponit nouissimè Menoc. de recuper. possess. remed. 17. nu. 36. versic. quarto octauo, ideo hanc limit. tene, & declara, prout latius diximus supra in hac 2. parte, c. 4. de atten. lit. pend. limit. 13. princip. num. 4. & per totam.

LIMITATIO XLVII.

SVMMARIVM.

- 1 SENTENTIA lata per secundum iudicem pendente appellatione à sententia lata per primum iudicem, etiam super eadem re, & inter easdem partes valet, nec dicitur attentata, quando super eadem re fuit coram diuersis iudicibus (partibus non oppositis) processum.
- 2 Appellatio etiam ab interlocutoria irritat sententiam ea pendente latam secundum aliquos.

QUADRAGESIMO septimo ex not. per Antõ. de Butr. post Compostel. in c. cum M. Ferrarien. nume. 59. extra, de const. potest colligi ad regulam, hæc not. limitatio in qua pendente appellatione ab aliqua sententia potest ferri inter easdem partes, & super eadem re, alia & contraria sententia: Et talis secundæ sententiæ prolatio non subiicitur aliquo modo vitio attentatorum, quinimmo illam primam obtinens, potest se ex illa iuuare

Sententia secunda lata p̄ dent. appellat. à prima sententia, nõ dicitur attentata in casu de quo hic.

illa iuuare, si à secunda non fuerit appellatum, videlicet, quando partibus non oppositis, fuit super eadem re per easdem partes coram diuersis iudicibus processum, nam si primus Iudex ferat sententiam, & ab illa appelletur, pendente hac appellatione, potest alius iudex proferre aliam sententiã, primæ contrariam, & valet, nec dicitur attentare, vt per Compost. & Anton. vbi supra. Quæ limitatio videtur admodum notabilis t̄ cum videamus aliàs, quod sententia lata pendente appell. etiam ab interlocutoria dicitur attentata, & reuocanda, si credimus Frã. qui id dixit in c. interposita. sub nu. 4. versic. 8. limita, de appella. De cuius tamen dicti veritate latius diximus supra in 9. sublim. r. limi. prin. huius regulæ. nu. 106. Vnde si appellatio ab interlocutoria irritat sententiã postmodum latã, multo magis debuisset irritare pendentiam appellat. à definitiua.

LIMITATIO XLVIII.

SVMMARIVM.

- 1 CONSVETUDO, vel statutum quod lata sententia super aliquo beneficio, illa etiã pend. appell. mandetur executioni, & illam obtinens mittatur in possessionem, valet etiam ad excusanda attentata.
- 2 Dummodo talis consuetudo, & statutum sufficienter probetur, & nu. 7.
- 3 Consuetudo potest tollere ea, quæ sunt de iure civili positum, prout videntur esse attentata.
- 4 Consuetudo potest dare, & tollere ab aliquo iurisdictionem.
- 5 Et quando est rationabilis tollit ea, quæ sunt iuris positum.
- 6 Et aliàs consuetudo dicitur esse non leuis potestatis, & multi, ac magni sunt illius effectus remissiuè.

Consuetudo quandoque facit cessare attentata. Idem de statu. to.

QUADRAGESIMO octauo nõ procedit regula supra posita, t̄ quando in loco vigeret consuetudo, vel statutum, quod lata sententia super aliquo beneficio (à qua fuisset appellatum) ille in cuius fauore fuisset lata etiã pend. appell. & illa nõ obstante esset immittendus in possessionem, vt ecclesiæ deseruiatur, & ne diutius vacet, vt de hoc in recollec. A. Aug. videtur esse decis. 9. in cip. vacante, ad quod facit, quod fuit aliàs dictum in vna Toletana Cappellanæ corã D. meo Oradino, sub die 9. Iulij 1567. In qua ad excusandum attentata allegabatur prædicta consuetudo, & quãuis in casu, de quo ibi, non fuerit per dominos admissa, t̄ id tamen prouenit, quia per testes allegata consuetudo non probatur sufficienter: præsupposita enim consuetudinis sufficienti probatione, etiam in illa Toletana, idem sentiebatur domini, quod fuerat ante dictum dicendum in dicta de cif. A. Aug. Pro qua facit, t̄ quia & aliàs consuetudo, vt videmus potest tollere ea, quæ sunt inducta de iure civili positum, prout sunt attentata secundum Manfre. post doct. in c. non solũ, de appell. in conclus. 221. lib. 2. præct. cõclu. super attenda. de quo nos latius diximus supra in 1. part. in præfatione. nu. 43. & iterũ nu. 50. Hinc videmus, t̄ quod consuetudo potest dare, & tollere ab aliquo iurisdictionem, ad no. per gl. in verb. consuetudine. in c. Romana. §. 1. de appell. in 6. t̄ quando est rationabilis tollit ea, quæ sunt iuris positum, vt no. doct.

præsertim Abba. in c. fi. in gl. in verb. vilis. ext. de consuetud. t̄ & aliàs nõ est leuis potestatis ipsa consuetudo, & multi, & magni sunt illius effectus, de quibus habetur late per And. Barbat. in consi. 40. lib. 2. & incõsi. 24. nu. 8. & seqq. lib. 4. & passim per doct. De statuto verò videtur similiter idem posse dici ex his, quæ tenuerunt D. in vna Astoricen. S. Aug. corã Sarmiento 10. Decembris 1563. in qua allegabatur, quod possessio capta pend. appell. non veniebat reuocanda tanquã attentata, quia statuto id permittebatur, quia (vt annotabat ibi Oradinus in suo voto) factũ constitutione permittente nõ dicitur attentatũ reuocabile. & quãuis domini ibi contrariũ senserint, illud tamen fuit prout expressè dixerunt, quia de statuto non apparebat, quasi tacitè sentientes, quod si de statuto constaret contrarium fuisset firmandum.

LIMITATIO XLIX.

SVMMARIVM.

- 1 APPELLATIONE interposita ab institutione de aliquo præsentato per ordinarium facta, si præsentatus & institutus capiat possessionem, dicitur bona secundum aliquos.
- 2 Contrarium tamen obtinuit in Rota, & ratio assignatur. nu. 4.
- 3 Possessio capta per præsentatum regulariter cõsetur attentata, si illam capiat appellatione pendente.
- 5 Institutio præsentati facta extrajudicialiter ab ordinario habet vim sententiæ interlocutoriæ, si verò iudicialiter habet vim definitiuæ.

QUADRAGESIMO nono limita, t̄ vt non procedat in appellatione interposita ab institutione de aliquo præsentato per ordinarium facta: si enim præsentatus, & institutus hac appellatione pend. capiat possessionem beneficij, possessio dicitur bona, quia talis appellatio non impedit apprehensionem possessionis beneficij, si credimus Lãber. qui id videtur dixisse in tract. de iure patro. in 5. arti. 17. q. prin. 2. part. 2. lib. nu. 2. ver. beneuerũ, fol. 337. Cuius auctoritas, licet nõ leuis sit, præsertim in illa materia. t̄ quia tamen quando in cõtingentia facti fuit allegata in vna Neapolitana de Squillagijs corã D. meo Oradino de mense Decembris 1562. illa nõ fuit admissa, & per Dominos dictum, quod eius lectura erat corrupta, prout senserant etiam aliàs plerique ex dominis in vna Bituntina beneficiorũ corã R. de Rubeis, sub die lunæ 16. Iunij. 1561. ideo nec ego in proposito (de quo agimus) admittendam cenleo, t̄ præsertim cũ habeamus claras resolutiones in hoc si in fauorem vnus ex præsentatis feratur sententia, à qua per alterũ sit appellatum, & ille pendente hac appellatione capiat possessionem, talis possessio cõsetur attentata, vt latius diximus supra, c. 4. de atten. lite pend. in quinta illatione regulæ ibi positæ. nu. 531. & multis seq. quibus adde, ita fuisse tentum in vna Lucan. parochialis Caprioli corã Binario 8. Iunij 1571. Et reuera dum Lamberti. dicit institutum posse pendente appellatione ab institutione possessionem capere, loquitur quando institutio non habet vim definitiuam, vt apertè colligitur ex his quæ Tract. de Attent. 2 3

ponit idem ibi in articulo præcedenti, n. 6. in fi.
 4 Quo casu appellatio tanquam ab interlocutoria non debet facere attentata, vt pro regula firmamus supra in l. limit. princi. huius 12. ca. nu. 6. Et profecto doct. dum dicunt præsentatum pendente appellatione posse capere possessionem, loquuntur de appellatione extraiudiciali, vt coligitur, tam ex Lambert. vbi sup. quã ex no. per Franc. in d. c. constitutis. el 2. de appel. vbi tex. loquitur in appellatione extraiudiciali. Quod etiã apparet ex his quæ ponit Gemin. in ca. auaritiã. col. 4. ver. tertius quando fit. de elect. in 6. & ita etiã respondetur ad doct. Abbat. in d. c. constitutis. cum allegaretur aliã in vna Compostellan. coram Chiffanen. 16. Februarij 1554. vt procedat, quãdo ordinarius extraiudicialiter, & summarie instituit, quia tunc talis sententia super institutione censetur interlocutoria, & consequenter appellatio ab ea interposita non facit possessionem postea captam esse attentatã, secus quãdo ante institutionem lis pendebat super institutione faciendã, & super beneficio, quia tunc sententia censetur definitiva, quam distinctionem faciunt etiã doct. in dicto ca. auaritiã, vt ibi per Gem. vbi supra, & secuti eãdem sunt Domini in vna Altoricen. S. Aug. coram Sarmiento 10. Decembris, 1563.

LIMITATIO L.

SUMMARIUM.

- 1 APPELLATIO quando est nulla, & inualida non facit attentata.
- 2 Quod tene fixum cordi dixit Vital. de quo hic.
- 3 Appellatione pendente nihil est inuocandum. Dummodo Appellatio sit aliqua, vel saltem aliquabilis secundum Bald.
- 4 Nullitas appellationis ex pluribus causis contingere potest, de quibus infra à proximè. Appellatio si non est friuola, & casus est appellabilis, potest tamẽ esse nulla, quia sit interposita per minus legitimam personam: & infra num. 41.
- 6 Si per legitimã personam saltem non debito tempore. & infra num. 32.
- 7 Si debito tempore, non tamen coram iudice, & infra num. 171.
- 8 Si coram iudice, non tamen fuit expressa qualitas sententiã, & personã appellantis, & infra nu. 175.
- 9 Si expressio fuit ritè facta, saltem appellatio non fuit pura, sed conditionalis, vt infra nu. 179.
- 10 Si fuit pura, apostolice tamen non fuerunt legitime petiti, vt infra num. 182.
- 11 Si apostoli fuerunt petiti, in aliquo tamen fuit omnis forma statuti loci respectu iudicis ad quem, & infra nu. 192.
- 12 Si forma statuti fuit seruata, appellatio tamen fuit generalis ad omnes iudices, vt infra nu. 195.
- 13 Si appellatio non fuit generalis, ex eo saltem potest dici nulla, quia fuit appellatum ad inferiorem, & infra nu. 199.
- 14 Causa nullitatis ipsius appellationis illa primo allegari potest quod fuerit interposita per minus legitimam personam. Persona ad appellandum minus legitima dicitur, puta seruus, filius familias, Monachus furiosus, excommunicatus, & alij, de quibus hic remissiuè.

- 16 Audientia cui denegatur dicitur persona non legitima ad appellandum.
- 17 Secundum commu. opin. Nisi fuerit denegata in agendo tantum, vt infra nu. 19.
- 18 Nulla dicitur ipso iure gesta per eum cui à lege vita, vel mortua denegatur audientia.
- 20 Procurator reuocatus non censetur legitima persona ad appellandum.
- 21 Appellatio interposita per procuratorem vigore mandati, quod non erat bonum neque sufficiens dicitur nulla.
- 22 Etiam si postea doceret, se habere aliud mandatum sufficiens.
- 23 Executio sententiã aduersus quam fuit petita restitutio in integrum ad appellandum non reuocatur per viã attẽtati, etiã si ille fuerit postmodũ restitutus.
- 24 Decretum irritans licet liget etiam ignerantes in certis casibus, id tamen intelligitur quoad actus nullitatem non quoad aliã pœnas.
- 25 Appellatio interposita per procuratorem, qui tamen sue procuratoris instrumentum parti non int. manit, an dicitur nulla. Et dicitur valida si ille verè erat procurator, vt infra nu. 28. Etiam si præsumptiuè de mandato constaret, vt infra nu. 29.
- 26 Defectus intimatiõis mandati videtur reddere appellationem nullam.
- 27 Intimatio mandati dicitur esse pars appellationis.
- 30 Appellatio licet sit interposita à procuratore eo tempore infra quod verè non potuit habere, e notitiã mandati nihilominus sustinetur, & si de bono iure appellantis constat, impedit sententiã executionem.
- 31 Syndicus alicuius collegij an validè appellet, ita vt eius appellatio faciat attentata?
- 32 Mandatum non requiritur speciale ad appellandũ, s. d. sufficit generale.
- 33 Etiam si procurator appellando possit aliquo casu facere dominum suum incidere in aliquam pœnam.
- 34 Statuto dictante, quod indebitè appellans incidat in pœnã, potest nihilominus procurator generalis appellando facere dominum suum incidere in pœnam statuti.
- 35 Filius pro patre, Dominus pro vassallo, Episcopus pro sua ciuitate, & subditis suis an appellare possint remissiuè.
- 36 Terminus decem dierum datur à iure ad appellandum regulariter.
- 37 Appellatum fuisse non sufficit, nisi probetur fuisse intra decem dies appellatum. Aliã appellatio dicitur nulla, vt infra nu. 44.
- 38 Appellandi facultas non viuut vltra decem dies secundum Alex.
- 39 Terminus decem dierum, qui datur ad appellandum, quomodo computentur.
- 40 Et dicuntur ab initio viles, & quo ad progressum continuu.
- 41 Et computatur de momento ad momentum.
- 42 Secundum commu. opi.
- 43 Et incipiunt regulariter currere à prolatione, & recitatione beneficiã.
- 45 Acceptasse beneficium probare non sufficit, nisi etiam probetur acceptatum fuisse intra mensuram, qui datur ad acceptandum.
- 46 Consanguinitatem probare non sufficit, nisi etiam gradus consanguinitatis probeur.

Appella

- 47 Appellatio regularit. vltra decem dies interponi debet à die recitationis sententiã de momento ad momentum computandos. aliã est de iure nulla.
- 48 Appellatio post decem dies interposita non dicitur esse secundum leges.
- 49 Immo dicitur nulla.
- 50 Adhæsio quæ fit quãdoque ipsi appellationi, vt valeat, debet etiam ipsa fieri intra decem dies.
- 51 Etiam si quis semel adhæsisset, & postquam illi adhæsioni renunciauerat, vel iteum adherere, quia, & hanc secundam adhæsionem facere debet intra dictos decem dies.
- 52 Adhæsio facta appellationi extra decem dies, licet non valeat ad fauorem adherentis, in eius tamen odiũ, & vt aliqua pœna astringatur bene valet.
- 53 Ratificatio quoque appellationis debet infra decem dies datos ad appellandum fieri, aliã non valet.
- 54 Licet aliqui voluerint quod valeat etiam extra dictũ tempus, dummodo fiat intra decem dies adiectione.
- 55 Appellatio ratificatio extra tempus decem dierũ facta valet in præiudicium ratificantis.
- 56 Supplicatio, & querela etiam ipsa est vltra decem dies principi offerenda, & in hoc æquivalentur, vt infra nu. 59.
- 57 Appellatio & supplicatio regulariter non ambulant paribus passibus.
- 58 Recursus, & supplicatio non censentur prohibita, quando appellatio prohibetur.
- 60 Supplicatio intra decem dies est offerenda ad effectũ consequendi commodum fideiussionis, eo casu præstando.
- 61 Supplicatio etiam extra decem dies offerri potest, quando per eam cogitur ad reuocandum grauamen extraiudicialiter illatum.
- 62 Querela, & supplicatio etiam extra decem dies offerri potest, quando agitur ad retractationem alicuius statuti, quod quis pretendit in odiũ suum tanquam particularem personam fuisse factum.
- 63 Dummodo fiat intra annum.
- 64 Appellatio non solum à diffinitiva, verum etiam ab interlocutoria debet intra decem dies regulariter interponi.
- 65 Etiam si finis in interlocutoria putat à reiectione exceptionis.
- 66 Nisi post primam tacitam reiectionem fuerit de nouo secunda facta instantia pro admissione, & iterum fuerit reiecta, quoniam hoc casu appellari potest etiam si lapsi essent decem dies à prima tacita interlocutoria.
- 67 Appellatio ab aliquo actu per iudicẽ facto potest etiã extra decem dies interponi, quando ille actus non habet vim sententiã.
- 68 Quod dictum dicitur esse notandum, & non esse aliibi secundum Mil.
- 69 Iudicis non omnis vox est sententiã.
- 70 Sententia quando non transit in rem iudicatam potest etiam extra decem dies appellari.
- 71 Cautela, vt quis possit etiam extra decem dies appellare, illa datur, vt quis non app. lit. à grauamine sed illud reuocari petat, & anõ reuocatione potest etiam post lapsum decem dierum appellare.
- 72 Appellatio post decem dies etiam de consensu partium interponi valde non potest.
- 73 Consensu partis videtur subsinere appellatio, quæ aliã esset nulla, quia friuola.
- 74 Appellatio extra decem dies interposita, etiã si fuerit (puta per adherentem) prosecuta non conualescit.
- 75 Sententia lata super appellatione extra decem dies interposita est nulla, etiam si super tali appellatione amba partes sponte & scienter processissent.
- 76 Tempus persequendi appellationem non currit, quamdiu ex expresso partium consensu pendet inter eos compromissum.
- 77 Compromissum inter partes factum non retardat cursum decem dierum ad appellandum, vt post illos valde possit appellari.
- 78 Licet aliã casu eueniẽte in ciuitate Lucana fuerit seruatum contrarium.
- 79 Inopia, & iustum impedimentum licet excuset à prosecutione appellationis, non tamẽ excusat ab illius interpositione.
- 80 Dominus qui fuit absens in prolatione sententiã tenetur regulariter appellare intra decem dies à recitatione sententiã, si pro eo interfuit eius procurator, vel fuit verus contumax.
- 81 Quod dictum exclamat Imola, vt hic.
- 82 Illudque omnes tenent.
- 83 Contumacia procuratoris nocet domino.
- 84 Procurator potest nõ appellando præiudicare domino. Præterquam in causis arduis, puta matrimonialibus, vt infra nu. 92.
- 85 Procuratoris contumacia non nocet domino, quando ille non est soluendo, remissiuè.
- 86 Et ita aliã fuit decisum in contingentia facti.
- 87 Dominus, quando procurator, qui non appellauit, non est soluendo auditur per viã restitutionis secundum aliquos. (probetur.)
- 88 Licet alij contrarium senserint, nisi dolus procuratoris.
- 89 Etiam si ille aliã cõter fuisse reputatus diligens.
- 90 Dominus licet habeat regressum contra procuratorem suum, qui non appellauit, quando est soluendo, fallit tamen quando etiam dominus habuisset notitiã sententiã, & non appellasset.
- 91 Minusque à tal. sententia poterit appellare post decem dies, etiam si procurator non esset soluendo.
- 93 Terminus decem dierum ad appellandum currunt domino à die scientiã ipsius procuratoris, nec vltra requiritur scientiã domini.
- 94 Dominus an in dubio præsumatur habere scientiam, eorum, quæ per suum procuratorem geruntur.
- 95 Scientiam eorũ quæ per suum procuratorem facta sunt, non præsumitur dominus habere, quando si cõtra fecerit, incidere in aliquam pœnam.
- 96 Interpretatio stricta est faciendã, quando agitur de faciendõ aliquem incidere in pœnam.
- 97 Probatur fuisse appellatum vltra decem dies nõ sufficit, etiam si fieret per confessionem appellati.
- 98 Confessio partis plurimum attendi solet.
- 100 Præsumitur quis potius proprias quã alienas res vel le curare, & qui iubet præsumitur diligens, & sibi velle acquirere.
- 101 Ignorantia præsumitur in his, quæ sunt facti, secus in his, quæ sunt iuris.
- 102 Appellatum fuisse intra decem dies probari non dicitur etiam si appellans paratus sit iurare, qualiter ille intra dictum tempus appellauit.
- 103 Probatio per iuramentum, licet in multis casibus admittatur, hoc tamen casu reuocatur.
- 104 Appellari intra decem dies à prolatione sententiã, debet etiam à sententia conditionali, abjque eo, quod expectetur implementum dicti conditionis. Præterquam in sententia censurariã, vt infra numero 108.

- 105 *Conditionalis actus ante impl. mentū nō ponit in esse.*
 106 *Etiā si simus in decreto irr. ta. ti. quod aliās solet ignorantes ligare.*
 107 *Sententia conditionalis etiā pendente conditione dicitur aggr. u. re.*
 109 *Restitutus ad appellandum debet intra decē dies post restitutionem appellare. & isti decem dies incipiūt currere à die sententiæ late super restitutione ad appellandum.*
 110 *Arbitri sententia, & ipsa emologatur, nisi infra decē dies ab ea reclametur.*
Præsertim in arbitrio statuto, ut inf. nu. 112.
 111 *Secus est in laudo arbitratoris, à quo etiā vsque ad 30 annos reclamatur.*
 113 *Secundum commu. opi.*
 114 *Intimatio appellacionis coram honestis viris interposita, est etiā intra decem dies faciēda.*
 115 *Itineris arreptio, ac nunciū ad Papam missio, & illius intimatio est similiter intra decem dies faciēda.*
 116 *Paupertas non excusat ab appellando sed à prosequendo remissuē.*
 117 *Nisi essemus in appellacione in scriptis,*
 118 *Appellari post decem dies non potest etiā ab actu quē iudex etiā post decem dies faceret, si ille erat in executionem sententiæ antea late.*
 119 *Condemnatus qui intra decem dies à sententia non appellauit, si post 10. dies citatur ad videndum se declarari condemnatum, ab hac etiā citatione, & monitione non potest appellare post lapsum decem dierum à prima sententia, licet de hoc videatur dubitandum, ut infra. nu. proximo, in fi.*
 120 *Pronunciatio si fiat de exequendo sententiam antea late non potest ab ea appellari, si ab illa sententia non fuisset antea intra 10. dies appellatum.*
 121 *Appellatio generalis ad competentem iudicem, vel alternatiua suslinetur.*
 122 *Secundum commu. opi.*
 123 *Iudicis tamen declaratio est intra 10. dies faciēda.*
 124 *Nisi appellatur ab eo, qui non cognoscit in superiorem nisi Papam, &*
 125 *Nisi in appellacione ad suā clausula videlicet, optionem quo appellacionem prosequi maluerit ubi retenta.*
 126 *Si quis quoque debet intra decem dies appellare, aliās appellatio dicitur nulla.*
 127 *Decem dies qui solent dari ad appellandum currunt etiā apposita nullitate.*
 128 *Attentata post inhibitionem reuocantur etiā si emanauerit vigore appellacionis post decem dies interposita.*
Licet aliqui contrarium senserint, ut infra. nu. 130.
 129 *Iudex à quo licet procedere regulariter possit, quando appellatio non est legitima, si tamen fuit inhibitus non potest.*
 131 *Grauumen ubi est successiuum puta carceratio, & assignatio loci non tui, potest etiā post decem dies ab illato grauumine valide appellari.*
 132 *Grauumen quando est successiuum semper dicitur esse in fieri & grauitus semper dicitur esse infra decē dies datos ad appellandum.*
 133 *Nisi quis appellaret specificē à grauumine iam (puta per mensem) præterito quia tunc malè appellaret, cum respectu præteriti non dicitur verè esse infra decem dies item*
 134 *Nisi Iudex ultra citationem grauuminis, etiā pronūciat carcerationem instam, vel locum tuum, quia tunc debet intra decem dies à tali pronuncia appel-*

lare. item

- 135 *Nisi verba dispositionis concedentis appellacionem sint fundata in causa tractatus successiuū, & reiterabilis, secus si ex causa momentanea.*
Item
 136 *Nisi condemnatus fecerit antea actum denotentem sententiam inferentem grauumen successiuum videri instam.*
 137 *Appellatio extrajudicialis, puta ab electionibus, postulationibus, pronouisionibus, & similibus potest etiā post decem dies interponi ab illato grauumine.*
Licet aliqui contra, ut infra, nu. 139.
 138 *Dummodo sit intra decem dies à die sententiæ.*
 140 *Nisi tamen grauumen à quo extrajudicialiter appellatur haberet vim sententiæ diffinitiuæ, vel interlocutoriæ.*
 141 *Confirmatio electionis obtinet vim sententiæ, & ab ea debet intra decem dies appellari.*
 142 *Contumax fictus non ardetur ad appellandum intra decem à recitatione sententiæ, sed nouitiæ, prout sunt,*
Citatus ad domum, ut nu. 143.
Citatus per edictum, nu. 144.
Citatus in loco beneficii, nu. 145.
Condemnatus per audientiam literarum contradictarum, 146.
Nisi totaliter condemnatus fuisset antea citatus personaliter, procurator, & que constituerit per quorum absentiam fuerit condemnatus, ut numero 147.
Quo casu per restitutionem in integrum talis audiretur, 48.
 149 *Dominus quoque diceretur fictus contumax, si illius procurator, qui fuerat ad sententiam verus contumax non fuisset antea effectus dominus litis.*
 150 *Citatus à Iure similiter dicitur fictus contumax ad supra dictum effectum.*
 151 *Citatio iuris non debet minus operari, quam citatio hominis.*
 152 *Ignorantia præsumitur in absentibus.*
 153 *Ignorans semper est infra tempus appellandi.*
 154 *Contumax fictus in casibus supra enumeratis non appellat post decem dies, si citatus (ut supra) habuerit scientiam citationis, & venire contempserit.*
 155 *Fictus contumax ob contemptum iudicis efficitur verus contumax.*
 156 *Scientia citationis ad sententiam in citato præsumitur, si vltra citationem factam ad domum, ipsa quoque sententia fuerit ad domum intimata.*
 157 *De quo dicto facit festum Bald. de quo hic.*
 158 *Scientia sententiæ debet esse talis, ut quis sciat eam late, & sic late.*
 159 *Sententiæ fides est faciēda per publicum instrumentum.*
 160 *Intimatio sententiæ debet esse talis, ut per eam quis sciat eam late, et etiā sic late, quando fit intimatio per partem.*
 161 *Secus si fiat auctoritate Iudicis, quia tunc sufficit tantum intimare sententiam esse contra se late, licet tenor non inseratur.*
 162 *Intimatio sententiæ non videtur necessaria, quando pars haberet sententiæ, & tenoris illius aliunde notitiam, remissiuē.*
 163 *Contumax in dubio præsumitur fictus, non verus.*
 164 *Appellatio interposita post decē dies valet si hoc statuto, aut consuetudine sit permissum.*

Statutum

- 165 *Statutum, & consuetudo inducere potest, ut etiā post decem dies possit appellari.*
 166 *Reductio ad arbitrium boni viri à laudo arbitratoris licet videatur species appellacionis, potest tamē vsque ad 30. annos peti.*
 167 *Secus in laudo, & sententia arbitri.*
 168 *Tertius potest appellare post decem dies à die sententiæ dummodo iura decem dies à die notitiæ.*
 169 *Venditor à sententia contra emptorem late potest appellare intra decem dies à die scientiæ.*
 170 *Etiā si sciuerit causam agi.*
 171 *Scientia litis non sufficit, sed requiritur scientia sententiæ, ad hoc ut currat tempus ad appellandum.*
 172 *Tempus ad appellandum, ut currat, intelligitur, dummodo fuerit habita copia Iudicis, & appellans habuerit facultatem illum aduendi.*
 173 *Et sufficit habuisse copiam, vel Iudicis à quo, vel ad quem.*
 174 *Iudicis copia haberi dicitur cum ille in publico se ostendit.*
 175 *Appellatio à delatione iuramenti etiā post decem dies interponi potest.*
 176 *Appellatio à sententia excommunicationis conditionaliter lata, etiā post decem dies interponi potest.*
 177 *Tempus appellandi à sententia excommunicationis conditionaliter non currit à die prolationis sententiæ, sed existentis conditionis.*
 178 *Appellatio in dubio præsumitur interposita infra decem dies à die scientiæ secundum aliquos.*
 179 *Quamuis hæc opi. videatur parum tuta.*
 180 *Qualitas hæc intrinseca, quod quis appellauerit infra decem dies est probanda.*
 181 *Probatio ubi requiritur non sufficit præsumptio.*
 182 *Appellatum fuisse infra decem dies non videtur in dubio præsumi.*
 183 *Appellatio ubi permittitur à die scientiæ, gesta post sententiam ante interpositionem appellacionis non veniunt tanquam attentata reuocanda, sed beneficio iustitiæ.*
 184 *Appellatio debet interponi coram Iudice à quo, aliās dicitur nulla.*
 185 *Nisi adsit iusta causa.*
 186 *Dummodo potuerit haberi copia Iudicis.*
 187 *Alias sufficit appellare coram honestis viris.*
 188 *Appellacione interposita debet in ea exprimi qualitas sententiæ à qua appellatur, & qualitas, & nomen appellantis.*
 189 *Appellatio regulariter debet continere nomen appellantis, appellati, Iudicis à quo, & ad quem, super quo, & causam quare appellatur.*
 190 *Nomen appellati si in appellacione ommitteretur, nihilominus appellatio suslinetur.*
 191 *Immo etiā si falsum nomen appellati fuisset expressum, appellatio suslinetur.*
 192 *Appellatio regulariter debet esse pura.*
 193 *Conditionalis appellatio nihil ponit in esse, & ideo processus super ea ante impletam conditionem factus dicitur inualidus.*
 194 *Appellatio nulla non facit attentata.*
 195 *Apostoli si non fuerint petiti, appellatio dicitur nulla.*
 196 *Et debent peti instanter, & instantissime.*
 197 *Nec sufficit sola petitio, sed dato per Iudicem termino iuris aut alio, tenetur appellans pro illis intra terminum præfixum redire.*
 198 *Alias si non redierit, censetur appellacioni renunciasse.*
 199 *Et ita fuit alias iudicatum.*
 200 *Etiā si ab huiusmodi quoque termini præfixione appellasset, &*
 201 *Etiā si Iudex ad quem in citatione per eum decreta narraret apostolos fuisse à Iudice à quo obitos.*
 202 *Apostoli dicuntur esse pars, & de substantia appellacionis.*
 203 *Appellatio non dicitur nulla, quando etiā non petitis apostolis Iudex illi detulit.*
 204 *Appellans non rediens pro apostolis non censetur appellacioni renunciare, si in termino iuris causam appellacionis committi fecerit.*
 205 *Statuti forma in appellando omissa appellatio dicitur nulla.*
 206 *Appellatio ubi est interposita sine debita forma, attentata post eam non reuocatur.*
 207 *Statuto dictante, quod appellatio debeat interponi intra illam diem, qua profertur sententia, potest tamen non obstante statuto intra decem dies qui dantur de iure communi appellari, si ad principē appellatur.*
 208 *Appellatio generalis dicitur nulla.*
 209 *Appellatio debet fieri nominatim ad talem iudicem.*
 210 *Nisi fuisset dictum ad competentes Iudices, secundum commu. opi.*
 211 *Et hoc casu debet infra decem dies nominatim Iudicē declarare, & appellatio intimari illi iudici, quæ ex competentibus appellans elegerit.*
 212 *Appellatio interposita ad maiorem Iudicem est nulla, & non secundum leges.*
 213 *Inhibitio emanata vigore appellacionis, quæ esset ex aliqua ex supradictis causis nulla, facit attentata.*
 214 *Nisi nullitas proveniret ex omissione forme per statutum in appellando introducta secundum aliquos.*
- Q**UINQUAGESIMA limitatio sit (& hæc generaliter, & latior cæteris est, & diligentius attendenda, quia multæ aliæ, quæ possent dari pro diuersis limitationibus, ne numerus infinitum crescat, placuit sub ista complexi) ut non procedat, quando appellatio esset nulla, & inualida, quia tunc gesta ea pendente non dicuntur attentata, ut no. Franc. in capitulo ut debitus. numero 47. de appell. Guid. Pap. decif. 213. statuta. numero sexto. & decif. 476. in titulo de appell. n. 21. & in conf. 124. circa materiam. numero 3. vers. ad secundum, & in tracta. de appell. q. 12. num. 18. Vant. in tracta. de nullit. quædo, & intra quæ tēp. numero quadragesimo octavo, & de nullit. ex de facto Iuris ordin. n. 142. Vit. de clausul. in clausula, nil nouar. appell. pend. nu. 4. ubi post Io. Monach. in c. cupientes. §. de viginti. de elect. in 6. inquit
 1 formaliter tunc tene fixū cordi, quod si petuntur attentata reuocari, & pars opponat, & dicat appellacionem nullam, seu non tenere, & de hoc possit incontinenti docere, tunc nulla debet fieri reuocatio attentatorum, & vltra prædictos facta quod subtiliter, & eleganter posuit aliās Bald. in conf. 367. ad euidentiam. in prin. libro 1. ubi forma
 2 liter dixit quod appellacione pendente nihil debet innouari, dummodo appellatio sit aliqua, vel (ut ita dixerim) aliquabilis: Quibus ad Stefan. Aufst. in addit. ad decisione Tolos. vltimam circa med. Soci. in conf. 45. vifa. sub nu. 13. vers. octaua dubitatio. lib. 1. & post Soci. ubi supra. Natta in consil. 606. approbo. num. 3. lib. 3. & Paris. conf. 108. de bono iure. num. 26. lib. 1. Sed antequam vltorius

rius in hac limitatione progrediamur, aduertē-
dū est, quod nullitatem appellationis in propo-
sito accipimus, & de illa appellatione intelligim⁹,
quæ est nulla, non ex eo, quia sit prohibita à lu-
re, vel ab homine (quia hæc duo capita ob eorū
latitudines, particulares, & de per se desiderant
limitationes, & de prima dicem⁹ abundē in quin-
quagesima tertia limit. prin. & de secunda dixi-
mus supra limit. 9. prin. per totam. Nec de illa,
quæ est nulla, quia friuola, & frustratoria, quia, &
hanc ex eadem ratione particulariter explicauim⁹
supra in limit. 6. prin. per totā. Sed de illa ap-
pellatione intelligimus, quæ præsupposito, quod
potuerit interponi, quamuis non sit friuola, aut
frustratoria, ex aliqua alia tamen causa est nulla:

Nouē cō-
sideratur
causæ ex
quib⁹ ap-
pellatio
redditur
nulla.

4 t& ad propositum de quo agitur nouem videntur
posse considerari casus, siue causæ, ex quibus
appellatio potest effici nulla (ex quarum singu-
lis poterunt quasi totidem exceptiones non inu-
tiles in practica colligi ad impugnandas quando
que præsentas appellationes, & consequenter
ad excusanda attentata) Quæ successiuo ordine,
quasi per gradus ascendentes materiam huius
quingagesimæ limitationis plenē, & integrē cō-
plectentur, & sunt istæ, t̄ quia si appellatio non
est friuola, & cas⁹ est appellabilis potest esse nul-
la, quia sit interposita per minus legitimam per-
sonam, & consequenter nulla.

6 t̄ Si fuerit interposita per legitimam perso-
nam, non tamen debito tempore. t̄ Si in tempo-
re, non coram Iudice. t̄ Si coram Iudice, qui pro-
nuntiavit, non fuit tamen expressa legitimē qua-
litas sententiæ, & personæ appellantis. t̄ Si ex-
pressio fuit ritē facta, saltem non fuit pura, sed cō-
ditionalis. t̄ Si pura non tamen fuerunt petiti le-
gitimē apostoli. t̄ Si apostoli fuerunt petiti, in ali-
quo tamen fuit omissa forma statuti loci, respe-
ctu Iudicis ad quem. t̄ Si forma fuit seruata, fuit
tamen appellatio generalis ad omnes Iudices.

13 t̄ Si non fuit generalis, ex eo tamen, quod fuit ap-
pellatum ad inferiorem Iudicem, appellatio po-
test infringi, & merito dici nulla: Hinc ad singu-
larū harū causarū declarationem descendamus.

14 PRIMAT̄ Igitur causa nullitatis ipsius appel-
lationis illa allegari potest, quod appellatio fuit
interposita per minus legitimam personam, &
quod talis appellatio sit nulla, & non faciat at-
tentata est decisio Rot. 30. aliās 190. quoad reuo-
cationem. de appell. in no. & tradit in terminis
nostris attentatorum nouissimē Port. Imolen.
in consil. 172. posterioris. numero quarto, libro
quarto. t̄ Minus autem legitima persona in pro-
posito illa diceretur, quæ non posset esse in Iudi-
cio, puta seruus, filius fam. monachus, furiosus,
excommunicatus, & alij, quos eleganter enume-
rat Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex de-
fect. in habil. seu mandati. compar. numero quin-
to, & seqq. & per totum quia si iitis denegatur iu-
diciū, ergo, & appellatio quæ est pars iudicij:

16 t̄ Similiter & is diceretur minus legitima perso-
na, cui in aliquo casu denegaretur audientia, &
hoc casu nō darentur attentata, cū nec is appel-
lare possit, vt post Bart. Capoll. in consil. 64. colu-
prima, in fin. notat Manfred. dicto libro secundo
practic. conclus. super attentat. cōclus. 188. de quo
latius per Vant. in dicto tract. de nullit. ex inha-

bil. & defect. mand. numero 53. vbi post Alexan.

17 in leg. 1. §. sub lata. ff. de trebell. t̄ testatur hanc esse

18 communem opi. t̄ quod gesta per eum, cui à le-
ge viua, vel mortua denegatur audientia sunt ip-
so iure nulla. Præmissa tamen de denegata audi-
entia sunt sanē intelligenda de eo cui sit audien-
tia denegata, tam in agendo, quam in excipien-
do, & se defendendo, tunc enim censetur prohi-
bita etiam appellatio t̄ secus si tantum in agen-
do, vt eleganter declarat Franc. in rubr. de ap-
pel. numero ducentesimo quinto. t̄ Idem etiā di-
citur si appellatio sit interposita per procurato-
rem reuocatum, ad no. per Bart. in l. ambiciosa.
C. de decret. ab ordi. facien. Crau. conf. 54. nu. 5. li.

21 primo. t̄ Vel vigore mandati, quod non erat bo-
num neque sufficiens, t̄ etiam si post modum do-
ceat se habere aliud mandatum sufficiens, vt fuit
tentum in vna Meliten. corā Fabio ex no. per Ro-
ma. in consil. 496. & Fely. in cap. cum ex officij. de
præscriptio, vt est decisio in recollet. Acchil. de
grass. 10. incip. appellatio asserentis. sub rubrica,
de appell. vbi inquit, quod ita in dicta Meliten.
fuit tandem tentum, & postmodum in multis
aliis causis. Ex quo inferri videtur, quod si hu-
iusmodi sententia à qua non fuit legitimē appel-
latum sit mandata executioni antequam fuerit
doctum de bono, & sufficienti mandato, talis
executio non censetur attentata, secundum regu-
lam præsentis limitationis, Sed an producto
postmodum bono mādato illa executio veniat
retractanda? Et non esse reuocandam dicendū
videtur, quia fuit legitimē facta, cum nulla fue-
rit legitima appellatione suspensa per regulam

23 leg. factum legitimē. de reg. iur. in 6. sicut t̄ enim

& aliās videmus, quod executio sententiæ ad-
uersus quam est petita restitutio in integrum ad
appellandum non reuocatur per viam attentati
etiā si fuerit restitutus, vt est decisio Rotæ 62.
aliās 446. si lata. in princip. de appellat. in no. ita
nec ista reuocari debet, etiam si postea produca-
tur bonum mandatum. Nec obstat, quod de
silio dominorum superueniens productio boni
mandati soleat validare processum antea cum
huiusmodi procuratore facto, quia termini sunt
dispares, & militat diuersa ratio, si quidem ibi
sumus in fauorabilibus, & agitur de validitate
actus, pro qua est facienda interpretatio, hic au-
tem sumus in odiosis in faciendo incidere in pœ-
nas attentatorum eum, qui obtinuit fieri execu-
tionem, & Iudicem qui executus est, qui vltra
pœnam nullitatis ipsius executionis, alias quo-
que pœnas incurrerent, puta refectionis expēsa-
rum, restitutionis fructuum, & similibus, quæ
præsupposita executione attentata habent locū
contra attentantes, de quibus fusius diximus
infra, in 3. parte capit. 31. de penis attentatorum,
per tot. Et quod quoad actus validitatem, & in-
cursum pœnæ diuersa militet ratio fa. quod in
casu, e conuerso aliās dicitur, quod licet consti-
tutio habens decretum irritans, t̄ liget etiā igno-
rantes si contrauerint, tamen illud intelligi-
tur, vt liget ad effectum, vt actus contra eum fa-
ctus sit nullus, non autem quoad pœnam, vt ele-
ganter declarat Stafil. deliter. grat. & iustit. in §.
octaua forma. sub numero 8. foli. 112. secundum
paruum impressionem. Quid autem si appel-
latio

latio sit interposita per eum, qui verè erat pro-
curator, sed procuratoris instrumentum parti
non intimauit, an appellatio valida censetur?

DECLARA nunc eandem regulam duobus modis,

- 178 Primo, t vt in dubio præsumatur appellatio interposita infra decem dies à die scientiæ, vt per Fel. in dicto c. quoad consultationem. sub nu. 35. post Aegil. decif. 349. incipien. sicut præsumitur, cuius etiam sententiæ videtur Franc. in c. 1. num. 11. & in c. bonæ. num. vigesimo, ver. octauo debet. de appell. vbi ad hoc allegat decif. Rot. 29. aliàs 316. si possessor. de appella. in no. quæ decif. sicuti parum facit, vt aduertit Fel. vbi supra. sub nu. 36.
- 179 ita t & hæc conclusio per eum firmata videtur 180 parum tuta, t tum quia hæc qualitas intrinseca, quod aliquis intra decem dies appellauerit, debet probari, vt dicit Rota decif. 30. aliàs 190. quo ad reuocationem. de appellat. in no. (Ergo si veniat probanda non præsumitur, & si præsumeretur 181 nõ sufficeret, t quia vbi requiritur probatio, præsumptio non sufficit) tum etiam quia in contrarium, t quod immò, quis non præsumatur infra decem dies appellasse, videtur decif. Rot. 13. aliàs 94. nota quod vbi aliquis. de concess. præbend. in antiq. in fine. cui in effectu concordat & alia dec. Rot. 3. aliàs 125. sufficit. de concess. præbend. in no. similiter in finalibus verbis, & hoc, quod licet confer de appellatione interposita, non tamen præsumatur facta intra decem dies, nouissimè tradit Minsinger. sing. obser. centuria 3. decif. 11. incip. non solũ. nu. 2. & propterea de hac eorum opin. valde subsistendum videtur.

- 183 Secundo declarat quod licet supra in quampluribus casibus dixerimus, quod validè appellatur post decem dies à recitatione sententiæ dum modo sint infra decem dies à die scientiæ, in illis tamè casibus gesta post sententiam vsque ad interpositionem appellationis non dicuntur attentata, neque veniunt per modum attentati reuocanda, sed beneficio iniustitiæ docto, & cognito de hoc in causa appellationis, vt tradit Rot. decif. 28. aliàs 187. licet fictè. de appella. in no. quod pro singulari reassumpit Hippol. sing. 87. incip. licet fictè; idè post Rot. vbi supra no. Mil. in verb. attentata pendente tempore. fol. 29. & Vestr. in praxi Ro. cu. lib. 8. cap. 4. col. quarta, vers. generã liter verò. in fi.

Et ex his habes expeditam hanc secundã causam nullitatis ipsius appellationis, quãdo videlicet illa, & si fuisset interposita per legitimã personã, tamen non fuerit facta in tẽpore. Nũc ordinẽ supra

- suprà positum prosequendo, sequitur
- 184 Tertia causa, t quæ potest appellationem nullam reddere, illa est, quando scilicet interposita appellatione per legitimã personam, & in tempore, non fuisset tamen interposita coram Iudice, prout debebat, nam appellatio regulariter interponi debet corã iudice à quo, ad tex. in ca. vt debitus. de appell. vbi Card. Alex. and. col. 6. dicit, qd aliàs appellatio est nulla, & in ca. aliàs. §. bidium. 2. q. 6. no. glof. in ca. suggestum. in vltima oppo. de appell. Innoc. in ca. si iustus metus. de appell. vbi similiter dicit, quod aliàs appellatio t si nõ adest iusta causa, dicitur nulla: Quem sequitur Bald. in l. apertissimi. C. de iudic. Panor. in dicto c. suggestum. Lap. alleg. 39. col. 2. Ang. consilio 126. visis omnibus, & est decisio Rot. 50. aliàs 366. si appelletur à diffinitiuã. de appellat. in no. & decisio. Thom. Gramat. 36. incip. Solon. 186 num. 76. & seq. t Quod tamen intellige, quando potest haberi copia Iudicis, secus si non præsupponimus fuisse copiam Iudicis: tunc enim appellatio, valida est, etiam in eius absentia interposita, t dummodo fiat coram honestis viris, vt expresse dicit Rot. in dicta decisione 50. & alij supra allegati: de quo latius diximus etiam supra in 15. ampliacione principali reg. princip. num. 8. & per totam. Quod si appellatum sit coram Iudice, in tempore, & per legitimã personam, in spiciendum est) & hæc erit
- Quarta causa, quæ potest reddere appellationem nullã) t an in libello ipso appellatorio sit expressa qualitas sententiæ à qua appellatur, etiã qualitas, & nomen ipsius appellantis: cum enim secundum iurisconsultum in leg. 1. §. final. de appell. libelli appellatorij ita sint concipiendi, vt habeant scriptum, à quo dati sint, & aduersus quẽ, & à qua sententia, si huiusmodi qualitates, & expressiones fuerint omissæ, appellatio censetur nulla, & inualida, vt no. docto. in dicto §. fi. & animaduertit etiam Manfred. li. secundo, practi. conclus. super atten. conclus. centesima quadragesimanona. t Quamuis autem regulariter appellatio continere debeat nomen appellantis à quo, ad quem, aduersus quẽ, & super quo, & causam quare appelletur, vt per docto. vbi supra. Ilud tamen prætermittendum non est, t quod si nomen eius, contra quem appellatur, non sit expressum, appellatio tamen sustinetur, per tex. in 191 l. 3. ff. de appella. t Quinimo non solũ procederet appellatio, si nomẽ appellati fuisset omissum, verum etiam si falsum nomen appellati fuerit expressum, puta quia volens appellare contra Alfonso, dixerit quod appellat contra Martinum, nam talis erronea, ac falsa expressio nominis ipsius appellati non vitiat appellationem, vt aliàs fuit tentum in vna Astoricen. Cappellanix Sanctissimæ Trinitatis, coram A. Augustino, sub die 22. Iunii 1552. vt est in recolle. Guid. bon. deci. 40. voluerunt. sub rub. de appell. Ex alio quoque appellatio (si præmissa cessarent) posset ad propositum nostrum censerì nulla, & inualida, & erit
- 192 Quinta causa, t scilicet si appellatio non esset pura, sed conditionalis, puta si aliquis protestaretur se non molestari in sua possessione, & possessionem ab eo non auferri & quatenus auferretur appellaret: t si enim non adimpleta conditione fuerit super tali appellatione processum, ta

lis processus dicitur inualidus, ex eo quia appellatio huiusmodi conditionalis, non adimpleta conditione, nihil ponit in esse, & consequenter processus non habet, vbi se fundet, vt de hoc est notab. decif. in recolle. Acchill. de Grass. decima quarta, petebat. sub rub. de appell. Vnde sicut processus, (vt profertur) est nullus ob nullitatem 194 appellationis, ita etiam ad propositum nostrũ si quid pendente huiusmodi appellatione fuerit gestum, non debet censerì attentatum, cum appellatio nulla non possit operari effectum attentatorum, vt in regula supra posita, in quam partem videtur aliàs in vna Bracharen. monasterij coram Iunio decimo quinto Decembris 1567. ali qui ex dominis inclinasse dicentes, quod si appellatio Cardinalis eo casu esset facta quatenus contra eum sententia subscribatur, & omni meliori modo talis appellatio dicitur nulla, & quod cessant attentata: si verò aliquis ex supra dictis defestibus in appellatione nõ sit commissus, per hoc appellatio non potest omnino dici valida, cum 195 & ex alio dicatur effici nulla, t quando scilicet (& hæc erit

Sexta causa iuxta ordinem præmissum) nõ fuissent petiti apostoli, vt in rubr. & toto titulo de libell. dimissoriis, & in l. eos. §. apostolos. C. de 196 appella. & in l. præfens. eo. titu. t qui debent peti cum magna instantia, instantè, & instantissimè, vt Iudici debitus honor deferatur, vt declarat Rota decif. 49. aliàs 351. si appelletur à diffinitiuã, de 197 appella. in no. t nec sufficit sola petitio etiam cũ instantia, si Iudex de ipsis expressè non respondendo, appellanti terminum Iuris, aut alium cederit, quia tenetur ipse appellans intra terminũ præfixum pro illis ad Iudicem redire, aliàs appellatio non reputabitur valida t & censetur appellans illi renunciaffe. ad text. in clem. quamuis rigor, de appell. & in ca. ab eo. de appell. in 6. no. docto. in ca. personas, extra de appell. per quẽ rex. in dicta clem. quamuis rigor. idem tenet Nicol. Boer. in conf. quadragesimo tertio, incip. videtur. num. 3. & seqq. & ibi in fin. nume. 17. subdit, 199 t quod ita fuit iudicatum: ex cuius dictis 200 test. præfens cõclusio dupliciter ampliari, t Primo, vt procedat etiam si appellans ab huiusmodi 201 di quoque termini præfixione appellasset. t Secundo etiam si Iudex ad quem in citatione per eum decreta narraret apostolos fuisse à Iudice à quo obtentos, quia nihilominus, si appellans in termino præfixo pro illis non redierit, censetur eius appellatio deserta, vt ibi concludit ille, post Mathesil. sing. 21. incip. nota practicam. Veronen. cautela 23. & Fely. in dicto c. personas. post prin. Et ratio quare non petitis apostolis appellatio 202 efficiatur nulla, illa esse potest, t quia apostoli dicuntur esse pars, & de substantia ipsius appellationis, vt tradit Rota decif. 50. aliàs 366. si appelletur à diffinitiuã sententiã. de appell. in no. Quod autem dictum est, quod non petitis apostolis appellatio censetur nulla, & inualida, declara pro 203 cedere, t si Iudex appellationi non detulerit, alioquin si appellationi Iudex deferat, etiam si apostoli non sint petiti, tamen appellatio videtur admittenda propter vim ipsius delationis, vt diximus supra in prima limita: princip. regulã nostrã prin. de atten. appellatione pendente. in sexta sublim. nu. septuagesimo primo, post Paris. & Rota. Tract. de Attent. A 4

land. de Valle in conf. de quibus ibi. quod in terminis de admisione appellationis, quando non fuissent intra terminum præfixi petiti apostoli: 204 posuit etiam Boer. dicto conf. 43. sub nu. 5. Si similiter quod dictum est, quod si appellans habito termino iuris ad recipiendum apostolos non redierit in termino pro illis, censetur appellationi suæ renuntiasse, intelligendum est, nisi appellans in termino iuris, absque eo quod redierit ad apostolis, causam appellationis committi fecerit: cū enim circa hoc in contingencia facti aliās in Rota dubitaretur de desertione cuiusdam appellationis, maior pars dominorum tenuit pro non desertione, vt patet in recollet. Crescen. decif. 75. appellanti. sub rub. de appella. Quod si appellatio fuisset interposita per legitimam personam, in tempore, coram Iudice, cum expressione qualitatis sententiæ, & personæ appellatis, pure, & demum etiam essent petiti apostoli, ex alio tamen posset appellatio impugnari, quia scilicet (loquendo tamen de iure civili) fuerit ommissa forma statuti super appellationibus interponendis loquentis: pone enim & hæc erit

205 SEPTIMA causa) quod statuto cauetur qd a sententiā per talem Iudicem lata, debeat ad certos iudices, vel intra certum tempus appellari, tunc enim si appelletur omissio medio, & non seruata forma statuti, talis appellatio censetur nulla, & inualida, de qua appellationis nullitate tradit eleganter Corn. in conf. 25. attentis. litera C. libro 3. & in consilio 43. in hac consultatione, post princi. eodem lib. Quem allegat etiam Manfred. libr. 2. practic. conclus. super attentata, conclus. 177. vbi in id etiam citat Ruyn. in consili. 83. libr. 5. Io. de Anania. in conf. 51. & Roma. in conf. 2. Pro qua facit ad propositū nostrum, quod ponit Steph. Aufr. in addit. ad decif. Tolof. vltimam 206 circa med. vbi voluit, quod quādo appellatio est inualida, ex eo quia sit interposita sine debita forma, tunc attentata post eam non reuocantur. 207 Vnum tamen regulariter circa hoc de statuto nota, quod si statutum dicit, quod appellatio debeat intra illam diem, qua profertur sententia interponi, poterit nihilominus appellatio interponi ad principem intra decem dies, prout est tempus iuris communis, non obstante statuto, quia illud intelligitur, quando appellatur ad iudices statutarios, secus si appelletur ad principem: cuius potestas semper censetur excepta, vt fuit singulare dictum Bal. in ca. venientes. nu. 5. extra, de iure iur. Verum supra dictis omnibus ritē in appellatione seruatis, ac concurrentibus, succedit alia, &

OCTAUA causa, & ratio reddendi appellationem nullam, quod scilicet, appellatio 208 esset generalis ad omnes superiores: quod quandoquidem appellatio regulariter debet esse nominatim facta ad talem, vt post docto. de quibus ibi not. Manfred. vbi supra conclusionē 183. & 210 quamuis ille nihil ultra subdat, hoc tamen necessario declarandum est, vt non procedat, quando appellatio esset quidem generalis, sed ad cōpetentes iudices, hoc enim casu appellatio sustinetur, & non censetur nulla, vt eleganter tradit Guid. Pap. in tra. de appell. quinquagesima, post Bar. in l. i. in fin. de appell. & in l. qui Roma. §. Seiz. ff. de verb. obli. & ibi Iaf. nume. 8. qui

latē hunc articulum disputat, & hanc esse communem opin. attestatur, prout eum refert, & sequitur nouissimē Lancell. Corad. de Pratore. §. secundo, de offic. prætor. in caus. ciuil. in ca. de appellatione. trigésimo quinto, vbi eandem opi. sequitur, & alios de hac commu. opin. attestantes citat, & ex recentioribus Baptista Villalobos. in recollet. commu. conclus. in verb. appellati. nu. centesimo decimo quinto. Cui tamē declarationi, alia quoque declaratio necessario adhibenda est, vt quādo generaliter ad competentes appellatio est interposita, debeat infra decem dies iudicem nominatim declarare, vt post Fran. in ca. dilecti. de appell. tradit Lancell. Corad. de prætor. in caus. ciuil. in c. de appell. num. trigésimo tertio. & nu. trigésimo octauo. ver. limitat autem. & insuper illi iudici, quem appellans ex competentibus elegerit, eam intimare, vt tradit idem Toletanus ibi dem. nu. 117. Omnibus autem supra dictis causis ad impugnandum appellationē cessantibus, pro 212 VLTIMA, Illud erit animaduertendum, tne fortasse appellatio fuerit ad minorem iudicem interposita. Quo casu talis appellatio diceretur nulla, & nō secundum leges, vt est tex. in l. prima. §. si quis. & §. denique. ff. de appell. no. gl. in l. præses. ff. de re iudi. no. gloss. in rubr. extra, de appell. Quorum aliquos enumerat Manfred. vbi supra, cōclus. 185.

Ex quibus omnibus apparet, explicata, & declarata conclusio, quam supra in principio huius quinquagesimæ limit. princi. firmauimus: Videlicet, quod quando appellatio esset nulla ex aliqua ex causis supra enumeratis, regulariter attentata non veniunt reuocanda: quæ tamen conclusio videtur limitanda, si vigore huius appellationis nullæ, esset inhibitorium, tunc enim secus esset dicendum, vt annotauimus supra in hac limit. num. centesimo decimo tertio, dum loquētes de appellatione, quæ est nulla, quia non est interposita in tempore, sublimitauimus, nisi sit inhibitorium, vt ibi & ponit expressē hanc limit. Manfred. conclus. centesima quarta, & facit ratio, quia multa per inhibitionem sunt illicita, quæ ante erant licita, de quo latius dicemus infra in hac secunda parte, c. 20. de atten. post inhibitionem, in prima 214 ampliat. regulæ ibi positæ, per tot. Animaduertendum tamen in proposito est, quod ultra decif. Aegid. 236. quam alleg. Manfred. ibi in contrarium, Corn. quoque in conf. 25. attentis, in princi. & per totum lib. tertio, tuetur hanc partem, quod appellatio, & subsecuta inhibitoria contra formam statuti non valeant: Sed ad hæc responderi hodie potest, quod Rota moderna non tenet conclusio nem Aegid. sed immo quod inhibitorium, siue iusta, siue iniusta sit timenda, vt diximus supra hoc eodem c. in sexta limit. prin. reg. prin. num. 18. & dicto ca. 20. de atten. post inhib. in 11. ampliat. regulæ ibi positæ.

LIMITATIO LI.

SUMMARIUM.

1 APPELLATIONE per intrusum interposita non facit attentata.
2 Brachium seculare relaxatum per Iudicem a quo pendente appellatione per intrusum interposita a sententiā in fauorem superstitis agentis contra interest

sepu

se putantes per audientiam literarum contradic-tarum lata non dicitur attentatum.
Nisi Iudici a quo fuerit inhibitorium. nu. 4.
Etiam si fuisset inhibitorium vigore commissionis super iactationibus per ipsum intrusum presentata. numero 5.
3 Sententia lata in fauorem tertij, qui lite pendente venit ad causam, & contra eum, qui prius egerat contra intrusum potest contra intrusum etiam appellatio ne interposita per præfatum actorem, & illa pendente executioni demandari.

QVINQVAGESIMO Primo limitari potest, vt non procedat in appellatione per intrusum interposita, quæ non facit attentata, & ideo si mortuo colligante superstes litē prosequens contra interest putantes per contradic-tas obtineat sententiā, a qua intrusum appellauerit, & hac appellatione pendente, Iudex a quo relaxauit brachium seculare nominatim contra dictū intrusum, talis relaxatio non dicitur attentata, vt fuit dictum in vna Senogalien. parochialis de Gādulfo coram D. meo Oradino 12. Martij 1559. Quod multo magis dicendum esset, si appellatio non fuisset interposita per ipsum intrusum, sed per eum, qui primo contra eum egerat, & deinde tertio veniente ad causam reportauit sententiam cōtra, a qua licet ipse appellauerit tamen cōtra intrusum, sententiā lata in fauore dicti tertij, potest etiā dicta appellatione pedēte executioni demandari, vt diximus supra. hoc eodem cap. 12. in 14. ampliat. princ. in fi. Quod tamen videtur limitandum, nisi vigore dictæ appellationis per intrusum interpositæ fuisset inhibitorium, vt videtur declarasse Domini in eadem Senogalien. eodem proponente 9. Iunij 1556. vbi licet loquantur de inhibitione, quæ præsupponitur ibi in facto emanata vigore commissionis super iactationibus per intrusum presentatæ eodem die, quo fuit lata dicta sententia, idem tamen, & multo magis esset dicendum, si emanasset vigore appellationis, propter efficaciam appellationis, quæ etiam ipsa regulariter solet causare attentata, quod non facit quandoque litis pendentiā super molestationibus. prout est quando tale iudicium introducit vigore monitorij Auditoris Camera, vt adnotauimus supra cap. 4. de attent. lit. pend. in prima illatione. nu. 133.

LIMITATIO LII.

SUMMARIUM.

1 ATTENTATA si fuerint per principem confirmata non reuocantur secundum aliquos. Immo regulariter reuocantur secundum alios, vt infra. num. 57.
2 Confirmationi Papæ regulariter standum est.
3 Princeps dicitur esse supra ius.
4 Actus a Principe procedens videtur carere vitio attentatorum.
5 Princeps potest facere ne ab initio attentata inducatur, puta per breue cum clausula circa vitium spolijs, & attentatorum.
6 Immo attentata possessio per huiusmodi breue sustinetur.
7 Princeps potest etiam sine causa alicui tollere actiones.
8 Ergo multo magis poterit auferre officium Iudicis mercenarium.
9 Spoliatus a principe non agit remedi. Can. reintegrada.
10 Acta ordinataria iudicij pereunt & annullantur perem

pt instantia.
11 Nisi fuerint per principem confirmata.
12 Princeps potest facere licitum, quod erat illicitum.
13 Attentata dicuntur regulariter illicita.
14 Princeps confirmando videtur manum apponere, causamque ad se aduocare.
Contrarium videtur verius, vt infra. nu. 54.
15 Manus appositionis Papæ natura ea est, vt omnium inferiorum potestas per eam ligata censetur.
16 Confirmationem attentatorum impetrans videtur in effectu nouum ius impetrare.
17 Confirmans quod nullum est, dare dicitur.
18 Impetratio iuris noui lite pendente regulariter fieri potest absque vitio attentatorum, remissiuè.
19 Priuilegium regulariter lite pendente impetrari valide non potest.
20 Confirmatio rei litigiosa per principem facta non valet, quominus Iudex possit in lite mota ad vltiora procedere.
21 Princeps per suam concessionem nunquā censetur velle alteri auferre ius quæsitum.
22 Etiam si fuisset facta motu proprio.
23 Princeps non potest iuri quæsito pra iudicare, nisi ex certa scientia, & facta expressa mentione de illo iure.
24 Impetratioes quæ fiunt ad instantiam partis censentur, vt plurimum a Principe per importunitatem extorqueri.
25 Fraudibus non est aperienda via, nec danda occasio delinquendi.
26 Iudex non debet quemquā in suo delicto autorizare.
27 Possessio violenta & spoliata etiam si fuerit principis rescripto confirmata, est restituenda.
28 Clausula motus proprii efficacia videtur confirmationem actus attentati validam redire.
Contrarium videtur verius, vt infra. nu. 31.
Secundum commu. opi. vt infra. nu. 32.
29 Attentatum si per viam gratiæ fuerit per principem motu proprio reuocatum, & deinde incipiat constare de non iure illius, ad cuius fauorem fuit facta reuocatio, durat reuocatio, & non attentatum.
30 Aliās si reuocatio fuerit ad instantiam partis, durat attentatum, & non reuocatio.
31 Concessio lite pendente etiam motu proprio facta non valet, secundum verioremi opi.

32 Et secundum commu. opi.
33 Confirmatio rei litigiosa etiam motu proprio facta, non valet.
34 Et hoc communiter tenetur.
35 Attentata actiam confirmata per Principem ad instantiam partis in forma communi veniunt reuocanda.
36 Secus si ex certa Principis scientia.
37 Confirmatio ex certa scientia tunc fieri dicitur, quando in ea adest clausula ex certa scientia.
38 Vel tenor rei confirmata fuerit insertus.
39 Vel si fuerit appositae clausula non obstante, & c.
40 Vel emanauit secunda iussio.
41 Principis ex certa scientia quod factum est, in dubium reuocari non debet.
42 Confirmatio a Principe etiam ex certa scientia facta non prodest quicquam nisi facta fuerit cum causæ cognitio re, & parte citata.
43 Quando scilicet adest pars, quæ citari possit.
44 Confirmatio actus attentati facta ex certa Principis scientia cum causæ cognitione, & partis citatione impedit illius reuocationem.
45 Confirmationi Papæ in pre iudicium concedentis regulariter standum est.

secus

- 46 *Secus in præiudicium tertij.*
 47 *Etiā si sit facta ex certa scientia.*
 48 *Confirmatio lite pendente à Principe facta attentatorum vitio non careret, si in ea non fuisset expressè facta mentio litis, vel appellationis, remissive.*
 49 *Principis voluntas vbi apparet, de illius potestate nõ est dubitandum.*
 50 *Princeps in dubio non censetur voluisse alicui auferre actiones, neque remedium can. reintegranda.*
 51 *Etiā si fuerit opposita clausula motus proprii, remissive.*
 52 *Seu clausula non obstante. & c.*
 53 *Verbum confirmare de sui natura nihil aliud sonare videtur, quã quòd per confirmationem firmetur quod nullum est.*
 54 *Papa per confirmationem rei litigiosæ, non censetur causam ad se aduocare.*
 55 *Nisi facta expressè litis huiusmodi mentione, quia tunc causa ab inferiore eripitur.*
 56 *Impetratio Iuris noui lite pendente fieri non potest, quando tendit in præiudicium alterius partis.*
 57 *Confirmatio attentati per principem facta regulariter non impedit illius reuocationem.*
 58 *Etiā si fuisset ex certa scientia.*
 59 *Nisi interuenisset cause cognitio, & partis citatio.*
 60 *Etiā si fuisset facta motu proprio.*
 61 *Attentata confirmata à Principe cum causa & cognitione etiam partis citatione, conuallidata & purgata censentur.*
 62 *Aliàs si fuisset omiſsa expressio litis, vel appellationis, nec fuisset habita causa & cognitio, & partis citatio, confirmatio talem effectum non operaretur.*
 63 *Etiā si talis omiſſio fuisset facta sine dolo, & per ignorantiam.*

QVINCVAGESIMO Secundo notabiliter, & utiliter limitari potest, vt regula principalis non procedat, quando actus, qui preteritur attentatus, fuisset à principe confirmatus. Quam limitationem nemo est, qui ponat, & solus Soci. in conf. quadragesimo quinto, v. l. a. nu. 16. vers. decima, & vltima dubitatio. l. i. illius occasione præbuit, dum talem casum ponit, quòd cum quidam Abbas Sancti Antonij procederet contra quosdam suos subditos, illi ab eius sententia, & à grauaminibus sibi per eum illatis appellauerunt, qua appellatione pendente Abbas præfatus deuenit contra eos ad priuationes quorundam beneficiorum, quæ cum fuissent postmodum per Papam confirmatæ, dubitabatur ibi, an dicta confirmatio impediret dictarum priuationum reuocationem, Et quamuis Soci. ibi in hoc resideere videatur, quòd dicta confirmatio impediat huiusmodi reuocationem, si in eius impetratione de dicta appellatione fuisset facta mentio, præfertim si confirmatio non fuisset in forma cõi, nihilominus, quia ille ibi satis ieiunè videtur articulum tangere, & casus iste quotidianus esse potest, operæ precium esse diximus aliquantulum latius circa eum insistere. Vt autè illius veritas clarius apparere possit, sciendū est, quòd plures in proposito possunt considerari opiniones.

Prima sit opinio, quòd huiusmodi attentata post principis confirmationem non veniāt reuocanda, quæ ex pluribus suaderi potest, &

Primo, quia confirmationi Papæ regulariter standum est, c. si Romanorum. 19. dist. 1. & post Bal. in l. rescripta. C. de precibus imperat. offe-

ren. tradit Aug. Bero. in conf. 88. in causa. nume. 19. lib. 1.

Secundo, quia Princeps dicitur esse supra ius: Rot. decis. 25. aliàs 310. si reus. in fi. de rescriptis. in no. Aegid. decis. 749. licet, in fin. in tantum, vt actus, qui procedit à Principe attentatorum vitio carere dicatur, vt diximus supra in hac 2. parte. ca. quarto. de attent. lit. pend. in 12. limit. prin. per totam. Vnde confirmatio, de qua agitur, procedens à Principe, tanquam attentatorum vitio carens, debet censi attentata purgasse, & illorum reuocationem impedire debere.

Tertio, quia princeps potest facere, ne attentata ab initio inducantur, vt patet ex his quæ diximus supra in proximè allegato ca. 4. de attent. lit. pend. in præfatione, in l. illat. num. 394. & seqq. dum latè demonstrauimus Principem per suas literas in forma breuis mandare posse, vt quis etiam lite pendente citra vitium spolij & attentatorum possessionem rei litigiosæ consequatur, ergo princeps debet posse, etiam postquam attentata sunt inducra, illa purgare, arg. eius quòd diximus ibidem. nu. 405. quòd si quis lite pendente, (& sic attentando) possessionem ingressus fuerit, & deinde in eius fauorem superueniat breue cum clausula prædicta, citra vitium attentatorum, & c. dicta possessio, quæ alioquin erat dicenda attentata, non reuocatur, sed quasi per Principem purgata virtute superuenientis breuis sustinetur, vt fuit dictum in vna Maioricens. canonicatus corā Thom. de Thā. 17. Ianuarij. 1545. & est dec. in recol. Put. 18. possessio. sub rub. vt lit. pè.

Quarto, quia si Princeps potest etiā sine causa tollere alicui actones, vt post Paul. de Castr. & alios per eum allegatos, tradit Bero. in conf. 177. consideranti. nume. 12. lib. 2. tergo multo magis Princeps confirmando videtur posse tollere officium Iudicis mercennarium, quòd implorari debet per petentem attentatorum reuocationem, vt diximus supra in 1. parte, in præfatione, in descriptione attentati. nu. 28. ex quo tale officium non videtur ita radicari in persona eius, qui passus est attentata, sicut actiones, quæ omissibus agentis coherere dicuntur.

Quinto facit in simili, quia sicut spoliatus à principe non agit remedio can. reintegranda, vt post doct. in c. conquerente. de restit. spoliat. tradit Aug. Bero. in conf. 90. in præfatione. num. 21. lib. 3. (cū tale remediū princeps tollere possit, vt per Ruyn. in conf. 48. videtur. sub nume. 3. lib. 4.) ita priuatus à principe per confirmationem attentatorum iure agendi ad illorum reuocationem, nõ debet illa amplius reuocare posse.

Sexto, & melius facit in simili, quòd aliàs dicitur, quòd acta ordinatoria iudicij pereunt, & annullantur perempta instantia, vt sunt citatio, litis contestatio, datio fideiussoris de iudicatum soluendo, & similes: quorum effectus in alia instantia, etiā inter easdè personas non habetur in consideratione, vt post Barto. in l. terminato. C. de fruc. & lit. expès. & in l. 2. C. de eded. tradit docto. in d. l. 2. & tamè si dicta acta ordinatoria fuissent à Papa, & à principe confirmata, vtique sustinentur, & nõ pereunt, vt firmat Rip. in d. l. 2. sub nu. 27. ver. restringeda est hæc ampliatio, & ver. puto tamen restrictionem veram. C. de edend. Vnde sicut illa acta ordinatoria, quæ perempta instantia erant nulla,

nulla, per confirmationem principis coualescunt, ita etiam attentata, quæ de sua natura regulariter sunt ipso iure nulla, secundum ea, quæ latius diximus supra hoc eod. c. duodecimo. in 17. ampliatur. debent per Principis confirmationem conualescere, & validari: quia validitate præsupposita, frustra de illorum reuocatione ultra queri debet.

Septimo quia aliàs dicunt doct. prout Bart. in l. quominus. in 2. q. ff. de flum. & post eum Bero. in conf. 140. præsentem consultationem. num. 36. lib. 3. quòd Princeps potest facere licitum, quòd erat illicitum. Vnde Princeps confirmando attentata quæ regulariter dicuntur esse illicita secundum glo. magistrum. in c. non solum. in verb. reduendum. vers. dic tamen. de appella. in 6. & patet ex his, quæ posuimus latius supra in hac eadè parte, ca. 4. de attent. lit. pend. in 1. ampliatur. principi. debet censi illa fecisse licita, & consequenter non esse ulterius reuocanda.

Octauo quòd talia attentata Iudex reuocare post confirmationem nõ possit, efficaciter deduci videtur quia Papa confirmando videtur manum apponere huic causæ, & articulo attentatorum, causamque ad se aduocare. Ergo nemo alius inferior potest in dictis attentatis se intromittere, tunc ea natura sit manus appositionis Papæ, vt omnium inferiorum potestas per eam censeatur ligata. arg. eorum quæ diximus latius supra in hac 2. parte, ca. 10. de attent. post aduocat. causæ. num. 4. & seqq. ergo neque pars, neque Iudex poterunt ultra dictorum attentatorum reuocationem cõsequi: Inferior enim nõ potest ea, quæ per superiorem ex certa scientia facta sunt, confirmare, vt post alios not. Butsat. in conf. 30. omiſſis. nu. 20. lib. 1.

Nono facit, quia impetrans hoc casu attentatorum confirmationem, videtur in effectu nouum impetrare: quoniam cum attentata sint ipso iure nulla, vt dictum est, illorum confirmatio dicenda est datio, ac iuris noui concessio, quia cõfirmans, quòd nullum est, dare dicitur, vt post alios tradit Deci. in conf. 184. & pro tenui. num. 8. tunc autem, vel appellatione pendente regulariter tam in possessorio, quam in petitorio nõquum ius impetrare licet, absque vitio attentatorum, vt diximus supra in dicto ca. quarto. de attent. lit. pend. in 20. limit. princip. nume. tertio, & seqq. ergo, & c.

Decimo id comprobatur ex eo, quòd aliàs dicitur, quòd prouiso Papæ purgat vitium litigiosum, vt post Sarnè. super reg. de impud. per obit. fam. Card. q. 8. nume. 6. fenserunt aliàs Domini, vt colligitur ex decis. in recol. Caputaquen. per ter. decis. 77. incip. in dubio. vnde sicut Papa prouidendo purgat vitium litigiosum, ita & attentata confirmando debet censi illa purgare.

Secunda potest esse opinio negatiua huic contraria, quòd (confirmatione Principis non obstantè) huiusmodi attentata sint omnino reuocanda, quæ etiam ex pluribus suaderi potest.

Primo, quia sicut priuilegium regulariter lite pendente impetrari validè nõ potest secundum ea, quæ latè diximus supra in hac 2. par. c. quarto, de attent. lit. pend. in 7. illat. regulæ princip. ibi positæ. nu. 631. & seqq. vbi oportunas etiam huic conclusioni declarationes adhibuimus, ita nec confirmatio à Principe impetrari posse videtur,

& specialiter tunc quòd confirmatio rei litigiosæ non valeat quominus Iudex possit in lite mora ad vltiora procedere, & cõsequenter procedendo attentata reuocare, est tex. & tradit Abbas, & Deci. ibi in c. 1. post prin. de confir. vti. vel inuti. Vnde præsupposita confirmationis inualiditate, firma remanet conclusio, & regula, quòd attentata appellatione pendente sint ante omnia reuocanda, ad c. non solum. de appel. in 6. cum similibus.

Secundo, quia Papa per suam concessionem nunquam censetur velle auferre ius alteri quæsitum, quòd non solū procedit secundum regulam cancellariæ de iure quæsitum tollendo, verum etiam de iure cõi, cum in dubio princeps non præsumatur velle tertio præiudicare. l. 2. §. merito. & §. si quis à Principe. ff. ne quid in loc. publ. c. super eo. de offic. deleg. c. quamuis. de rescrip. Deci. in cõf. 389. v. l. a. nu. 4. & in conf. 520. in causa. nu. 3. vbi illud ampliatur procedere, tunc si concessio fuisset facta motu proprio, ergo confirmatio, de qua agitur non videtur potuisse auferre ius ad attentatorum reuocationem antea illi quæsitum qui attentata passus fuerat, & tanto magis, quia princeps non potest iuri quæsitum præiudicare, nisi ex certa scientia, & facta expressa mentione de illo iure, vt post alios tradit Aug. Bero. in conf. 177. nu. 32. lib. 2.

Tertio, quia per huiusmodi confirmationes, & concessionem (quæ ad instantiam partis factæ, solent quandoque, & vt plurimum à Principe per importunitatem extorqueri, vt per Deci. post alios. in conf. 576. pro solutione. numer. 12.) videtur aperiri via fraudibus, & dari occasio delinquendi, quòd iura semper abhorrent. ad not. in l. in fundo. ff. de rei vindicat. Capit. decis. 176. in causa. numero 33. quia sub spe talis confirmationis quis inuitaretur ad attendandum, & consequenter ad delinquendum, cum attentare sapiat delictum, vt diximus supra in 1. parte. c. 1. de attent. à parte, nu. 10.

Quarto, quia sicut Iudex non debet quemquam authorizzare in suo delicto, vt in propria materia nostra attentatorum hac ratione particulariter post alios vti sumus infra in 3. parte, ca. 24. de reo, & exceptionibus contra attent. competent. q. 1. nu. 22. vbi plures Rot. Egid. & Cassad. decis. in id citauimus, itè & multo minus dicendū est hoc procedere in Papa, quòd scilicet per suam confirmationem censeatur voluisse attentantem in suo delicto authorizzare, & confouere.

Quinto pro hac opinione parū facit, quòd aliàs dicitur, quòd si quis spoliando aduariarium adeptus fuerit possessionem, & à Principe perierit, & obtinuerit se in ea confirmari, & de ea inuestituram, & infeudationem fuerit cõsecutus, nihil agit, & talis infeudatio nullius est momenti, & spoliatus adhuc est restituendus, vt post Bald. in l. 1. de constit. & in capit. 1. de natur. feud. tradit Alciat. in consili. 26. Marchionatus. in princ. libro 6. & iterum cons. 28. respectu, post princip. eodem. lib. 6. Quòd & generale est in spolio, vt etiā si possessio violenta sit principis rescripto confirmata, nihilominus spoliatus veniat restituendus, ad text. in l. auctoritate. C. vnde vi. & tradit post Ias. in conf. 162. col. 3. lib. 4. Ruyn. in consilio 35. libro 1. Paris. in consilio 101. numer. 68. libro 11. & alios quosdam plures per eum allegatos. Ant. Gabrie. cõf. mu.

mu. conclus. libr. 5. de restit. spol. conclus. 1. num. 27. Cui adde Menocch. conf. 2. magni. nu. 345. lib. 1. Vnde ex hoc patet, quod principis confirmatio non purgat spoliū, ergo multominus debet purgare attentatum in quo viget maior odij ratio.

TERTIA quoque potest considerari opinio, vt distinguamus, quod aut confirmatio de qua agitur fuit motu proprio Principis, Aut ad instantiam partis, vt primo casu præsupposita confirmationis validitate ob efficaciam dictæ clausulæ motus proprii, attentata non valeant reuocari, ex quo concessio, etiam lite pendente, etiam de lite mentione non facta valida censetur, si sit facta motu proprio, vt tenent doctores in ca. causam. el secundo, de testib. Mil. in verb. gratia si dicatur impetrata. fol. 153. Ruyn. in cōf. octuagesimo, quā uis. num. 4. in fi. lib. quinto. Paris. conf. septuagesimo quarto, gratia. num. decimo septimo. lib. quarto, & alij quos allegat Ant. Gabr. commu. concl. li. 2. de Iudic. cōclu. 4. nu. 2. vers. 9. amplia. in princip. de quo, & nos aliquid posuimus supra in hac secunda parte, ca. quarto. de attent. lit. pend. in 7. illat. num. 643. Secundo verò casu, quando fuerit facta ad instantiam partis, tunc non obstante huiusmodi confirmatione attentata veniant reuocanda, tum quia talis concessio, & confirmatio lite pendente impetrata, quando tendit in præiudicium tertij regulariter non valet, vt diximus supra in dicto ca. quarto. de attent. lit. pend. in 20. limit. princip. num. decimo sexto, & seqq. tum etiam quia, vt supra dictum est. num. 24. confirmationes huiusmodi ad partis instantiam obtentæ ad importunitatem supplicantis, potius quàm ex debito iustitiæ censentur à Principe extortæ. Deci. in dicto conf. 576. pro resolutione. num. 12. Pro qua opi. facit similis distinctio, quàm pariter in materia nostra attentatorum faciunt alijs Doctores in ca. 1. vt lit. pend. in 6. præsertim Gemini. post Lap. ibi, quod reassumpit etiā Frā. post eos in ca. non solum. in prin. colū. fin. sub nu. 29. 10. de appel. in 6. dum volunt, quod si aliquod attentatum, fuerit per viam gratiæ, per principem reuocatum, deinde incipiat constare de iustitia, & de non iure illius, ad cuius fauorem fuit facta reuocatio, si dubitetur, an dicta reuocatio sit reuocanda, & consequenter an duret (vt illi dicunt) reuocatio, vel potius attentatum; distinguunt, quod si reuocatio fuit facta motu proprio, duret reuocatio, si ad instantiam partis duret attentatum, & consequenter reuocatio sit reuocanda, de quo, & nos specialiter mentionem fecimus in frā in 3. parte cap. vigesimo primo, quib. & quot. mod. attent. reuoc. sit peten. num. 19. Vnde sicut quando agitur de reuocatione attentati per principem facta adhibetur suprā dicta distinctio (vt contrariorum sit eadem disciplina) non est incōueniens, vt & quando agitur de confirmatione attentati eadem distinctio adhibeatur. Verum hæc distinctio licet prima facie videatur applaudēs, eam tamen in proposito non esse admittendam censeo, quoniam fundamentum primi illius capitis, quando scilicet est facta motu proprio, non videtur omnino tutum, ac verum, cum immò alij multi fuerunt contrariæ sententiæ, quod immò concessio lite pendente etiam motu proprio facta non valet, & ista demum dicatur esse cō-

munis opinio, de qua post Brun. in conf. 21. col. fi. vers. non obstat si dicatur, & Ant. Gabr. qui eum refert, adnotauimus, & nos in dicta 7. illatione. nu. 604. Et eo magis, quia in specie, quod confirmatio lite pendente super re litigiosa, etiam motu proprio facta non valeat, nec liti præiudicet, quo minus Iudex possit in causa procedere, tradit post doct. in d. cap. causam. Deci. in c. 1. & 2. in 1. notab. col. 1. ad med. ver. & quod dictum est. 34 de confirm. vtil. vel inutil. vbi & hoc communiter teneri per doc. attestatur. Vnde si hoc casu talis confirmatio, etiā motu proprio facta non valet, nec liti iā motæ præiudicat, vt dicit expressè tex. in dict. c. 1. ergo Iudex debet posse, non obstante confirmatione, ad attentatorum reuocationem procedere.

Quarta huic proxima opin. ex alia distinctio ne colligi potest, vt si confirmatio sit facta ad instantiam partis in forma communi, & casus iste de plano procedat, vt per eam non impediatur attentatorum reuocatio, per ea quæ dicta sunt in 36 proxima opi. num. 28. si verò fuit facta ex certa principis scientia, puta quia in ea adest clausula ex certa scientia, vel tenor rei confirmatae fuerit insertus, vel fuit apposita clausula non obstat, vel emanauit secunda iusio, vt declarat Deci. in rub. de confir. vtil. vel inutil. nu. 2. quem ex recentioribus sequitur Hier. Gabr. in confil. 83. respondi. nu. 74. li. 1. & tunc secus, ob efficaciam dictæ clausulæ: quod enim ex certa principis scientia factum est, in dubium reuocari non debet, vt tradit Deci. in conf. 516. num. 8. sed nec illa opin. ac distinctio vndique satisfacit, cum, vt tradit Aug. Bero. in conf. 7. super extractione. num. 38. lib. 3. post Ismol. in c. venerabilis. de confir. vtil. vel inutil. & do. in c. 1. e. tit. confirmatio à Principe etiam ex certa scientia facta, non prodest quicquam nisi facta fuerit cū causæ cognitione, & parte citata, quādo pars adest, quæ citari possit, vt ille ibi declarat dicto nu. 38. prout in attentatis reuocandis semper partē extare dicendum est, cum regulariter semper adsit is qui attentata passus est, prout idem de causæ cognitione ponit Io. Bapt. Ferret. in conf. 38. in causa. nu. 8. lib. 1. vbi eleganter tractat hanc materiam confirmationis. Ex his autē quæ sunt vltimo loco dicta, potest alia verior distinctio colligi, & erit

Quinta opi. quod Aut fuit confirmatio facta ex certa principis scientia, & cū causæ cognitione, & parte citata, & talis confirmatio impediatur attentatorum reuocationem, & ita procedat ea omnia, quæ supra sunt, p. prima opi. allegata: Aut in confirmatione fuit ommissa causæ cognitio ac citatio partis, & tunc non obstante huiusmodi confirmatione attentata reuocari possint, & procedant allegata supra in 2. opi.

Quod si ex tot relatis opinionibus absolūtè alteri præsertim primæ, vel secundæ adhaerendū esset, ego tanquam veriore secundam amplectendam censeo, in qua concluditur, quod confirmatio attentatorum per Principem facta regulariter non debet illorum reuocationem impedire. Et tenendo eam ad allegata supra in contrarium pro prima opi. responderetur, &

Ad primum quod licet confirmationi Papæ regulariter sit standum, illud tamen intelligi debet in præiudicium concedentis, ex quo latissima

ma contra eum fit interpretatio, ad no. in leg. fin. 46 ff. de legibus, cum simil. t. secus in præiudicium 47 tertij: confirmatio enim t. etiam facta ex certa scientia non valet in præiudicium tertij, vt post Bald. in prælud. feud. columna 14. versiculo item dicit Andreas de Iser. & Aretin. in consil. 15. reuerendissime pater. colum. 5. tradit expressè Deci. in cap. sua nobis. num. 7. de confir. vtil. vel inutil. Cum aliàs generale sit, vt clausula ex certa scientia nihil operetur in detrimentum tertij, vt post Gozad. conf. 9. numero 42. Soci. Iun. conf. 77. nu. 126. libr. primo. Aretin. conf. 15. numero 6. Curt. Iun. conf. 142. numero 8. vers. nec obstat. Paris. cōfil. primo, numero 84. & conf. 11. numero 121. libr. primo. Zafi. conf. 10. numero 30. libro 2. & Grammatic. decis. 104. num. primo & seqq. tradit nouis finè Menoch. conf. primo consultatio hæc. num. 431. libr. primo. Quod iterum replicauit per easdē auctoritates in conf. 103. non est. nu. 83. eo. lib. primo, vbi in super etiam Roland. in conf. 7. nu. 103. li. 3. in id allegauit.

Ad secundum responderetur quod immo, & ipsa confirmatio lite pendente à Principe facta attentatorum vitio non careret, si in ea non fuisset expressè facta mētio de lite, vel appellatione, secundum ea, quæ latius diximus supra capit. 4. de attent. lit. pend. in 7. illat. numero 631. & seqq. Præterea fateri possumus, quod Princeps sit supra ius, non tamen tenet consequentia, est supra ius, & potest attentata reuocare, ergo in dubio per confirmationem attentata reuocari: quoniam in dubio habemus regulam in contrarium, quod per confirmationem rei litigiosæ per Principem lite pendente factam non impeditur Iudex quo minus possit in causa procedere, vt est tex. in c. 1. & ibi notant omnes de confirmat. vtil. vel inutil.

Ad tertium responderetur, vt ad proximum, quod negari non potest, quod si Princeps vult non possit tam ab initio, quàm ex post facto tollere attentata, quia vbi constat de voluntate, de Principis potestate non est dubitandum, vt inquit Ruyn. in conf. 76. primo est videndum. nu. 6. & sub numero 10. vers. ex præmissis libro quinto. in casu autem nostro dicimus non apparere Principem voluisse attentata per confirmationem auferre, nisi in confirmando fuerit habita causæ cognitio, & pars citata, vt dicemus infra in prima limit. nu. 61.

Ad quartum, & quintum potest eodem modo responderi, quod licet possit Princeps tollere actionem, & remedium Can. reintegranda. t. id tamen in dubio non censetur voluisse, vt adnotauimus supra in dicto capitulo quarto de attent. lit. pend. in prima illat. numero 407. t. etiam si fuerit apposita clausula motus proprii, & clausula non obstante, vt ibidem dictum est. Præsertim, quia dato, quod Princeps etiam ex certa scientia auferat alicui actiones, potest tamen ille implorare officium Iudicis, & prosequi iustitiā suam, vt post Bald. in l. rescripta, in fin. C. de præcib. imper. offer. tradit Sigismund. Ioffred. in cōf. 38. quoniam numero 33. quod etiam posuit idem in conf. 34. fit in sacro. nu. 7. post Andr. de Iser. in c. primo. §. fi. de cap. qui cur. vend.

Ad sextum responderetur, quod arg. in effectu nihil aliud concludit, quàm quod attentata,

quæ erant de iure nulla per confirmationem valide à Principe factam conualidantur, & hoc vtique absque contradictione fateri oportet: nam t. & vis ipsius vocabuli confirmare de sui natura nihil aliud sonare videtur, nisi quod firmetur, quod antea nullum erat, vt tradunt doctores, præsertim Deci. post princip. in dicta rubr. de confir. vtil. vel inutil. non tamen concludit, quod confirmatio, de qua agitur valida sit, & quod illi, qui fuerat passus attentata, præiudicet, cum tantum valida illa censenda sit, (quo ad propositum nostrum) quando in ea interuenit causæ cognitio, & pars fuit citata, vt dictum est. Eodem modo septimum tollitur, quod licet Princeps possit facere licitū, quod erat illicitum, non tamen creditur in casu, de quo agitur, id voluisse per supradicta. Ad octauum, quia negatur assumptum, quod Papa confirmando attentata videatur manum apponere, & illam ad se aduocare: quoniam per confirmationem rei litigiosæ Papa non videtur litem ad se aduocare, nisi expressè facta litem huiusmodi mentione; quia tunc causa ab inferiore eripitur, vt declarat eleganter Decius in dicto c. primo. col. 1. ad med. & ver. cōclusio supradicta, de confirmat. vtil. vel inutil.

Ad nonum responderetur, quod licet lite pendente nouum ius validè impetrari possit, vt in contrario: illud tamen non procedit, quando impetratio tenderet in præiudicium iuris alterius partis, vt dictum est in dicto capitulo. 4. de attent. lit. pend. in 20. limit. princip. numero 16. prout est confirmatio, de qua agitur, quæ si valida reputaretur, vtique præiudicium inferretur ei, qui passus fuerat attentata, vt ultra de reuocationem petere non possit.

Ad decimum, quod arg. similiter intelligendum est procedere, quando prouisio de beneficio litigioso sit ex certa Principis scientia, & cū expressione, quod sit litigiosum, tunc enim prouidendo illud vitium purgat, prout & nos hoc admitti posse dicimus, quando confirmatio ita fit, vt infra nu. 61.

Quoniam verò (vt ex præmissis colligere facile quisque potest) plures sunt casus, in quibus confirmatio actus attentati per Principem facta non impedit illius reuocationem, quàm sint casus, in quibus talis reuocatio impediatur, restringendo punctum, & cōclusiue procedendo, potest in præfenti limitatione constitui.

Regula negatiua, quod confirmatio attentatorum per Principem facta nullo modo impediatur quominus Iudex possit in lite mota ad vltiora procedere, secundum terminos dicti c. 1. confir. vtil. vel inutil. & consequenter, quominus ad vltiora procedendo possit etiam huiusmodi attentata reuocare: Quæ regula fundatur per ea omnia, quæ supra in 2. opi. num. 19. & seqq. adducta sunt. Quæ

Ampliatur, Primò, vt procedat t. etiam si talis confirmatio fuisset facta ex certa scientia, t. præterquam si hæc certa scientia resultat et ex adhibita partis citatione, & causæ cognitione in confirmando, vt colligitur ex his, quæ dicta sunt numero 35. & seq. in 4. opi. & dicemus etiam infra numero 61. in 1. limit. clausula enim ex certa scientia nihil

operatur, cum adhibita fuit sine causa cognitione, vt post Paris. in conf. 4. numero 53. libro secundo. Grammat. decif. 66. numero 38. & Vant. de nullit. in tit. an quilibet sent. nul. dic. poss. nume. 18. & Zas. consil. 10. numero 30. lib. 2. tradit nouissimè Menoch. conf. 1. cōsultatio. nu. 433. li. 1. quod post prædictos omnes & Rol. in conf. 7. nu. 108. li. 3. replicauit idem Menoch. in conf. 103. nu. 85. eo. libr. 1.

60 Secundò amplia, vt procedat etiam si talis confirmatio fuisse facta motu proprio principis, quia per hoc valida non censetur, vt post Deci. in dicto cap. 1. col. 1. ad med. vers. & quod dictum est (etiam de communi opi. attestatè) diximus suprà. nu. 34. in 3. opi.

61 Limitatur nunc eadè regula vno modo, vt non procedat, quando confirmatio processisset à Principe cum causa cognitione, & partis citatione, quoniam cum hoc casu appareat de voluntate Principis volentis actum attentatum subsistere, etiam in contradictorio declarata, non videtur hæsitandum, quominus huiusmodi attentata censeantur per Principem conuallidata, & purgata, secundum ea quæ diximus suprà, num. 44. in quinta opi. & aliquid etiam dicemus infrà in 3. parte, ca. 29. de purgat. attentatorum, num. 52. versicul. purgatio per principem, dum præter ea, quæ suprà dicta sunt, etià ex aliis firmauimus, quod per confirmationem principis attentatorum purgatio inducatur, & ita rectè procedunt ferè omnia motiua primæ opi. quæ in huiusmodi principis voluntate, ac potestate fundari potissimum videbatur, & ita quodque verè videtur fuisse Soci. in dicto conf. 45. vif. numer. 16. vers. de prima, & vltima dubitatio. libr. 1. dum nihil aliud ibi in cōsideratione habere videtur (quod ad hoc vt dicta attentata post confirmationem non veniant reuocanda) nisi quod de appellatione interposita fuerit princeps plenè informatus, & in cōfirmatione expressa facta mentio, & aliàs si mentio facta non fuisset, ipse quoque in hæc opinione residere videtur, vt etiam post confirmationem attentata veniant reuocanda, vt latius ibi per eū.

62 Quam limitationem amplia, vt procedat etiam si omissio causæ cognitionis, ac partis citationis, expressio litis, & appellationis in cōfirmatione (de qua proximè) fuisset facta sine dolo, & per ignorantiam, quoniam nec hoc casu per hoc confirmatio reilitigiosa magis valere diceretur, vt expressè concludit Deci. in dicto c. 1. col. 1. ad med. vers. & quod dictum est. de confirmat. vtil. vel inutil.

LIMITATIO LIIL.

SUMMARIUM.

- 1 APPELLATIO interposita in casu à Iure prohibito non facit attentata.
- 2 Secundum commu. opi.
- 3 Exceptio iusta, quod fuit appellatū in casu à Iure prohibito est per Iudicem ad quem ante omnia discutienda, & super ea tacitè, aut expressè pronunciantur.
- 4 Executio appellatione pendente fit in omnibus illis casibus, in quibus à Iure prohibita est appellatio.

- 5 Exemplum in appellatione contra tres conformes.
- 6 Nec reuocatur per viam attentati.
- 7 Appellatio quando non est legitima. Iudex potest procedere, nec talis processus reuocatur per viam attentati.
- 8 Appellatio ab executione, seu pronuntiatione de exequendo non facit attentata, & infrà nu. 11. Secundum commu. opi. vt infrà nu. 13.
- 9 Ratio prima, quia non suspendit, aut extinguit huiusmodi appellatio pronuntiationem.
- 10 Secundum commu. opi.
- 12 Secunda ratio quia talis appellatio est à Iure prohibita.
- 14 Appellatio à pronuntiatione de exequendo an valeat, remissiuè.
- 15 Aliqui (etiam de commu. opi. attestantes) senserūt, quod hoc casu appellatio permittatur.
- 16 Alij & magis communiter, quod immo nec à pronuntiatione de exequendo detur appellatio.
- 17 Et ab hac opi. in iudicando non est recedendum, & qui alteri opi. vellet inherere, id ex imperitiū facere præsupponeretur, secundum aliquos.
- 18 Commissio de exequendo multo minus admittit appellationem quam pronuntiatione de exequendo.
- 19 Commissio de exequendo dicitur pars realis executionis.
- 20 Cautela, vt ab executione nullatenus appellari possit, illa est, vt Iudex non pronuntiet sententiā exequendam esse, sed executionem committat.
- 21 Appellari potest à pronuntiatione de exequendo, quod in do sententiæ de cuius executione agit, lata est contra vnum, pronuntiatione autem de exequendo esset contra alium.
- 22 Appellatio ab executione valet, quando in ea modus exceditur.
- 23 Secundum commu. opin.
- 24 Excessus ratione, in qualibet causa mundi admittitur appellatio, etiam si simus in executore apostolico.
- 25 Excessus in exequendo non præsumitur, nisi probeatur.
- 26 Appellatio ratione huius excessus in executione non nisi si semel conceditur.
- 27 Appellatio ratione huius excessus ad hoc vt valeat debet in ea specificè exprimi causa, & in quo fuerit excessus.
- 28 Excessus in exequendo altero de tribus modis contingere potest, videlicet ratione rei, ratione temporis, & ratione exceptionum, quæ non fuerint admittisse.
- 29 Cōgnitio an modus in exequendo fuerit excessus spectat ad iudicem à quo.
- 30 Appellatio ab excessu executionis pendente fructus interim ad instantiam partis sequestrantur, & possessio rei per superiorem ad se auocari potest.
- 31 Appellatio à mandato de exequendo concessio parte non citata interponi potest, secundum aliquos.
- 32 Appellatio à reiectione exceptionis opposita valet.
- 33 Exceptiones contra executionem, ad hoc vt ratione reiectionis illarum detur appellatio, debent opponi ante pronuntiationem, & commissionem de exequendo.
- 34 Iudex reiiciens aliquas exceptiones contra executionem oppositas, quæ tamen ante commissionem de exequendo non fuerant oppositæ, non potest dici prætextu huiusmodi reiectionis modū in exequendo excessisse.
- 35 Appellari potest à sententiā per quam inducitur executio alterius sententiæ, quando in ea aliquid de nouo inducitur.

Nisi

- 36 Nisi à prima sententiā, cuius executio dicitur esse secunda sententiā, prohibita fuisset appellatio.
- 37 Ab executore apostolico (in casu de quo hic per dominos confideatur) appellari potest.
- 38 Appellatio vbi ab executione permittitur, debet in ea exprimi causa iusta appellandi.
- 39 Alias appellatio esset nulla.
- 40 Secundum commu. opin.
- 41 Nisi ex facie, & forma ipsius sententiæ constaret verè de grauamine, puta quia in ea exprimeretur causa iniusta, vel à iure reprobata.
- 42 Causa iusta est in appellatione ab interlocutoria exprimenda.
- 43 Appellatio ab interlocutoria cuius iniquitas detegitur per allegationem iuris non exquirat expressionem iuste causæ.
- 44 Expressio iustæ causæ, quæ requiritur in appellatione ab executione, debet esse specifica, nec sufficit fieri per relationem ad acta.
- 45 Contumax verus non appellatur.
- 46 Latro famosus appellare prohibetur.
- 47 Criminosus notoriè appellationem interponere non potest.
- 48 Appellatio in infinitis propè casibus prohiberi dicitur remissiuè.
- 49 Appellatio non solum à iure, verum etiam ab homine prohibita non facit attentata.
- 50 Tacita appellationis prohibitio operatur, vt appellatio contra eam interposita non faciat attentata.
- 51 Statutum mandans inter certas personas sententiā latis executioni demandari, censetur tacitè appellationem prohibere.
- 52 Appellatio de iure communi prohibita si per aliquod statutum permittitur, non operatur effectum suspensionum, & consequenter nec attentata.
- 53 Appellatio semel per statutum permittitur in possessorio non operatur effectum suspensionum, sed tantum de uoluntate, secundum aliquos.
- 54 Inhibitio etiam vigore appellationis in casu prohibito interposita facit attentata, secundum stilum modernæ Rotæ.
- 55 Appellatio, etiam in casu à iure prohibito facit attentata, si iudex illi detulit.
- 56 Vel si illam de facto iudex admisit, & pars illam approbavit.
- 57 Appellatio quantumcunque sit prohibita, si tamen ad sit iusta appellandi causa, potest illam exprimendo appellari.
- 58 Prohibitio appellationis, quo ad hoc vt non faciat attentata intelligitur adesse, quando prohibetur, quo ad effectū suspensionum, licet non quo ad deuolutiuū.
- 59 Appellatio ab executione, quæ fit vigore obligationis in forma camere, cū deuoluat, & non suspendat non retardat executionem.

QUINQUE SIMILIA tertia limitatio fit, vt non procedat in appellatione interposita in his casibus, in quibus appellatio prohibetur, quia tunc gesta post appellationem cōtra prohibitionem legis interposita, non veniunt tanquā attentata in primis, & ante omnia reuocanda, ad tex. in c. non solum, ibi exceptis casibus, in quibus iura post sententiā prohibent appellari, & ibi gl. in verb. casibus, & ibi quoque Gemin. in 3. not. de appell. in 6. Specul. de appell. §. nonissimè. post princ. vers. quartus casus, & post eū Lancell. Corrad. de prætor. §. 2. de offic. prætor. in caus. ciuil. ca.

de appell. sub num. 21. vers. quarto sub illis casibus, & alibi sapissimè Docto. quā glo. t. cōmuniter appari testat Viuius cōmu. opi. li. 2. opi. 30. incip. attentata in fin. Hinc dicebat singulariter Abb. in conf. 14. incip. indiuiduè. colum. 2. vers. sed his non obstant. libro 1. t. quod ista exceptio, quod fuit appellatum in casu à iure prohibito, est per iudicem ad quem ante omnia discutienda & super ea tacitè vel expressè pronuntiantur. Hinc etiam dicebat Ias. in consilio 187. circa primum. col. 6. in fi. libro 2. t. quod in omnibus casibus, in quibus prohibetur appellatio, potest pendente præsentia appellatione fieri executio, & And. Barbat. in conf. 10. mihi videtur. col. 3. sub num. 2. vers. præterea si dicatur. libr. 1. t. vbi ponit exemplum in eo, qui contra tres conformes volebat appellare, & tradit etiam Guido Pap. in consilio 219. malè. numero 2. Quod & dixit post gloss. in d. capitu. non solum, & Maranth. in specul. in 2. q. tertia partis sextæ partis principalis, in 2. actu. num. 172. Rola. de valle in conf. 77. vif. nume. 30. & sequ. libro 2. Hinc etiam dixit Io. Crot. in consil. 101. vif. puncto. numero 8. t. quod talis executio non reuocatur per viam attentati: facit, quod tradit Franc. in c. vt debitus. numer. 47. de appell. t. quod quando appellatio non est legitima Iudex potest procedere, & processus non reuocatur, tanquam attentatum. Quod & affirmavit Stephan. Aufrer. in addit. ad decif. vltimam cappellæ Tolosan. ad med. Vnde ex præmissis satis patet, quod in hac limitatione constitui potest regula, quod pendente appellatione interposita in casu à iure prohibito non dicitur attentari, & gesta tanquam attentata non veniunt reuocanda: Cuius exemplificatio fieri potest in appellatione ab executione, seu mandato, & pronuntiatione de exequendo, quæ t. quia non suspendit, neque extinguit huiusmodi pronuntiationem, consequenter non operatur effectum attentatorum, vt videtur communis opin. de qua post Alciat. in l. 1. §. si quis ita. ff. de verbo. oblig. testatur Bapt. Villalob. in collect. comm. opin. in verb. appellatio. num. 113. & ideo executio actualis, huiusmodi appellatione de facto interposita non obstante, fieri permittitur, vt not. docton. omnes in l. ab executore. ff. de appellat. & in l. ab executione. C. quorum appellat. non recipiant. In quo exemplo ita potest poni.

Regula, t. quod appellatio ab executione non faciat attentata per suprascripta, vt specialiter ad excusanda attentata considerauit alias eleganter August. Bero. in conf. 106. incip. quatuor. numer. 10. lib. 3. & ratio duplex esse potest. Prima quia, vt dictum est, talis appellatio non suspendit. Secunda & magis generalis, quia appellatio hoc casu est à iure prohibita, ad tex. in capitulo non solum, ibi exceptis, & c. de appell. in 6. Quod autem ab executione prohibita sit appellatio, patet ex dicta l. ab executore, & leg. ab executione, & ibi not. omnes scribentes, & est decisio Rot. 45. alia. 346. si appellatur, de appell. in no. t. & est commu. opin. de qua post Alex. in consil. 95. vif. numero quinto, libr. secundo, & alios, t. statum Mādel. de Alba. in conf. 14. præsupposita, in princ. lib. primo, & tradit Grat. in conf. 16. vif. libr. 2. & plura ad hanc materiam ponit Io. Bapt. de Asin. in sua praxi iudic. §. 31. cap. 18. atque etiam Pet. Ca. Traç. de Attent. B 2

letat. inter consilia matrimonialia. lib. 1. conf. 76. in causa executionis, nu. 16.

Amplia regulam prædictam vno modo, vt nõ solùm pcedat inappellatione ab executione, sed etiam à pronuntiatione de exequendo, quamuis enim non modica fuerit inter doctores varietas, tñ hoc casu detur appellatio, vt patet ex his, quæ eleganter ponit Ant. Gabr. cõmun. conclus. lib. 2. de appell. conclus. 4. numero 1. tñ vbi refert Salyc. de cõmun. opinio. attestantem, quod hoc casu appellatio detur, & quã plures in id auctores citet. Quibus adde Aemilian. de ead. cõmun. opin. attestantem, in consili. 148. magnifice, numero secundo, & Minsing. in conf. 47. factum tale. num. 18. quia tñ tamen contraria sententia non solùm dicitur cõmunis, vt post alios dicit ille ibi, verum etiam magis communis, vt per quã plures auctoritates per eum ad hoc citatas, concludit idem ibi. num. 2. prædicta ampliatio omnino est tenenda. Quibus adde quod eandem esse cõmun. opi. testatus est etiã Alba. in dicto conf. 14. post Alex. etiam de hac cõmun. attestantem in d. consil. 95. & quod immo hæc sit etiam magis cõmun. opi. post Dec. in capitul. nouit. in 4. not. de appell. & Ant. de Canar. in tract. de executio. instrumentorum. quæst. 46. & Felyn. in cap. quoad consultationem. col. 8. de re iud. tradit Pet. Calepina. in d. conf. 76. numero 16. prout de eadem magis cõmun. opi. testatur etiam Bero. in conf. 32. in causa executionis. nu. 5. lib. 3. qui subdit ibidem. sub numero 17. tñ quod ab hac opin. in iudicando non est recedendum, & quod qui alteri opinioni vellet inhærere, id ex imperitia facere præsupponeretur, & post alios similit. de hac cõmuniori attestantes tradit Grauat. apud Vestr. in prax. Ro. cu. lib. septimo. cap. vlt. numer. 43. tñ Quæ ampliatio multo magis procederet, si essemus in commissione de exequendo, tñ quæ dicit esse pars realis executionis, & ideo (vt dicit Bero. ibidem. sub numero 9. post Imol. in d. leg. ab executione. tñ) datur hoc pro cautela ad tollendum omne dubium, vt appellari nullatenus possit, quod index non pronũciat, neque declarat sententiam esse exequendam, sed cõmittat executionem, vt latius ibi per eum: Quam ampliatio limitat, seu declara vno modo dõ vt non procedat, quando sententia (de cuius executione agitur) esset lata contra vnum, pronuntiatio autẽ de exequendo fieret contra aliũ, vt post Ang. in l. si cum exceptione. §. hæc autẽ actio. ff. de eo quod metus causa, & Imol. & Fely. vbi supra, tradit Capit. in decis. 1. in causa domini comitis, sub numer. 17. vers. sed quo ad casum nostrum.

Limita regulam in hoc exemplo suprapositam.

Primò vt non procedat, quando modus in exequendo excederetur: quoniam tunc ratione excessus bene conceditur appellatio. capitul. nouit. de appell. tradunt scribentes: omnes in dicta l. ab executore, ff. de appell. & in l. ab executione. C. quorum appell. non recip. & est decisio Ro. 45. aliã 346. si appelleretur. de appell. in no. & aliã Banfr. 341. incip. executor, tñ vbi etiam de cõmun. opin. testatur, & aliã Franc. Marc. in decisio. delphinal. quæst. 100. incip. quaritur. num. 1. & di-

xit notabiliter Paris. post alios, in consilio 28. ad resolutionem. num. 12. lib. 4. quod in qualibet causa mundi, in qua modus excedit appellatio admittit, & alibi passim hoc admittunt doct. Hanc autem limitationem Amplia, vt procedat etiam in executore apostolico, qui si modum excedat potest ab eo appellari, & appellatio facit attentata, vt senserunt Domini in vna Vercellẽ. canonicatus, siue attentatorum coram Reumano 29. Nouẽb. 1555. in qua licet executor apostolicus non obstantibus reiteratis appellationibus ab eo interpositis decreuisset in fauorem prouisi apostolici mandatum de manutenendo, eundemque in possessionem certorum aliorum bonorum immisisset & pro parte capituli prætenderetur, quod omnia essent attentata, Rota tamen declarauit non esse attentata, nisi ille modum excessisset, quod mandauit videri, & secundum hanc ampliã videtur intelligendũ id quod diximus infrã in §. limit. nu. 37. vt scilicet eo casu appellatio ab executore apostolico faciat attentata, quia ille debuit modum excessisse, quod licet ibi per dominos non fuerit dictum, tamen probabiliter excessus videtur posse colligi saltẽ ex carceratione, de qua ibi, aliã illa decis. in causa Astoricen. esset contraria his, quæ fuerunt dicta in hac Vercellen. eandemque limitationẽ pariter declara, Primò tñ vt ille excessus in exequendo non præsumatur, nisi probetur, vt rectẽ animaduertit Rota. in præalleg. decis. 45. nu. 1. Secundò tñ vt appellatio ratione excessus, non nisi semel concedatur, vt post Aret. in d. l. ab executore, & Fel. in dicto c. quo ad consultationem. col. 14. tradit Aug. Bero. in d. conf. 32. in causa, nu. 7. li. 3. Tertio declara, tñ vt appellatio ratione huiusmodi excessus, ad hoc vt valeat debeat in ea expressẽ, & specificẽ, exprimi causa, & in quo fuerit excessus, vt tradit idem ibidẽ. tñ Quarto quod excessus vt eleganter subdit idem ibi. num. 15. altero de tribus modis cõtingere potest, scilicet ratione rei, ratione tẽporis, & ratione exceptionum, quæ de iure potuissent ipsi executioni opponi, & fuisset reiectæ: Quintò, & vtiliter declarãt, quod cognitio an modus in exequendo fuerit excessus spectat ad iudicẽ a quo, vt ex intentione Alex. in d. conf. 95. vis. lib. 2. animaduertit idem Bero. ibi. nu. 18.

Secundò limita tñ quando essemus in mandato de exequendo concessoparte non vocata, vt post Henric. Boic. in c. de cetero, extra de re iud. & Anton. de Butr. & Panorm. in c. fin. extra de præsumption. tradit expressẽ Guido Pape, decis. 436. incipien. cum materia, quæst. 87. nu. 95.

Tertio tñ nisi fuisset appellatum à reiectione exceptionis contra executionem oppositã, vt tradunt doctores in dicta l. ab executore, & maxime Bart. col. 1. & post eos ponit expressẽ Capit. decis. 1. in causa domini comitis, sub numero 17. versiculo & dicit Bar. hæc tamen limitatio licet ille non

ille non dicat) est vno necessario, & vti modo declarãdat vt huiusmodi exceptiones debeant esse oppositæ, & reiectæ ante pronuntiationem & commissionem de exequendo, non enim sufficeret, quod postea in appellatione interposita ab executione, vel eius commissione, huiusmodi exceptiones opponerentur, & insuper reicerentur: quia ratione talis reiectionis, executio iã capta non impediretur, nec ratione huiusmodi reiectionis iudex posset dici excessisse modum in exequendo, vt eleganter cõsiderat, & deducit Aug. Bero. in d. conf. 32. in causa. num. 16. & nu. 17. libr. 3.

Quartò limita tñ vt non procedat in sententia, per quam inducitur executio alterius sententia, quoniam quando in ea aliquid de nouo inducitur, vtique appellari potest, vt tradit eleganter Ruy. in cõf. 78. in quaestione, in principio. lib. 5. & sensit etiam post eum Ant. Gabr. in dicta cõclus. 4. num. 2. Hæc autem limitatio vno modo videtur limitanda, tñ nisi à prima sententia, cuius executio dicitur esse secunda sententia, fuisset prohibita appellatio, quia tunc nec ab ista secunda sententia, quæ venit ad executionem primæ, appellari posset, vt post Bal. & Felyn. de quibus ibi per eum, videtur annotasse Capit. d. decis. 1. numero 23.

Quintò videtur posse limitari tñ vt non procedat in appellatione interposita ab executore apostolico in casu aliã considerato per dominos in vna Astoricẽ. Abbatia coram Domino meo Oradino sub die 4. Martij. 1555. in qua fuit tentum, quod si ab executore apostolico obtineatur mandatum contra capitulum, vt tradat possessionem Abbatia vna cum fructibus, & pro parte capituli fuerit ab eo appellatum, & iterũ executor idem mandauerit, atque iterum capitulum appellauerit, & deinde à subexecutore obtineatur mandatum de immittendo in possessionem, & expectans (capitulo contradicente) ingressus sit possessionem, & ab hoc simi iter pro parte capituli fuerit appellatum, & post ingressum expectans carcerauerit nonnullos canonicos, & alia quædam fecerit: ista omnia fuerunt per dominos iudicata attentata, & itante commissione super attentatis reuocandis, ex eo quia fuerant dictæ appellationes ab executore interpositæ, omnino purganda esse dixerunt antequam ter ibi datur casus in quo appellatio ab executore facit attentata per supradicta. Quæ tamen resolutio videtur necessario intelligenda in executore, qui modum in exequendo excesserit, secundum ea, quæ diximus supra in 1. limit. sub numero 24. vers. hæc autem limitationem.

Declara eandem regulam vno modo tñ vt quibus casibus appellatio ab executione permittitur, tunc in appellatione sit necessario exprimenda iusta causa, vt post Specul. Io. And. Bart. Abb. Roma. Felyn. & alios per eum allegatos in propriis terminis de appellatione à sententia de exequendo, tradit Capit. in dicta decis. 1. numer. 20. tñ aliã appellatio esset nulla, vt tradit Bero. tñ (etiam de cõmuni opinione attestans) in cõfil. 106. quatuor sunt. nu. 11. li. 3. Quod sanẽ ex intentione Capit. vbi supra nu. 22. post Pet. de Anchar. in clem. appellanti, de appell. & Franc. in c. vt de-

bitus, col. 9. eo. tit. limitandum est, tñ nisi ex facie, & forma ipsius sententia appareret, & constaret verẽ de grauamine, puta quia in ea exprimeretur iniusta causa, vel à iure reprobata, tunc enim in appellatione ab ipsa sententia de exequendo non requiritur expressio causæ: quod ex eo cõprobari potest tñ quod aliã dicimus, quod licet in appellatione ab interlocutoria sit iusta causa exprimenda. c. cordi. de appell. in 6. Rot. decis. 2. aliã 7. si appelleretur, de appell. in no. tñ tamen si mus in interlocutoria, cuius iniquitas per allegationem iuris detegitur, tñ is expressio causæ ultra non requiritur, puta quando appellatur à decreto sequenti, quod regulariter est prohibitũ, vt est decis. Cassad. 5. dubitarum fuit, num. 2. & 4. de sequestrat. possess. & fruct. tñ expressio autem causæ in appellatione ab executione (de qua supra) specificẽ fieri debet, nec sufficeret illam exprimere per relationem ad acta, vt post alios animaduertit Capit. sub dicto nu. 20.

Possent hæc eadem quinquagesima secunda limitatio exemplificari: etiam tñ in vero contumace: tñ Item in famoso latrone vel in notorio criminoso, tñ prout exemplificat dicta gloss. in verbo casibus. in dicto cap. non solùm, tñ in infinitis propẽ aliis casibus, in quibus appellatio prohibetur. Quorum enumerationem, & si locus iste satis exposceret, quia tamen hæc enumerationem non solùm fecisse videmus Iurisconsultos in tot. titu. ff. quando appella. sit, & tot. titu. à quibus appell. non lic. & Imperatores quoque in tot. titu. C. quorum appell. non recip. verum etiam quamplures ex nostris interpretibus, & docto. prout Azo. in summa. C. de appell. Specul. in titulo de appellat. §. in quibus, per totum. Card. in clem. 1. de sequ. poss. & fruct. & Anto. Nicel. in tractat. de concord. gloss. ferẽ per totum, vbi innumeros casus ad hoc propositum congerit, & etiam Maranth. in specul. in tertia parte sextæ partis princip. q. 4. nume. 269. & seq. & post eum Lancellott. Corrad. de prætor. §. 2. de offic. prætor. in caus. ciuil. capit. de appell. sub name. 9. vbi similiter quam plures casus, & ultra octuaginta enumerat, & nouissimẽ Manfredi. libro 2. pract. conclus. super attent. conclusio. 252. & multis sequen. & etiam Modern. in annot. ad Aegid. numero 191. & multis seqq. ne illorum dicta quodammodo transcribere cogere, pronunc (aliã forsitan plenius, & hæc materiam extensuri) sufficiat lectorem ad supradicta loca remittere, & ea solùm hic subiicere, quæ non simpliciter particulares casus respiciunt, in quibus specialiter appellatio à iure est interdicta, sed methodum ipsam, & doctrinam præsentis limitationis generaliter, & vniuersaliter concernunt: taque in proposito

Regula sit, quod gesta pendente appellatione contra prohibitionem legis interposita non dicuntur attentata: quæ probatur per supra dicta: quam

AMPLIA

Primò tñ vt procedat non solùm si sit prohibita à iure, verum etiam ab homine, puta, quia sit commissã causa cũ clausula appellatione remota, quia & hoc casu regulariter non dicitur attentari, vt latius diximus supra hoc eodẽ cap. in 8. limit. princip. huius nostræ reg. princip. numer. 75.

Tract. de Attent.

B 3

& seq.

50 Secundò tvt pcedat etiam sinò expresse, sed
51 taciteffet appellatio prohibita prout si statu
tum mandaret inter certas personas, sententias
latas executioni demandari: quia per hoc tacite
cēsetur statutum appellationem prohibuisse, vt
tradit Iaf. consil. 187. circa primum, columna sep
tima, versiculo similiter, libro secundo, referens
ita in contingentia facti consuluiffe Raphael.
Comen.

Tertiò potest singulariter hæc regula am
52 pliari, tvt procedat etiam si in casu, in quo de iu
re communi appellatio esset prohibita, per ali
quod statutum permittitur: quia hoc casu ap
pellatio permittitur à statuto non operatur effectū
suspensiuum, & consequenter non dabuntur at
53 tentata, sed tantum deuolutiuum: t exemplum,
si statu, prout est Bononiæ, & Papiæ permittat
in possessorio semel appellari, quod aliàs de iure
communi regulariter est prohibitum: talis enim
appellatio non suspendit, sed tantum deuoluit,
secundum ea quæ (reprobando Grat. in consilio
ultimo, & Bero. quæstion. 44. qui contrarium
tenebant) latè ponit nouissimè Menocch. in tra
ctat. de adipiscend. possessione. remed. 4. quæstio
ne centesima, numero 835. & sequen.

Quamuis illius opin. non videatur omnino tu
ta, vt annotauimus latius in tractat. de appellat.
in possessio. prohibet. vel permittit. in 16. limit. regu
læ ibi positæ.

LIMIT A eandem regulam,

54 Primò nisi vigore huius appellationis fuis
set per iudicem ad quem inhibitu, licet enim
hoc casu dici posset inhibitionem non esse cano
nicam, & consequenter non inducere vitium at
tentatorum, ad tradita per Rot. decisio. 58. aliàs
412. si appelletur. de appellat. in nou. & Aegid. de
cisione 239. in causa. Tamen Rota moderna tenet
contra dictam decisionem volens, quòd inhibi
tio siue iusta, siue iniusta sit timenda: vt patet in
recolle. A corabon. decisione quinquagesima
tertia, incip. licet Rota, de quo etiam diximus su
prà hoc eodem capitulo. in 6. limi. principal. regu
læ nostræ principalis, in prima sublimitatio
ne, numero 18. & latius infra in hac secunda par
te, capitulo 20. de attent. post inhib. in vndecima
ampliat. regulæ ibi positæ. numero 15. &
decimo octauo.

55 Secundò, t nisi huiusmodi appellationi per
iudicem fuisset delatum, sicut enim delatio iu
dicis operatur, quòd etiam appellatio frustra
toria operatur effectum attentatorum, vt dixi
mus supra in dicta 6. limitat. principal. in 2. sub
limit. num. 20. ita dici potest hic, quando factus
in appellatione prohibita, cum non sit dare ra
tionem diuersitatis: Quinimo ex his quæ ibidè in
4. sublimit. numero 27. Et ex idèitate rationis
potest, &

56 Tertiò supraposita regula limitari, tvt non
procedat quando talis appellatio fuisset de fa
cto per iudicem admittitur, & per partem approba
ta, per ea omnia quæ ibidem latius sunt annota
ta, quæ similiter, & in appellatione prohibita lo
cum sibi vendicare possunt.

DECLARA nunc eandem regulam,

Primò, vt quòd diximus appellationem à iu
re prohibitam non inducere vitium attentato

rum, intelligatur, t dummodo non adsit iusta
causa appellandi: quòd enim adest iusta causa,
quantumcunque appellatio prohiberetur, tamè
appellari posset, exprimendo illam iustam cau
sam, quod post Bart. Bald. Io. And. & alios per eū
allegatos (loquens primo in materia possessorij,
& deinde vniuersaliter ad omnes casus exten
dens, in quibus appellatio est prohibita) tradit
Andr. Tiraquel. in tracta. le mort fait le vis. in
secta declarat. sextæ part. princip. numero
quarto.

Secundò, quòd dum loquitur in hac limit. de
prohibitione appellationis, non intelligitur de
prohibitione, quoad vtrumque effectum suspen
58 siuum, scilicet, & deuolutiuum, t sed tantum de
prohibitione, quo ad suspensiuum: licet enim in
dubio prohibita appellatione censeatur prohi
bita quoad vtrumque effectum, vt per Deci. in
rubr. extra de appell. numer. quinto, post Abba.
in capitulo ad reprimendam, de offi. ordinar.
prout refert, & sequitur nouissimè Rolan. de Val
le. in consilio septuagesimo septimo, viso. numer.
16. libro secundo, ad propositum tamen nostrū
sufficit, quòd prohibitio respiciat tantum effec
tum suspensiuum, quamuis enim appellatio de
uoluat causam ad superiorem, si tamen potest
ea pendente fieri executio tunc cessant attentata
propter prohibitionem, quoad effectum suspen
siuum: Exemplum in possessorio, in quo se
cundum veriore opinionem non est prohibi
ta appellatio, quoad deuolutiuum, sed tantum
suspensiuum. Et propterea in tali appellatione
cessant regulariter attentata, vt diximus supra in
25. limit. princip. post princip. & latius dicemus
in dicto tracta. de appell. in possessio. prohib. vel
59 permittit. t Sic etiam videmus in appellatione
ab executione, quæ fit vigore obligationis in for
ma Camere: quæ cum deuoluat, & non suspen
dat non retardat executionem, vt per Ant. Gal
les. in tracta. de oblig. Camerali, in vlt. parte, ca
pitulo penult. numero octauo. & aliàs in multis
aliis similibus casibus, quæ studio breuitatis hic
omittuntur.

CAP. XIII. DE ATTEN. PEN dente tempore Apostolorum petendorum.

SVMMARIVM.

- 1 **TERMINVS**, quem habet appellans ad petendos
apostolos, est triginta dierum.
- 2 **Apostolorum terminus** à quo tempore incipiat cur
re sententiæ ne, an appellationis.
- 3 Et quòd currat à die appellationis secundum opi.
Hostien. seruat Palatium, licet quandoque variasse, se
cundum aliquos asseratur, vt infra. nu. 4.
- 4 **Contraria tamen sententiæ**, quòd currat à die sententiæ
crebrius recepta est, secundum aliquos.
- 5 **Attentata pendente hoc tempore** petendorum aposto
lorum an sint nulla, & reuocanda, fuit valde dubiū
apud docto. antiquos.
- 6 **Processus factus pendente tempore** apostolorum pe
tendorum valet, secundum aliquos, qui simpliciter
id tenent abque distinctione inter sententiam diffi
nitiuam, & interlocutoriam, & processum Iudicis
à quo, & Iudicis ad quem.

Alij de

- 7 **Alij de directo contrarium tenent**, quòd immo talis pro
cessus valet.
- 8 **Alij distinguunt**, vt si Iudex à quo detulit appellationi
processus non valet, aliàs secus.
- 9 **Alij pariter distinguunt**, vt processus Iudicis ordinarij
valet, Delegati autem non valet.
- 10 **Alij aliam distinctionem adhibent**, Aut appellans apo
stolos non petiit, & processus valet, Aut illos pe
tiit, & Iudex sibi præfixit terminum ad illos recipiē
dum, & processus interim factus non valet.
- 11 **Aliqui verò aliter demum distinguunt**, quòd aut sumus
in appellatione à diffinitiuam, & gesta hoc tempore
non valeant, aut ab interlocutoria, & valeant.
- 12 **Impetratio Iudicis facta per appellantem ab interlocu
toria pendente tempore apostolorum petendorum**
valet.
- 13 **Et hæc opi. tanquam verior, & communior videtur am
plectenda.**
- 14 **Apostolorum petendorum termino pendente si quid fiat
per Iudicem à quo, vel ad quem, aut per partes liti
gantes regulariter dicitur nullum, & attentatum.**
Et ita videtur tenere Palatium, vt infra, num. 20.
- 15 **Iurisdictio Iudicis à quo dicitur suspensa pendente tem
pore ad petendos apostolos.**
- 16 **Appellatio quando non peccat in forma, sed in materia,**
puta, quia est iniusta, donec dentur apostoli Iurisdic
tione Iudicis à quo est suspensa.
- 17 **Suspensio Iurisdictio operatur attentatorum reuoca
tionem.**
- 18 **Apostoli dicuntur pars, & de substantia ipsius appella
tionis.**
- 19 **Processus eo ipso est nullus, si sit factus per Iudicem à
quo non datus apostolis, saltem refutatoris.**
- 20 **Iudex à quo si interdicit administrationem prelati, cō
tra quem inquirebatur, talis interdictio venit tan
quam attentata reuocanda.**
- 21 **Iudex à quo ante dationem apostolorum non potest re
cipere testes.**
Etiam absuturos, vt num. 24.
- 22 **Innouari aliquid non potest pendente termino ad peten
dos apostolos.**
- 23 **Impetratio Iudicis ad quem facta pendente termino a
postolorum petendorum, & processus per Iudicem
impetratum interim factus, non dicitur attentatus,**
quando sumus in appellatione à diffinitiuam, & me
lius num. 24.
- 24 **Probatio, & iustificatio causæ in appellatione expresse
non requiritur in appellatione à diffinitiuam, sed ab
interlocutoria.**
- 25 **Clausula in commissione appellationis per cautos procu
ratores apponi solita, videlicet quòd appellans non
teneatur amplius redire pro apostolis, attentato, quòd
appellatur à diffinitiuam, non videtur admodum ne
cessaria, prout aliqui opinantur.**
- 26 **Appellans (cui Iudex pro apostolis dederat terminum
Iuris) si interim causam committat, & Iudicem im
petret tam appellatio, quam impetratio valet, etiā
si pro apostolis amplius non redierit.**
- 27 **Possessio capta post appellationem interpositam, quam
appellatus prætendebat de sertam ex eo quia appel
lans pro apostolis non redierat, censetur attentata,**
etiā si fuerit capta vigore mandati executiuum in
rim specialis commissionis obtenti.
- 28 **Impetratio Iudicis, & processus per eum factus pendē
te tempore apostolorum i deo valet, quia dicitur ten
dere in faciliorem exitum ipsius appellationis.**
- 29 **Processus factus per Iudicem à quo tempore apostolo**

rum pendente valet quando sumus in appellatione
ab interlocutoria.

30 **Pendentia termini ad recipiendos apostolos non debet
plus operari, quam ipsa appellatio.**

31 **Impetratio Iudicis, & processus per eum factus, dum
pendet terminus ad dandum apostolos valet, quan
do sumus in appellatione ab interlocutoria.**

Secundum magis communem opin. num. 35.

Licet aliqui contrarium senserint. num. 36.

Nisi pars opponat, parte enim opponente talis proces
sus non valet, vt num. 37. &

Nisi Iudex à quo reuocaret grauamen, quia eo casu si
militer processus per Iudicem impetratum non va
leret, vt num. 38.

Etiā si ex tribus grauaminibus, duo tantum essent re
uocata. num. 39.

Nisi tamè huiusmodi reuocatio fieret postquam lapsum
esset tempus ad dandum apostolos. num. 40.

41 **Iudex à quo pendente tempore apostolorum petendorum
non potest ultra procedere, quando per Iudicem ad
quem fuit inhibitus.**

Vel si Iudex à quo appellanti terminum præfixerit ad
dandum apostolos, seu (vt solent communiter dice
re officiales) ad dandum danda, secundum aliquos.
num. 42.

Licet de hoc dicto plurimū videatur subsistendū. nu. 43.

Vel appellans suæ appellationi renunciaffet, quia post
renunciationem processus valet, vt num. 44.

Nisi pendente hoc termino ante renunciationem Iu
dex processisset, quia processus antea factus per re
nunciationem non conualescit, vt num. 45.

46 **Stilus camera imperialis habet, vt circa dationem apo
stolorum Ius commune sit correctum, & relinqua
tur arbitrio appellantis, an illos velit petere, vel ne.**

47 **Appellatio, etiam si appellans pro apostolis non redie
rit, subsinetur, quando pro illis redire non tenere
tur, prout est, quando nihil aliud respondisset, nisi
quòd ipse audiebat.**

48 **Iudex licet pendente termino apostolorum in quibusdā
casibus procedere possit, intelligitur tamen, vt non
possit procedere, nisi appellante de nouo citato, aliàs
processus esset nullus.**

49 **Iudex potest terminum ad dandum apostolos alterare,
illum prorogando, vel abbreviando.**

50 **Gesta pendente termino ad dandum apostolos per Iudē
cē prorogato, vel abbreviato, an dicantur attentata?**

51 **Deserta non dicitur appellatio, si appellans non compa
ruerit in termino ad dandum apostolos per Iudicem
anticipato, vel prorogato.**

52 **Tempus petendorum apostolorum suspenditur, si inte
rim fiat compromissum.**

53 **Termino ad dandum apostolos pendente si fiat cōpro
missum, & arbitris non pronunciantibus illud ex
piret, tempus, quòd residuum erat ad illos petendū
debet appellanti concedi.**

54 **Tempus triginta dierum ad recipiendum apostolos in
casu in quo quis obtinuerit restitutionem in inge
grum ad appellandum incipit currare à die sen
tentiæ latæ super restitutione.**

1 **A**postolorum terminus t (qui triginta die
bus, & in leg. eos. §. apostolos, & ibinō, C. de ap
pell. & in cap. super, & c. ab eo. de appell. in sexto,
& in clem. quamuis rigor. eo. titu. sicut, maximè

2 contorsit doctores antiquos, t à quo tempore in
cipere debeat sententiæ ne, an appellationis, vt
apparet ex his quæ ponit Rot. decisio. §. aliàs 29.

fuit dubitatum. in princ. & per totam de appellat. in no. in qua tamen fuit refolutum, & quod fecundum opi. Hostien. currant à die appellationis, & in palatio semper eius opi. seruanda esse, vt ibi dicitur propè finem: quãuis & contraria sententia, quod immo currant à die sententiæ crebrius recepta sit, vt attestatur nouissimè Minsinger. sing. obseruat. centur. 4. decif. 36. incip. quãdo aliquis, & ante eum posuit etiam de communi opi. attestans Guid. Pap. in tract. de appel. q. 27. ad med.)

5 Ita articulus iste & an gesta pendente termino ad dandum, vel recipiendũ apostolos sint nulla, plurimum negocij docti antiquis, & præsertim decisionum Rotæ compilatoribus dedisse videtur, vt patet ex his, quæ ponit latè Rota decif. 19. aliàs 128. si iudex, de appel. in no. & decif. 41. aliàs 357. fuit dubitatum. eodem tit. in no. & decif. 37. aliàs 406. no. quod si iudex de appel. in antiq. & decif. 51. aliàs 540. à grauamine. eodem tit. & 53. aliàs 564. vtrum si appellatur. eod. tit. & 54. aliàs 734. no. quod quando. eod. tit. & apud Bisignett. de appel. decif. 18. à grauamine, & latius per Egid. post Paul. de Leazar. (qui hæc q. disputauit) decif. 622. processus, & per Nic. Boer. decif. 256. vtrum appellans, per totam. Ex quorum omnium dictis colligitur, quod plures fuerunt circa hoc opini. ex quarum recitatione veritas etiam præsentis conclusionis liquiddò apparebit. & Prima videtur opin. illorum, qui absque distinctione inter appellationem ab interlocutoria: & à diffinitiuã, & inter processum iudicis à quo, vel iudicis ad quem simpliciter dicunt, quod processus factus pendente termino apostolorum valet, inter quos connumerari potest Rot. decif. 19. aliàs 128. si iudex, de appel. in no. & decif. 37. aliàs 406. no. quod si iudex, de appel. in antiq. & Aegid. decif. 622. processus: vbi latè: & Secunda est opi. huic de directo contraria, quod talis processus non valeat, vt latè post Hostien. per multa firmat Collector in d. decif. 19. aliàs 128. & dicta decif. 37. aliàs 406. quod etiam videtur sensisse Aegid. sibi contrarius in decif. 151. si à tribus, in consilijs, quam etiam sensit Felin. in ea personas. sub. num. 9. de appel. Tertia colligitur fuisse opin. ab initio Ioan. de Lignano distinguens, quod aut iudex, à quo pendente hoc termino de tulit appellationi, & processus non valet, aut nõ detulit tunc valeat, vt refert Collector in decif. supra proximè citatis. & Quarta colligitur, etiam opin. ex decif. Rot. 77. aliàs 570. iudici delegato: de appel. in ant. repetita apud Bisignett. de appel. decif. 3. similiter distinguens quod aut sumus in iudice delegato, & gesta per eum hoc tempore non valent, aut sumus in ordinario, & valeant, vt videtur ibi sentire Rota: & Quintam, etiam opin. sensit collector in decif. 41. aliàs 357. fuit dubitatum, de appel. in no. Quod aut non fuerunt petiti apostoli per appellantem, & ex sola pendentiã huius termini processus iudicis à quo nõ fit irritus: Aut fuerunt apostoli petiti, & iudex præfixit appellanti terminum ad illos recipiendum, & tunc eius processus non valeat, cum regulariter dilatio pendente officium iudicis conquiescat, ad leg. siue pars. C. de dilat. cum sim. & Sexta demum videtur fuisse magis vulgaris opinio similiter distinguens quod aut sumus in appellatione à sententia diffinitiuã, & dubita-

tur an pendente hoc termino valeat appellans iudicem super sua appellatione impetrare, & iudex impetratus in causa procedere, & hoc casu, quod tam impetratio per appellantem facta, quam gesta per iudicem impetratum valida censeantur, tenet Rot. decif. 41. aliàs 357. fuit dubitatum post princ. vers. immo posset commissionem, de appell. in no. & decif. 54. aliàs 734. no. quod quãdo: de appel. in antiq. Aut sumus in appellatione ab interlocutoria, & tunc non solum valet impetratio per appellantem hoc tempore facta, & processus per iudicem impetratum, vt tradit, & veram opin. dicit Rot. decif. 53. aliàs 564. vtrum si appellatur, de appel. in antiq. & latè deducit, & defendit Boer. decif. 256. vtrum appellans, in princ. & per totam. verum etiam valeat, & teneat processus per iudicem à quo pendente hoc termino factus, vt tradit Aegid. d. decif. 622. processus, qui dum loquitur in princ. de probatione veritatis causæ in appellatione expressæ satis demonstrat, quod loquitur in appellatione ab interlocutoria, & firmat, etiam Boer. in d. decif. 256. nu. 7. Et in hac opi. circa duo animaduertendum est. Primò quod quamuis in hoc de impetratione iudicis quando sumus in appellatione ab interlocutoria contrarium expressè voluerit Rot. decif. 51. aliàs 734. no. quod quando, de appel. in ant. dum in si. firmat, & quod talis impetratio nõ valet: præcedens tamè opinio, quod immò illa valeat, & tanquam verior, vt sentit Rot. d. decif. 53. in si. & tanquam cõmuniõr, vt restatur Boer. in d. decif. 256. sub nu. 3. videtur ample tendenda. Secundo quod in tot decif. quæ in hac materia allegantur, vt supra ex principio apparet, licet plures sint in quibus tractatur, de validitate processus iudicis, à cuius interlocutoria est appellatum. Nulla tamen est decif. quæ dicat processum iudicis, à cuius diffinitiuã est appellatum medio hoc tempore factum valere, nec etiam docto. in c. vt super, & in c. ab eo, & in c. cordi, de appellat. videntur de hoc dubitare, quasi sentiant quod licet processus per iudicem ad quem hoc tempore impetratum sit validus per supra dicta, processus tamen iudicis à quo, (quando sumus in diffinitiuã) non sit reuocandus in dubium, quominus sit inualidus, & meritò, quia quãdo sumus in diffinitiuã licet iudex, à quo non impediretur procedere propter pendentiã termini apostolorum, impeditur tamen propter pendentiã interpositæ appellationis, quæ si recepta fuerit (vt inquit Iuriconsul. in l. i. ff. nil nou. appell. pend.) impedit processum, quia recepta est, si verò non est adhuc recepta impedit processum ne præiudicium fiat appellanti, quoad deliberetur an sit recipienda. Quod nota propter ea, quæ proximè subiiciemus. Verum quia ex tot opinionum varietate, ac ex tot decisionum diuersitatè, & palatium quoque in hoc quandoque variasse constat, vt refert Aegid. d. decif. 622. processus, in princ. & lectori forsan ex his confusa potius quam expedita præmissorum remaneret intelligentia, veritati inhaerendo, & conclusiue procedendo secundum opin. Host. & Collectoris in d. decif. 19. aliàs 128. de appel. in no. & decif. 37. aliàs 406. de appel. in antiq. circa hoc regulam constituemus, opportunas ad eam limitationes, ac declarationes applicando. Sic igitur

REGULA

15 REGULA, & quod gesta pendente tempore apostolorum recipiendorum, tam per iudicem à quo, quam per iudicem ad quem, atque etiam per litigantes ipsos dicantur regulariter nulla, & attentata. Quæ probatur Iure, Ratione, & Auditoritate, Iure per tex. in dict. capitu. vt super. de appel. in 6. ponderando illud verbum ex tunc, vt facit Collector vbi supra. Ratione autem duplici (omissis pluribus alijs quos post Paul. de Leazar. 16 refert Collector in dict. decif. 19.) Prima, & quia pendente hoc tempore iurisdicção iudicis à quo dicitur esse suspensa, vt dicit expressè Rot. decif. 53. aliàs 564. Vtrum si appelletur, de appel. in antiq. & decif. 51. aliàs 540. à grauamine, eod. tit. in antiq. & apud Bisign. decif. 18. à grauamine, 17 eo. tit. de appel. dum Vtrobique dicitur, & quod quando appellatio non peccat in forma, sed in materia, puta, quia est iniusta, donec dentur apostoli, dicitur esse iurisdicção iudicis à quo suspensa, quas decif. post Gemi. secutus est Ausr. in addit. ad decif. Tholos. 322. Item fuit appellatum, & expressius Rot. decif. 77. aliàs 570. Iudici delegato. de appel. in antiq. repetita apud Bisignett. decif. 3. Auditore. de appel. dum ibi dicitur, quod ante dationem apostolorum est suspensa omnis potestas iudicis à quo: Vnde si est suspensa sequitur, quod si procedat, videatur 18 attentare: & quia suspensio iurisdictionis operatur reuocationem attentatorum secundum Franc. in cap. bonæ. numer. 36. de appell. & supra 19 sapius hoc dictum est. Secunda ratio sit, & quia cum apostoli dicantur esse pars, & de substantia ipsius appellationis, vt tradit Rot. decif. 50. aliàs 366. si appelletur. num. 3. de appel. in no. & Osalc. in decif. Pedemont. 7. lata sententia. num. 4. sicuti regulariter pendentiã appellationis inducit attentata, vt in l. i. & tot. tit. ff. nil nouar. appellat. pendent. Ita etiam & pendentiã termini apostolorum petendorum debet similem effectum operari. Auctoritate quoque Regula prædicta 20 comprobatur, quod ita videmus, quod generaliter hoc quandoque tenuit Palatium tempore domini Viuariensis, vt refert Aegid. dicta decif. 622. Quod etiam expressè tenuit idem Aegid. in 21 consilijs decif. 151. si à tribus, vbi voluit, quod processus sit eo ipso nullus, si sit factus per iudicem à quo non datis apostolis, saltem reuocatorijs, quem secutus est Vant. in tractat. de nullita. in tit. de null. ex defectu iurisdicção. ordi. num. 142. quam sententiã secuti videntur etiam aliàs Domini in vna Regiõn. emissionis professionis coram Capizucco. 27. Nouembrijs millesimo quingentesimo quinqueagesimo tertio, in qua voluerunt nullum, & inualidum esse processum Vicarij Episcopi, à quo fuerat appellatum, & de apostolis requisitus nihil aliud respondit; nisi quod nõn admitteret appellationem. Similiter videmus, & quod si iudex à cuius grauamine fuit appellatum ante dationem apostolorum, interdicitur administratiõnem prælati, contra quem super mala administratione inquirebatur, talis interdicção tanquam attentata venit reuocanda. Rot. decif. 77. aliàs 570. Iudici delegato, quod etiam firmavit Bisignett. vbi supra, de appellat. decif. 3. incip. Auditoris, quæ regula ex eo, etiam confirmatur, quod ponit Rot. decif. decimaseptima. aliàs 198. nota quod per iudicem, de ap-

23 pel. in antiq. dum vult, & quod per Iudicem, à quo est appellatum, ante dationem apostolorum nõ 24 possunt recipi testes, & etiam abfuturi, & expressè, & quod pendente hoc tempore non debeat aliquid innouari, tradit post Felin. in cap. personas. colum. pen. ante fin. de appel. Boer. in conf. 43. videtur. num. 16.

LIMITA regulam prædictam,

26 Primò, & vt non procedat in actu impetrationis Iudicis ad quem, & in processu per ipsum Iudicem impetratum facto (quando scilicet, sumus in appellatione à diffinitiuã) nam de processu Iudicis à quo hoc casu quando sumus in appellatione à diffinitiuã si percurrantur omnes decisiones, quæ in hac materia allegantur, & quas nos supra in prin. & discursu huius capit. citauimus, reperietur, quod non sit aliqua mentio, & licet aliqui loquantur indistinctè, de processu Iudicis à quo, prout facit Aegid. in dicta decif. 622. tamen si rectè inspiciatur, loquitur Aegid. quando est appellatum ab interlocutoria, vt colligitur ex eo ibi in princ. dum loquitur, de probatione veritatis causæ in appellatione expressæ, & talis enim probatio, & iustificatio non requiritur in appellatione à diffinitiuã sed solum in appellatione ab interlocutoria ad no. in c. cordi. de appel. in 6. clem. appellanti. eodem tit. vt diximus latius supra, capitu. 12. de attentat. appellatione pendente. in i. sublimit. primæ limitationis principalis. numer. 31. Impetratio enim Iudicis pendente hoc tempore facta, & processus per Iudicem impetratum vigore dictæ commissionis factus benè valet, & ita procedat Rot. decif. 54. aliàs 734. no. quod quando. de appellat. in antiq. & decif. 41. aliàs 357. fuit dubitatum. post princ. vers. immo posset commissionem; de appel. in no. Quæ decif. licet à Vestr. in praxi Ro. cu. libr. 7. capitul. 3. de appellat. & de apostolis circa fin. allegatur in contrarium, quod appellans hoc casu non possit valide commissionem impetrare, aduertendum tamen est, quod quamuis Collector ibi fuerit in hac opin. tamen domini in decif. tenent, quod nos supra proximè firmauimus, & propterea quando sumus in appellatione à diffinitiuã, non videtur multum necessaria diligentia, qua cautos procuratores vti asserit Vestr. vbi supra, quod in impetratione huius commissionis inserant clausulam derogationis, ne appellans amplius redire teneatur pro apostolis, attento, quod appellatur à diffinitiuã, quoniam secundum veriorẽ opin. quando sumus in diffinitiuã, impetratio etiam simpliciter facta valet, vt dicunt expressè dicta decif. præsertim decif. 54. cuius auctoritate, ad propositum tenuit aliàs Rot. in vna. Insculana, seu Romana casalis coram Capizucco. 11. Aprilis 1552. 29 & quod si appellans, cui iudex dederat terminum iuris, intra dictum terminum causam, & iudicem, impetret, talis appellatio, & impetratio tenet, etiam si amplius pro apostolis non redierit, vt est decif. in re collect. Caputaquen. parte. 133. incip. quando iudex, Quinimo motus ab quo eo, quod appellas pro apostolis redierit, causam appellationis commiserit, & illius vigore inhiberi fecerit, si appellatus præterens non redditionem pro apostolis appellationem finitè desertam, & vigore specialis commissionis obtineat

tineat committi iudici à quo, vt confitio, quòd executioni locus sit, sententiam exequatur, & illius vigore obtineat etiam mandatum executionum, & possessionem capiat, talis possessio dicitur attentata, vt fuit tentum in vna Nucerna attentatorum coram Lancelloto 17. Maij. 1568. Pro cuius limit. corroboracione, vltra rationem, quæ ponitur in dicta decis. 54. alia quoque ad propositum presentis limitationis afferri ratio potest: qua specialiter etiam vtuntur docto. in hac materia, & videlicet, quòd ideo talis impetratio iudicis, & processus super appellatione per eum (vt præfertur) factus valida reputentur, quia scilicet, tendant in faciliorem exitum ipsius appellationis, non est enim nouum, quòd etiam interposita appellatione possunt citra vitium attentatorum regulariter ea omnia fieri, quæ in faciliorem exitum ipsius appellationis tendere videntur, quod nos latè prosecutus fuimus supra, de attentatis appellatione pendente, capitu. 12. limitat. 4. principal. numer. primo, & per totam. Quod autem impetratio iudicis super appellatione, & processus inceptus per iudicem impetratum, tendant in faciliorem exitum appellationis, cum de se pateat, non indiget probatione.

32 Secundò limita, vt non procedat t quando sumus in appellatione ab interlocutoria, & tractatur, de validitate processus iudicis à quo pendente hoc termino facti, quoniam hoc casu talis processus dicitur validus, & ita procedat decis. Aegid. 622. processus, & decis. Boer. 256. Vtrum appellans per totam, & præsertim numer. 7. & decis. Rot. 19. aliàs 128. si iudex, de appellat. in no. & decis. 37. aliàs 406. not. quòd si iudex, de appellat. in antiq. Quæ licet simpliciter loqui videantur, de iudice à quo non distinguendo, an ab interlocutoria, vel diffinitiuâ fuerit appellatum, tamen ex ratione, quam supra retulimus. numer. vigesimo septimo. necessario videtur intelligenda, vt loquatur in appellatione ab interlocutoria, & sic pro limitatione regulæ supra positz erit conclusio, quòd processus factus per iudicem à quo, vt præfertur, pendente termino apostolorum sit validus, & consequenter, quòd regula (quando sumus in interlocutoria) non procedat in tali processu, & secundum hanc in contingentia facti fuit nouissimè resolutum in vna Oisc. Prioratus coram Lancellotto 7. Maij. 1571. in qua fuerat appellatum ab interlocutoria, per quam iudex pronuntiauerat se competentem, & dato termino iuris (licet iudex à quo processerit, illius tamen processus fuit validus per Dominos ibi reputatus) & licet doctor. non ponant, huius limitationis ea potest esse ratio

33 t quia pendentia huius termini apostolorum non debet plus operari quàm ipsa appellatio, attentò, quòd apostoli dicuntur esse pars, & consequenter quid accessorium ad ipsam appellationem, vt per Rot. decis. 50. aliàs 366. de appellat. in no. Vnde si ipsum principale, & ipsa appellatio ab interlocutoria non impedit iudicem à quo, quo minus regulariter procedat, non debet, nec ipsum accessorium, & sic terminus iste apostolorum ipsum impedire, quo minus eo pendente procedere valeat, Quam secundam limitationem

Amplia, vt non solum processus prædictus valeat, t sed etiam valeat impetratio per appellantem hoc tempore facta de iudice, cui talis appellatio sit commissa: Quinimmo non solum impetratio iudicis ad quem, verum etiam, & processus ipse iudicis ad quem hoc casu validus erit reputandus, quicquid dixerit Rot. in decis. 54. aliàs 734. no. quod quando. de appellatio. in antiq. & decisione 41. aliàs 357. fuit dubitatum, versic. immo posset, de appell. in no. dum negat talem impetrationem valere, quando sumus in appellatione ab interlocutoria, quia, vt dictum est, contrarium videtur verius, vt sentit Rot. de decis. 53. aliàs 564. vtrum si appellatur, t & est magis commun. opinio, de qua testatur Boer. d. decis. 256. sub numero 3. versic. sed præcedens est communior opinio. t licet Ioan. de Neuizzan. in consilio 60. non declines, numer. 15. in si. videatur aliter sentire, dum retentis dictis decis. 54. & 41. subdet Rot. in dict. decis. 53. non bene dicere. Sed propterea non videtur à conclusione supra firmata recedendum, cum nec sufficiens aliqua pereum ratio allegetur, nec eius auct. oritas sit in hoc multum attendenda, cum id absolute firmare non videatur, sed loquatur sub dubio forte, quod & si etiam Nic. Boer. sensisse videatur in consilio 43. videtur. numero 15. dum vult, quòd quando sumus in appellatione ab interlocutoria, impetratio rescripti, ac citationis hoc tempore facta non valeat, quia tamen vt ex supradictis patet, etiam ille est sibi parum constans, ab eius attestacione non est discedendum. Quam tamen ampliacionem Declara. necessario duobus modis. Primò, t vt talis processus per iudicem ad quem factus valeat, dummodo pars non opponat, parte enim opponente iudex, ad quem hoc casu procedere non potest, vt declarat Rot. decis. 19. aliàs 214. no. secundum aliquos, de appellat. in antiq. & sentit Rot. in dict. decis. 53. in princip. & firmavit expressè

38 Boer. in dict. decis. numer. 5. t. Secundò, vt non procedat quando iudex à quo reuocaret gratiam, & reponeret partes in pristinum statum, quia tunc processus, & omnia acta per iudicem super huiusmodi appellatione impetratum facta dicuntur nulla, & inualida, vt dicit expressè Rot. d. decis. 53. & sequitur Boer. vbi supra, numer. 5. versic. tamen si iudex, & iterum dicto consilio 43. videtur. sub numer. decimo quinto, quam declarationem ampliando intellige, vt procedat t etiam si ex tribus grauaminibus à quibus erat appellatum duo tantum essent per iudicem reuocata, quia licet tertium non fuerit reuocatum, tamen totus effectus appellationis dicitur sublatus, vt est decis. Aegid. 151. si à tribus. in princip. & quamuis Aegid. de hoc admiraretur, tamen, vt ille subdit in decisione sequenti, non potuit exaudiri. Item similiter limita t nisi talis reuocatio fieret per iudicem, postquam lapsus esset tempus ad dandum apostolos, vt notat expressè Ioannes Andræ. in dicto capitu. vt super. numer. secundo. de appellat. in sexto, & post eum Mil. in verbo, Iudex, à quo appelletur, folio 186.

41 Sublimita hanc secundam limit. Primò, t nisi hoc casu iudex, ad quem iudici à quo inhibuisset, quia post inhibitionem vltra procedere non posset

posset, vt tradit Boer. in dicta decis. in final. verb. pro qua faciunt quæ latius diximus supra capit. 12. de attent. appellatione pendente, limit. 1. in princip. in 8. sublimit. num. 101. vbi vniuersaliter firmauimus, quòd pendente appellatione ab interlocutoria iudex à quo non potest vltra procedere quòd fuit inhibitus. Secundo ex intentione eiusdem Boer. ibidem in fin. vt non procedat quando iudex à quo præfixerit appellanti terminum ad dandum apostolos, seu ad dandum danda, vt solent (secundum eum) communiter dicere officiales in responsione, quia tunc processus iudicis à quo non valeret, vt per eum ibi, t de quo tamen valde subsistendum videtur, propter ea quæ habentur in sæpius allegata decis. 19. aliàs 128. de appellat. in nou. & decis. 37. aliàs 406. de appell. in antiq. quæ dicunt processum valere etiam pendente termino ad dandum apostolos ab homine præfixo. Tertio, t vt non procedat regula quocumque appellans tacite, vel expressè suæ appellationi renunciaffet, quia post renunciationem iudex à quo validè potest in causa procedere, vt est hoc expressum in c. vt super, & in capit. ab eo, de appell. in 6. & ibidem not. omnes docto. Rot. decis. 57. aliàs 406. si auditor, sub num. 4. ad si. vers. si verò iudex. de appell. in nou. Quod tamè intellige, t nisi pendente termino iudex processisset, quoniam etiam si subsequatur renunciatio, processus tamè ante renunciationem factus non conualescit, vt not. ibi expressè Ioan. And. in nouell. in verb. renunciarum, & alij omnes ibi. Quarto limitari potest, vt non procedat regula de stilo, & iure Camere Imperialis, t quoniam (cū in ea circa hæc petitionem apostolorum ius commune sit correctum, & relinquatur hoc arbitrio appellantis, an velit illos petere, vel ne, vt tradit expressè nouissimè Minsinger. sing. obseruat. centuria prima, decis. 84. incipien. iure communi) pendentia quoque huiusmodi temporis videtur sublata, ita vt non sit habenda in consideratione. Quintò, t vt non procedat in casu in quo appellans non teneretur redire pro apostolis, prout est quando iudex nec tacet, nec dat terminum iuris, sed respondet, quòd ipse audiebat, & nihil aliud, quo casu non tenetur redire, vt tenuerunt Domini in vna Toletana Cappellaniæ coram D. meo Oradino 16. Iunij. 1567. in qua dicentes, quòd ex hoc capite appellatio sustinetur, satis etiam colligi posse videtur, quòd impetratio quoque iudicis super dicta appellatione per impetrantem facta valida sit censenda. Sextò limita, seu maus declara, t quòd licet iudex pendente hoc termino possit procedere, hoc tamen non potest facere sine noua citatione appellantis, aliàs processus esset nullus, per doctrin. Abbat. in cap. cum causam. numer. 20. versic. aduerte, de re iudicat. prout pro nullitate processus tenuerunt Domini in vna Tirafonen. matrimonij coram Aldobradino 14. Maij. 1565. & in alia Firmana beneficiorum coram Sarmiento 20. Maij. 1562. in qua, cum iudex habuisset terminum ad sententiam pro seruato, & fuisset appellatum quatenus contra, & iudex dedisset terminum iuris, & intra terminum prædictum ille decesserit, & propterea appellans vltra non redierit pro apostolis, sed obtinuerit vigore dicti termini sententiam subscribi per Decanum ipso appellan-

te aliter non citato, & ex hoc appellatus prætenderet rem iudicatam, & illam exequendam fore. Appellans verò econtra prætenderet illam esse nullam, ex quo fuit subscripta absque eo, quòd ille fuerit saltem semel de nouo citatus, & consequenter non posse exequi, nisi fuit constituto, de bono iure, Domini tenuerunt, quòd videretur, de bono iure.

Quid autem si iudex hunc terminum abbreviauerit, seu etiam prorogauerit (potest enim hoc facere, ad not. in cap. personas, & in cap. cum sit. de appellat. & sentit Rota decis. 41. aliàs 357. fuit dubitatum, versic. præterea iudex, de appellat. in nou.) t nunquid si aliquid fiat extra terminum anticipatum durante tamen termino iuris, vel intra terminum prorogatum, elapso tamen iuris termino, dicatur attentatum secundum regulam suprapositam? & breuiter dici potest, quòd non, quia per huiusmodi prorogaciones, & anticipaciones non videtur alterari natura, & qualitas actus, qui geritur: inde videmus t quòd si appellans non compareat in termino prorogato vel anticipato ad recipiendum apostolos, appellatio non dicitur deserta, secundum Mil. in verbo appellatio non intelligitur deserta, fol. 9. post Rotam decis. 57. aliàs 406. si auditor, in princip. de appellat. in nou. vbi concluditur, quòd per has præfixiones appellans non cogitur vltra comparere, & redire pro apostolis. Vnde sicut illarum vigore non inducitur necessitas redeundi in appellatione, ita nec etiam illarum pendentia videtur habenda in consideratione respectu attentatorum, præsertim cum attentata tanquàm pœnalia sint odiosa, vt dicemus infra in tertia parte, capitu. vltimo, de pœna attentantis. numer. 5. t. Et insuper ad propositum materia, de qua agimus, nota quòd si pendente hoc termino fiat inter partes compromissum, tempus petendorum apostolorum suspenditur, t & si arbitris non pronuntiantibus expiret compromissum, residuum temporis ad petendum apostolos dandum est appellanti, vt tradit post Bald. Franc. & alios per eum allegatos. Blanc. in tract. de compromiss. quæstion. 6. principal. numer. 15. versic. octauo intellige. in fin. Et similiter t quòd si esse in casu, in quo quis obtinuisset restitutionem in integrum ad appellandum, tempus triginta dierum, qui dantur ad recipiendum apostolos incipiunt currere à die sententiæ latæ super restitutione, vt post alios animaduertit Guid. Pap. in tractat. de appellat. quæstion. 103. ad fin.

CAP. XIII. DE ATTENT. PENDENT. restitutione in integrum ad appellandum.

SUMMARIUM.

- 1 RESTITUTIO in integrum ad appellandum quibus modis, & quibus ex causis concedatur, remissive.
- 2 Negligentia procuratoris in non appellando sola non dicitur esse iusta causa ad obtinendum restitutionem in integrum ad appellandum.

Restitu

- 3 Restitutionem ad appellandum petens, ad illam obtinendam non sufficit probare impedimenta.
- 4 Nisi ultra aliquo modo doceat, de suo interesse, & de sua lesione.
- 5 Secundum receptiorem sententiam.
- 6 Lesio ad effectum obtinendi restitutionem ad appellandum debet probari saltem presumptiuè.
- Etiamsi presumptio esset modica. num. 7.
- Immo secundum aliquos ista restitutio etiam prætermissa omni examinatione est concedenda. numero 8.
- 9 Probatio modica lesionis, non sufficit ad obtinendam restitutionem aduersus rem iudicatam.
- 10 Secundum magis communem opin.
- 11 Commissione signata per placet, in qua est clausula, Quatenus dignetur oratorem ad appellandum, appellationemque prosequendum docto de suo bono iure ex eisdem actis gratiosè restituere, & causam appellationis committere, &c. Impetrans non potest tanquam restitutus appellare infra decem dies à die præsentatae commissionis, nisi antea de suo bono iure docuerit, & de illo constare Iudex declarauerit.
- 12 Restitutio ad appellandum ex clausula generali, si qua iusta causa, &c. non solum minoribus, & personis priuilegiatis, verum etiam maioribus conceditur. Præuia tamen probatione lesionis, saltem presumptiuè, vt num. 13.
- Et ita fuit aliàs in curia practicum, vt num. 14.
- 15 Attentata pendente restitutione in integrum ad appellandum an sint reuocanda, sunt Rotæ decisiones sibi inuicem pugnantes.
- In obseruantia tamen illa est, in qua dicitur, quod talia sint attentata, & reuocanda, vt num. 16.
- 17 Executio, & alia gesta pendente restitutione in integrum ad appellandum, regulariter dicuntur attentata, & tanquam attentata reuocanda.
- Secundum communem opin. vt num. 18.
- 19 Antonius de Canario magnus practicus appellatur.
- 20 Restituti in integrum ad appellandum sola pendencia, absque eo quod fuerit in causa inhibitiuum facit attentata.
- 21 Restitutus ad appellandum potest petere reuocationem etiam eorum, quæ fuissent attentata infra decem dies, qui dantur ad appellandum.
- 22 Excommunicationis sententia lata pendente restitutione in integrum ad appellandum non dicitur attentata, ex quo secum trahit executionem.
- Contrarium assignatur, & soluitur infra num. 24.
- 23 Licet secus sit, quo ad denunciationem, & monitionem, & alia executoria prædictæ sententiæ excommunicationis.
- Contrarium tamen videtur verius, vt infra num. 26.
- 25 Restitutio in integrum ad appellandum, quamuis litem introducat, Iurisdictionem tamen primi Iudicis non videtur suspendere.
- 27 Restitutione ad appellandum pendente attentata non reuocatur si illam petens in ea succubuit.
- Contrarium assignatur, & soluitur infra. nu. 29.
- 28 Fatalia currunt ei, qui in causa attentatorum succubuit.
- 29 Attentata pendente appellatione reuocantur etiam si appellans permittens appellationem deseri in causa appellationis succubuisse.
- 30 Restitutus ad appellandum per Iudicem, si aut omnino non appellauit, vel saltem infra decem dies, gesta hac restitutione pendente, non reuocantur tanquam

attentata.

- 31 Restitutus ad appellandum debet intra decem dies appellare.
- 32 Executio facta pendente tempore ad appellandum, licet non debuerit fieri, si tamen postmodum non appelletur, illa remanet valida, & non reuocatur tanquam attentata.
- 33 Restitutio in integrum ad appellandum non facit attentata, quando petitur in casu in quo non posset appellari.
- 34 Appellatio vbi est remota, non potest quis petere restitutionem in integrum ad appellandum.
- 35 Exceptio falsitatis instrumenti ipsius appellationis, & nullitatis eiusdem opponi potest contra eum, qui obtinuit se restitui ad appellandum.
- 36 Tertius si petat restitutionem in integrum ad appellandum, non debet hoc prætextu retardari processus causæ.

Vidimus hucusque de attentatis, quæ ex pendencia appellationis inducuntur, quando illa fuit interposita, Verum quia quandoque dicitur attentari etiam si illa non fuerit actualiter interposita, prout est quando quis petit ex aliqua iusta causa se restitui ad appellandum, ideo non incongruè subiicimus rubricam de attent. pendente restitutione in integrum ad appellandum: Circa quam licet multa dici possent, quæ modum, & causas ex quibus huiusmodi restitutio conceditur, respiciunt, de quibus per Mil. in verb. restitutio in integrum ad appellandum. fol. 350. & in verb. restitutio datur minori. fol. 351. Tria tamen sunt omnino in hac materia attendenda. Primum est quod sola negligentia procuratoris in non appellando non dicitur esse iusta causa petendi hanc restitutionem, vt est in recollet. Paleot. deci. 96. & Verall. x. deci. 67. de quo etiam aliquid fufius diximus supra in hac 2. parte, cap. 2. de attent. ap. pel. pend. in quinquagesima limit. princip. Secundum quod non sufficit ad obtinendam hanc restitutionem probare impedimenta, quibus detentus quis non potuit appellare sed vltra requiritur, quod petens aliquo modo doceat de suo interesse, ac de sua lesione, vt est deci. Rot. quinta, aliàs 87. non sufficit, de restit. in integrum in no. quam allegat Mil. vbi supra, & ex recentioribus eandem sequitur Crauet. in consil. 172. venerabilis. num. 7. lib. 1. & alia deci. Rot. 53. aliàs 384. fuit dubitatum. ad fi. de appel. in no. quam ad hoc citat. Vestr. in praxi Ro. cu. lib. 8. cap. 3. de restit. in integrum. versic. adde pro breuiori, vbi in id etiam allegat deci. Aegid. 38. Ecclesia, & post Rot. dicta deci. 87. & alios per eum allegatos firmavit O. asc. in deci. Pedemon. 157. quæ situm fuit, per totam, præsertim sub num. 8. versic. contraria verò opin. vbi, & hunc articulum ad partes disputauit, & hanc esse receptiorem opin. est attestatus, quibus adde Ioan. Bapt. Ferret. in consil. 11. quærendum est. num. 17. lib. 1. hoc autem debet probare si non plenè saltem præsumptiuè secundum Aegid. deci. 418. petens se restitui ad appellandum. Et sufficit etiam modica præsumptio, Rot. deci. 30. aliàs 360. no. quod mandatum, de rescript. in antiq. quod etiam dixit Aegid. deci. 334. in causa. Immo si fuerunt aliqui in ea sententia, quod huiusmodi restitutio etiam prætermissa omni examinatione sit concedenda, vt aliàs in Camera Imperia

Imperiali factum fuisse attestatur Minsinger. sing. obseruat. centuria 4. deci. 17. incip. præfationem. Quæ tamen modica probatio & præsumptio non sufficeret in restitutione in integrum aduersus rem iudicatam, secundum magis communem opin. de qua testatur Pet. de Benintend. in deci. Rot. Bononiens. 85. dubitabatur. nu. 9. quod si aliquis impetrauit commissionem: sub his verbis, videlicet quatenus dignetur oratorem ad appellandum, appellationemque prosequendum docto de suo bono iure ex eisdem actis gratiosè restituere, & deinde causam, & causas appellationis & appellationem committere & mandare, & signatura responderit, placet D. N. Papæ, non poterit ille tanquam restitutus appellare intra decem dies à die præsentatæ commissionis, sed debet antea docere de illius bono iure, Iudexque debet antea declarare, constat vel ne de dicto bono iure, vt fuit tentum in vna Vlixbonen. coram R. P. D. de Rubeis, 2. Februarij 1557. vt sunt in recollet. Caputaquen. parte 2. deci. 12. in cip. fuit pro vteriori. Tertium est quod hæc restitutio ad appellandum præuia probare de qua supra non solum conceditur personis priuilegiatis, prout sunt Minor, Ecclesia, & similes, verum etiam maioribus ex generali clausula si qua mihi iusta causa esse videbitur, vt patet ex sup. allegatis deci. quæ non distinguunt inter minorem aut maiorem, & expressè id animaduertit Paul. de Castr. in l. nam postea. §. si minor. vbi dicit se ita vidisse in curia practici, quem ibi refert, & sequitur Alex. sub nu. 9. ff. de iureiur.

His breuiter præmissis aduertendum insuper est, quod licet in hoc articulo, an executio, & alia gesta pendente restitutione ad appellandum sint attentata, & per modum attentati reuocanda, duæ reperiantur Rot. deci. sibi inuicem contrariæ, prima videlicet 51. aliàs 379. si committatur. de appell. in no. in qua post relatam quædam motiua in contrarium, dicitur quod per omnes fuit conclusum executionem & cætera hoc tempore attentata esse per modum attentati reuocanda. Secunda vero in decisio. 62. aliàs 446. si lata. eo. tit. in no. vbi dicitur, quod secundum omnes conclusum fuit, quod executio de qua ibi non sit per modum attentati reuocanda. Nihilominus, quia in obseruantia dicitur esse non illa secunda, sed illa prima, videlicet quod huiusmodi attentata, sint reuocanda, vt dicit Cassad. deci. 1. Alex. sub nu. 5. vt lit. pend. idcirco conclusiuè procedendo secundum primam pone

REGVLAM, quod executio & alia gesta pendente restitutione ad appellandum sunt attentata & per modum attentati reuocanda, quæ firmatur ex dicta deci. 51. & eam tenet Mil. in verb. attentata pendente causa restitutionis ad appellandum. fol. 29. & in verb. executio sententiæ, contra quam. folio 127. & eam obseruari tradit Cassad. dicta deci. 1. pro qua facta ponit Rip. in l. 4. §. condemnatum. columna fin. sub numero trigesimo, versiculo considera etiam. ff. de re iudi. qui vult quod per restitutionem ad appellandum secundum communem opinio. de qua ibi per eum: executio sententiæ impediatur, post Ant. de Canario magnum practicum in tracta. de guarentigia. quæstione vigesima prima, ad fin. qui expressè firmavit, quod huiusmodi executio

fit attentata, & tanquam attentatum veniat reuocanda. Quod etiam sensisse videtur Vestr. in praxi Ro. cu. libro octauo, cap. 3. numero decimo quinto, dum allegat dictam decisionem 51. aliàs 379. & secundum eam ponitibi generaliter regulam, quod restitutio in integrum habeat effectum suspensiuum, Quam

AMPLIA

- Primò, vt procedat etiam si Iudex huiusmodi restitutionis non inhibuisset, nam hoc casu sola pendencia litis super restitutione debet inuocationem prohibere, cum non possit negari, vt etiam considerat Rot. dicta deci. quin veralis inter partes occasione dictæ restitutionis, pcedat, secundum ea, quæ latius diximus supra c. 4. de atten. lit. pend. in præfatione, numero 127. dum latè declarauimus, quando lis dicatur pendere ad effectum attentatorum, & quamuis Rot. ibi vers. maximè quia, &c. faciat aliqualem mentionem de inhibitione, quæ in casu illo fuerat facta & eam (ad tollendum omne dubium) videatur aliquo modo considerasse, paulo tamen infra vers. reuocabuntur igitur omnia, &c. clare demonstrat, quod sola litis pendencia inducit reuocationem illorum attentatorum, cum dicat illa reuocari tanquam lite pendente facta, per cle. 2. vt lit. pend. idcirco ampliatiorem tene aliàs præsupposito, quod inhibitiuo effectus necessaria, hæc omnia quæ in hac regula ponuntur, parum aut nihil deseruient, cum hoc casu non restitutionis pendencia, sed ipsa inhibitiuo causaret attentata, prout hoc est aliàs regulare, vt dicemus in c. 20. de attent. post inhibitionem in præfatione in fi. vers. Regula quod gesta post inhibitionem.
- Secundò amplia vt restitutus hoc casu ad appellandum possit petere etiam reuocationem eorum quæ fuissent attentata ante appellationem infra 10. dies, vt est deci. Aegid. 217. exceptio.
- LIMITA eandem regulam,
- Primò, ex intentione Rotæ vbi supra, num. 2. & 3. vers. sed quid sit, vt non procedat in sententia excommunicationis lata pendente hac restitutione, quia quamuis Iudex male faciat excommunicando, tamen quia illa trahit secum executionem, & statim aut ligat, aut non ligat, ideo si sit prolata, vtiq; valet, licet secus sit quo ad denuntiationem & monitionem, & alia executoria prædictæ sententiæ excommunicationis, quia illa tanquam cõsistentia in facto, & quæ non trahant secum executionem, sunt per modum attentati reuocanda, secundum dominos ibi. Sed circa hanc limitationem subsistendum videtur, quia sicuti de primo dicto potest probabiliter dubitari, ita secundum de denuntiatione videtur verum: quoniam contra primum videtur face re, quia sicuti excommunicatio pendente appellatione & post eam interpositam lata regulariter non valet. c. ad præsentiam, & ibi no. Fran. de appel. Rot. deci. 20. aliàs 130. si post. de appel. in no. de quo latius diximus supra. cap. 12. de attet. appellatione pendente, in 8. ampliat. princip. numer. 1. & per totam: ita deberet dici, quod non valeat lata pendente restitutione ad appellandum. Nisi substinendo limitationem dominorum consideres diuersam rationem inter vnū casum, & aliū, quia quado fertur excommunicatio post appellationem, cum Iurisdictione Iudicis per appella-
- Tra&. de Attent. C

tionem sit suspensa. c. venientes, de testibus. cum simil. illa dicitur ab incompetenti Iudice & carente iurisdictione lata, secus autem est in restitutione ad appellandum, tunc cum primus Iudex per restitutionem petam non amiserit iurisdictionem, & non reperitur Iure cautum quod huiusmodi restitutio (licet litem introducat) iurisdictionem quoque Iudicis suspendat. Quoad secundum, quamvis domini ibi firment, denunciationem hoc casu esse reuocandam via attentata, tunc contrarium tamen videtur, verius secundum ea, quae latius diximus supra cap. 2. de attent. appellatione pendente. in 21. limit. princip. numer. 3. & seqq. dum ibi regulam firmavimus, quod pendente appellatione potest deueniri ad denunciationem citra vitium attentatorum ex rationibus ibi positis, quae hic breuitatis causa non repetuntur. Quae omnia cum procedant in appellatione, & consequenter, quando regulariter est suspensa iurisdictione Iudicis, multo magis locum sibi vendicare debent, quando sumus in restitutione ad appellandum, per quam (vt diximus) non inducitur haec suspensio, & consequenter extendi posse, ac debere limitationem hanc, vt pendente hac restitutione, excommunicatio, ac etiam denunciatio facta non reuocentur tanquam attentata, declarando tamen, & limitando hoc dictum de denuntiatione iis modis, quos ibi posuimus. Et quamuis nec Rot. ibi, nec docto. alibi videantur in proposita materia, nisi praedictam limitationem ponere, tu tamen adde quod etiam aliis modis videtur praedicta regula necessariò limitanda, & sic

27 Secundò limita vt non procedat quado is, qui petebat restitutionem ad appellandum, in hoc iudicio restitutionis succubisset, & sibi ex aliqua causa restitutio fuisset denegata, gesta enim hoc casu pendente huiusmodi restitutione, non debent cenferi attentata, & tanquam attentata reuocari, sicut dicimus in simili t quod quamuis pendente iudicio attentatorum, fatalia in causa principali non currant ex speciali attentatorum priuilegio, quo vtitur is, qui agit ad attentatorum reuocationem, vt est decis. Rot. 15. alias 102. fatalia. de appellat. in no. artamen hoc priuilegio non potest vt iis, qui in causa attentatorum succubisset, vt expresse declarat Rot. in dicta decis. 15. & post eam Mil. in verb. appellationis tempus. folio 11. & in verb. terminus prosequenda appellat. folio 373. de quo latius etiam diximus infra in 3. parte, cap. 30. de priuileg. attent. in 10. priuilegio. numero 77. Vnde sicut ibi succumbens non gaudet illo priuilegio, sic in casu nostro succumbens non gaudeat priuilegio

29 pendentiæ restitutionis in integrum, t & si aliquis contra hanc limitationem diceret, quod in contrarium facit id, quod nos etiam supra firmavimus in cap. 2. de attent. appellatione pendente, in prima ampliat. princip. numer. 2. videlicet quod etiam deserta appellatione potest quis petere reuocationem executionis, & aliorum quae pendente appellatione gesta erant. Et consequenter ex his apparet, quod etiam quando quis succumbit in causa, prout est ibi per desertionem, executio pendente appellatione facta tanquam attentata venit reuocanda, posset responderi ex his, quae supra proximè diximus, quod est diuer

sa ratio inter pendentiā appellationis, & pendentiā restitutionis, de qua agitur, cum per appellationem sit suspensa iurisdictione Iudicis à quo, vnde non mirum si executio, sic sine iurisdictione facta est nulla, & inualida, quae cessat in restitutione.

30 Tertio, adhuc limitandam cenfeo, t vt non procedat, quando hoc casu petes restitutionem illam obtinisset, & quamuis fuisset per Iudicem ad appellandum restitutus, ille tamen de facto, vel omnino non appellauit, vel saltem non infra decem dies post huiusmodi restitutionem obtentam: t (nam & restitutus debet intra decem dies appellare, vt sentit Rot. dicta decis. 62. alias 446. si lata. vers. praeterea) quae licet in sui decisione, non sit in obseruantia, vt supra dictum est, tamen quantum ad hoc de tempore appellandi videtur tenenda, vt etià annotauimus supra cap. 12. de attent. appell. pend. limit. quinquagesima, princip. in 11. ampliat. regulè ibi positæ. num. 109. & eam expresse tenet in hoc Vestr. in praxi. Ro. cu. libro 8. capi. 3. de restit. in integr. numero 18.) quo casu executio ante obtentam restitutionem facta non debet tanquam attentata reuocari, sicut dicimus in simili, t quod executio facta pendente tempore ad appellandum, licet non debuerit fieri, tamen si postea non appelletur illa remanet valida, & non reuocatur, vt tradit Felyn. post alios de quibus ibi per eum in c. quo ad consultationem. numer. 38. de re Iudi. Tempus enim hoc quo petitur restitutio ad appellandum, videtur in effectu esse tempus ad appellandum: ergo idè Ius in eo esse debet.

33 Quarto videtur posse limitari, t vt regula non procedat quando quis peteret se restitui ad appellandum in aliqua causa in qua non posset appellari: non enim potest quis restitutionem in integrum postulare ad appellandum, quando appellatio est remota, vt no. Lap. alleg. 53. an oporteat. in fin. Vnde si pendente hoc casu hac praetensa restitutione ad appellandum aliquid fieret, non debet iudicari attentatum, quoniam si quando sumus in casu, quo appellatio est prohibita & remota regulariter non dicitur attentari, vt diximus latè supra cap. 12. de attent. appellatione pendente. limit. 8. princip. in prin. & limit. 50. princip. nu. 2. & seqq. & iterum ibidem. in 53. limit. princip. in prin. & per totam. quanto minus petitio restitutionis ad appellandum, poterit hunc effectum operari? Et in istis terminis, quod pendente restitutione ad appellandum à sententia lata in possessorio contra vniuersitatem, sententia possit mandari executioni, fuit resolutum in vna Farfen. executionis coram Domino Oradino de anno 1556.

35 Quintò videtur limitandum t quia si restitutus appellauerit & praetendat aliquid fuisse attentatum, contra petentem reuocationem potest opponi exceptio & falsitatis instrumenti appellationis, & nullitatis, eiusdem, non obstantibus tribus sententiis super restitutione ad appellandum latis, vt est dec. Aegid. 217. exceptio falsitatis.

36 Sextò, limita vt non procedat in tertio qui petat restitutionem in integrum ad appellandum quia ex hoc praetextu non debet retardari causa processus, vt est in recollet. Verall. i. decis. ducentesima vigesima sexta.

CAP. XV. DE ATTEN. PENDENTE COMPROMISSO.
SVMARIUM.

- 1 COMPROMISSO pendente an dicatur attentari, & arbitri possint attentata reuocare, plure ssut opi.
- 2 Attentari non dicitur coram arbitris secundum aliquos.
- 3 Attentata videntur de necessitate, praesupponere iurisdictionem, cum illa dicatur in contemptum iurisdictionis regulariter fieri.
- 4 Arbitrarius non dicitur habere iurisdictionem, sed notionem.
- 5 Immo sine dubio caret iurisdictione secundum aliquos.
- 6 Compromisso pendente, potest altera pars dimissis arbitris ire ad Iudicem ordinarium, & coram eo aduersarium conuenire, & soluta poena compromissi validè ad vltiora procedere.
- 7 Etiam super eadem re.
- 8 Satisfacere de lite prosequenda, aut de iudicio sifili, non tenetur quis coram arbitro.
- 9 Litis pendenti non inducitur per compromissum.
- 10 Compromissum non facit rem litigiosam.
- 11 Quod perpetuo notandum esse al. qui a seruerunt.
- 12 Exceptio itis pendentiæ coram arbitro non impedit litis contestationem sicut coram Iudice.
- 13 Alienatio rei sicut per sententiam arbitri prohiberi non potest, ita, & multo minus per litis pendentiæ coram arbitro debet cenferi prohibita.
- 14 Iudicium non dicitur neque lis, neque causa coram arbitratore.
- 15 Causa prima, & non secunda, dicitur illa quae pendet vigore reductionis ad arbitrium boni viri.
- 16 Statutum loquens de primis causis habet locum in causa, quae pendet coram Iudice, & non de reductione ad arbitrium boni viri, ex quo discussio facta coram arbitratore non habetur in consideratione, nec facit primam causam.
- 17 Arbitrarius contumacem multare non potest.
- 18 Nisi huiusmodi facultas sit sibi à partibus attributa.
- 19 Secundum communi opi.
- 20 Arbitrarius non potest pronuntiare super poena, vel compromisso, vel alia noua poena.
- 21 Possessionis restitutionem aut missionem in eam arbitrarè facere non potest, ex quo dicitur esse mixti imperii.
- 22 Iudex potest reum conuenire lege aquilia, & damnum negantem in duplum condemnare.
- 23 Arbitrarius autem id facere non potest.
- 24 Verior tamen videtur opi. contraria, vt infra nu. 95.
- 24 Arbitrarius non iudicat de superuenientibus post tempus compromissi.
- 25 Poena duplici non debet regulariter, quis ex eodem delicto puniri.
- 26 Poena conuenientialis semper committitur, quando pars impedit arbitrum quò minus pronuntiare possit.
- 27 Compromissum dicitur esse stricti iuris.
- 28 Accessoria regulariter non veniunt in his quae sunt stricti iuris.
- 29 In compromisso non veniunt nisi solum & de quibus specialiter inter partes actum est, ex quo dicitur esse stricti iuris.
- 30 Iudicari de accessorio non semper dicitur, quod iudicari de principali.
- 31 Statutum prohibens appellationem, habet locum in causa principali non in emergentibus.
- 32 Appellari à sententia interlocutoria potest in possessorio quauis à sententia in causa principali non possit.

- 33 Remedium ordinarium quousque competere non est recurrendum ad extraordinarium.
- 34 Compromisso pendente attentari dicitur, & arbitri potest talia attentata reuocare secundum alios. Et haec est verior, vt infra num. 121.
- 35 Arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum.
- 36 Processus arbitri fieri debet, sicut processus Iudicis.
- 37 Et haec dicitur esse communis regula.
- 38 Nisi dissimilitudo in Iure expresse in aliquo casu reperitur.
- 39 Arbitrium de necessitate requirit tres personas, videlicet actorem, reum, & Iudicem, sicut etiam requirit iudicium.
- 40 Iudex sicut procedendo ad vltiora videtur exceptio nes propositas reuocare,
- 41 Ita & arbitri.
- 42 Interlocutoriam suam sicut Iudex potest reuocare,
- 43 Ita & arbitri.
- 44 Instantia sicut coram Iudice perit triennio,
- 45 Ita & coram arbitro, quando per partes nullum tempus fuit appositum. Quod etiam frequenter obtinuit. nu. 46.
- 47 Expensarum condemnatio ita fit coram arbitro sicut coram Iudice.
- 48 Lis coram arbitro contestatur.
- 49 Lis post contestationem esse dicitur. Secundum communi opi. nu. 50.
- 51 Litis coram arbitro contestatio interrumpit praescriptionem.
- 52 Item perpetuat actionem ad 40. annos.
- 53 Arbitri debet sicut Iudex in vno quoque actu partes citare.
- 54 Causa cognitio etiam coram arbitro est necessaria.
- 55 Citatio litem inducit remissiuè.
- 56 Interpretationem à Iure communi qualibet dispositio recipit.
- 57 Compromissum, & arbitrorum potestas restringitur ad ius commune.
- 58 Ratio quare attentata prohibetur illa potissimum esse videtur, quia non debet in praesidium partis aliquid fieri.
- 59 Dilatione pendente sicut Iudex procedere non potest absque viuo attentatorum,
- 60 Ita nec arbitri.
- 61 Compromisso videtur induci talis litis pendentiæ, quae sufficit ad causandum attentata, quamuis arbitri non iudicialiter, sed extrajudicialiter dicatur procedere.
- 62 Extrajudicialis actus, puta appellatio secundum aliquos facit attentata.
- 63 Compromissi natura ea videtur, vt eo pendente non permittant iura in aliquo partibus praesudicari.
- 64 Compromisso pendente non currit tempus remissoriae.
- 65 Fatalia regulariter non currunt appellanti, donec pendet compromissum.
- 66 C. si hi contra quos, vt lit. pend. in 6. loquens de attentatis, habet locum etiam quando lis esset coram arbitro.
- 67 Arbitri cognoscit, & pronunciat super accessoriis, & cohaerentibus ad causam principalem sine quibus illa commode expediri non potest.
- 68 Arbitri potest contumacem in expensis, & interesse condemnare.
- 69 Causa attentatorum dicitur accessoria ad causam principalem.
- 70 Attentata habent se per modum accessorii ad causam principalem secundum Oldrad. & videtur accessoria. Traç. de Attent. C. 2.

- ria annexa, & dependens à causa principali.
- 71 Arbitrer facere potest ea quæ Iudicis officio expediuntur.
- 72 Iuramentum in litem contra contumacem in non restituyendo rem de qua agitur etiam arbitrer deferre potest.
- 73 Secundum commu. opi.
- 74 Arbitrer potest in quacunque parte Iudicij ex officio interrogare partem an possideat.
- 75 Item cogere partem, vt delato iuramento, aut iuret, aut referat.
- 76 Item præcipere parti sub pœna confessatarum positionum, vt illis respondeat.
- 77 Arbitrer cognoscere potest de his, quæ obueniunt pendente compromisso, & super illis pronunciare, vt super fructibus.
- 78 Immo etiam de illis, quæ si res fuisset deducta in Iudicium in consequentiam venissent.
- 79 Audientiam potest arbitrer denegare alteri parti, tanquam contumaci, & in pœnam.
- 80 Arbitrer cognoscere, debet an sua sit notio.
- 81 Iudex sicut potest cognoscere, an sua sit iurisdictio, & contra eam turbantem procedere, etiam si in eum non habeat iurisditionem, puta si Iudex laicus turbetur à clerico.
- Ita & arbitrer debet contraturbantem suam notionem posse procedere, vt nu. 82.
- 83 Arbitrer licet non possit aliquem immittere in possessionem, pronuntiare tamen potest aliquem immittere esse.
- 84 Tertius licet regulariter non attentet, si tamen Iudicem in Iurisditione turbaret diceretur attentare.
- 85 Arbitrer semper cognoscit de incidentibus, & emergentibus.
- Secundum commu. opi. nu. 86.
- 87 Incidentia, & emergentia semper censentur in compromisso deducta.
- Etiam si non sint specialiter nominata. nu. 88.
- Et hoc omnes doctores dicunt. nu. 89.
- 90 Emergentia illa dicuntur, quæ in ipso iudicio emergunt.
- 91 Incidentis ad causam principalem dicitur esse causa attentatorum.
- 92 Arbitrer ratione cause incidentis potest cognoscere etiam ea, quæ regulariter non potuisset, puta de restitutione in integrum, quæ est mixti imperij.
- 93 Compromisso veniunt omnia ea, quæ sunt ex natura actionis, & potest arbitrer super illis pronuntiare.
- 94 Arbitrer potest reum lege a quilia conuentum, & damnim negantem in duplum condemnare.
- Secundum veriore opi. nu. 95.
- 96 Iudex potest delinquentem coram eo etiam si non habeat iurisditionem condemnare, quando crimen factum, & culpa ipsius est commissum.
- 97 Clericus falsum deponens coram Iudice laico, vel alias calumniose agens potest per eum pecuniariter puniri.
- 98 Compromissum non debet reddi elusorium, aut arbitrer contemni.
- 99 Fraudibus non est adaperiendū.
- 100 Arbitrer tenetur administrare Iustitiam
- 101 Arbitrio alicuius si quid est commissum, debet ille, quod iustum est arbitrari.
- 102 Iustitiam, & puritatem conscientia non solum Iudices, verum etiam arbitri, sequi tenentur.
- Alias faceret litem suam, vt nu. 103.
- 104 Reductio datur aduersus laudum, quod prædenditur iniquum.
- 105 Clausula de iure pronunciet, in compromisso appo-
- quomodo intelligatur remissum.
- 106 Iniustitia dicitur fieri ita, vt possit appellari si attentata non reuocatur.
- 107 Arbitrer potest inhibere.
- 108 Inimicitias stantibus potest arbitrer alteri parti inhibere ne transeat per contratam alterius.
- 109 Clausula rebus in eodem statu manentibus à iure in qualibet dispositione videtur tacite subintelligi.
- 110 Compromisso pendente an dentur attentata, potest secundum alios distinguere, Aut sumus ante litem contestatam, & actus non dicuntur attentati, Aut post litem contestatam, & dicuntur attentati.
- Hæc tamen distinctio reprobatur. nu. 112.
- 111 Compromissum solui per accessum ad Iudicem impune potest antequam lis sit contestata.
- 112 Compromisso pendente, an attentata dentur, alia distinctio adhiberi potest secundum alios, Aut sumus in arbitro necessario vigore statuti, & dantur attentata, Aut in voluntario, vt in arbitratore, & regulari er illa non dentur.
- 114 Arbitrer assumptus vigore statuti dicitur habere iurisditionem.
- 115 Iurisdictio Iudicis ordinarij dicitur suspendi per compromissum factum in arbitrum electum vigore statuti.
- 116 Lis non dicitur esse coram arbitratore.
- 117 Compromisso pendente attentata an dentur alia secundum alios videtur danda distinctio, Aut in compromisso fuit promissum parere sententia arbitri, & tunc arbitrer non possit illa reuocare, Aut simpliciter parere præceptis arbitri, & hoc casu possit.
- Quæ tamen distinctio non videtur quod admodum sit accommodata, vt hic. num. 118.
- 119 Compromisso pendente an dentur attentata, alia distinctio secundum alios adhibetur videlicet, Aut sumus, in attentatis antea coram Iudice ordinarij perperatis & arbitrer de eis cognoscat, Aut in attentatis coram ipso arbitro, & tunc secus.
- Sed & hæc distinctio reijcitur. nu. 120.
- 121 Attentata fundantur aut in contemptu Iudicis, aut in præiudicio partis.
- 122 Contemptus Iudicis videtur etiam considerari, quoad eum qui non habebat Iurisditionem.
- 124 Iudex impetratus per rescriptum subreptitium, quod videtur ipso iure nullum, & non tribuit iurisditionem.
- 125 Inhibitio emanata etiam vigore rescripti subreptitij, si inhibeat, facit attentata.
- 126 Litis pendencia etiam extraiudicialis videtur sufficiens ad causandum attentata.
- 127 Iudicium licet non dicatur esse coram arbitro strictè accipiendo, est tamen quasi Iudicium.
- 128 Appellationis prohibitio tanquam auferens defensionem, censetur odiosa.
- 129 Compromisso pendente regulariter gesta per partes alienando, cadendo, nouum ius impetrando, rei de qua agitur formam immutando, & huiusmodi in præiudicium partis faciendo, sunt attentata, & illa arbitrer reuocare potest.
- 130 Præserim quando sumus in arbitro statuario.
- 131 Arbitrer statuaris dicitur habere iurisditionem.
- Et dicuntur Iudices. nu. 132.
- 133 Et possunt partes, & etiam testes multare.
- 134 Arbitrer qui alias erat compromittentium Iudex competens, si in procedendo non declarauerit, an

vti Iudex.

- vti Iudex, vel vti arbitrer processerit, in dubio videtur vti Iudex processisse.
- 135 Inhibitio arbitri videtur facere attentata.
- 136 Attentata etiam coram arbitratore dari videntur.
- 137 Arbitrator potest de coherentibus, & accessorijs cognoscere, & pronunciare.
- 138 Arbitrator re perempta pendente compromisso potest laudare super interesse, & eximiatione.
- 139 Arbitramentum, & compromissum in arbitratorem dicitur esse species transactionis.
- 140 Arbitramentum magis accedit contractui, quam iudicio.
- 141 Arbitramentum pendente non debet pars aliquid innovando attentare.
- Etiam si vellet soluere pœnam compromissi. nu. 142.
- 143 Attentata etiam ante factum compromissum potest arbitrer reuocare.
- Quando sumus in his quæ ad instantiam partis reuocantur, vt infra nu. 145.
- 144 Causa attentatorum de sui natura non videtur prohibita compromitti.
- 146 Arbitrorum potestas solum ex partium compromittentium voluntate est metienda.
- 147 Cessio bonorum etiam pendente compromisso fieri potest.
- Immo per eam dicitur solui compromissum. nu. 148.
- Etiam si fiat coram arbitratore. nu. 149.
- 150 Compromisso primo pendente potest fieri secundum, vel illi addi qualitas aut certa forma.
- 151 Compromissum quando est nullum ex aliqua causa non dicitur facere attentata.
- 152 Attentata commissi coram iudice ordinario ante factum compromissum, non cognoscuntur, nec reuocantur per arbitrum, quando illa non poterant reuocari ad instantiam partis, sed solum ex officio iudicis nobili.
- 153 Iudex coram quo erant commissi attentata in sui contemptum ante factum inter partes compromissum, potest etiam factum demum compromisso, & illo pendente citra vitium attentatorum, illa ex suo puro officio reuocare.
- 154 Compromisso pendente citra vitium attentatorum, potest actus fieri, qui tenderet ad conuadandum compromissum.
- 155 Auctoritas superioris, quæ in compromittendo fuerat ommissa, potest etiam pendente compromisso superuenire.
- 156 Dummodo pars non contradicat.
- 157 Et superueniat ante latum laudum, alias illud non validaret.
- 158 Recusatio arbitri ex causa post compromissum superuenienti etiam pendente compromisso fieri potest.
- Licet secus sit in arbitratore, vt nu. 159.
- Secundum commu. opi. nu. 160.
- 161 Appellatio etiam pendente compromisso fieri, & interponi potest.
- 162 Itio (vt docto. appellant) ad iudicem ordinarium etiam compromisso pendente per partes fieri potest arbitro relicto.
- 163 Compromisso pendente possunt regulariter citra vitium attentatorum partes ire ad iudicem ordinarium, Iudexque per eos actus etiam compromisso pendente valide procedere.
- 164 Processus Iudicis per partes pendente compromisso aditi valet quousque de pendencia compromissi non fuit oppositum.
- 165 Compromisso pendente possunt partes etiam principem adire, & impetrare iudicem ab eo.
- 166 Impetratio Iudicis pendente compromisso facta non dicitur attentata.
- 167 Iudicis Impetratio facta pendente termino apostolorum petendorum non dicitur attentata.
- Secundum commu. opi. vt nu. 168.
- 169 Lite pendente prohibetur quis impetrare rescriptum.
- 170 Exceptio litis pendencie impedit Iudicis impetrationem.
- 171 Iudex per partes pendente compromisso aditus potest deuenire ad executionem instrumenti quarentigia ti, & habentis executionem paratam, non obstante quod super dicto instrumento, & dictis exceptionibus fuisset factum compromissum.
- Dummodo præstetur cautio de satisfaciendo secudum, quod fuerit laudatum. nu. 172.
- 173 Iudex per alterum ex compromittentibus pendente compromisso adiri non potest, quando ex compromisso oriretur actio, vel exceptio.
- Quod dictum exclamatur Paul. de Castr. quia quotidianum, vt in num. 175. licet de eo videatur subsistendum. vt in nu. 177.
- Dummodo ex laudo ferendo speretur tolli obligatio ad fauorem ipsius obligati, secundum Paul. de Castr. vt in nu. 179.
- 174 Actio ex compromisso seu laudo oritur, quando est appositum iuramentum.
- 176 Litis pendencia coram vno impedit coram alio agi, quando ex sententia primi Iudicis potest oriri actio vel exceptio.
- 178 Iurisdictio Iudicis ordinarij non suspenditur per compromissum voluntarium.
- 180 Compromisso necessario vigore statuti pendente non possunt partes ad Iudicem ordinarium accedere, Iudexque aditus non possit valide procedere postquam de hac compromissi pendencia fuit oppositum, vt infra nu. 185.
- 181 Iurisdictio Iudicis ordinarij dicitur suspensa per compromissum necessarium vigore alicuius statuti.
- 182 Etiam si compromissum fuisset solummodo petitum nondum autem esset factum.
- 183 Petitio sola compromissi necessarij suspendit iurisditionem Iudicis ordinarij.
- 184 Præterquam in executiuis ipsius compromissi, puta si oporteat, quod Iudex grauet etiam captis pignoribus partem nolentem compromittere.
- 186 Oppositio sola de pendencia compromissi coram arbitro necessario non sufficit ad hoc, vt Iudex ordinarius procedere non valeat, sed requiritur vel Iudicis admissio, vel partis à non admissione appellatio.
- 187 Compromissum factum in arbitratorem impedit, vt eo pendente partes non possint ire ad iudicem ordinarium dimisso arbitratore.
- 188 Etiam si pars vellet soluere pœnam conuentionalem, & 189 Etiam post latum laudum ab arbitratore, & 190 Etiam si à dicto arbitramento fuisset petita reductio ad arbitrium boni viri, quia nec tunc posset ad primum Iudicem rediri.
- 191 Compromittens non potest pendente compromisso Iudicem adire quando in eo fuit appo-

Tra& de Attent.

C 3

- 194 *Compromisso pendente non possunt partes relicto arbitro ad iudicem ire, quando in compromisso nulla est apposta pena.*
- 195 *Vel si qua est apposta illam sibi arbiter in euentum non partitionis, & non partes fuissent stipulatae.*
- 196 *Arbiter qui stipulatus est sibi penam in euentu non partitionis tenetur parti actionem cedere secundu aliquos.*
Licet contrarium videatur verius nu. 197.
- 198 *Arbitro dicitur inferri contumelia per recessum ab eo.*
- 199 *Compromisso in eum facto, qui erat alias compromittentium Iudex competens si ille non declarauit, qua facultate processit, cum de eo iudicetur, tanquam de Iudice non poterunt hoc compromisso pendente ad iudicem ordinariu ire, processusq; dicti Iudicis post opposita exceptionem pendente dicti compromissi esset inualidus, & attentatus.*
- 200 *Compromittentes non possunt relicto arbitro ad iudicem ire, quando fuit appositum pactum de non aduendo Iudice.*
- 201 *Pactum de non aduendo Iudices in compromisso appositum valet.*
- 202 *Et parit exceptionem, quae impedit litem ingressam.*
- 203 *Compromisso pendente licet regulariter liceat parti Iudicem ordinariu adire, id tamen intelligitur, dummodo per accedentem soluat pena conuentionalis.*
Nisi ad iudicem iuerit ad implorandum officium suum, vt rogat arbitros ad laudandum, vel tertium eligendum, vt nu. 204. item,
Nisi accessus ad Iudicem fuisse factus per procuratorem meum absque specialis mandato, aut ratificatione mea nu. 205.
- 206 *Contumacia procuratoris contracta coram arbitro non nocet domino.*
- 207 *Nec facit eum incidere in penam conuentionalem.*
- 208 *Minusque in penam attentatorum.*
- 209 *Dominus non censetur procuratori suo mandasse id per quod faciat principalem suum incidere in penam.*
- 210 *Solutio pna conuentionalis per accessum ad principem per alterum ex compromittentibus pendente compromisso factum, & Iudicis impetrationem, ita demum est facienda si rescripto impetrato usus sit.*
- 211 *Compromisso pendente licet altera inuita in multis casibus non possit vna pars Iudicem adire, ambae tamen possunt, nec per hoc dicitur pena aliqua committi.*
- 212 *Compromisso pendente licet regula sit, quod regulariter dentur attentata, fallit tamen in omnibus illis casibus in quibus fallit regula de attentatis litem pendente, puta quando essemus in conuentione, vel in diuersa causa, & aliis de quibus hic remissiuè.*

ARBITRORVM, ac compromissoru vsu sicuti frequentissimum esse rerum experientia & quotidianus vsus demonstrat, ita vt amplius ac plenius huius argumeti tractatus nostris iuris vtriusque interpretes conscripserint, ita profecto mirum videri potest, quod ad propositum materiae nostrae attentatorum, quaestio haec alioquin quotidiana, & maxime practica, Vtrum pendente compromisso dicatur attentari, & arbitri valeant huiusmodi attentata reuo-

care, per eos non fuerit (quantum mihi percurrere licuit) plene disputata, & examinata. Quamuis enim Paul. de Castro, & post eum Iaso, & alij in l. pecuniam. ff. si cer. pet. & glo. in capit. significantibus. in verb. terminum. de offi. delegat. & in clem. quamdiu. de appellati. & in l. si inferuum. ff. de arbit. & ibi docto. & Franc. in capitu. ex ratione. numero vigesimo nono, & sequent. de appellatio. mouerint hanc particularem quaestionem, an pendente compromisso liceat vni parti arbitro spreto coram Iudice ordinario aduersarium conuenire, quaestionem tamen quae vniuersaliter continet omnes actus qui in nouationem respicere possunt minimè posuerunt. Et licet non fuerit instituti nostri in praesenti tractatu conscribendo disputatiue sed conclusiuè, (vt factum esse ex praemissis patet) procedere, quia tamen hoc a doctoribus non disputatur, & quotidie potest practicari, & nunc Perusia super hoc causa de facto pendet, vt veritas dilucidius apparere valeat, praesentem articulum, & ad partes disputandum, & post relatas demum opiniones conclusiuè per viam regulae, & limitationum omnia complectentes subordinandum diximus.

1 **Q**uaeritur ergo vniuersaliter, an pèdète compromisso dicatur attentari, & arbitri possint attentata reuocare, In quo articulo ne còfused procedamus, plures possunt esse opiniones, & dari distinctiones, non quod eas circa hoc docto. ponant, sed quod illae ex dictis doctorum etiam in alia materia positae, & collectae etià praesenti quaestioni accommodari possunt.

2 Prima sit opinio negatiua, quod coram arbitris non dentur attentata, nec illorum reuocatio, quae ex infra scriptis fundari potest.

3 Primò, quia attentata videntur de necessitate praesupponere iurisdictionem, cum regulariter dicantur in contemptum Iurisdictionis fieri. Rot. decisione secunda, aliàs decima quarta, fuit dubitatum, post princip. de restitutio. spoliato. in no. & diximus supra in prima parte, in praefatione, in descriptione attentati, in verb. contemptum. numero vigesimo sexto. ¶ Arbitr autem Iurisdictionem habere non dicitur, sed notionem. l. ait praetor. & ibi. no. ff. de re iudic. ¶ isti sine dubio carent iurisdictione, vt dicit Io. Bapt. gener Bartoli in tracta. de arbit. libro 7. cap. 8. ergo, &c.

4 Secundò, quia videmus, quod de iure communi pendente compromisso potest altera pars dimissis arbitris ire ad Iudicem ordinariu, & aduersarium suum coram eo conuenire, tertiam super eadem re, & soluta pena compromissi valide in causa ad vltiora procedere, l. non distinguemus. §. compromisso, & l. litigatores. ff. de arbit. l. sed si inferuum in fin. eod. titu. glo. in verb. terminum. in c. significantibus. de offi. delegat. & in clem. quamdiu. in verb. compromissum. de appel. tradit Barto. in l. qui fidem. ff. de transactio. & post eum Roma. in conf. 338. in casu proposito. in princ. & Alex. in conf. septuagesimo secundo videtur. columna penultim. sub numero septimo, vers. non ommitto. libro 3. Baptista à sancto Blasio in tracta. de arbit. & arbitrator. in 2. parte, in princip. q. 51. ac plenius per Franc. in cap. ex ratione. numero 29. & seq. de ap

de appell. & per Felyn. in c. ex tenore. numero 32. & 33. vers. fallit decimo, de rescript. cuius dicti veritas ex eo etiam comprobatur quod coram arbitro quis non tenetur satisfacere deprosequenda lite seu de iudicio fisci, vt per Ioan. Bapt. post alios dicto tracta. lib. 9. cap. 8. Ex quo consequenter sequitur, quod gesta per partem pendente compromisso, cum valida reputentur non transeant in attentata quae de sui natura regulariter dicuntur esse nulla & inualida, iuxta ea quae late diximus supra cap. 12 de attent. appellatione pendente, in 17. ampliat. princip. num. 1. & per totam.

9 Tertio, quia per compromissum non videtur induci litem pendente. arg. l. si quis rem. & ibi no. ff. de arbit. ¶ nec videtur facere rem litigiosam, vt dicit Bald. in l. 1. col. 3. vers. vltimo quæro. C. commu. diuidun. & post eum Ias. ¶ qui id dixit esse perpetuò notandum in l. is apud quem. sub numero 19. vers. respondeo, quod litigiosum. C. de edend. & ante eum post eundem Bald. id etiam firmavit Firman. in suo rept. in verb. compromissum. vers. 44. & in verb. exceptio litem pendente. vers. 1. & ibidem vers. 5. vt post Ang. in authent. de iudi. §. quia vero. col. 6. inquit

10 quod exceptio litem pendente coram arbitro non impedit litem contestationem sicut coram iudice, quod etiam ex recentioribus firmavit post Bald. in dicta l. 1. Natra conf. 2. circa primu. numero 3. libro 1. vbi etiam hanc rationem ex

11 Bald. ibi subdit, quia scilicet si arbitri per sententiam non possunt prohibere alienationem rei, multo minus ipsa litem pendente coram arbitris debet posse alienationem impedire, Ergo non praesupposita litem pendente, nec dantur attentata quae sine huiusmodi pendente induci non dicuntur. Cassad. decis. 6. incip. vouerunt domini, super reg. cancell. & diximus supra, cap. 4. de attent. lit. pend. in princ. regulae vniuersalis ibi positae in praefatio. numero 297. Quod ex eo comprobari potest, quod voluit aliàs Bald. in conf. 169. in primis numero 6. lib. 3. quod coram arbitratore non dicitur iudicium, neque litem neque

12 causa, inferens propterea quod reductio laudi ad arbitrium boni viri dicitur esse prima, & non secunda causa, & in ea locum habent Iura loquentia de prima causa: nam discussio quae fit coram arbitratore (secundum eum) non habetur in consideratione, nec facit primam causam, quod etiam videtur secutus Natta vbi supra, numero 7. vbi in id allegat etiam Bald. in l. 2. in vlt. oppo. C. de rescind. vend.

13 Quarto, (& haec & sequentia fundamenta respiciunt secundam partem dubij) quod arbiter nec cognoscere de attentatis nec illa reuocare valeat, facit in simili quia arbiter contumacem coram eo non potest ex sui natura mulcare, nisi talis facultas sit sibi à partibus

14 attributa, vt est commu. opin. contra Ang. (contrarium sentientem in l. si pecuniam. C. si de re iudicata.) de qua testatur Ioan. Bapt. in dicto tracta. de arbit. lib. 9. capit. sexto, col. 3. vers. vericu. tractamus nunquid arbiter, & similiter Blanc. in tracta. de compromissis, in nona q. princip. numero 82. vers. trigesimo tertio quæro: Vnde idem dici potest ad propositum non-

strum quod arbiter non possit attentantem coram eo mulcare, ac ad illorum reuocationem condemnare.

20 Quintò, quia arbiter non potest pronunciare super pena, vel compromissi, vel noua pena, cum in vtraque sit eadem ratio, vt dicit Io. Bapt. in dicto tracta. de arbit. lib. 9. cap. 16. col. secunda, vers. sed quid de pena compromissi. per tex. in l. quid tamen. §. fin. vbi Bart. infert ad quaestionem de facto. ff. de arbit. & no. in c. dilectus. extra de arbit. Reuocatio autem attentatorum videtur continere penam, vt dicemus infra in tertia parte. cap. vltimo. de pena attentantis. in princip. merito. & c.

21 Sextò, in reuocationem eorum, quae per partem dicerentur fuisse attentata, posset de facili, & vt plurimum tractari de restitutione possessionis qua altera pars fuisset interim spoliata. Sed restitutionem possessionis, & missionem in possessionem arbiter facere non potest, quia dicitur esse mixti imperij, quod pnae ipsius arbitrum non est. l. non distinguemus. §. Iulianus. ff. de arbit. no. in l. ait praetor. ff. de re iudic. Iuris his quae habentur in l. iubere cauere. ff. de iurisdic. omni. iudic. & not. Specul. de arbit. §. sequitur, vers. sed mittere in possessionem, merito arbitro deneganda est huiusmodi attentatorum reuocatio.

22 Septimò, facit in simili: quia licet iudex possit reum conuentum super l. aquilia negantem damnum condemnare in duplum, ad l. contra negantem. C. ad l. Aquiliam. Arbiter tamen assumptus super huiusmodi damno reum, vt praefertur, negantem in duplum condemnare non potest, secundum Inno. in dicto capitu. dilectus, vt refert Ioan. Bapt. in dicto tracta. de arbit. libro nono, capitu. 16. vers. Quid si arbiter assumptus, Vnde eodem modo dici potest quod arbiter attentantem condemnare non possit.

23 Octauò, de superuenientibus post tempus compromissi arbiter non iudicat. l. de his. ff. de arbit. vt post Roma. in consilio 88. tribus rationibus, & Paul. de Castro, in consilio 70. quia frustra. col. 3. vers. secundo adiudicant. libr. primo, & Soci. in conf. 282. in praesenti consultatione. columna tertia. ver. primo, quia. lib. secundo, & alios per eum allegatos, tradit Iulius Blanc. in dicto tracta. de compromissis. in sexta q. princip. numero 11. vers. infertur sexto: Attentata autem pendente compromisso superuenire non est dubium ergo, &c.

24 Nonò, ex vno, & eodem delicto non debet quis duplici pena puniri. l. senatus censuit. ff. de accus. cum simili. sed si pars attentat pendente compromisso habet locum contra eam pena conuentionalis, ergo non debet alia pena scilicet reuocationis attentatorum puniri, minor probatur:

25 ¶ Quia pena conuentionalis semper committitur quando pars impedit arbitrum quominus possit pronuciare. ad tex. in l. diuiproferre. §. si quis litigatorum, & ibi glo. in verb. minus. ff. de arbit. & tradit post Iacob. Butrig. Bartol. Bald. & alios idem Io. Bapt. in dicto tracta. de arbit. lib. nono, capitu. sexto, columna secunda, vers. ficulo, ego salua pace.

Decimo, quia quamuis causa attentatorum, videtur quodammodo accessoria ad causam principalem, & propterea arbiter cognoscens de causa principali videatur posse etiam cognoscere de attentatis: quia tamen compromissum dicitur esse stricti iuris, vt per Baptistam à sancto Blasio in tractatu de arbitro, & arbitratore, in 2. parte, numero 12. quæstione 58. versic. quinquagesimo octauo quæro. Huiusmodi causa attentatorum non censeretur comprehendere in compromisso, quia in his quæ sunt stricti iuris regulariter non veniunt accessoria, vt no. in §. actionum. 29 institutio. de actio. & specialiter quod in compromisso ex eo quod est stricti iuris non veniant nisi ea solum de quibus specialiter actum est, tradit Soci. in conf. 20. visis actis. col. prima. lib. 1. & post eum Blanc. de compromiss. in 6. qu. princip. num. 5. versic. tertio quæro.

Vndecimo, quia dato quod causa attentatorum possit dici accessoria ad causam principalem compromissam, non tamen in hoc necessario concluditur, quod possit illam cognoscere, cum non semper idem iudicetur de emergenti, & accessorio, quod iudicetur de principali: Quod patet quia statutum prohibens appellationem, habet locum in causa principali, non autem in emergentibus, vt no. Bart. in l. si ex causa. §. nunc videndum, de minoribus. Et propterea licet à sententia diffinitiva in possessorio lata non possit appellari, ab interlocutoria tamen in eodem iudicio lata bene appellatur, vt dicit Blanc. post alios in tracta. de compromiss. in quarta qu. princip. numer. 21. versiculo quarto adducitur: Quod & nos latius diximus supra cap. secundo, de attent. appellatione pendente, in secunda declarat. princip. 25. limit. princip. in sec.

Duodecimo, quod quousque competit remedium ordinarium non recurritur ad extraordinarium. l. in causis. ff. de minor. Rot. decis. 34. aliàs 224. si contra. de appellation. in no. cum simil. sed si contingat pendente compromisso coram arbitro attentari habet locum remedium ordinarium, & potest contra attentantem agi ad poenam conuentionalem via ordinaria, quia per huiusmodi contrauentionem poena dicitur committi, ad l. sed si in seruum. in si. cum l. sequenti. ff. de arbit. ergo debet cessare remedium attentatorum, quod dicitur extraordinarium secundum Afflic. dec. 351. bis fuit dubitatum. numero 2. & diximus supra in prima parte. in præfatione, in 5. præmisso. numer. 76.

Et quibus omnibus sufficienter videtur fundari hæc prima opinio negatiua, quod pendente compromisso non dicatur attentari, nec posse arbitrum attentata reuocare.

Secunda principalis opinio potest esse affirmatiua, quod immo compromisso pendente dicatur attentari, & competat arbitro illorum reuocatio, quæ similiter ex pluribus suaderi potest, &

Primo, quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum. l. 1. de arbit. cum simil. Hinc videmus quod processus arbitri debet fieri, sicut processus iudicis, ac dicebat Io. Baptista gener Bartoli in dicto tracta. de arbit. lib. 9. in præfatione.

col. secunda, ad med. quod communis ponitur regula in hoc, processum arbitri per omnia similem esse processui iudicis, nisi dissimilitudo in iure expresse in aliquo casu reperitur: quod dictum nonnullis exemplis sibi comprobat, & idem ibi cap. primo eiusdem libri inquit, quod arbitrium de necessitate requirit tres personas, videlicet actorem, reum, & Iudicem, sicut iudicium. Hinc etiam prouenit, quod sicut iudex procedendo ad vltiora videtur exceptiones propositas rejicere: ad no. per glo. in l. secunda. §. sed si dubitetur. ff. de iudic. ita etiam dicendum est in arbitro quod menti tenendum dicitur. Idem in dicto tracta. lib. 9. cap. septimo. col. fin. vers. item videtur simpliciter. Quæ inter iudicem, & arbitrum similitudo ex eo etiam colligitur: quia sicut iudex potest suam interlocutoriam reuocare. c. cum cessante. de appella. & diximus latè supra. cap. secundo, de attent. appellatione pendente, in prima limit. princip. num. 11. fita & arbiter secundum eundem in dicto lib. 9. cap. 15. numer. quarto, post Hostien. Specul. & alios per eum alleg. & similiter, quod sicut instantia perit triennio coram iudice ita & coram arbitro quando per partes in compromisso nullum reimpusuit appositum, vt tradit nouissimè Min. sing. sing. obser. centuria tertia, decis. 44. incip. tamen si controuertant. vbi etiam subdit, quod id frequentius obtinuit eodem modo, & etiã si coram arbitro sit expensarum condemnatio, vt post alios tradit nouissimè Io. Bapt. de Afio. in sua praxi iudic. §. 32. cap. 2. in 3. ampliã. In iure autem non reperitur expresse in hac materia attentatorum inter iudicem, & arbitrum posita ista differentia, ergo sicut coram iudice attentatur, & ille ea reuocat, vt clarum est, ergo ex hac paritate, & similitudine idem dici potest de arbitro.

Secundo, certum est quod coram arbitro lis contestatur, vt dicit idem Io. Bapt. eodem lib. 9. cap. 11. per tex. in l. penult. §. penult. C. de arbit. & alia per eum allegata: post contestationem autem dicitur esse lis, vt est communis opinio de qua plerique attestati sunt, prout latius diximus supra in hac secunda parte, cap. 4. de attent. lit. pendente. numero 151. dum inter alios modos, quibus litis pendentiã induci dicitur annumerauimus etiam litis contestationem: Ergo coram arbitro, & pendente compromisso debent dari attentata, quæ data litis pendentiã etiam ipsa datur. Cassad. decis. sexta. voluerunt. su per regul. cancell. stringitur hoc fundamentum, quia litis contestatio coram arbitro non est verbalis, inanis, & otiosa, sed magnos etiam operatur effectus. Videmus enim, quod illa interrumpit præscriptionem: item perpetuat actionem ad 40. annos: vt no. docto. in l. penul. C. de arbit. & post eos Baptista à sancto Blasio in tracta. de arbit. & arbitrato. in prima parte. q. 41. num. 81. & num. 82. Vnde ita etiam debet operari effectum attentatorum.

Tertio, similiter suadet eadem opinio, quia sine dubio arbiter potest, & in vno quoque actu debet partes citare, prout facit iudex, vt plenè per eundem Io. Bapt. in dicto tracta. lib. 6. cap. 4. post princ. præsertim cum etiam coram arbitro

bitro sit necessaria causæ cognitio, aliàs sententia sit nulla. c. cum ex literis. extra de in integr. restit. & tradit idem eodem lib. 9. in præfatione, & per citationem autem dicitur induci lis, vt diximus abundè supra de attentata. lit. pend. cap. 4. in præfatione. numero 28. & seqq. ergo debent dari attentata, vt supra in proximo fundamento.

Quarto, quælibet dispositio recipit interpretationem à iure communi, ad no. in c. causam. extra de rescrip. cum simil. & specialiter quod compromissum & arbitrorum potestas restringatur ad ius commune, tradit eleganter Dinus in conf. 19. Tolomeus. col. 2. vers. præterea, & post eundem in regula scienti, de regul. iuris in 6. idè ponit Paul. de Castr. in conf. 107. videtur dicendum, circa med. lib. 1. quos sequitur etiam Blanc. in tracta. de compromiss. in 6. qu. princip. sub numer. 5. vers. intellige tamen prædicta, sed de iure communi dum super aliqua re est inter partes differentia, super eadem re non debet aliquid innouari, ad rubr. & tot tit. vt lit. pend. nihil innou. Ergo etiam compromissum eandem interpretationem recipere debet, vt illo pendente nihil sit innouandum.

Quinto, Ratio quare lite, vel appellatione pendente innouari prohibetur, illa proculdubio est, quæ in naturali æquitate fundata dicitur, quod in præiudicium partis huiusmodi innouationes minimè fiant, vt bene sentit Iuriconsultus in l. 1. ff. nil nouar. appellatione pend. ibi nec præiudicium fiat. Hinc videmus, quod attentari regulariter non dicitur, quando actus non tenderet in præiudicium partis. Rot. decisio. 25. aliàs 310. si reus. vers. sed posito, de rescript. in no. & diximus supra in prima parte in præfatione in descriptione attentati, in verb. præiudicium. numero 27. hæc autem naturalis actio respiciens præiudicium partis, (vt de se patet) militat etiam pendente compromisso, ergo eadè debet esse iuris dispositio. iurib. vulg.

Sexto, sicut iudex dilatione per ipsum assignata pendente si procedat regulariter, dicitur attentare, cum interim eius officium conquiescat. ad l. siue pars. C. de dilationibus, & in c. significante, vbi Franc. numero 15. de appell. ita & arbiter, dilatione pendente ultra procedere non debet, vt de his latius diximus supra cap. 7. de attentata. dilat. pend. post princ. numero 1. & in 4. ampliã. regula ibi posita, num. 8. Vnde sicut respectu ipsius arbitri considerantur attentata, ita etiam concludi debet, quod debeant considerari respectu ipsarum partium, ne partes hoc casu sint melioris conditionis, quam iudex.

Septimo, quia quamuis coram arbitro conuentionali non dicatur iudicialiter, sed potius extraiudicialiter procedi, non tamen per hoc omnino negari debet, quominus per compromissum sit inducenda talis litis pendentiã, quæ sufficiat ad causandum attentata, cum etiam per actum extraiudicialè, prout est extraiudicialis appellatio, inducatur sufficiens litis pendentiã quoad attentata, secundum Aegid. decis. 749. licet per appellationem, & alios plerisque, quos supra in hac 2. parte cap. 4. de attent. lit. pend. in præfatione, vers. quod ad sextam de appellatione extraiudiciali. no. 187. in prima opi. ibi relatam citauimus.

Octauo, eadè opinio suaderi potest, quia videmus, quod natura propria ipsius compromissi illa est, vt illa pendente iura non permittant pariter tibus in aliquo præiudicari. Hinc est, quod pendente compromisso non currit tempus triu mensium in remissoria per iudicem datum ad probandum, vt est decisio. Rot. 2. al. à 360. fuit dubitatum, vtum curfus, de dilatio. in no. quam etiam in effectu secutus est Boer. decisio. 294. incip. plerique. numero 17. Hinc etiam videmus quod appellanti pendente compromisso regulariter non currunt fatalia. clem. quandiu. de appel. authen. si tamen. C. de appel. latè per Frac. in ca. ex ratione. numero 16. & seqq. de appel. cui adde Cassad. decis. 9. de appel. & Guido. Pap. decis. 115. compromissum, & decis. 240. vtum. numero 2. Lanfranc. decis. 479. per compromissum. Capri. deci. 11. nu. 14. sicut ergo pendentiã compromissi conseruat causam in eodem statu quo ad dictos effectus, ita etiam & multo magis debet illam conseruare quo ad effectum attentatorum, cum huiusmodi innouationes sint odiosæ.

Nono, & fortius confirmatur hæc opinio, quia c. si hi contra quos, vt lit. pend. in 6. propriè loquitur de attentatis, vt patet ex his quæ posuimus supra in prima parte cap. 3. de attentata. à tertio, in 10. limit. numero 43. & sequi. Dicitur autem c. si hi contra quos, habet locum etiam quando lis est coram arbitro, vt expresse no. Franc. in c. r. sub numer. 4. in glo. in verb. mori, vt lite pend. in 6. quod dicit esse notandum ad declarationem. l. si quis rem. ff. de arbit. ergo pendentiã compromissi & litis coram arbitro, est sufficiens ad causandum verè & propriè attentata.

Decimo, (& hæc & sequentia fundamenta respiciunt secundam partem dubij) Arbiter cognoscit & pronunciat super accessorijs & coherentibus ad causam principalem, sine quibus illa commodè expediri non posset: hinc videmus quod potest partem contumacem condemnare in expensis & interesse, vt post Innoc. Hostien. & alios per eum allegatos, tradit Io. Baptista in dicto tracta. de arbit. lib. 9. cap. 6. col. 3. ad fi. vers. item an poterit arbiter contumacem, & melius eodem lib. cap. 16. Quod etiam tenet & multis comprobatur Blanc. in tracta. de compromiss. in 6. qu. princip. numero 15. vers. limita prædictam conclusionem. Quibus adde Panorm. in conf. 62. in controuersia. numero 5. lib. 2. post glo. & ibidem Inno. in c. cum dilectus. de arbit. & in l. non distinguemus §. de officio. ff. de arbit. Et Ias. in l. Aquiliana. numero 7. ff. de transact. Sed causa attentatorum videtur accessoria ad causam principalem, vt sentit Rot. decisio. 1. aliàs 1. numero 2. de appellatione in no. & clarius idem notauit Oldrad. in conf. 206. incip. in causa, ad finem. vbi dixit quod attentata habent se per modum accessorij ad negotium principale, & post Oldrad. vbi supra, tradit etiam Rip. in l. edita. numero 24. C. de edend. ergo & c. maximè considerata supra dicta ratione, quod sine illis causa commodè expediri non posset. Quoniam si detur casus, quod pendente compromisso actor reum spoliando attentet, non possit arbiter volens propuniare reum esse manutentandum in possessione hoc facere, nisi prius purgatus attentatis. Quod autem causa attentatorum dicatur

dicatur accessoria, annexa, & dependens à causa principali. sentit Rot. decis. 1. alias prima. nume. 2. de appellatione. in no. & clarius id adnotauit Oldrad. in cons. 206. in causa. ad fi. vbi dixit, quod attentata habent se per modum accessorii ad negocium principale, quod post Oldrad vbi supra secutus est etiam Ripa in l. edita. nume. 24. C. de edend. & sentit etiam Rota in vna Tirafonen. liquidationis fructuum coram Reumano de anno. 1555. in qua cum essent introductæ causæ attentatorum, & negocij principalis, & deinde mortuis quibusdam Auditoribus fuisset Episcopus Cariaten. in causa negocij principalis subrogatus cum clausula vna cum suis annexis, & dependentibus in forma, & nihil fuisset nominatim dictum de causa attentatorum, ac procedente tempore Auditor decreuisset remissoriam ad liquidanda dicta attentata, & demum super eis fuisset per Reumanum (postea subrogatum) pronunciatum, & dubitaretur de validitate sententiæ, ob defectum Iurisdictionis, Domini fuerunt pro validitate stante clausula supradicta.

71 Vndecimo, & ea quæ officio Iudicis expediuntur Arbitrari facere potest: hinc videmus quod arbiter defert iuramentum in litem contra contumacem in non restituendo rem de qua agitur, vt (ommissis non restitendo, quæ circa hoc dici possent) tradit idem Io. Baptista dicto libro 9. cap. 6. col. 3. 73 vers. videamus ergo, vbi inquit quod hoc communiter tenuerunt antiqui, & quod tale iuramentum defertur ex officio Iudicis, quod defertur actioni. Hinc etiã apparet, quod talis arbiter ex officio potest in quacumque parte Iudicij interrogare partem a possideat. Item cogere partem, vt delato iuramento aut iuret, aut referat: Item præcipere parti sub pœna confessoriarum positionum, vt illis respondeat, vt concludit idem ibi. lib. 9. cap. 12. col. penult. vers. ite faciet arbiter interrogationes. & vers. nunc circa præmissa, sed attentatorum reuocatio expeditur etiam ipso officio Iudicis mercenario. Franc. in c. dilecti. numero 3. de appell. A egid. de cif. 72. lata, & dicemus infra latius in 3 parte princip. cap. 21. quibus, & quot modis attentata reuocentur. & cap. 26. de Iudice, & per quæ attent. reuoc. ergo, &c.

77 Duodecimo, & de his quæ obueniunt pendente compromisso potest arbiter cognoscere, & si per illis pronuntiare, prout sunt fructus qui obuenierint pendente compromisso, vt eleganter declarat Io. Bap. vbi supra lib. 9. c. 16. & Blanc. de compromiss. 9. q. princip. numero 80. q. 32. & ante eos id dixit Ang. in cons. 42. incip. porrecta. col. 3. vers. modo restat respondere, vbi generaliter subdit quod de his potest etiã arbitrator, (quod magis est) pronuntiare, quæ in consequentiam compromissi veniunt, & quæ si res deducta in compromissum fuisset in Iudicio petita, veniant, attentata autem post factum compromissum pendente compromisso obuenire, clarum est. Et si res quæ fuit in compromissum deducta (circa quæ contingit attentari) fuisset in Iudicio petita, fuisset proculdubio per Iudicem attentata reuocata, vt rubr. & rot. vt lit. pend. nihil in no. Ergo eodem modo debet arbiter posse huiusmodi attentata reuocare.

79 Decimo tertio, facit in simili quæ Arbitrari

potest quodammodo in pœnam alteri ex partibus tanquã contumaci denegare audientiam, vt dicit idem Io. Baptista, dicto cap. 6. col. fin. vers. sed an licebit arbitro, quod etiam vltimo loco sentit Iaf. in l. sancimus, num. 3. C. de Iudic. Vnde sicut in denegando audientiam potest partem contumacem pœna afficere, ita debet etiã parti coram eo attentanti posse attentatorum pœnam infligere.

Decimo quarto, quamuis arbiter iurisdictionem habere non dicatur, sed notionem. l. ait prætor. ff. de re iudic. potest tamen, & debet cognoscere, an sua sit notio, per regulam l. ff. de arbit. vt per Io. Bap. ibidem lib. 9. cap. 7. col. fin. vers. quid dicemus, & c. & sicut Iudex potest cognoscere, an sua sit Iurisdictione, & contra illam sibi turbantem procedere potest, etiam si non habeat Iurisdictionem in eum, puta si Iudex laicus turbetur in Iurisdictione à clerico. ad no. in c. 1. de offic. delegat. ita etiam arbiter debet posse contra attentantem, & consequenter suam notionem turbantem & contemnentem procedere etiam si in illum non habeat iurisdictionem, pronuntiando videlicet possessionem rei pendente compromisso captam & attentatam restituendam esse: Quamuis enim Arbitrari immittit non possit aliquem in possessionem, potest tamen valide pronuntiare aliquem immittendum esse in possessionem, secundum opinionem Io. Bap. in dicto tracta. lib. 9. cap. 6. in fi. & c. 10. in fi. Quod comprobari potest ex eo quod aliàs dicitur, quod licet tertius regulariter non dicatur attentare. c. Romana. §. in alium. de appell. in 6. tamen etiam ipse si aliquid faceret, per quod turbaret Iurisdictionem dicitur attentare, vt diximus supra in 1. parte, cap. 3. de attentatis à tertio. in 5. limit. ibi posita. uun. 43.

85 Decimo quinto, & de incidentibus & emergentibus Arbitrari semper cognoscit per regulam datam à glo. in l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbit. quæ est ab omnibus approbata, vt testatur Io. Bap. in dicto tracta. libr. 9. cap. 10. & 87 libro 11. cap. 11. vbi loquitur in arbitratoribus & 88 ista censentur in compromissum deducta & etiã si specialiter non sint nominata, vt dicit idem ibi dicto cap. 10. & melius. c. 16. vbi subdit, quod hoc omnes docto. dicunt, & quod huiusmodi accessoria veniunt in compromisso & in condemnatione etiam si non sint aliquo modo petita, per rex. in l. dilecti. §. item sciendum. ff. de edict. quod etiam iterum dixit ibidem, & clarius in final. verbis. Causa autem attentatorum, quæ pendente compromisso fieri contingit, dicitur emergens, & cum illa dicatur emergentia quæ in ipso Iudicio emergunt, secundum Bart. in l. C. de ordi. Iudi. Iaf. in l. quod iussit. ff. de re iudi. Canonista in c. 1. de ordi. cognat. Blanc. de compromiss. q. 4. princip. nume. 2. & Arque etiam dicitur in c. 1. de re iudic. Pat. decisio. 19. commissio, vt lit. pendente, & Mohed. decis. 100. commissio, de Iudic. vbi dicitur quod commissio causa cum suis incidentibus completitur etiã causam attentatorum. Ergo & c. Quod fundamentum stringitur, & quia ratione huius incidentie potest arbiter cognoscere etiã ea quæ sunt mixti imperij, vt est restitutio in integrum. glo. in c. causa restitutionis. in verb. incidenter, extra de restit.

restit. in integrum. glo. 2. in c. cum dilectus. de arbit. Blanc. vbi supra q. 4. numero 18. & per dictam glo. etiam Ias. in l. cum procurator. numero 5. ff. de no. ope. nunc. ergo multo magis poterit & debet cognoscere de attentatis, si incidant, quæ non sunt mixti imperij.

93 Decimo sexto, & ea quæ veniunt ex natura ipsius actionis veniunt in compromisso, & potest arbiter super eis cognoscere, & pronuntiare.

94 Hinc videmus, quod secundum opinionem quam tenent Hostien. Nico. & alij per Io. Baptista vbi supra relati. in libro 9. cap. 16. in fi. 95 vbi dicit hanc esse veriorē opi. arbiter potest conuentum lege Aquilia damnum negantem in duplum condemnare, quia condemnatio in duplum dicitur esse & venire ex natura actionis, vt per eum, quod etiam tradit Blanc. q. princip. numero 78. & per multa comprobatur, ex natura autem omnium actionum quæ intentantur, est quod lite pendente nihil sit innouandum, vt satis demonstrant rubr. omnes ita negatiue & vniuersaliter conceptæ, vt lit. pend. nihil innouetur. Ergo de attentatis tanquam prouenientibus ex natura ipsius actionis in compromissum deductæ, debet arbiter posse cognoscere & pronuntiare.

96 Decimo septimo, & Iudex potest delinquentem coram eo, etiã si in eum non habeat Iurisdictionem punire & condemnare, quædo factus, & culpa ipsius est commissum crimen, & Exemplum si Clericus coram Iudice laico productus in testè falsum deponat, vel aliàs calumniose agat, aut accuset potest eum Iudex laicus de hoc delicto in cidenti pecuniariter punire & condemnare, vt consuluit Federic. de Senis in consilio 88. & post eum & alios, de quibus ibi. Blanc. de compromiss. in 3. qu. principa. sub. numero 32. col. 6. vers. non obstat, quod clerici. Vnde ita etiam Arbitrari: quamuis contra attentantem coram eo Iurisdictionem non habeat, debet eum, qui factus, & culpa sua hoc delictum attentatorum commisit posse punire & condemnare.

98 Decimo octauo, & si Arbitrari non posset attentata coram eo commissæ reuocare, vtique compromissum videretur reddi elusorium & arbiter contemni, quod esse non debet. arg. l. prætor. de Iudi. l. fin. ff. ne quid in loco pub. l. si quis remi. & ibi glo. in verb. eludere. ff. de arbit. & quinimo per hoc aperiretur via fraudibus, quod iura semper abhorrent. ad l. in fundo. ff. de rei vend. tradit Capit. decis. 176. in causa. numero 33. pone enim quod aliquis habeat animum spoliandi reum, & se intrudendi in rem super qua præten dit ius, & velit diu illam retinere, aut aduersariū ad soluendum magnam pœnam cogere, hic faciet compromissum per longum tempus duraturum & sub magna pœna, deinde reum possessorem spoliando pendente compromisso attentabit, hoc enim casu si arbiter non posset reuocare huiusmodi attentata spoliator cõfouerit se in sua intrusione, & si dicas quod licet Arbitrari non reuocet, potest tamē Iudex ordinarius illa reuocare, Nihilominus quia per accessum ad Iudicem committitur pœna conuentionalis, vt dictum est supra numer. 7. Ergo non facta per arbitrum huius attentati reuocatione reus cogetur aut varere commodo possessionis quousque durat

tempus compromissi, aut pœnam soluere, vtique autem videtur absurdum, ergo & c.

100 Decimo nono, hæc opinio suadet: quia non est dubium, quod etiam arbitri tenentur facere, & administrare iustitiam, tum ex clausula solita, quod ipsi de iure procedant, tum etiam de iure communi: nam aliàs, quando quid committitur arbitrio alicuius debet ille arbitrari, quod iustum est, & iuri conueniat, vt per multa deducit Crauet. in cons. 191. quod in præfenti. numero 5. libro 102. 1. & quod iustitiam, & puritatem conscientiarum non solum Iudices, sed etiam arbitri sequi tenentur, tradit specialiter Ang. in cons. 172. princip. punctus. col. 2. in principi. & aliàs facit litem suam, vt ibi subdit Ang. Quod ex eo etiam euidenter apparet, quia aduersus laudum, quod prætenditur iniquum, datur reductio ad arbitrium boni viri, vt dicemus infra capitulo 16. de attendente reductione ad arbitrium boni viri, & ex his quæ latè disputantur, de hac clausula, de iure ponit Ioan. Bap. in dicto tracta. de arbi. libro 8. capi. 5. sed quando attentata sunt commissæ, & si non reuocentur dicitur fieri iniustitia, & posset appellari, secundum Franc. in c. pastoralis. nu. 6. vers. dubitatur circa prædicta. de appe. Ergo etiã Arbitro debet concedi facultas attentata coram eo reuocandi, ne dicatur iniustitiam facere.

107 Vigesimo, & Arbitrari potest inhibere. Hinc videmus quod licet ille non arbitretur nisi de his quæ sunt comprehensa in compromisso, vt supra dictum est, potest tamen inhibere ex causa, puta quando sunt duo inimici vni parti ne transeant per contractum alterius, vt fuit notab. dictum Iacob. de Arena, & post eum Alberi. quos ibi refert, & commendat. Iaf. in l. curatores. numero 10. ff. de offic. procurat. Casar. vt dicemus infra cap. 20. de attent. post inhibit. in præfatio. q. 1. quis inhibeat. in prima limitatione regulæ ibi positæ: sed post inhibitionem dantur attentata etiam si emanauerit ab eo, qui non habebat iurisdictionem, vt dicemus infra cap. 20. de attentat. post inhibitio. in 11. ampliatur. reg. ibi positæ. nume. 16. vers. quarto inhibitionis evidens defectus. ergo & c.

109 Vigesimo primo, quod nec etiam causa coram arbitris pendente sint concedenda attentata & innouationes, facta quælibet dispositio habet in se tacite hanc clausulam rebus in eodē statu manentibus, & consequenter quæ res eodē statu retineri debeant, vt plenè no. per docto. præsertim Iaf. in l. quod seruius. ff. de cõdi. ob causam, ergo stante huiusmodi clausula tacite à iure subintellecta, non debet vna pars in præiudiciū alterius etiã pendente compromisso posse attentare. Ex quibus omnibus fundatur hæc secunda affirmatiua opinio quæ pendente compromisso dicatur attentari: ea possit arbiter cognoscere, & super illis pronuntiare. Verum quia neutra supradictarum opi. aliquibus absolutè vera fortasse videri potest. Et ex distinctionibus quæ non particulariter in hac materia attentatorum sed aliis materijs per docto. datur, possunt etiã aliz dari opi. operepretium videt illas proponere, vt articulus iste plenius pertractatus videatur.

TERTIA itaq; videt posse dari opi. vt distinguamus prout fa. Bar. in l. qui fin. n. 2. & ibi etiã Paul. de Castr. post eum. ff. de trasl. Aut sumus ante litē cõtestatā, Aut post lit. cõte. vt primo casu vitium

111 vitium attentatorum possit aliquis actus fieri si
cut dicunt prædicti docto. quod impunè potest
compromittens per accessum ad Iudicem solue
re cõpromissum, Secundo vero casu non possit,
112 sed hæc distinctio nullo modo potest ad præ
sentem quæ accommodari siquidem præfati do
cto. non loquuntur de litis contestatione facta
coram arbitro, sed coram Iudice, nec etiam di
cunt, quod accedere non possit pars ad Iudicem
post litis contestationem, sed quod compromis
sum factum ante litis contestationem, soluitur
per litis contestationem, factum autem post sol
uitur per sententiam, quæ omnia parum faciunt
ad rem de qua agitur.

113 **QVARTA** potest accommodari (pro 4. opi.)
distinctio, quod aut sumus in arbitro statuta
rio & necessario, & tunc si quia iste habet iuris
114 dictionem, ut latè per Blanc. in tracta. de com
promiss. in 6. q. princip. numero 4. & seq. si Et
insuper per huiusmodi compromissum dicitur
suspendi Iurisdictionis Iudicis ordinarij, ut per eun
dem ibidem. numero 17. & hoc casu siue Iudex
Ordinarius pendente compromisso procedat
ob suspensionem Iurisdictionis, dicatur attetare,
siue pars aliquid attetaret, & ab arbitro (ex quo
iurisdictionem habet) ad illorum reuocationem
condemnari poterit, Aut sumus in arbitro vo
luntario, aut etiam in arbitratore, & tunc secus
cũ hoc casu cessent prædictæ rationes, ut colligi
116 tur ex his quæ pro prima opi. sunt. allegata, præ
sertim quia coram arbitratore nõ dicitur esse liti
secundum Bald. in cons. 169. in primis. numer. 6.
lib. 3. Prout in simili eandem distinctionem facit
idem Blanc. ibi q. 7. princip. numero 10. dum tra
ctat, an per accessum ad Iudicem dicatur solui
compromissum.

117 **QVINTA** Etiam potest colligi, & ad casum
notrum adaptari opi. si Ex distinctione, quam
alias faciunt docto. dum tractant: an & quando
arbitrator possit contumacem coram eo in interlo
cutoria condemnare, quam post glo. Bart. & Bald.
in l. 2. C. de arbit. refert Io. Bapt. in dicto tracta
tu de arbit. lib. 9. cap. 6. col. 1. versicu. dic ergo pro
veritate, quod Aut in compromisso dictum est,
& promissum de parendo sententiæ, & hoc casu
ex contumacia ad interlocutoriam non com
mittatur pœna, Aut fuit & dictum de parendo
præceptis arbitri, & tunc secus: Ita etiam in pro
posito si sit dictum de parendo sententiæ, & cum
in dubio intelligatur de diffinitiuâ, arbitrator non
poterit pronuntiare super attentatis, quia non
esset diffinire negocium in eum compromissum:
si vero sit dictum de parendo præceptis arbitri,
& tunc secus: Ita etiam in proposito si sit dictum
de parendo sententiæ, & cum in dubio intelliga
tur de diffinitiuâ, arbitrator non poterit pronun
ciare super attentatis, quia non esset diffinire ne
gociũ in eum compromissum, si verò sit dictum
de parendo præceptis: ex quo interlocutoria per
quam Arbitrator mandat attentata in pristinum
statum reponi, absque dubio sit præceptum arbi
tri illi pars, parere ex sua obligatione tenebitur.
118 si Verum hæc distinctio non videtur quod possit
admodum rectè præfati casui accommodari, tũ
quia forsan in se vera non est, & eam validis ra
tionibus impugnat Io. Baptista vbi supra, tum
quia etiam sententiæ quæ fertur super attentatis

secundum vnã opinionem, aut est diffinitiuâ,
aut saltem vim diffinitiuâ habere dicitur. Aegid.
decis. 148. sententiæ, & decis. 286. in materia de
cuius tamen veritate dicemus latius infra in 3.
parte cap. 27. de sentent. in causa attent. ferent. nu
me. 11. & propterea aliam, &

119 **SEXTAM** Possumus considerare opinionem,
& distinctionem si quod aut loquimur de atten
tatis antea per vnã ex partibus perpetratis li
te coram Iudice pendente, Aut de attentatis co
ram Arbitro. Primo casu arbitrator possit & cognos
cere & desuper pronuntiare, quia causa atten
tatorum non videtur talis naturæ, ut compro
mitti nõ possit, nec inter alias quæ compromitti
nõ possunt enumeratur ista, ut videre licet ex his
quæ latè ponit Blanc. post alios in dicto tracta
tu. in q. 4. princ. in prin. & per totam. Vnde siue
specialiter sit compromissa causa attentatorum,
siue taliter sint verba compromissi concepta, ut
etiam causam attentatorum complectantur, de
eis possit arbitrator ex potestate sibi per partes at
tributa cognoscere, & sic procedat secunda opi
nio affirmatiua. Secundo vero casu non possit,
cum non habeat iurisdictionem, & ita procedat
prima opinio negatiua supra relata per ea om
120 nia fundamenta quæ ibi fuerunt adducta. si Verũ,
& hæc distinctio licet quo ad primum caput in
se vera sit tamen quoad secundum non euacuat
difficultatem. Hoc enim est de quo principaliter
disputatur, an coram arbitro dicatur atten
tari, ita ut ille possit ad illorum reuocationem
procedere, & dicere simpliciter, quod non pos
sit, absque eo quod accommodetur responsio
ad ea omnia quæ supra pro secunda opinione
sunt adducta, proculdubio nihil esse videtur,
Quid dicendum? mihi magis placet secunda su
pra relata opinio affirmatiua, si videlicet quod
121 coram Arbitro pendente compromisso, regula
riter dicatur attentari, & arbitrum posse ad illo
rum reuocationem ex suo arbitrio, & per suam
pronunciationem procedere, intelligendo ta
men illam secundum ea, quæ infra in regula de
super constituenda subijciemus. Et tenendo eã
ommissis pro nunc alijs opinionibus (quarum
distinctiones in positione dictæ regulæ pro am
pliationibus, aut limitationibus, prout magis
res exegerit applicabimus) solum restat modo
respondere ad ea, quæ supra pro prima opinio
ne fuerunt adducta: respondetur ergo

122 **AD PRIMUM**, si quod ad inducendum atten
tata non solum contemptus Iurisdictionis requi
ritur, sed sufficit quod ad sit, aut contemptus Iu
risdictionis, aut præiudicium partis, ut patet ex
descriptione attentati supra in prima parte. in
princ. in præfatione. numero 26. & 27. In atten
tatis autem coram arbitro absque dubio vertitur
partis præiudicium, quinimmo etiam potest con
temptus considerari si non Iurisdictionis, sal
tem illius notionis, quam arbitrator habere dicitur.

123 **VEL SECUNDO** respondentur si quod dato, quod
copulatiuè ad inducendum attentata requirere
tur contemptus, & præiudicium, tamen sufficit
contemptus respectu partis, quatenus de facto
processit, nec requiritur de necessitate quod in
Iudice qui contemnitur sit iurisdictionis. Hinc vi
demus si quod quamuis Iudex impetratus per
124 rescriptum subreptitium, præsertim in his quæ

respiciunt

respiciunt iurisdictionem, nõ dicatur habere iu
risdictionem, cum sit ipso iure nullum, ut post
Io. And. in capi. 1. de filiis præby. libro 6. in no
uella. & Bald. in leg. præscriptionem. C. si contra
ius, vel utilitat. public. tradit Mil. in verbo rescri
ptum ad lites, si est obreptitium. fol. 347. si Ni
lominus si ille inhibeat, & eius inhibitiõ con
temnatur quamuis hoc casu non possit dari con
temptus Iurisdictionis, quia illam non habet, so
lus tamen contemptus, quatenus de facto à p
arte processit causat attentata, ut est de stilo Ro
tæ, quæ tenet omnia esse attentata quæ fiunt post
inhibitionem etiam emanatam vigore subrepti
tiæ commissionis, ut est decis. in recollet. A cchil.
de grass. 27. attentata ex stilo. sub rubr. de atten
tatis.

Ad Secundum respondetur, quod licet ac
cessus ad Iudicem per alteram partem factus nõ
sit attentatum, ut dicemus infra, numero 162.
in limitat. regu. ibi ponendæ. Cetera tamen per
partem gesta puta spoliũ, & innouationes cir
ca rem de qua agitur, regulariter attentata cen
senda sunt.

Ad Tertium respondendo negatur quod co
ram Arbitro non dicatur esse liti pendentiã, per
ea quæ dicta sunt supra in 2. & 3. & 9. fundamen
to secundæ opinio. numero 48. & numero 53. &
126 numero 66. si vel secundo, quod ad causandum
attentata videtur sufficiens etiam extraiudicia
lis quædam liti pendentiã, prout patet de ex
traudiciali appellatione, ut dictum est supra. nu
127 mero 62. si Præterea licet strictè accipiendõ co
ram arbitro non sit iudicium, est tamen quasi
Iudicium, ut dixit notanter Abba. in ca. præsen
tata. col. 4. sub nu. 7. extra, de testib.

Ad Quartum, & quintum Respondetur re
torquendo, quod sicut quando in compromisso
id actum est, ut arbitrator possit, & contumacem
multare, & nouam pœnam imponere, id sibi
permittitur, ut ibi dicitur, ita etiam potest de at
tentatis cognoscere, & super illis pronuntiare:
quia cum causa attentatorum dicatur esse cohæ
rens, accessoria, incidens, & emergens, ut supra,
numero 69. & numero 91. censetur tacitè inter
partes id actum esse, ut super his cohærentibus,
& accessoriis, etiam si non sint specificata (tan
quam in compromisso comprehensa) arbitrator
cognoscere valeat, ut diximus latius supra, nume
ro 85. in 15. fundamento secundæ opinionis: præ
terea contrariam sententiam quod immo arbi
trator possit pronuntiare, tenet Baptista à sancto
Blasio post Ang. & Lanfranc. per eum citatos
in tracta. de arbit. & arbitrato. in 2. parte. numer.
69. quæstio. 87.

Ad Sextum respondetur, quod licet arbitrator
non possit immittere aliquem in possessionem,
potest tamen validè pronuntiare aliquem esse
imittendum, ut dicit Ioan. Baptista in dicto li
bro nono, capitu. sexto, colum. fin. vers. de eo di
cendum est.

Ad Septimum Respondetur, quod verior opi
pin. est in contrarium, ut patet ex his; quæ po
sita sunt supra, num. 93. in 16. fundamento secun
dæ opin.

Ad Octauum Respondetur quod Blanc. ibi
& alij per eum allegati, si rectè ponderentur, lo
quuntur de superuenientibus post compromis
sum, quæ habent causam de futuro, & de quibus
partes verisimiliter non potuerunt cogitare.
Quod secus est in attentatis, cum de illis tanquã
de accessoriis ac cohærentibus sine quibus cau
sa principalis commodè expediri non posset, ut
diximus supra, nume. 70. censetur de illis partes
cogitasse, ut supra proximè dictum est.

Ad Nonum respondetur quod facta reuo
catione attentatorum non committetur pœna
conventionalis, quia postquam fuerint purga
ta attentata, pars contra quam erat attentatum,
cum amplius sua non interfit non esset audien
da super pœna conuentionali.

Ad Decimum eodem modo quo supra Re
spondetur, quod cum de attentatis tanquam ac
cessoriis censetur inter partes actum fundamen
tum retorquetur.

Ad Vndecimum Respondetur, quod immo
cõtrarium est magis vniuersaliter verum, ut etiã
accessoria, & emergentia sequantur regulariter
principale, quod posset multis comprobari quæ
ponunt docto. in reg. accessorium. de reg. Iuris
in 6. Præterea instantiã ex aduerso data specia
liter responderi potest, prout etiam respondet
Blanc. ibidem. sub dicto num. 21. colum. 3. vers. ad
128 tertium. Quod ibi sumus in odiosis si nam. pro
hibitio appellationis tanquam auferens defen
sionem censetur odiosa, ut ipse deducit ibi. post
Bar. & alios. Nos autem sumus in fauorabilibus,
quia remedium attentatorum dicitur esse fau
orabile, & priuilegiatum, ut dicimus infra in tertia
parte, capitu. 30. de priuilegiis attentatorum. nu
mer. 10. & latius differuimus supra in 1. parte, in
præfatio. nume. 81. & seq.

Ad Duodecimum Respondetur negando,
quod remedium pœnæ conuentionalis sit ordi
narium, cum etiam illud de sui natura sit extra
ordinarium. Secundò dato, quod esset ordina
rium, quia tamen plenè non succurreret ei con
tra quem attentatur, debet posse recurri ad ex
traordinarium, ut notant docto. in dicta l. in cau
sa, de Minor. Quod autem per pœnam conuen
tionalem indemnitati ipsius appellati, & debito
iustitiæ non esset satisfactum euidenter apparet,
pone enim quod in compromisso fuerit apposi
ta pœna ducentorum, res autem qua Reus pen
dente compromisso per spoliũ attentatũ fue
rit priuatus, esset valoris mille ducatorum, utq;
per solutionem pœnæ conuentionalis nullo mo
do videtur ipsius indemnitati succurri.

Ex quibus omnibus cum fuerint sublata om
nia fundamenta: quæ pro prima opinione nega
tiua fuerant adducta, sequitur, quod secunda opi
pin. affirmatiua, tanquam validioribus, & verio
ribus suffulta rationibus sit omnino amplecten
da. Verum quia in Iure nostro vix dari propo
sitiõ potest, quæ adeo sit vniuersaliter vera, ut nul
lam recipiat limitationem, præsertim vbi plu
res in aliquo articulo enumerantur opin. prout
in hoc factum est: idcirco more solito conclu
siuè procedendo, ut omnis hæc materia facilius
intelligi & apprehendi possit, cuncta per mo
dum regulæ, & limitationum subordnabimus,
sit itaque

129 **REGULA**, si quod pendente compromisso
gesta per partes, purã alienando, cedendo, spo
liando nouum ius impetrando, rei de qua agitur
Traçt. de Attent. D

formam immutando, & similia in præiudicium alterius partis faciendo, dicantur attentata, & illa possit arbiter reuocare. Quæ regula probatur ex his omnibus quæ supra pro secunda opinio latius sunt adducta, & maxime procedit si est in arbitro statuario qui iurisdictionem habere dicitur, vt eleganter deducit Blanc. de compromiss. quæst. 6. princip. in princ. Cui adde Bald. in consil. 470. statuto. numero 3. libro 1. dum vult, & quod arbitri statuarij dicantur Iudices & quod possint partem, & etiam testes multa re, vt tradit idem Blanc. ibi. num. 2. & 3. vel esse in compromisso facto in eum qui aliàs erat compromittentium Iudex competens, qui in procedendo non declarauerit an vt iudex, vel vt arbiter procedat, quoniam cum hoc casu in dubio videatur processisse vt iudex, & per eum modum quo actus magis valeat, vt concludit Io. Bapt. in dicto tractatu de arbit. lib. 12. cap. 6. de eo erit iudicandum, tanquam de iudice, & propterea si pars attentet regulariter poterit de eis tanquam iudex cognoscere, & illa reuocare, vel arbiter inhibuisset, quod potest facere, iuxta ea quæ diximus supra, nu. 107. in 20. fundamento Secunda opi. Quæ

AMPLIATUR

136 Primò, vt non solum procedat in arbitro voluntario, verum etiam in arbitratore non solum, & quia etiã arbitrator potest de coherentibus, incidentibus, & accessorijs cognoscere, & pronuciare, vt tradit Io. Bapt. dicto tractatu de arbit. libro 11. & eodem libro capitu. 17. vbi generaliter concludit, quod arbitrator super accessorijs, & coherentibus pronuciare, & iterum eodem lib. capi. 16. & vbi quod etiam re, pendente compromisso perempta potest arbitrator laudare super interesse & æstimatione, quod & ante eum licet illum non alleget) dixit Ang. in consil. 42. in princ. porrecta. colum. 3. in princ. Verum etiam quia maior pars rationum supra pro fundamento secunda opi. adductarum, si rectè considerentur, etiam in arbitratore locum habere videntur. Et ex eo etiam quia arbitramentum & compromissum in arbitratorem dicitur esse species transactionis, ad text. in §. 1. in authentic. vt differentes Iudices. & no. Barto. in l. qui fidei. ff. de transactio. Quibus adde Bald. in consil. 413. Prætermittendum. numero 2. libro 1. & consil. 463. Quod sententia. numer. 4. eodem lib. & consil. 191. in testamento. numer. 2. lib. 2. & cum arbitramenta magis accedant contractui, quam Iudicio, secundum Bald. in consilio 470. statuto. numer. 2. lib. 1. vnde sicut facta transactione, non potest vna pars aliquid contra alteram innouare, cum non habeat locum penitentia. l. quamuis. C. de transactio. cum similit. & ita nec debet pendente arbitramento aliquid innouando attentare, & nec pars audiretur etiam si vellet soluere penam, vt post Bald. in l. eos. §. apostolos. in fin. C. de appell. & Alexand. in consilio 21. consideratis. colum. fin. lib. 7. tradit etiam Blanc. vbi supra, in 6. quæstio. Princip. numer. 19. Quamuis hæc ampliatio satis videatur reddi dubitabilis ex his quæ post Bald. in l. 2. vltim. oppo. C. de refend. vend. & Innocen. in capitu. quinta uallis. de iurciu. tradit Natta in consilio 2. circa primum. nume. 7. lib. 1. qui dixit, quod clara videtur de-

ci. Bald. vbi supra, quod coram arbitratore non est propriè lis nec litigium nec res litigiosa, de quo etiam aliquid diximus supra, numer. nono, & seq. nisi respondeas, vt dictum est supra, numero 125.

143 Secundo ergo ampliandam censeo vt non solum procedat in attentatis pendente compromisso coram Arbitro perpetratis, verum etiam in attentatis ante factum compromissum lite puta coram alio Iudice pendente commissis, & ita procedant quæ supradicta sunt in 6. & vltima opi. Quæ ampliatio ea ratione nititur quia attentatorum causa de sui natura non videtur prohibita compromitti, cum non enumeretur inter prohibitas, prout est causa mixti Imperij, alimètorum, tutelæ, rei spiritualis, & similia, de quibus late eleganter per Blanc. in dicto tracta. de compromiss. in 4. quæstio. princip. in princ. & per totam. & Eam tamen sanè intelligendam censeo, vt arbiter super huiusmodi attentatis antea commissis per partes assumptus, possit de illis cognoscere, quatenus respiciunt interesse partis contra quam prætenditur fuisse attentatum. Et sic quando sumus in attentatis quæ ad instantiam partis potuissent per Iudicem reuocari, secus verò si essemus in attentatis quæ ex solo Iudicis officio reuocari potuissent, quia de his arbiter non cognoscit, & cum arbitrorum potestas solum à partium voluntate sit metienda. l. non distingue mus. §. de officio. ff. de arbit. Et super eiusmodi attentatis partes nullã potestatem habeant, sed illorum reuocatio ad officium Iudicis cuius fuit læsa maiestas pertineat, vt latius dicemus infra in 4. limit. presentis regulæ. nume. 152.

LIMITATUR eadem regula,

147 Primò vt non procedat in actu cessionis bonorum qui per partes pendente compromisso non solum fieri permittitur, & verum etiam dicitur soluere compromissum, ad text. in l. si vnus. ff. de arbit. no. Specul. in titulo de arbit. §. finitur. versic. item nota, & post eum Blanc. de compromiss. quæstio. 7. princip. numer. 15. Quod etiam secutus est Baptista à Sancto Blasio in tracta. de arbit. & arbitrato. in 2. parte. numero secundo, quæstio. 51. vbi id etiam ampliat, & vt procedat etiam coram arbitratore. Pro qua limit. facit, quia etiam lite pendente huiusmodi cessione bonorum citra vitium attentatorum fieri potest, vt diximus latius supra in hac 2. parte. capit. 4. de attentata. lite pendente. in 11. limit. princip. in princ. nume. 2.

150 Secundo fallit in actu compromissi secundi, vel adiectionis alicuius formæ, vel qualitatis ad primum factæ, quia pendente primo compromisso, & adiectione formæ, vel qualitatis, & aliud compromissum validè fieri potest, vt post Specul. Paul. de Leazar. Card. quæst. 3. & Canonistas in clem. quandiu. de appell. & in c. innotuit. de arbit. & alios per eum allegatos, tradit idem Blanc. quæstio. 7. princip. numer. 21.

Tertiò videtur necessariò limitanda (licet doctores non ponant,) vt non procedat quando compromissum ex aliqua causa esset nullum & inualidum, puta quia natura causæ obstaret, vt compromitti non posset, prout sunt causa mixti imperij, & aliæ per Blanc. dicta quæstio. 4. enumerata, tum quia si arbiter obstante nullitate compro-

te compromissi, non potest de causa principali cognoscere, multo minus cognoscet de accessorijs, authent. multo magis. C. de sacrosanct. Eccl. tum etiam quia idem videmus in Iudicijs, nam quando lis est nulla, non habet locum remedium attentatorum, secundum Afflict. decif. 366. in pleno consilio. num. 12. & seq. de quo latius diximus supra in hac 2. parte. cap. 4. de attent. lit. pend. in 3. limit. princip. nume. 1. & seq.

152 Quarto vt non procedat in attentatis ante compromissum factum lite coram Iudice pendente prius commissis, quorum reuocatio officio illius Iudicis cuius fuit læsa maiestas, & non ad instantiam partis venisset faciendæ, quia de huiusmodi attentatis non solum Arbitrator non cognoscit, vt diximus supra in 2. ampliatur. nume. 143. & verum etiam Iudex prædictus posset etiam pendente compromisso citra vitium attentatorum illa ex officio reuocare, pone enim, quod lite coram Iudice pendente actor aliquid attentauerit contra reum de cuius non iure notoriè constaret hoc casu quamuis reus regulariter non posset instare pro reuocatione dictorum attentatorum obstante sibi exceptione sui notoriè non Iuris, iuxta ea, quæ latius dicemus infra in 3. parte. capitu. 24. de reo, & except. sibi contra attent. competen. quæstio. 1. numer. 21. Iudex tamen potest illa ex officio reuocare, vt tradit Franc. in capitu. bonæ. numer. 15. de appella. fa. decif. Egid. 356. Et ita sepissimè Rotam seruasse testatur Guid. Bon. vt apparet in re collect. eiusdem decisione 105. fuit tentum. sub rubric. vt lite pendente. & dictum est proximè citato capitu. 24. quæstio. 1. in 2. limit. regulæ ibi positæ. Vnde si hoc casu partes facerent compromissum speciale super huiusmodi attentatis, vel generale aptum comprehendere causam attentatorum, per hoc vt dictum est, Arbitrator non posset se intromittere in huiusmodi attentatis, & Iudex poterit attentata in contemptum suum ex officio reuocare: cum partes compromittendo facultatem sibi à iure concessam tollere, aut diminuere non poterint, & tale compromissum tanquam res inter alios acta Iudici obesse non possit, & consequenter pro limitatione regulæ nostræ erit casus in quo pendente inter partes compromisso, Iudex ordinarius deueniet ad reuocationem attentatorum, coram eo per partes, & non dicitur attentare.

153 Quintò potest limitari vt non procedat in actu facto pendente compromisso, qui tenderet ad conuallidandum compromissum, quia talis actus poterit fieri. Exemplum si in compromittendo fuit commissæ autoritas superioris quæ in eo requirebatur, huiusmodi autoritas etiam pendente compromisso superuenire poterit, vt post Barto. & Nicol. tradit Ioan. Baptista in d. tracta. de arbit. lib. 2. capit. 4. in fin. num. 28. & Quod ego intelligerem (licet ille non dicat) procedere, quando pars aduersa non contradicit, aliàs si ille, cui ex defectu huiusmodi autoritatis est iam ius quæsitum super nullitate contradiceret, non videtur quod hoc sit permittendum, & not. quod ista autoritas non sufficeret ad validandum compromissum, nisi superueniret ante latum laudum, quia si post, non sufficit, vt per Alexand. in consilio 124. in causa. nu-

mer. 10. libro secundo. Sextò limita vt non procedat in actu reuocationis ipsius arbitri qui ex causa post compromissum superuenienti fieri potest etiam pendente compromisso. ad text. in l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbit. & per illum text. hoc ponit Ioan. Baptista vbi supra, libro nono. capit. 7. colum. fin. in fin. Idem tradit Baptista à Sancto Blasio in tractatu de arbitro & arbitrato. in 1. parte. numer. 78. versic. quadragesimo, & licet secus sit in arbitratore, vt ipse ibi dicit, & testatur de commun. opin. Septimò videtur posse limitari vt non procedat in actu appellationis, quia etiam pendente compromisso fieri permittitur, secundum Buttr. in capit. Romana. & in capit. ex ratione. de appellat. quem allegat Firman. in repet. in verbo, compromissum. versic. 23. Quæ limitatio ea potest ratione comprobari, quam posuimus supra, capitu. 12. de attentata. appellatione pendente. limit. quinquagesima princip. numer. 7. & 11. quia scilicet compromissum, licet excuset à prosecutione, non tamen excusat ab interpositione appellationis.

162 Octauò limita, vt non procedat in actu Itionis, (vt docto. appellant) ad Iudicem, quia partes pendente compromisso possunt relicto arbitro ire ad Iudicem, & iste accessus sicut à Iure non videtur improbari, ita nec etiam processus per Iudicem per eos aditum factus infringitur, sed immo validus reputatur, & consequenter hoc casu, nec accessus partium, nec processus Iudicis videntur attentatorum vitio subiecti. Et ita procedat quod supra diximus, numer. 6. in secundo fundamento primæ opi. & quoniam propositio presentis limitationis non est perpetua, & quàm plura, (licet confusè) per docto. ad eam facientia sparsim ponuntur, vt facilius eius veritas haberi possit conclusiue procedendo etiam in hac limitatione est regula cum suis necessarijs ampliacionibus, & sublimitationibus constituenda. Sit itaque

163 REGULA in hac octaua limitatione, quod pendente compromisso possunt partes ire ad Iudicem, & Iudex aditus non obstante compromisso procedere validè potest. Quæ probatur ex his omnibus quæ in dicto 2. fundamento primæ opi. allegata sunt. Et ex eo etiam quia coram Iudice, vt referatur adito ad impediendum processum debet opponi de pendetia compromissi, vt tradit post alios Alexand. in consilio 72. videtur. sub numer. 7. colum. 4. vers. non ommitto. libro 3. vnde quousque non est opposita prædicta exceptio, Iudex validè processisse censetur, sicut & aliàs videmus in processu per vnum Iudicem facto lite coram alio prius pendente, qui processus secundi Iudicis regulariter valet quousque de litis pendetia non est exceptio opposita, vt latius diximus supra in hac 2. parte. cap. 4. de attent. lit. pendente. in 2. limit. princip. num. 59. Quam Regulam

AMPLIA

164 Primò, vt non solum pendente compromisso partes possint Iudicem ordinarium adire, verum etiam & multo magis adire Principem ad impetrandum Iudicem: quia qui quid conceditur, videtur omne id concedi per quod

AMPLIA

165 Primò, vt non solum pendente compromisso partes possint Iudicem ordinarium adire, verum etiam & multo magis adire Principem ad impetrandum Iudicem: quia qui quid conceditur, videtur omne id concedi per quod

peruenitur ad illud. l. oratio. ff. de sponsal. cum
 166 simil. † & talis Iudicis impetratio pendente
 167 compromisso facta non dicitur attentata. † Si-
 cut in simili videmus, quod non censetur atten-
 tata Impetratio Iudicis similiter pendente ter-
 168 mino apostolorum petendorum facta, † vt est
 commun. opin. de qua testatur Boërius in decis.
 256. Vtrum, de quo latius etiam diximus supra
 in hac 2. parte, capitu. 13. de attent. pendente tem-
 pore apostolorum petendorum. numero 11. &
 quamuis contra hanc ampliationem facere vi-
 169 deatur, id quod aliàs dicitur, † quod lite pen-
 dente prohibetur quis impetrare rescriptum, de
 quo diximus latius supra in dicto capitu. 4. de at-
 tent. lit. penden. in 7. & vltima illatione reg. prin-
 cip. ibi posita. numero 631. vbi post Petr. de An-
 char. in consilio 17. viso processu, & Felyn. in ca-
 pitu. exceptionem. colum. 9. numero 32. de excep-
 tio. & Blanc. in dicto tracta. de compromiss. in
 4. quæstio. princip. numero 123. specialiter tetigi-
 170 mus † quod exceptio litis pendentiæ impedit
 Iudicis impetrationem & causæ delegationem,
 tolli tamen potest ista obiectio, quia diuersa mili-
 tat ratio in pendentia litis, & in pendentia com-
 promissi, quia quando lis pendet, & ea pendente
 pars vult impetrare Iudicem, tractatur de auo-
 catione causæ à primo Iudice, per quam auo-
 cationem videtur quodammodo primus Iudex
 iniuria affici, vt patet ex his quæ diximus supra
 in hac 2. parte. capitu. 10. de attentata. post auo-
 cationem per totum: quæ ratio cessat in arbi-
 tro, cuius potestas à partium consensu depen-
 det, & propterea nulla videtur iniuria in eo con-
 sideranda.

Secundò, vt non solum Iudex aditus per par-
 tes possit valide inter eas procedere, vt in Regu-
 171 la, † verum etiam si sit factum compromissum
 occasione instrumenti guarentigliati & habentis
 executionem paratam, & occasione exceptio-
 num quæ contra dictum instrumentum præten-
 derentur, potest etiam ad executionem prædi-
 cti instrumenti, & pro contentis in eo etiam pen-
 dente compromisso Iudex ordinarius deuenire,
 vt fuit notabile dictum Socin. in l. pecuniam. in
 vltimo notab. sub numero 11. ff. si cert. pet. Quod
 notandum & signandum esse dicit in practica, &
 ita se vidisse consultum in ciuitate Senarum per
 172 insignem docto. Ioan. de Anania. † Declaran-
 doramen, quod huiusmodi executio vt præ-
 fertur, fiat, dummodo præstetur cautio de sa-
 tisfaciendi, secundum quod fuerit laudatum, vt
 dicit Socin. ibi.

LIMITATVR Regula huius octauæ limit.

173 Primò nisi compromissum pendens esset tale
 quod ex eo oriretur actio seu exceptio, vel iure
 174 communi, puta † quado adest iuramentum, &
 aliis casibus qui ponuntur in l. ne in arbitris. C. de
 arbit. Vel vigore alicuius statuti: tunc enim pen-
 dente huiusmodi compromisso, ex quo alteri
 parti potest parari actio, vel exceptio, non po-
 test coram Iudice ordinario aduersarium con-
 uenire, ea ratione, quia per laudum ferendum
 potest reus liberari, & inter partes actum vide-
 175 tur vt interim non possit agi. † Quod dictum ex
 clamat & notandum dicit, quia quotidianum Paul.
 de Castr. in dicta l. pecuniam, quem ibi sequitur
 Alexand. & Ias. nume. sexto, qui illud etiam com-

probat autoritate Bald. in capitu. 1. ad fin. de
 controuers. feud. apud pat. terminan. volen-
 176 tis, † quod pendentia litis impedit coram alio
 agi, quando ex sententia primi Iudicis potest
 oriri actio vel exceptio, prout est in casu propo-
 sito stante tali compromisso. Quibus adde quod
 hoc dictum Paul. de Castro, post Alex. in consili.
 21. colum. fin. libro 7. & Soci. in cons. 27. visis in-
 strumentis. col. fin. lib. 4. secutus est etiam Blanc.
 in dicto tracta. de compromiss. 6. quæst. princip.
 numer. 17. vers. primus effectus est, & numero 21.
 versic. idem dicendum est, & sensit etiam Franc.
 in capit. ex ratione. numero 31. & seq. de appel. &
 eundem in dicta l. pecuniam, secutus est etiam
 nouissimè Ant. Gabriël. in tracta. commun. con-
 clus. lib. 2. de iudi. conclus. 1. numero 5. versic. ter-
 tio amplia, vbi præter præallegatos in id citat
 etiam Deci. in l. vbi ceptum, de iudi. & in leg. si
 quis postquam. eo. titu. & Felyn. in ca. ex tenore.
 col. 11. in 10. fallen. & ibi etiam Deci. colum. fin.
 177 de rescript. † Quæ limitatio licet à dictis docto-
 ribus tanquam notabilis, & singularis sit reten-
 ta, de ea tamen valde subsistendum videtur qua-
 tenus in ea tacitè innui videtur, quod Iudex ordi-
 narius pendente huiusmodi compromisso si
 procedat inualidè procedat, quia sicut de litis
 pendentia coram primo iudice, debet coram
 secundo opponi, quando quis ad eum trahitur,
 & facta oppositione inualidatur processus, Rot.
 decisio. 4. aliàs 76. incip. postquam. de testibus.
 in no. Ant. de But. in capitu. cum M. Ferrariensis.
 numero 59. ext. de constit. Soci. in consili. 38. pro
 decisione. numero 7. libr. 1. & remissiuè diximus
 supra, in hac secunda parte capitu. 4. de attentata.
 lit. penden. in 2. limit. princip. sub numero 59. Ita
 etiam de pendentia compromissi debet coram
 Iudice opponi, vt per Alexand. in cons. 72. vide-
 tur. col. 4. sub numer. 7. vers. non ommitto. libr. 3.
 & sicut ibi firmanimus processum secundi Iudi-
 cis regulariter valere non obstante litis penden-
 tia coram alio donec de litis pendentia non fue-
 rit opposita exceptio, ita in proposito concludè-
 dum videtur quod processus factus per Iudicem
 pendente compromisso sit validus, & non dica-
 tur inattentatus quousque de pendentia com-
 promissi non fuerit formiter opposita, & admis-
 178 sa exceptio, Quod eo magis dicendum est, † quia
 per compromissum voluntariu non suspenditur
 Iurisdictio ordinarij, vt dicit Blanc. dicta quæst. 6.
 numer. 1. in princip. vers. primus effectus est. Vn-
 de non data suspensione Iurisdictionis cessat con-
 sideratio attentatorum. Franc. in c. bonæ, nume.
 36. de appell. vt supra sæpius dictum est. Sed siue
 teneas dictum Paul. de Castr. & aliorum supra al-
 legatorum, quod pendente compromisso Iudex
 inualidè procedat, siue id quod verius proximè
 diximus, quod tantum post oppositam exceptio-
 nem processus inualidetur, necessariò tamen vi-
 detur circa præmissa adhibenda declaratio: quæ
 posuit idem Paul. de Castr. in consili. 428. visis, &
 consideratis. sub numer. 2. lib. 1. secundum moder-
 179 nam impressione, † vt præmissa procedant quan-
 do ex laudo ferendo speratur tolli obligatio ad
 fauorem Tertij, quia tunc ne illi tertio fiat præ-
 iudicium, censetur actum, vt interim pendente
 compromisso non agatur, secus verò si speratur
 tolli obligatio ad fauorem ipsius obligati, quia
 tunc

tunc hoc non censetur actum, & compromis-
 sum non impedit executionem, vt per eum ibi
 latius, qui etiam de cõmuni opinione testari vi-
 detur. Cuius declaratio si vera est, maximè est
 notanda, quia plurimùm restringit doctrinã supra
 dictorum doctorum, & præsentem limitationem.
 180 Secundò, † fallit in compromisso necessario
 facto vigore statuti disponentis causas inter cer-
 181 tas personas compromitti debere, † cum etiam
 per tale compromissum dicatur suspensa iuris-
 dictio Iudicis Ordinarij, vt tradit Blanc. dicta q.
 6. vers. primus effectus est, numero 1. in princip.
 sequitur, quod hoc compromisso pendente, non
 possunt partes adire Iudicem ordinarium, &
 sic impedire arbitros, vt non iudicent, & ne in
 causa procedant. Quia donec pendet compro-
 missum incertum est an agenti, quod petit de-
 beat, cum possit sequi sententia absolutoria,
 quæ pariat exceptionem rei iudicatæ, vt latius
 ibi per eum. Quod ex eo etiam comprobari po-
 test, quod aliàs sæpe diximus, & ponit Franc. in
 capi. bonæ. numero 36. de appella. quod data su-
 spensione Iurisdictionis, datur etiam reuocatio
 attentatorum. Vnde hoc casu, & accessus ad
 Iudicem respectu ipsarum partium, & processus
 respectu Iudicis inualidus, & attentatus erit cõ-
 sensus. Quæ limitatio vno notabili modo am-
 pliatur ex doctri. Bald. in leg. 1. C. si quacumque
 prædit. potest. quam etiam allegat Blanc. vbi
 supra proximè, vers. primus effectus est. nume. 2.
 versicul. intellige hoc: & ante eum allegauit Fir-
 man. in suo repert. in verbo, compromissum
 præsumitur. versicul. 30. vt non solum procedat,
 182 quando iam factum est compromissum, † ve-
 rum etiam si solummodo compromissum vigo-
 183 re statuti fuerit petitum, † cum sola petitio hoc
 184 casu suspèdat iurisdictionem † ordinarij præter
 quàm in executiuis ipsius compromissi, puta si
 sit necesse, quod ante factum compromissum Iu-
 dex grauet forsàn captis pignoribus, aut aliis re-
 medijs opportunis, partem nolentem compro-
 mittere ad compromittendum, vt eleganter de-
 clarat Bald. in dicta l. 1. & sequitur etiam Blanc. di-
 185 cto numero secundo. † Declarari quoque debet
 præsens limitatio, quia ad hoc, vt Iudex penden-
 te huiusmodi compromisso necessario impediatur
 in causa validè procedere, debet coram eo
 opponi exceptio pendentia compromissi, vt ex-
 pressè declarat Blanc. in dicta 6. parte, numero
 decimo septimo, & latius in 7. parte. sub numero
 decimo. Quod etiam dixit (licet ad id, illum non
 alleget) etiam in terminis Alexan. in cons. 72. vi-
 detur. sub num. 7. vers. non ommitto. libr. 3. vbi ex
 eo, quia non fuerat huiusmodi exceptio opposi-
 ta, prout debebat, concludit processum Iudicis
 validum esse. Pro qua declaratione plurimum fa-
 cit, quod aliàs dicitur de exceptione litis penden-
 tia coram primo Iudice, quæ debet coram secun-
 do opponi: sola enim litis pendentia, absque op-
 positione non sufficeret, vt latius diximus supra
 in hac secunda parte. cap. 4. de attentata. lite pen-
 dente. in 2. limit. princ. sub dicto numero quinqu-
 186 gesimonono, & seqq. † Quam declarationem li-
 cet ipsi non dicant, ex his quæ in dicto num. 59. &
 & numer. 64. diximus intellige, vt nec sola oppo-
 sitio exceptionis sufficiat. Sed quod requiratur,
 vel Iudicis ipsius admissio, vel partis à non admif-

sione appellatio, aliàs processus non inualidare-
 tur, vt est communis opi. de qua attestatur Ruy.
 in consilio 61. incip. in lite. numero 36. libro quin-
 to, & Curt. iun. in cons. 165. incip. contra ea. num.
 2. post Felyn. in c. ceterum. col. 6. ext. de rescript.
 vt latius diximus vbi supra. dicto numero 64. vt
 ibi latius.

187 Tertio, † non procedat quando factum esset
 compromissum in arbitratorem, tunc enim par-
 tes non possunt ire ad Iudicem ordinarium, dū
 pendet huiusmodi arbitramentum, vt rectè con-
 siderauit post alios Franc. in c. ex ratione. nume.
 trigesimo tertio, de appel. vbi latè, & eleganter, &
 post eum, & Præposit. ibidem annotauit etiam
 Blanc. vbi supra, numero 3. & post Bald. in l. eos.
 §. apostolos. C. de appell. & in l. si quis rem. ff. de
 arbitr. & Ang. in l. qui fidem. ff. de transact. tradit
 Soci. in consili. 39. capio primam. sub numer. 47.
 lib. 4. Baptista à sancto Blasio in tracta. de arbit.
 & arbitrato. in secunda quæstio. 51. ea motus ra-
 tione, quia sicut tale arbitramentum censetur
 quædam transactio. §. 1. in authen. vt different. iu-
 dic. Barto. in l. qui fidem. ff. de transactio. Bald. in
 consilio 415. præmittendum. numer. 2. libr. 1. quod
 per præallegata, & alia ibi adducta, & nos com-
 probauimus supra, numero 139. Facta autem trã-
 factio videtur permittendum partibus, illis li-
 ceat, ab ea resiliere, ad no. in l. quamuis. C. de tran-
 factio. cum simil. Quæ limitatio ex intentione
 eiusdem post Bald. in l. eos. §. apostolos. C. de ap-
 pell. Alexand. in consilio vigesimo primo, conside-
 ratis, libro septimo.

188 Ampliatur † Primò, vt procedat etiam si
 pars, quæ vellet prætermisso arbitro ire ad Iu-
 dicem, vellet soluiere pœnam conuentionalem
 (quæ soluta regulariter, quando aliàs sumus in
 arbitro simplici, & voluntario est permittum ire
 ad Iudicem. ad l. sed si in seruum. ff. de arbit. & di-
 ximus supra, numero septimo,) quia quando su-
 mus in arbitratore pars super hoc non audiretur
 ob hanc subtilem, & bonam, vt ipsi dicunt ra-
 tionem, quia scilicet electio hoc casu non est
 illius, qui pœnam promissit, sed eius aduersarij.
 vt est text. notab. secundum eos. in l. rescriptum.
 189 §. si pacto. ff. de pact. Secundò, vt † ad Iudicem
 ire hoc casu pars non possit etiam post latum
 laudum, & arbitramentum ab arbitratore. Ex
 quo parti in cuius fauorem est arbitratum, ac-
 quisita est exceptio, quæ dicitur litis finitæ. ad
 l. fratris. C. de transact. & c. 1. de litis contesta. in
 190 6. † Tertio, vt procedat etiam si à tali arbitra-
 mento sit petita reductio ad arbitrium boni viri:
 quoniam nec hoc casu potest pars redire ad pri-
 mum Iudicem, per l. vnde. & si nemo. ff. pro So-
 cio. & c. quinta nullis. extr. de iure iur. quia ex-
 ceptio oritur ex compromisso, vt dicto §. si pa-
 cto. & tradit Bald. in dicto §. apostolos, & in dicta
 l. si quis rem, vnde cum possit petere exceptio-
 nem litis finitæ interim pendente iudicio obstat
 exceptio, vt in l. sufficit. ff. de condit. indeb. vt
 per hæc & alia latius prosequitur Franc. in d. ca-
 pitu. ex ratione. numer. 34. vers. Et videretur hoc
 procedere.

Quartò regula huius limitationis sublimita-
 191 tur, † vt non procedat quando in compromisso
 adesset clausula, quod toties pœna committa-
 tur, quoties cõtrauentum sit, rato manente com-
 tracta. de attent. D 3

192 promisso t̄ potest enim talis clausula validè apponi ad text. in l. si duo rei. §. fin. ff. de arbit.) vt limitat expressè Card. in dicta clem. quandiu. quæstio. 3. de appellatio. & post eum, & Lap. ibi tradit Franc. in dicto capite. ex ratione. numero 31. refert, & sequitur etiam Blanc. vbi supra, nume. 20. ea ratione quia quando est appositâ clausula ratio manente pacto, tunc potest exigi pœna, & etiam obstat exceptio pacti, vt in dicta leg. qui fidem. ff. de transactio. & l. cum proponas. C. de pact.

193 Quintò t̄ Nisi compromissum sit per partes tacite, vel expressè emologatum, vt post Bal. in authen. si tamen. C. de appellatio. tradit Franc. ibidem. numer. 32. & Blanc. nume. 21. quod etiam sensit Card. in dicta clem. quæstio. 3. in fin. dum vult quòd ideo clausula ratio manente compromisso, de qua supra, impediât ire ad Iudicè, quia scilicet per eam videtur inducta compromissi emologatio.

Sextò (& hanc, & sequentes specificè docto. non ponunt,) ego limitandam regulam cen-
194 seo t̄ vt non procedat quotiescunque in compromisso nulla esset appositâ pœna, prout plerumque præsertim inter rusticos contingere po-
195 test, t̄ vel esset appositâ, & eam in euentum non partitionis sibi arbiter, & non partes fuisset stipulatus: quo casu licet gloss. in l. litigatores. in
196 verb. promissa. ff. de arbitris, innuat t̄ quòd ar-
197 biter tenetur cedere actionem, t̄ quia tamen hoc non videtur pro vero à docto. teneri, vt colligitur ex his, quæ ponit Ias. in l. huiusmodi, nu. 25. ff. de legat. 1. vbi inquit, quòd est notabile dictu, si est verum, & consequenter respectu ipsius partis perinde esset, ac si nulla esset pœna appositâ.

198 Et hoc ea ratione t̄ quia cum contumeliam, quam infert pars arbitro per recessum ab eo, de de qua in dicta l. litigatores. in princ. ff. de arbit. in hoc Iura punire videantur, quia (ad hoc vt arbitria non eludantur) voluerunt contra recedentem cõmitti pœnam, & per eam illi contumeliæ videtur quòd modo satisfieri, vt per Iureconsultum in l. si quis rem. ad fin. ff. de arbit. Ergo quando nulla adest pœna, saltem respectu partis compromissum obseruantis, proculdubio videtur cessare ratio huius dispositionis, quia & contumelia in aliquo non punitur, & arbitrium eliditur, & est etiam res mali exempli, ergo cessare debet etiam dispositio, & consequenter non debet permitti, quòd vna pars altera inuita, pendente compromisso sine pœna facto, valeat pro suo libito ad iudicem accedere: Et si contra hanc limitationem consideres, quòd satis punitur iste accessus ad Iudicem, etiam quando nulla est appositâ pœna: quia tunc succedit obligatio ad interesse, vt sensit idem Ioan. Bapt. de arbit. lib. 5. capitu. 1. sub numero 3. potest replicari, quòd cum liquidatio interesse sit difficilis & longa, vt dicunt docto. in l. 1. C. de sentent. quæ pro eo, quòd inter. & via attentatorum sit facilis, & expedita, vt dicemus infra in 3. parte capitu. penultim. de priuileg. attentatorum. numero 2. & seq. in odium actoris, qui eodem tempore videtur offendere arbitrum eum contemnendo. argum. l. litigatores. ff. de arbit. & inferre præiudicium parti, quam cogit ad subeundum labores, & expensas, quæ in litigando substinen-

tur, sit permittendum hoc casu, quòd reus eligat viam sibi magis proficiam: sicut videmus in attentatis aliàs lite, vel appellatione pendente, nam is contra quem attentatur, licet habeat viam ordinariã agendi ordinariè coram Iudice pro illorum retractatione, vt annotauimus infra in 3. parte. capitu. 21. quib. & quot mod. attentata. reuoc. numer. 20. in odium tamen attentantis permittitur sibi via breuis, ac compendiosa attentatorum: capitu. non solum. & c. cordi. in fin. de appell. in 6.

199 Septimò posset limitari t̄ vt non procedat quando compromissum fuisset factum in eum, qui aliàs erat compromittentium Iudex competens, qui in procedendo non declarauerit, an vt Iudex, an vt arbiter procedat, quoniam cum hoc casu in dubio videatur processisse, vt Iudex, & per eum modum, quo actus magis valeat, vt concludit Ioan. Baptista in dicto tracta. de arbit. libr. 12. capitu. 6. de eo erit iudicandum, tanquam de Iudice. Et propterea si vna pars eo relicto vel let adire alium Iudicem, & ille procederet, eius processus post oppositam exceptionem pendentiæ talis compromissi censeretur inualidus, & attentatus, sicut diximus supra in 2. limit. de arbitro statuario. numer. 180. & aliàs vniuersaliter de processu secundi Iudicis in capitu. quarto, de attentata. lite pendente. in 2. limit. princip. sub numero 59. & seq. declarando tamen, vt ibidem diximus.

200 Octauò limita, t̄ nisi inter partes aliàs sit factum pactum de non adeundo Iudices, t̄ quia t̄
201 le pactum valeat, t̄ & parit exceptionem, quæ impedit litis ingressum, vt post Bald. in l. postquã liti. in 5. oppo. C. de pact. & alios per eum allegatos, tradit Blanc. dicto tractatu, quæstio. 4. princip. numer. 40. vers. pacti de non adeundo Iudicem. Et si stante hoc pacto partes facerent compromissum voluntarium (nam necessarium vigore statuti facere non tenentur: cum obstat dictu pactum, vt declarat Blanc. ibi) & eo pendente alter vellet adire Iudicem, tunc sibi hoc non liceret obstante exceptione pacti: per supra dicta: hæc limitatio licet sit vera in se, tamen non facit ad limitationem regulæ nostræ, cum hoc casu nõ pendentiæ compromissi, sed pactum operatur dictum effectum.

Declaratur quoque hæc eadem regula posita in hac octaua limitatione duobus modis,
203 Primò, vt quòd supra generaliter in regula diximus, licere parti, pendente compromisso accedere ad Iudicem, intelligatur soluta per accedentem pœna conuentionali, vt dicit text. in l. si quis rem. ff. de arbit. & ponunt omnes docto. supra pro fundamento dictæ regulæ allegati,
204 hoc autem de pœna soluèda limita, Primò t̄ nisi pars iret ad Iudicem ad implorandum eius officium, ad hoc, vt cogat arbitros ad laudandum vel ad eligendum tertium, quia per hanc implorationem, quæ fit lege permittente, ad text. in l. item si vnus. §. principaliter. ff. de arbit. tradit Ias. Ioan. Baptista. vbi supra, libro quinto, capitu. septimo, & libro sexto capitu. 14. non debet pars aliquam pœnam incurrere. l. gracchus. de adul. cum simil. t̄ Secundò videtur posse limitari vt non procedat, quando iste accessus ad Iudicem fuisset factus per procuratorem, absque speciali mandato,

206 li mandato, aut ratificatione domini: t̄ sicut enim contumacia procuratoris contracta coram
207 arbitro non nocet domino t̄ nec facit eum incidere in pœnam conuentionalem, vt per gloss. in l. non distinguemus. §. si domini. ff. de arbit. quam ad hoc ponderauit Io. Baptista in tractat. de arbit. libr. 9. cap. 6. colum. 3. vers. quid de contumacia procuratoris. t̄ ita nec iste accessus ad Iudicem debet censeretur attentatus, quia si reputaretur attentatus, dominus diceretur incidere in pœnas cõtra attentantes introductas, de quibus infra in 3. par. c. vlt. de pœnis attët. nu. 3. t̄ Sicut nec aliàs dominus cõsetur procuratori mandasse id pet̄ quod faciat principalè suum incidere in pœnam. l. si procurator. ff. de conditio. in-
210 debit. cum simil. t̄ Tertio, (quia regulam ampliando supra diximus) quòd pendente compromisso potest principi supplicari, & Iudex impetrari, limita 3. loco hanc declarationem de solutione pœnæ, vt quatenus respicit iudicis impetrationem intelligatur de eo, qui supplicauit, impetrauit, & vsus est rescripto, aliàs secus, secundum Alex. in consi. 87. viso. numero 3. libro 5.

211 Secundò regulam suprapositam declara, t̄ vt intelligatur, quando vna pars vult recedere à cõpromisso, & iudicem adire: secus si ambæ, quia tunc de communi consensu ideis licet, nec committitur pœna, vt per Bap. à sancto Blasio in tracta. de arbit. & arbitrato. in 2. parte. nu. 2. q. 51. & Blanc. dicto tracta. in 7. q. princip. sub nume. 10. & numero 11.

Sicut, & regula principalis, quæ supra, in hoc capitu. posuimus, quòd pendente compromisso dicitur attentari, & arbiter potest illa reuocare:
212 necessario intelligenda est t̄ vt recipiat omnes illas limitationes, ac declarationes, quas recipit alia regula data supra, capitu. 4. de atten. lite pendente. num. 296. & seq. & in singulis Ampliationibus. Limitationibus, ac declarationibus ibi sigillatim enumeratis prout est illa limitatio de continuante, qui regulariter non dicitur attentare, vt diximus ibi in prima limit. princip. nu. 2. & quando esse mus in diuersa causa, vt pariter diximus ibi in 2. limit. princip. & cæteras omnes quæ breuitatis causa non repetuntur, cum casu eueniente quisque facile ibidem, eas videre possit, & ad præsentem compromissi materiam illas adaptare, quas in materia seq. capituli summam appli-
cauimus.

CAP. XVI. DE ATTENTATIS reductione ad Arbitrium boni viri pendente.

SUMMARIVM.

- 1 REDUCTIONE ad arbitrium boni viri pendente an dicatur attentari, & sententia exequi possit.
- 2 Docto. inter se non videntur omnino consentire.
- 3 Et quinque sunt in hoc articulo opin. licet aliqui tantum tres posuerint.
- 4 Executio sententiæ, & laudi non impeditur pendente reductione ad arbitrium boni viri secundum aliquos.
- 5 Reductio ad arbitrium boni viri suspendit laudi executionem secundum alios.

- 6 Et hæc opi. verior dicitur atque etiam frequentiori calculo approbata vt infra, nume. 10.
 - 7 Executio laudi pendente reductione fieri potest, data tamen cautione de restituyendo in euentum succumbentiæ secundum alios.
 - 8 Alij verò distinguunt, Aut causa reductionis est breui tempore expedienda, puta infra duos menses vigore alicuius statuti: & impediatur executio, Aut requiritur longum tempus, & tunc executio fiat, sed data cautione supradicta.
 - 9 Alij demum distinguunt, quòd aut ante fuit petita executio laudi quam petita reductio & non impediatur: si verò antea sit reductio, quam executio, & tunc impediatur.
- Et ista videtur verior, & communis opi. numer. 10.
- Et ita seruat in Praxi: & de stilo curiarum. nume. 11. Etiam si simus in obligatione in forma camera, vt infra numer. 13.
- 12 Captura facta pendente reductione ad arbitrium boni viri non valet.
 - 14 Compromisso, & obligatione in forma camera sibi adiecta id censetur actum, vt illud sit exequendum nisi aduersus eum sit petita reductio.
 - 15 Reductione ad arbitrium boni viri pendente non solum executio, verum etiam omnes alij actus si per iudicem aut partes fiant dicuntur attentati.
 - 16 Reductio dicitur actus suspensiuus.
 - 17 Reclamatio à laudo, & reductio impedit, aliquid inuari.
 - 18 Reductio ad arbitrium boni viri dicitur esse quadam species appellationis.
 - Et appellationi equiparari regulariter, fallit, vt infra, numer. 22.
 - 19 Reductio in dubio debet semper admitti, sicut appellatio.
 - 20 Appellatio sicut tollit præsumptionem, quæ erat pro ipsa sententiâ, ac pro Iudice, ita reductio tollit, & enervat præsumptionem, quæ erat pro laudo.
 - 21 Reductio à laudo arbitratoris potest peti intra 30. annos vt hic, & infra, numer. 37. licet appellatio sit interponenda intra decem dies.
 - 22 Causa appellationis dicitur esse secunda, reductionis vero dicitur esse causa prima.
 - 23 Statutum loquens de secundis causis non habet locum in causa reductionis à laudo quia illa dicitur causa prima, non autem secunda.
 - 24 Reductio non solum facit attentata si sit petita, verum etiam si simus intra tempus illam petendi.
 - 25 Quod singulariter notandum est si est verum.
 - 26 Reductio secunda aduersus primam reductionem pendente, potest executio fieri secundum aliquos.
 - Licet contrarium videatur verius, vt infra, numero 31.
 - Nisi laudum haberet diuersa capita, vt infra, numero 32.
 - 29 Appellari potest à sententia seu reductione laudi. Secundum magis communi opi. vt num. 30.
 - 33 Reductione pendente ad executionem laudi procedi potest, si ita inter partes conuentum est.
 - 34 Arbitri tantum possunt, quantum partes eos posse voluerunt.
 - 35 Reductione pendente non differtur executio laudi respectu pœnæ conuentionalis. Sed bene respectu pœnæ alterius, quam arbiter in laudo apposuerit. vt nume. 36.

37 Executio laudi etiam pendente reductione ab eo fieri posset, quando laudum ex forma statuti haberet executionem paratam.

Licet aliàs in contingentia facti contrarium fuerit seruitum, vt infra, nume. 39.

38 Reductionem petens videtur in effectu ab executione appellare quando statutum dat laudo executionem.

40 Executio laudi etiam habentis executionem paratam denegatur reductione pendente; quando causa reductionis non requireret longum tractatum, sed incontinenti, puta infra duos menses ex forma alicuius statuti esset terminanda.

41 Reductione pendente executio laudi non impeditur, quando in compromisso partes reductioni renuntiauerunt.

42 Nisi per laudum fuisset illatum gradus grauiamen, & immodica lesio secundum Ang. &

Nisi constare posset de dolo arbitri, vt nume. 43.

43 Reductio laudi peti potest non obstat, quod illi fuerit per partes renuntiatum, quando constat de dolo arbitri, vel de enormissima lesione.

Etiam si fuerit iuramento firmatum, vt nume. 45.

46 Reductione pendente fieri potest executio laudi, quando antea fuit petita executio, quam reductio.

Quid autem si eodem die fuerit petita reductio & in executionem laudi capta possessio? an illa dicatur attentata al quid infra nume. 50.

47 Nullitas opposita impedit executionem, quando antea opponitur nullitas, quam petitor executio.

Et ita alias fuit practicum, vt nume. 48.

49 Executio petita ante petitionem restitutionem in integrum non retardatur ob pendenciam restitutionis in integrum.

51 Reductione pendente executio fieri potest stante statuto, quod laudum mandetur executioni etiam per reclamatione.

52 Reductione calumniosè petita non retardatur executio laudi.

53 Continuans suam possessionem reductione pendente non dicitur attentare.

54 Nec similiter in 13. subsequèntibus limitationibus quibus remissio, & summam enumerantur.

QUONIAM lato laudo per arbitrum, seu arbitratorem plerumque solet peti per partes illius reductio ad arbitrium boni viri, non ab re est hoc loco videre, an huiusmodi reductione pendente partes per aliquos actus, praesertim si laudi executionem petant, ac etiam obtineant dicantur attentare, & generaliter tamen pendente reductione dicatur attentari. Et quamuis Vital. in tracta. de clausul. specialiter posuerit clausulam hanc, nil nouari reductione, & recursum ad arbitrium boni viri pendente, multaque super hoc ibi retulerit, plenius tamen attingendo materiam, quia frequenter vsu venire potest ad totius huius materiae intelligentiam, illud opere praecium ante omnia praemittendum videtur tamen quod in hoc articulo an petita laudi reductione illius executio sit suspensa, non videtur inter se docto. omnino consentire, & magnam inter eos fuisse varietatem dixit Maranth. in specul. in tertia parte sextae partis principalis, in 2. actu, sub numero 110. tamen vbi licet tres tantum videatur (etiam implicitè) referre opiniones, Sciendum tamen est, quod quinque in pro-

posito articulo executionis laudi reperiuntur opinio. Prima fuit Card. in capitu. exposita, de arbit. tamen quod executio non impediatur: ea potissimum ratione, quia hoc in iure nullibi reperitur cautum, vt refert Abb. in capitu. quinquauallis. numero quadragesimoprimum, de iureiur. & Boer. decis. 284. incip. sed magis dubium. sub numero 24. in eandem sententiam Maranth. vbi supra citat Ang. in consilio 172. & Saly. in l. r. C. quando prouo. non est necess. sed re vera Saly. id in libro meo non dixit, & Ang. loquitur praesupposito statuto, quod laudum sine contradictione mandetur executioni, & pacto expresso, quod non liceret petere reductionem, qui validè diuersi termini à nostris sunt: tamen Secunda fuit opi. secundum Maranth. vbi supra originaliter Bal. in tale pactum. §. qui prouocauit. colum. fin. in penultim. quae est. ff. de pact. quod per reductionem suspendatur executio, quam etiam indistinctè contra Card. vbi supra (de Bald. nullam faciens mentionem) tenet Abbas in dicto capitu. quinquauallis. numero quadragesimoprimum, de iureiur. tamen quem etiam tanquam veriore secutus est Maranth. vbi supra, per tex. qui etiam ab omnibus in id citatur in l. non distinguemus. §. cum quidam. ibi appellandi species. ff. de arbit. vbi ibi eandem sententiam etiam alleg. Socin. in consil. 27. colum. penult. libr. 4. tamen Tertia quoque opin. illorum, fuisse videtur qui simpliciter dixerunt, quod pendente reductione fiat executio laudi, sed data cautione de restituendo in euentum succumbentiae in causa reductionis, quam opin. sensisse Ang. in consilio 272. in fin. verbis tradit Maranth. vbi supra. Quarta huic proxima fuit opi. Bald. in addit. ad Specul. in tit. de arbit. §. fin. columna octaua, versiculo, sed an pendente causa reductionis, quam refert, & de verbo ad verbum transcribendo sequi videtur Vital. in dicta clausula nil nouar. recurs. & reduct. pendente. post princ. vt distinguamus, tamen quod, Aut causa reductionis est breui tempore, puta infra duos menses ex forma alicuius statuti expedienda, & tunc simpliciter iuxta secundam opinionem impediatur executio, Aut requirit longum tempus, & altiore indagine, & tunc executio fiat, data tamen cautione de qua supra ad no. in c. sciscitata. ext. de in integrum restitut. tamen Quinta demum in proposito videtur fuisse opi. Ioan. de Imola in consilio centesimotrigesimo, in casu praemisso. col. 2. in fi. sub numero 7. vbi postquam plura super hoc dixit, an laudo opposita nullitas suspendat illius executionem, firmans pro veriori illam sententiam, quod executio habeat suspendi, subdit, quod intelligo verum, si ante sit petitorium laudum reducti, & nullum declarari, quam sit per partem aduersam exequi petitum, quod si ante sit petita laudi executio, & deinde illius reductio, secus sit, secundum eum ibi per no. in leg. sed si ante. ff. de except. Inter quarum opin. varietates omissis disputationibus, illa mihi videtur verior, tamen aequiori & auserim dicere etiam frequentiori calculo approbata sententia, quam supra secundo loco retulimus videlicet, quod per huiusmodi reductionem petitam suspendatur laudi executio: Quam ultra, & post supra allegatos tenuit Franc. in capitulo dilecto, numero trigessimono, de appellatio. & Nicol.

Nicol. Boer. in dicta decisio. 284. incip. sed magis numero 24. & seq. vbi sub numero vigesimo sexto, circa finem subdit, tamen quod ita seruatur in praxi, & de stilo curiarum, & specialiter responde motiui, quod faciebat Card. in dicto capitu. exposita, quod hoc non sit iure cautum: Eandem tenuit Lanfranc. decis. 461. incip. arbitramentalis. Alexand. in consilio quadragesimotertio, quia subtiliter. numero nono, libro sexto, & in consilio 119. quaritur ergo. numero decimosextimo, versic. & tanto fortius. libro 2. & in consilio 63. in causa. numero quarto, & seq. libro tertio, vbi pro preterea defendit tamen capturam factam pendente reductione non valere, quem etiam videtur secutus Paris. in consilio quadragesimo quinto, satis concludenter. numero 60. libro 1. tamen & eleganter eadem opi. substatinetur per Ang. Galles. de oblig. in forma camere, quae est. 3. quartae particulae obligationis in forma Camerae, numero quinto, & seq. vbi refert: quod ita fuit (ipso pro vna parte interueniente) in contingentia facti aliàs determinatum, ea potissimum ratione, tamen quia scilicet in compromisso, & obligatione etiam in forma Camere, desuper sibi adiecta, censetur id actum, quod laudo sit parendum, & illud sit exequendum, nisi aduersus eum reductio petatur, vt latius ibi per eum. secundum quam opi. non solum in actu particulari ipsius executionis laudi, tamen verum etiam vniuersaliter in omnibus actibus, tam per Iudicem, quam per partes ipsas pendente huiusmodi reductione faciendis, quod vitio attentatorum subiiciantur (conclusiue procedendo) est nisi constitutenda

REGVLA, quae probatur. Primo quia huiusmodi petitio, ac reductio impedit executionem laudi ea pendente fieri posse, secundum ea, quae proxime firmata sunt numero quinto, & numero 10. tamen Secundo quia reductio dicitur esse actus suspensiuus, & operari effectum suspensiuum, quod dixit esse multum notabile Bald. in capitu. primo. §. sancimus. sub numero tertio, versic. & nota quod sunt iuncto versicu. item recursus. in titu. quo temp. mi. inuest. pet. deb. in vsu feud. quod etiam affirmavit (licet Bald. non alleget) Boetius in dicta decisio. 284. sub numero vigesimo quarto. Vnde si per eum inducitur effectus suspensiuus, ergo ea pendente debent necessariò dari attentata, secundum doctri. Frac. in capitu. bonae. numero trigesimo sexto, de appell. & aliàs saepe diximus. Tertio, (quod ex proximo fundamento procedit) tamen quia reclamatio, & reductio impedit aliquid innouari, vt specialiter ad propositum nostrum dicebat Alexand. in consilio quadragesimotertio, quia subtiliter. numero 9. libro sexto, & quod reductione pendente nihil sit innouandum tradit etiam Grat. in consilio 118. videtur. numero 19. libr. 2. Quarto tamen quia huiusmodi reductio, dicitur esse quadam species appellatio. ad tex. in l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbit. quem dicit notandum Franc. in rubric. de appell. numero quadragesimo quarto, & Afflic. decis. 51. item fuit, dubitatum. numero 2. tamen Et quia appellationi dicitur aequipari, vt dicunt omnes per dictum §. cum quidam: Quae aequiparatio non solum deducetur ex praemissis, ex quo sicut appellatio, ita etiam reductio impedit executionem, suspendit iurisdic-

tionem, & impedit innouari, vt supra, verum etiam, & ex aliis, tamen quia sicut appellatio in dubio debet semper admitti, ad no. per glos. in capitu. vt debitus. de appell. & diximus latius supra in hac 2. parte. capitu. 12. de attent. appellatione pendente, in 5. ampliat. princ. numero 9. ita, & reductio in dubio debet admitti secundum Alexand. post alios, quos allegat in consilio 139. visio puncto. numer. 7. libro septimo, tamen Item sicut appellatio tollit praesumptionem, quae solet esse pro sententia, ac pro Iudice, ad no. in capitu. quoniam contra. de probat. Alciat. in tracta. praesumptio. regula 3. praesumptio. 9. numero sexto. ita, & reclamatio, & reductio tollit, & enervat praesumptionem, quae erat pro laudo, vt tradit Mil. in verb. praesumitur pro laudo. folio 311. & eleganter per Curt. Senior. post alios in consilio vigesimo tertio, incip. ego quoque. in fin. numero septimo, & per Alexand. in dicto consilio quadragesimotertio, & post Nicol. Arelaten. in addit. ad Alciat. in dicta regula 3. praesumptione 12. post princ. tamen Quamuis autem per supradicta firmari possit, quod regulariter inter appellationem, & reductioem procedat aequiparatio, est tamen aduertendum, quod ista aequiparatio, non procedit per omnia, vt dicebat Card. in dicto capitu. exposita, vt eum referunt Abbas in dicto capitu. quinquauallis. numero quadragesimoprimum, & Boer. dicta decisio. 284. sub numero vigesimo quinto, qui licet id simpliciter dixerit absque eo quod ponat casum in quo non sint aequiparata, diuersitas tamen ex eo potest deprehendi, quod appellatio debet interponi intra decem dies: authent. hodie. C. de tempo. appell. reductio autem (quatenus sumus in arbitratore, potest peti intra 30. annos. vt est decisio. Afflic. 132. fuit dubitatum, & est commun. opin. de qua post alios testatur Maranth. in dicta 3. parte sextae partis principalis. in 2. actu. numero 112. & diximus supra in hac 2. parte, capitu. 12. de attent. appell. pendente. in 12. ampliat. quinquagesimae limit. princ. numero 110. tamen Similiter causa appellationis, dicitur esse secunda causa, & propterea si statutum loquatur de secundis causis habebit locum in ista. tamen Quando autem essemus in reductione à laudo, tunc causa reductionis dicitur prima causa, & non secunda, & sic statutum hoc casu non procederet, vt annotauit eleganter Bald. in consilio 169. in primis. numero sexto, libro tertio, & consequenter apparet, quod non est inter eas per omnia facta aequiparatio, cum in his duobus casibus diuersum sit ius statutum: regulariter autem aequiparatio potest admitti, & ex his fundatur supradicta regula, Quae

AMPLIATUR,

Primo, vt procedat non solum quando huiusmodi reductio fuit petita, tamen verum etiam si simul intra tempus illam petendi, quoniam haec à pari procedunt, secundum Socin. in consilio decimosextimo, visis. numero trigesimo quinto, libro quarto, tamen quae ampliat. singulariter est notanda, si vera est: attèto quod tempus, intra quod talis reductio peti potest non est decendium, secundum aliquos, aut annus secundum alios: tamen sed est spacium 30. annorum secundum magis commun. opin. de qua testatur idem Socin. in consilio 104. visis, numero 10. libr. 4.

LIMITATUR,

LIMITATUR,

- 28 Primò,† quando effemus in reductione petita aduersus primam reductionem, & sententiam
- 29 super prima reductione latam † (potest enim à sententia lata super reductione appellari, & iterum illius reductio ad arbitrium boni viri peti
- 30 † secundum magis commu. opi. de qua testatur Paris. in conf. 45. satis concludenter. num. 93. libr. 1.) nam hac secunda reductione pendente potest fieri executio, vt tradit Boer. in dicta decisi. 284. col. fin. sub numero 26. vers. quod intelligo, quod ante eum dixit Franc. in c. dilecto. sub numer. 39.
- 31 in fin. de appel. † Quæ limitatio licet prima facie videatur posse admitti, tamen si diligentius consideretur non videtur aliquatenus tenenda, quia si regulariter, vs supra dictum est, reductio appellationi equiparatur nõ videtur posse dari bona ratio diuersitatis, quare appellatio secundo loco interposita suspendat, & impediatur executionem, vt clarum est, reductio autem secundo loco petita hunc effectum non operetur, & tanto magis, quia à sententia lata prima loco super reductione non solum potest peti reductio, sed immo ab ea potest etiam verè appellari secundum commu. opi. de qua supra post Paris. Vnde pendente in secunda instatia ista causa reductionis, multo magis debent executio, & attentata prohiberi. † Quod si eam tenere volueris eã limita, & notabiliter declara vno modo, qui colligitur ex his, quæ ponit Ioa. de Imol. in dicto conf. 130. in casu præmissis, ad si. vt non procedat, quando reductio, quæ secundo loco petitur, licet videatur ex laudo, (quod in causa primæ reductionis fuerat confirmatum) prouenire, esset tamen super diuerso capite ab eo quod fuerat in prima reductione tractatum, vbi dat exemplum, quod si laudum contineat duo capita, videlicet quod solutio deberet fieri in duabus paghis, si huius laudi sit petita reductio, & in causa reductionis sit tractatum tantum de primæ pagha, & quoad hanc laudum sit confirmatum, si iterum, & secundo loco huius laudi (etiam vt præfertur confirmati) petatur reductio quo ad secundam pagham, hæc reductio licet respectu totius laudi, videatur secundo loco petita, & secundum opin. Boer. non deberet impedire executionem laudi, tamen ex intentione Imolæ vbi supra, (& bene) impedit, & ratio est, quia quo ad secundam pagham ista dicitur prima reductio, & est quid diuersum ab eo quod fuit tractatum in prima reductione.
- 32 Secundò, ex intentione eiusdem Boer. vbi supra limita † nisi expressè in compromisso actum esset inter partes, quod etiam pendente reductione, posset ad executionem laudi procedi, cū contractus ex conventionem legem accipiant. l. 1. §. si couenerit. ff. de pos. & præsertim actus compromissi, qui à libera partium voluntate dependet: † & tantum arbitri possunt, quantum partes ipsæ eos posse voluerunt: ad text. in l. non distinguemus. §. de officio. de arbitr. Corn. conf. 293. multa. colum. 3. libr. 3. tradit latius Blanc. in tracta. de compromiss. in 6. quæstio. princip. num. 5. vers. tertio quarto.
- 33 Tertia ex eodem Boer. vbi supra colligitur limitatio, † vt non procedat, quo ad differendum executionem pœnæ conuentionalis in compro-

- missio (si fuerit contrauentum) appositæ, quia quo ad pœnam potest fieri executio etiam pendente reductione, & licet ille non dicat, ratio potest esse quia is, qui pete reductionem non negat pœnam deberi, immo ex quo per petitam reductionem videtur contrauenire, & nõ stare laudo, videtur facto suo inducere actum per quem pœna committatur, & in causa reductionis non potest tractari de hmoi pœna nõ soluenda, quia reductio respicit laudum, & in eo contenta, pœna autem, & Ius ad petendum pœnam superuenit post laudum, ergo per petitam reductionem laudi non debet posse retardari. † Quod ego intelligerem verum, nisi etiam arbitri in laudo aliquid pronuntiauerit super pœna, nõ dico conuentionali, quia hoc non potest, sed noua, quod vtique potest, vt tradit Baptista à Sancto Blasio in tract. de arbit. & arbitrator. in 2. parte. nu. 69. q. 87. post Ang. & Lanfranc. de quibus ibi per eum, nam hoc stante quo ad istam nouam pœnam pendente reductione esset deneganda executio laudi.
- 34 Quartò, † nisi laudum cuius petitur reductio ex forma alicuius statuti haberet executionem paratam, quamuis enim Bal. in addit. ad Specul. in §. vltimo. col. 8. vers. sed pendente causa reductionis, quem refert ad verbum, & sequi videtur Vital. in dicta clausula nil noua. recur. pend. hunc punctum de statuto posuerit, & pro vtraq; parte plura fundamenta fecerit: & in hanc sententiam inclinasse tandem videatur, cum eam vltimo loco ponat, quod executio impediatur, declarando, vt per eum ibi, & nos mox dicemus. Nihilominus magis i terminis, & resolutè, quod hoc casu non obstante reductione laudum mandetur executioni in casu cuiusdam statuti Ciuitatis Castellæ, consuluit Ang. in consilio 172. Ludouicus. & latius idem tenet, & per multa comprobatur And. Barbat. in conf. 18. clementissimum. sub numero 7. vers. in contrarium. per tres integras colum. libr. 4. quod ex eo etiam comprobari potest, † quia quado statutum dat laudo executionem, is qui petit reductionem in effectu videtur ab executione appellare, cum reductio sit species appellationis. l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbit. appellatio autem ab executione regulariter non admittitur, præsertim quo ad effectum suspensiuum, vt diximus latius supra, capitu. 12. de attent. appell. pend. in quinquagesima tertiâ limit. princip. numer. 8. & multis seq. Quamuis autem prædicta Ang. opi. ex præmissis probabilis videatur, † illud tamen committendum non videtur, quod aliàs in contingentiâ facti fuit determinatum contrarium, scilicet quod per reductionem executio laudi retardetur, vt attestatur magnæ lectionis & eruditionis vir atque etiã practicus insignis Ant. Galles. de oblig. Camerali in 4. particula. quæstio. 3. num. 5. & seq. Quod si hanc limit. & Ang. opi. quis sequi voluerit, illa ex intentione Bald. & Vital. vbi supra necessario declaranda, & sublimitanda videtur,
- 35 † vt non procedat quando causa reductionis nõ requireret longum tractatū, sed incontinenti, puta infra duos menses ex forma alicuius statuti esset terminanda, quia his concurrentibus, secundum Bald. ibi esset deneganda executio, quod si altiore requireret indaginem, tuhc sit faciēda executio, recepta tamen cautione, de qua in cap. sciscitata

- sciscitata. de in integr. restit. Quæ autē sit vtilitas quod non obstante, quod laudum mandetur executioni concedatur illius reductio, declarat eleganter Ang. in dicto conf. in fi.
- 36 Quintò ex intentione eiusdem Ang. in alleg. consilio 172. limita † nisi partes in compromisso huiusmodi reductioni renunciaissent, quia cum ista verba debeant aliquid operari, regulariter stante renunciatione non poterit peti reductio secundum eum ibi, quia denegata ad propositum nostrum non est quid consideremus, an illa pendente dicatur attentari. Hoc autem dictum de renuntiatione sublimita duobus modis, de quibus ibi per eum. Primò † nisi per laudum esset illatum grandius grauamen, & immodica læsio, (vt ille inquit,) quia hoc casu non obstante renuntiatione datur reductio, & consequenter subintraat consideratio attentatorum. Secundò † nisi constare posset aliquo modo de dolo arbitri
- 37 † quia stante vel dolo, vel enormi læsione datur reductio non obstante renuntiatione, † etiam cum iuramento facta, vt hæc omnia habentur late & eleganter per eum ibi.
- 38 Sextò ex intentione Io. de Imol. in consilio 130. in casu præmissis. col. 2. sub numero. 7. † nisi antequam sit petita reductio fuisset petita executio, quia hoc casu reductio subsequens non impediret executionem antea petitam, ad nõ. in l. sed si ante. ff. de except. quod ultra eum ex eo comprobari potest, quod aliàs distinguendo dicebat Paul. de Castr. in authentic. quæ supplicatio. C. de precib. imper. offer. in illa quæstione, † an nullitas opposita impediatur executionem, dum concordat de contrariis opinionibus, inquit, quod si prius sit petita executio, tunc nullitas illa non impediatur, aut prius fuit intentata nullitas, & deinde
- 39 petita executio, & tunc impediatur: † subdens ita se vidisse practitari: quem sequitur Socin. in conf. 78. sub numero. 4. libr. 3. Et ex distinctione, quæ facit Rip. in l. 4. §. condemnatum. col. fin. sub numero. 30.
- 40 ff. de re iudic. † quod aut restitutum fuit principaliter ante executionem petita, & retardatur executionem, Aut ante fuit petita executio, & deinde opposita exceptio restitutionis, & tunc non retardatur executio, de quo nos latius dicemus infra, cap. 18. de attent. restitu. in integr. pend. num. 6. vers. Tertia quoque deprehenditur opi.
- 41 Quid † autē si dato laudo eo ipso die, quo pars petiit reductionem, aduersarius caperit possessionem rei de qua in laudo an censenda si nulla, & attentata? & quod censeatur bona videntur sensisse domini in vna Bononien. bonorum coram D. de Rubeis. 15. Iunij. 1565. dum tenuerunt, quod huiusmodi possessio tanquam plena sufficiat ad inducendam continuationem, ita, vt si vigore reductionis emanauerit inhibitio, & post inhibitionem prætendatur, quod actus postea facti sint attentati, illi tamen excusantur ab attentatis, quasi fuerint facti per modum continuationis possessionis supra dicto die captæ. Et faciunt, quæ dicemus infra, capitu. 20. de attentata. post inhibit. in secunda declarat. principali regula ibi positæ.
- 42 Septimò limita † nisi statuto loci caueatur, quod laudum mandetur executioni, etiam parte reclamante, vt post alios sensisse videtur Grat. in conf. 34. in præsentia. sub numero. 14. vers. nam, &

hæc verba. libr. primo.

- 43 Octauò nisi huiusmodi † reductio fuisset calumniosè petita, quia pœnam non impediretur executio: secundum Ruy. in conf. 7. visis. num. 4. libr. 4. Pro qua facit, quod latius diximus supra in hac secunda parte, cap. 4. de attent. lit. pend. in 4. limit. princip. nume. 1. & per totam. Quod nec tunc attentata lite pendente locum habent, quando lis fuisset calumniosè instituta, & quod quando etiam appellatio esset friuola, & iniusta, attentata non procedit, vt diximus latius supra, capitu. vigesimo secundo, de attent. appellatione pendente, in sexta limit. princip. numer. primo & seq. cum ratio dictarum limitationum, quo ad litem, & appellationem, considerata, militet etiam, quo ad reductionem: Ex qua consideratione (licet ex dictis in specie in materia reductionis ultra præmissas septem limitationes alia non dentur,) videtur tamen quod regula supra posita in materia reductionis pendente, quamplures alias necessario recipere debeat limitationes, & maiorem partem illarum, quæ in materia attentatorum lite, vel appellatione pendente supra suo loco enumerauimus, in quibus militat eadem ratio, quas hic fusius non explicabimus, sed eas tantum remissiuè ad loca, vbi plenius sunt pertractata, attingemus, & possunt esse infrascriptæ, videlicet, (& hæc erit)
- 44 Octaua limitatio † vt non procedat, si quis reductione pendente suam possessionem, vel sua iura continuaret, cum regulariter continuans non dicatur attentare iuxta ea quæ latius diximus supra, cap. 4. de attent. lit. pend. in 1. limit. princip. & cap. 12. de attent. appellatione pendente. limit. 26. princip.
- 45 Nonò, † quando posset considerari diuersitas causarum, secundum ea quæ plenius posuimus supra, cap. 4. de attent. lit. pend. in secunda limit. princip. & cap. 12. de attentata. appellatione pendente. similiter in 2. limit. princip.
- 46 Decimò, quando effemus in his, quæ non sunt de processu, iuxta ea, quæ latius dicta sunt in 5. limit. princip. de attent. appellatione pendente.
- 47 Vndecimò, quando effemus in his, quæ tenderent in faciliorem exitum ipsius reductionis, sicut diximus de his, quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis, in 4. limit. princip. de attent. appellatione pendente.
- 48 Duodecimò, quando esset conscientia arbitri onerata, sicut diximus de Iudice ibidem in 10. limit. princip.
- 49 Decimotertiò, in actu sequestrationis, secundum ea, quæ ibidem dicta sunt in duodecima limit. princip.
- 50 Decimoquartò, quando effemus in his, quæ etiam antea poterant fieri, vt dictum est supra, c. 4. de attent. lit. pend. limit. 11. princip. & appellatione pendente, limit. 15. princip.
- 51 Decimoquintò, quando pendente reductione superueniret suspitio fugæ, quia tunc posset capi, sicut diximus de attent. lit. pend. limit. 9. & de attent. appellatione pendente. limit. 31.
- 52 Decimosextò, quando Iudex qui laudum exequeretur, ignoraret reductionem pendere & causam reductionis fuisse commissam, secundum ea, quæ de Iudice appellationem ignorante diximus vbi supra, in 36. limit. princip.
- 53 Decimoseptimò

Decimoseptimo, quando effemus in actibus consecutiuis, vt supra de attent. lit. penden. in 5. & de attent. appellatione pendente, in 40. limit. princip.

Decimooctauo, si partes, attentatis aliquo modo renuntiaissent, vt vbi supra limit. 42. & latius de attent. lite pendente. limit. 15. princip.

Decimonono, quando esset periculum in mora, de vt attent. appell. pend. 43. limit. princip.

Vigesimo, quando per reuocationem attentatorum oriretur scandalum in populo, vt in exhumatione cadaueris, ad ea que dicta sunt de attent. appellatione pendente, limit. 46. & de attent. lit. pend. in 13. limit. princip.

Vigesimo primo, quando extaret consuetudo in contrarium, per ea que de hoc in materia appellationis dicta sunt supra de attent. appell. pend. in 48. limit. princip.

CAP. XVII. DE ATTENTATIS nullitate pendente.

SUMMARIUM.

- 1 **N**ULLITAS proposita an retardet executionem, & impedit aliquid ea pendente innouari.
- 2 **V**ariae sunt etiam inuicem pugnantis opi.
- 3 **I**mmo in hoc articulo an pendente nullitate executio fieri possit tanquam sibi parum constans pro vtraque parte allegatur.
- 4 **C**onfirmatio si petatur declarari nulla, hac nullitate pendente nihil est innouandum secundum Immo. & infra. nume. 15.
- 5 **L**itis motio super nullitate sententiae non debet impedire illius executionem, cum non videtur esse aliquodius, quod id prohibeat secundum eundem Immo. & infra. nume. 18.
- 6 **S**ententia in curia delphinatus executioni demandatur etiam opposita, etiam incidit illius nullitate.
- 7 **N**ullitas duobus modis proponi potest, videlicet principaliter, & per viam actionis, item incidenter, & per viam exceptionis.
- 8 **N**ullitate principaliter proposita, & illa pendente non permittitur innouari. Et hoc magis receptum esse aliqui dixerunt, infra, num. 14. sed male, vt infra, nume. 32.
- 9 **S**ententia nulla, puta quia falsis allegationibus, executio non datur.
- 10 **N**ullitas, & appellatio videntur in hoc equiparari, vt dum pendet non sit aliquid innouandum.
- 11 **L**itis pendentia super nullitate debet saltem prohibere ne iterum possit aliquid innouari etiam si ipsa nullitas ex sui natura id non impediret.
- 12 **N**ullitas ita deuoluit causam ad superiorem sicut iniquitas, secundum communem opi. secundum quam fuit etiam in practica obtentum.
- 13 **C**ausa nullitas dicitur habere effectum suspensiuum secundum aliquos, & infra, num. 35.
- 16 **N**ullitas retardat executionem etiam in casu Aegidiana, secundum aliquos.
- 17 **N**ullitate principaliter proposita potest ea pendente fieri executio secundum alios, & infra, nume. 27. & nume. 60.
- 19 **E**xecutio si impediretur praetextu nullitatis principaliter propositae, esset quodammodo dare executionem sententiae nondum latae, vt hic declaratur.
- 20 **S**ententia si non fuerit appellatio suspensa regulari-

- ter debet executioni demandari.
- 21 **I**udicium decreta elusoria reddi non debent.
 - 22 **S**ententias proferri parum est nisi etiam debita executioni demandentur.
 - 23 **R**atio quare appellatio pendente non fit executio, illa est, quia per appellationem videtur sublata praesumptio illa, quae erat pro sententia, quod sit iusta, & infra, numer. 44.
 - 24 **N**ullitas proposita non tollit praesumptionem, quae est pro sententia, quod illa sit iusta.
 - 25 **N**ullitas post liquidatum negocium proposita inducit praesumptionem contra proponentem, quod causa moranda solutionis id fecerit.
 - 26 **A**ppellatio sola si impedit executionem, ergo potest dici quod nullitas illam non impedit.
 - 27 **E**xecutio sententiae fieri potest pendente nullitate principaliter petita, secundum docto. qui hic allegatur.
 - 28 **Q**uod procedit tam de iure civili, quam canonico. Et videtur communiter teneri, vt infra, numero 31. & numer. 32.
- Et ista tanquam veriori & communiori adhaerendum est, vt infra, nume. 38.
- 29 **E**xceptio nullitatis executionem retardare solet.
 - 30 **N**ullitatis cognitio non est praedicialis executioni.
 - 33 **N**ullitatis propositio proprie non inducit litis pendentiam.
 - 34 **L**itis pendentia super nullitate non habetur multum in consideratione quoad effectum retardanda executionis.
 - 35 **N**ullitas non habet effectum suspensiuum, nisi de se ipsa ad se ipsam.
 - 36 **I**udex nullitatis articulo pendente non potest cognoscere negocium principale.
 - 37 **D**octor quilibet intelligendus est secundum legem, quae allegat.
 - 39 **E**xecutio & alia gesta pendente nullitate principaliter proposita, an sint tanquam attentata reuocanda. Et videtur commun. opi. quod sic, secundum aliquos, vt infra, nume. 4.
 - 40 **P**ossessionis apprehensio facta nullitate pendente vt attentata fuit reuocata per sacrum consilium Neapolitanum.
 - 42 **E**xecutio facta pendente nullitate principaliter proposita non est tanquam attentata in primis, & ante omnia reuocanda. Sed beneficio iniustitiae lata de nullo sententia super nullitate, vt num. 43.
 - 44 **E**xecutionis actus vigore appellationis interpositae, habet quandam correptionem cum ipsa sententia, vt eatenus illa impediatur, quatenus tollitur praesumptio, quae erat pro ipsa sententia.
 - 45 **N**ullitate pendente regulariter non debet aliquid innouari, & si quid attentetur, illud est ex privilegio attentatorum reuocandum.
 - 46 **R**atio naturalis dicitur, vt du de aliqua re disceptatur, non debeat aliquod praedictum per alterum inferri.
 - 47 **E**xceptio nullitatis contra sententiam opposita executionem retardare solet. Et ista est commun. opi. vt infra, nume. 49.
 - 48 **I**nstrumentum quarentigatum non habet executionem paratam si principaliter agitur de illius nullitate.
 - 50 **N**ullitas proueniens ex inobseruantia alicuius statuti retardat executionem etiam si alio statuto cauetur quod sententia non obstant quocumque alio statuto executioni mandentur.
 - 51 **I**udici volenti exequi sententiam nullam, etiam de facto resisti potest, secundum aliquos.

Nullitas etiam

- 52 **N**ullitas etiam in criminalibus retardat executionem, quando illa esset irtractabilis. Secundum commun. opi. vt nu. 53.
- 54 **E**tiam si talis nullitas altiore requiret indaginem.
- 55 **N**on solum quo ad eos qui cum banno litigabant, verum etiam quo ad omnes alios.
- 56 **N**isi nullitas calumnie proponatur.
- 57 **V**el offendens nullitate pendente bannitum ignorasset per eum fuisse intentatum iudicium nullitatis.
- 58 **N**ullitatis exceptio retardat executionem, etiam si sit in possessorio, secundum commun. opinio. Immo etiam si nullitas principaliter fuisset proposita, vt infra, num. 90.
- 59 **E**xceptio nullitatis militat etiam aduersus sententiam Principis, illiusque executionem retardat.
- 60 **N**ullitate pendente potest licite fieri executio, nec reuocatur per viam attentati quando fuit principaliter per viam actionis intentata.
- 61 **P**ensionarius etiam lite super nullitate pensionis pendente cogitur per executores ad solutionem pensionis.
- 62 **D**eclaratoria Auditoris Camerae pro pensionibus decursis (pro quibus executio agebatur) lata pendente iudicio super nullitate pensionis, valida reputatur: de quo tamen latius infra, num. 92. & seq.
- 63 **I**nhibitio emanata a Iudice nullitatis principaliter proposita impedit executionem sententiae.
- 65 **P**raesertim quando nullitas constat notorie ex actis, vel incontinenti probari posset secundum aliquos. Licet aliqui contra, vt supra, nu. 64.
- 66 **I**nhibitio etiam si non sit canonica facit attentata secundum stilum modernae Rotae, & ratio assignatur. Nullitas commissio sit signata cum clausula, prout de Iure, quia etiam inhibitio censetur decreta, prout de Iure, vt num. 67.
- 68 **N**ullitatis pendentia etiam principaliter per viam tamen appellationis proposita facit attentata, & si quid fiat venit tanquam attentatum reuocandum. Nisi decreta appellatione remaneat sola causa nullitatis, vt num. 69.
- 70 **L**icet aliqui contrariam tueantur sententiam, & eandem commun. dixerint, & ita de facto semper fuisse per eos obtentum, vt infra, num. 72. Alij distinguunt. Alij vero sublimitant nisi per statu eadem sit instantia nullitatis, & appellationis, vt num. 71.
- 73 **N**isi nullitas per modum appellationis proposita altiore requiret indaginem.
- 74 **A**ttentata pendente nullitate per viam appellationis intentata non reuocantur nisi iustificata appellatione.
- 75 **N**ullitas etiam principaliter proposita retardat executionem, quando illa est irtractabilis.
- 76 **Q**uando scilicet sumus in criminalibus secundum aliquos.
- 77 **L**icet alij, & verius etiam ad causas civiles hoc esse extendendum affirmant.
- 78 **N**ullitas proueniens ex eo quia, quis dum erat absens ex rationabili causa fuit condemnatus, etiam si sit principaliter proposita retardat executionem. Vel ex eo quia fuisset condemnatus dolo aduersarij, vt infra, num. 81.
- 79 **B**annito allegante nullitatem banni ex iusta causa non debet contra eum hac cognitione pendente aliquid innouari, nec interim offendi.
- 80 **E**tiam si dubitetur, an causa allegata sit iusta, quia interim debet supersedere.
- 82 **I**udex executionis licet non possit pronunciare super principali videlicet executionem esse faciendam, vel non, potest tamen ad suam instructionem recipere probationes, & si inueniat aliquid, quod eum moueat debet supersedere, & causam ad superiorem remittere.
- 83 **E**xecutio retardatur dato libello super nullitate ex consuetudine quae seruatur Florentiae.
- 84 **P**raueniens proponere nullitatem impedit executionem postea propositam. Dummodo cum prauectione concurrant aliqua coniectura, & inhibitio secundum aliquos, vt num. 85.
- 86 **E**xecutio retardatur secundum ritum magna curiae vicariae in regno Neapolitano, quando proponitur nullitas decreti affirmatiui.
- 87 **N**ullitate pendente in curia delphinatus, & in Hispania non permittitur simpliciter fieri executionem, sed cum temperamento cautionis de restituendo in euentum succumbentiae.
- 88 **N**ullitate per modum actionis intentata potest quis dare de nullitate per modum exceptionis, quo facto retardat executionem, licet hoc non videatur omnino tutum.
- 89 **E**xecutio vigore pacti non potest fieri pendente nullitate etiam principaliter proposita instrumenti in quoad est illud pactum.
- 90 **N**ullitas principaliter proposita retardat executionem, quando respicit sententiam latam in possessorio.
- 91 **G**esta pendente iudicio super nullitate sententiae interlocutoriae etiam principaliter intentata, non dicuntur attentata.
- 92 **N**ullitas, puta pensionis, etiam principaliter intentata facit attentata secundum aliquos quando committitur per speciale rescriptum Papae, quasi Papa apponendo manum videatur in dubium reuocare executionem suarum literarum, licet alij contra.
- 93 **N**ullitatis exceptio in continenti probanda retardat executionem, & quando dicitur incontinenti probari, infra sub num. 94. in fin.
- 94 **E**xceptio nullitatis requirens altiore indaginem non retardat executionem.
- 95 **N**isi executio esset irtractabilis. Etiam si ageretur de executione trium conformium, vt infra, num. 98.
- 96 **B**annitus nullitate pendente non potest impune offendi etiam si nullitas altiore requiret indaginem.
- 97 **S**ecundum commun. opin.
- 99 **A**ppellatio in possessorio in multis casibus permittitur ratione praedicti irparabilis remissioe.
- 100 **N**ullitas etiam altiore requirens indaginem retardat executionem, quando prouenit ex defectu Iurisdictionis.
- 101 **E**tiam si ageretur de executione trium conformium, Et etiam si quis iurasset non dicere de nullitate, vt infra, num. 104. Et etiam si esset puta per statutum exclusio omnis nullitas, vt infra, num. 105. Nisi Iudex funditus careret Iurisdictione, vt numer. 102. & Nisi nullitas esset notoria, vel fuisset praefixus terminus ad docendum de ea, vel iurisdictione esset elidibilis, vel effemus in contumacia, vt num. 103. in fin. remissioe.
- 103 **N**ullitas ex defectu Iurisdictionis non potest opponi contra tres conformes ex eo quia non consistit de commissionis praesentatione, si de commissione constat.

- 106 Nullitas etiam requirēs alioiorem indaginem retardat executionem si prouenit ex eo quia sententia fuerit lata per falsas allegationes.
- 107 Executio si petatur ex iudicato, retardatur per exceptionem nullitatis etiam alioiorem indaginem requirētis.
- 108 Nullitas alioiorem requirēs indaginem retardat executionem si opponatur à tertio.
- 109 Etiam trium conformium.
- 110 Secundum commun opin.
- 111 Exceptio tunc dicitur alioiorem requirere indaginem, quando continet Iuris subtilitatem.
- 112 Vel quando prolixiorē habet tractatum.
- 113 Nullitatis exceptio regulariter cōtra tres conformes opposita non retardat executionem.
- 114 Etiam incontinenti probanda.
- 115 Nullitas notoria ex actis resultans, an retardet executionem trium conformium remissiuē.
- Et retardat secundum commu. opin. vt infra, num. 119.
- 116 Iudex aditus super executione licet debeat aliās exceptionem nullitatis remittere ad eum qui tulit sententiam, si tamen nullitas colligitur ex tenore sententia potest ea non aliter remissa executionem de negare.
- 117 Secundum commun. opin. à qua non est recedendum in iudicando, aut consulendo.
- 118 Liceat aliqui contra senserint.
- 120 Nullitatis exceptio etiam trium conformium executionem retardat, quando conformitas est super diuersis articulis.
- 121 Exceptio nullitatis non retardat executionem si Iudex suspicatur eam per calumniam proponi.
- Etiam si super tali nullitate offerantur probationes incontinenti, vt infra num. 126.
- 122 Calumnia, & malitia presumpcio ubi militat contra proponentem, tunc nullitas non attenditur.
- 123 Executor non debet retardare executionem, quando videt malitiam per calumniam opponi, & causa moranda executionis.
- 124 Appellatio quoque, & alia qualibet legitima exceptio non est admittenda, quando apparet, quod illa animo calumniandi proponitur.
- 125 Nullitas in dubio presumitur proponi causa moranda solutionis secundum aliquos.
- 127 Nisi constaret ex actis quia tunc videtur magis attendenda presumpcio ex actis resultans, quam Iudicis afferentis se suspicari calumniam in proponente.
- 128 Exceptio nullitatis non retardat executionem, quando illi fuisset renunciatum.
- 129 Etiam si renunciatio esset tacita, puta resultans ex lapsu termini ad docendum de nullitate vigore statuti præfixi.
- Nisi nullitas appareret ex tenore sententia, vt infra, num. 133.
- Vel quando nullitas causaret perplexitatem, & repugnanciam, vt infra, num. 134.
- Vel nullitas causaretur dolo aduersarij, vt num. 135.
- Vel causaretur ab incompetētia Iudicis, vt numer. 136.
- 130 Terminum sibi ad aliquid, puta de nullitate docendum præfixum sibi permittens censetur tacite nullitatis renunciare.
- 131 Ita, vt non possit amplius super huiusmodi nullitate audivi.
- 132 Etiam si nullitas aliās esset notoria, & ex actis appareret.
- 137 Exceptio nullitatis opposita coram subdito Iudicantis

- regulariter non retardat executionem, cum ille cogatur exequi.
- 138 Non tamē ita precise, vt si suspicetur nullitatem qua proponitur esse attendendam non possit in executione supersedere, & consulere iudicantem.
- 139 Nullitatis causa pendente retardatur executio secundum ritum Vicarij in regno Neapolitano vigore regia pragmatica.
- Etiam per viam exceptionis proposita, vt num. 140.
- 141 Nullitas pendente fit executio de stilo Curia delphinatus, & Hispaniarum.
- Data tamen cautione, vt num. 142.
- 143 Executio prætextu nullitatis non retardatur quando statutum, vel rescriptum disponeret, quod pendente nullitate fiat executio.
- 144 Statutum, vel rescriptum, quod nullitate pendente fiat executio, valent.
- Licet dicantur exorbitantia, vt num. 145.
- 146 Sequestratio nullitate pendente citra vitium attentati fieri potest, videlicet,
- Ipsius rei si sit mobilis, vt num. 147.
- Vel fructuum si sit immobilis, vt num. 148.
- Dummodo adsit in victore suspicio dilapidationis. numer. 149.
- 150 Nullitas super aliquo instrumento pendente potest illius vigore fieri executio quando res non est intergra, & hic ponitur exemplum.
- 151 Nullitas etiam per modum Exceptionis) puta ex defectu mandati) opposita non retardat executionem, quando super mandato fuisset antea in causa principali discussum, & disputatum.
- 152 Nullitate inst. uidenti opposita non prohibetur quis ea pendente vii instrumento, & in illo se fundare.
- 153 Priuilegiatus dum disputatur de viribus priuilegij, non prohibetur vii priuilegio, quia non debet lite pendente priuari commodo possessionis.
- 154 Nullitate pendente possunt citra vitium attentatorum omnes illi actus explicari qui hic remissiuē citantur.
- 155 Executio nullitate pendente impeditur si pars contradicat, aliās ea tacente etiam sententia nulla possit exequi.
- 156 Pendencia causa nullitatis à quo tempore incipiat ad effectum attentatorum commissionis ne, an citationis remissiuē.
- E**X multiplici distinctione, ac variis, & diuersis declarationibus, quas dedisse apparet Iuris vtriusque interpretis huic articulo, & an scilicet nullitas proposita retardet executionem, & impediatur aliquid ea pendente innouari, de quibus satis superque habetur per Bar. Paul. de Castro, Alex. Iaf. Rip. & alios recentiores, in l. 4. §. cō demnatum. ff. de re iudi. & per Bar. & doct. in l. si expressim. ff. de appell. & plenissimē per canonistas in clem. 1. de re iud. & Bal. & Paul. de Cast. in authen. quæ supplicatio. C. de præcibus Imper. offer. & Vital. in tracta. de clausula. in clausula nil nouar. nullit. pend. & inter recentiores Vant. in tract. de nullit. in tit. quot. & quib. mod. nullit. pro po. poss. præfertim num. 26. & seqq. & Didac. præ tic. quæst. cap. 24. per totum. præfertim nume. 6. & Moder. in annotat. ad Aegid. num. 63. & seqq. & omnium copiosissimē Ioan. Baptist. de Afm. in praxi Iudic. §. 31. cap. 2. in l. limit. regulæ ibi posita per tot. apud quos, & auctoritates innumeras interpretum, & tunc etiam inuicem pugnantibus opini. quisque videre poterit) euidentissimē (vt reor)

(vt reor) apparere cuique potest, quàm sit controuersi turis articulus iste, an nullitate pendente sit aliquid innouandum, & præfertim quod inter ceteros, qui sibi in hoc parum constare nisi sunt, etiam Inno. ipse, qui vnus est opin. antesignanus in hoc articulo quasi contrarius hinc inde allegari potest, siquidem illē in capitu. cum olim. in gloss. canonica, circa fin. extra, de procurator. vult, & quod si quis petat confirmationem declarari nullam, tunc nullitate pendente nihil sit innouandum. Idem verò in c. cum in iure perit. post princip. de offic. deleg. inquit, & quod motio litis super nullitate sententiæ non debet impedire illius executionem, cum non videat esse aliquod Ius, quod id prohibeat. Cuius ultimi loci auctoritate non solum passim doctor. vtuntur (ne dicam abutuntur, vt ex infra dicendis apparebit) verum etiam super eo fundatus est stilius Curia parlamenti delphinatus, & quod sententia in eolata, etiam opposita, & incidenter illius nullitate, executioni demandatur, vt tradit Guid. Pap. decisi. 50. quia hæc curia. sub num. 2. Quæ opinionum perplexitas, ex eo etiā depræ hendi potest, quod ea ipsa opin. quæ (per multa, per Vant. vbi supra allegata, quod scilicet, nullitas principaliter proposita non retardat executionem) vera, & tenenda quandoque videbatur: hodie videtur satis reddi dubitabilis, cum habeamus recentiores attestantes, de communi in cō trarium, videlicet quod nullitas etiam principaliter proposita regulariter impedit lite desuper pendente aliquid innouari, de quibus infra proximè latius dicimus. Quorum omnium difficultas ex eo maximè ad propositum nostrum auge ri videtur, quod ij ipsi qui fatentur veram esse illam opinio. quod nullitate pendente, non debet aliquid innouari, negant, tamen si quid de facto fuerit innouatum esse ex attentatorum priuilegio in primis, & ante omnia reuocandum: Vnde vt clarè ac distinctè procedamus, duplex hic cadit inspectio. Prima erit, & generalis, an regulariter nullitate pendente possit attentari, etiam sententiam exequendo. Secunda an executio, & alia nullitate pendente gesta sint ex priuilegio attentatorum reuocanda.

Redeundo ad primam sciendum est, & quod sicut nullitas duobus modis proponi potest, vno modo principaliter, & per viam actionis; alio incidenter, & per viam exceptionis: ita inter vnū, & alterum, quoad diuersos effectus multa, ac considerabiles differentiæ constitui dicuntur, de quibus abundè, & per Vant. vbi supra dicto num. 29. & seqq. & per Didac. practic. quæstio. cap. 24. sub. num. 5. vers. est igitur non alienum: tol. 176. quas hic latius non prosequitur, quia maior illarum pars extra proposita materia esse videtur. Quod verò attinet ad rem, de qua agimus, vt difficultas materiae facilius euacuetur similiter sciendum est, quod sicuti omnes abque controuersia admittuntur, quod quando de nullitate datur incidenter, & per viam exceptionis saltem in continenti, probandæ, declarandæ tamen, & limitando prout per doct. in dict. §. condēnati, & aliis locis supra citatis, de quo, & nos mox dicemus infra num. 91. & seq. regulariter, & executio videtur impediri, & aliquid innouari prohibetur, attento, quod Bart. & alijs supra dicti sa-

plissimè hoc loquendi modo vtantur, quod nullitate, vt præfertur proposita nihil debet innouari, Ita magna profecto videtur esse inter doct. controuersia, an quando nullitas principaliter, & per viam actionis proponitur retardat executionem, & ea pendente impediatur aliquid innouari, siquidem duæ principales colliguntur fuisse in hoc opini. omissis pro nunc nonnullis leuioribus quorundam opin. quæ in limitationibus regulæ infra ponendæ, commodè adaptabuntur.

Prima fuit opi. quod pendente nullitate principaliter proposita Executio non fiat, & consequenter, quod non permittatur innouatio. Quæ probatur Iure, Ratione, & Auctoritate. Iure in leg. si prætor. §. Marcellus. ff. de Iudi. & vbi patet, quod sententiæ nullæ, (quia sit lata ex falsis allegationibus) non datur executio, ad quoddallum textum in variis locis expenderunt doct. maximè Ang. in dicta leg. 4. §. condemnatum, vt eum ibidem refert, & aliis etiam auctoritatibus comprobatur Rip. numero 26. ff. de re iudi. & Vital. in dicta clausula nil nouar. nullit. pend. sub numero. 8. colum. fina. vers. fallit tamen. Item probatur in clem. 1. de re iudi. argumentum sumendo à contrario sensu, vel à speciali secundum Alex. in dicto §. condemnatum. nume. decimoquarto. Ratione autē multiplici, & Prima, & quia per doct. videntur hæc duo æquiparari, dum dicunt, quod sicut pendente appellatione, sic pendente nullitate non est, aliquid innouandum, vt tradit expressè Iason in l. 1. in 1. notab. C. de bon. possess. secundum tab. vbi alios allegat. Quæ ratio ex eo comprobatur, quod post Barto. in l. si expressim. ff. de appel. tradit nouissimè Minsinger. consil. 8. primæ decad. incip. ad decisionem, nu. 20. quod nullitas ita deuoluit causam ad superiorē sicut iniquitas, quod etiam latius replicauit in consil. 47. quintæ decad. incip. factum tale. numero 27. Quod etiam firmavit Ioan. Bapt. Ferret. in consil. 44. si Papa. in princ. lib. 1. vbi post Felyn. in capit. per tuas. colum. pen. & fin. de senten. ex communitatatur hanc esse veram, & communem opin. & secundum eam se aliās obtinuisse. Secunda ratio esse potest, & quia quatenus pendencia ipsius nullitatis non esset tantæ potentia, vt causaret attentata, negari tamen non potest, quin dum desceptatur, de nullitate saltem super ipsa nullitate, tanquam causa materiali ipsius Iudicij dicatur lis introduci, & lis pendere. Vnde hoc casu factem ex pendencia litis super nullitate, debent ceteri attentata prohibita. tot. tit. vt lit. pendē. nihil innou. Tertia quoque his addi potest ratio, quia non videtur dubium, & quod causa nullitatis dicitur habere effectum suspensiuum, vt declarat Vestr. in praxi Ro. cu. lib. 8. cap. 1. nume. 11. versicu. introducta autem causa nullitatis, quoflante videtur subintrare argu. quod facit aliās Franc. loquens de appellatione, videlicet vbi datur effectus suspensiuus, ibi etiam dantur attentata. quo argu. vsus est ipse, in capitul. bonæ numer. 36. de appellat. Vnde & ipsa nullitatis pendencia propter effectum suspensiuum, debet censeri attentata. Auctoritate hæc opin. comprobatur, quia huius sententiæ Authores fuisset Barto. Alexan. Paulum de Castro, & Iaf. in leg. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica. refert in primis Di-
Tract. de Attent. E 2

dac. pract. quæst. capitu. 24. sub nume. 5. fol. 175.
 column. 4. vers. quandoque principaliter. agitur
 de nullitate, quæ ob id subdit magnum verbum
 14 † videlicet hoc esse magis receptum, Sed ultra
 eum adde, quod eandem opin. posuit Inno. in
 capitu. cum olim. in gloss. canonicæ. extra. de dol.
 15 & contuma. † vbi voluit, quod si petatur confir-
 matio actus declarari nulla, interim non debet
 aliquid innouari. Cuius etiam sententiæ fuit Af-
 flic. dicta decis. 131. quidam. vbi loquitur, de nul-
 litate principaliter proposita, & concludit quod
 ea pendente non licuit parti innouare, & pro-
 pterea per eum attentata esse reuocanda, quod
 etiam generaliter, vt supra tetigimus, posuit et-
 iam Iaso. in leg. 1. numer. 1. in 1. notab. C. de bon.
 possess. sec. tab. quem in id citauerunt nouissimè
 Moder. in annotat. ad Aegidia. numer. 68. & seq.
 quia ibidem. numero 81. propterea concludunt
 16 † quod nullitas retardat executionem etiam in
 casu Aegidianæ, licet alij, quos ibi dicto nume-
 ro 68. ad hoc allegabant, parum facere videan-
 tur.
 17 Secunda sit opin. huic contraria, † quod im-
 mo quando nullitas principaliter proponitur,
 ea pendente fieri possit executio, quæ similiter
 Iure, Ratione, & Auctoritate fulcitur, Iure si nō
 expresso saltem tacito, & de quo in leg. illam. C.
 de collat. argumento eorum, quæ in proposito
 tradit Inno. in capitul. cum in Iure. in gloss. de
 18 mandato. de offic. deleg. qui dixit, † quod non
 videt vbi sit hoc ius, quod prohibeat, quod per
 motionem nullitatis non fiat executio, quod di-
 ctum retulit, & secutus est Andr. Barbat. in conf.
 8. incip. mihi videtur. colum. penult. sub numer.
 13. versicu. & istud in terminis. libro primo. Ra-
 tione. verò item multiplici. Prima est, quam post
 alios ponit Vant. vbi supra dicto numero 29.
 19 † quia cum nullitas in Iudicio ordinario princi-
 paliter proposita desideret sententiam, quæ ef-
 fectualiter nil aliud faciet, quam actum euacua-
 re, & executionem impedire, si incontinenti per
 simplicem propositionem nullitatis executio
 impediretur, esset dare executionem sententiæ,
 nondum lata, contra regulas Iuris communis.
 leg. 1. C. de execut. rei Iud. cum simil. Secunda ra-
 tio ad demonstrandum quod regulariter execu-
 tio hoc casu fieri possit, illa considerari potest,
 20 † quia cum regulariter ad suspendendam sen-
 tentiam, & illius executionem Iura introduce-
 rint remedium ordinarium appellationis, vt in
 leg. 1. ff. de appellat. & capitu. 1. de re iudica. cum
 simil. si sententia non fuit appellatione suspen-
 21 sa debet regulariter mandari executioni, † ne Iu-
 dicum decreta reddantur elusoria. contra leg. si
 22 pator. ff. de Iudica. † quia parum est sententias
 proferri nisi etiam debita executioni demanden-
 tur. C. quoad consultationem. de re. Iud. cum si-
 mil. Tertia, & melior iam dictis adiungi ratio
 potest, quia scilicet, pendente nullitate cessat
 omnino ratio, quare executio fieri non debeat.
 23 † Ratio enim quare appellatione pendente sen-
 tentiæ executio fieri non potest, vt considerat
 post alios per eum alleg. Alex. in dict. §. condem-
 natum. numer. 16. illa est, quia per interpositio-
 nem appellationis videtur sublata illa præsum-
 ptio, quæ regulariter solet esse propria sententiæ,
 quod sit iusta, & ideo cessante hac præsumptio-
 ne, sententia non mandatur executioni. Quæ ra-
 tio cessat in nullitate, † quia nullitas proposita
 non tollit præsumptionem illam, quæ erat pro
 sententia, immo transitus sententiæ in rem iu-
 dicatam auget tanto magis illam præsumptio-
 nem: argum. cap. fin. de re iudic. cum simil. † Im-
 mo magis nullitas proposita post negocium li-
 quidatum inducit præsumptionem contra pro-
 ponentem, quod causa morandæ solutionis id
 faciat, secundum Iacob. Butrig. quem refert, & se-
 qui videtur Vital. in dicta clausula nil nouar. nul-
 lit. pend. sub numer. 8. colum. fin. versicu. & præ-
 missa vera, &c. Vnde non debet videri mirum si
 cōsiderata hac rationis cessatione diuersum ius
 constituitur in nullitate pendente quoad execu-
 tionem, quam constituatur in appellatione pen-
 dente: Præterea, & alio argu. hæc opin. compro-
 26 batur, † quia vt dicit Inno. in capitu. de cætero,
 in gloss. in verb. negocio. de re iudic. sola appel-
 latio impedit executionem: ergo nullitas non im-
 27 pedit, si sola appellatio illam impedit. † Auctori-
 tate quoque hæc opi. minimè est destituta. Eam
 enim originaliter tenet Inno. in dicto capitu. cum
 in iure. in glo. de mandato. de offic. deleg. & post
 eum, & eius auctoritate facta est decis. Rot. quæ
 secundum Vant. vbi supra est clausula totius ma-
 teriæ in decisio. 3. aliàs 280. licet per viam excep-
 tionis, de except. in no. Prout, & ex eiusdem au-
 thoritate fundatus est stilus parlamētī curiæ del-
 phinalis, quod pendente nullitate non retarda-
 tur executio, vt testatur Guid. Pap. in supra al-
 leg. decis. 50. quia curia sub numer. 2. vbi Inno.
 sequitur: eandem tenuerunt Barto. in diuersis lo-
 cis, Alexand. Franc. similiter in diuersis locis Io.
 Staphil. Ant. à Canario, & Vant. dicto numero 29.
 vbi hos omnes latius, & in locis suis citat, & re-
 ferendo sequitur. Eandem est secutus Ang. &
 Imol. in dicto §. condemnatum, quos ibidem re-
 fert, & in effectu sequitur Rip. nume. 28. Eiusdem
 quoque sententiæ fuit Vital. in dicta clausula nil
 nouar. nullit. pend. in princip. vbi licet in dicto
 capitu. multa ex aliis referendo ponat, tamen ad
 propositum nostrum in princip. inquit, si quæ-
 ratur, an nullitatis pendente impediatur aliquid
 innouari, dic quod si principaliter intentetur
 non impedit executionem, &c. vbi non solum
 allegat Inno. & Rot. & Ang. vbi supra, verum et-
 28 tiam eundem Ang. in leg. 1. ff. nil nouar. appella-
 tio. pendente. † Eandem quoque opin. tam de iure
 ciuili, quam de iure canonico procedere dixit
 Saly. in leg. 1. nume. 5. quæst. 1. C. ne lic. tertio pro-
 uo. & eam etiam sequitur Vestr. in praxi Ro. cu.
 lib. 8. cap. 1. sub nume. 7. & sub versicu. sed maius
 dubium. fol. 137. ad fin. & Socin. in reg. 132. Excep-
 tio. sub numer. 12. vers. primo limita, & Brun. in
 tractat. de statu. & constit. in verb. nullitas. in an-
 tepen. colum. vers. tertio, & hoc idem patet. fol.
 184. Eandem sententiam post Inno. in dicto cap.
 cum in Iure, & quam plures tam antiquos, quam
 recentiores secutus videtur nouissimè Io. Bapt.
 de Asin. in sua praxi Iudic. §. 31. cap. 2. in 1. am-
 pliati. dum voluit, quod nec litis pendente execu-
 tionem impediatur, & quamuis specificè nō po-
 nat, de litis pendente super nullitate, tamen id
 colligitur ex his omnibus quæ ibi allegat, quæ in
 terminis nostris loquuntur, & ibidem (quosdam
 referendo) videtur super hoc etiam de communi
 opin. te

opin. testari, licet aliter sensisse videatur ibidem
 29 in 1. limit. princ. dum voluit, † quod exceptio nul-
 litatis executionem retardare solet. Et pro hac
 opinione non parum facit, quod habetur in re-
 collect. Peregr. 2. decisio. 226. † quod cognitio
 30 nullitatis nō est præiudicialis executioni, & ideo
 potest simul cognosci super vtraque, nec vnus
 cognitio impedit cognitionem alterius, & dixit
 ad propositum nouissimè Aug. Bero. in conf. 119. in
 causa monialium. col. 1. sub num. 1. vers. secundo
 nunquam. lib. 3. quod nunquā nullitas, seu resti-
 tutio in integrū principaliter petita impedit exe-
 31 cutionem sententiæ, vel infirmetū, † subdens ita
 communiter teneri post gl. in dict. l. 4. §. condem-
 natum. Qui omnes cū, & plures numero, & au-
 thoritate grauiores, & saniores sint, mirū sanè vi-
 32 deri potest, † quod Didac. in cōtrariū pro prima
 opi. allegatus illud verbum protulerit, quod illa
 prima opi. sit magis recepta, cum in rei veritate
 hanc secundam opi. & tanquā validioribus sus-
 fultam rationibus, & grauioribus fulcitam au-
 thoritatibus, vt veriorē, & a usim etiam dicere
 communiorem amplecti, & sequi proculdubio
 debeamus: Præsertim quia licet in hac opi. con-
 cludatur, quod regulariter pendente nullitate fiat
 executio, non tamen negatur, quin etiā hæc regu-
 la, aliquas patiatur exceptiones, & limitationes,
 prout quando per Iudicem nullitatis fuisset in-
 hibitum, vel quando ageretur, de executione ir-
 retrahibili, & similes, de quibus omnibus latius
 proximè nu. 63. dicemus, & tenendo hanc opin.
 Non obstant quæ in contrarium pro prima opi.
 sunt adducta, quoniam respondetur, &
 Ad primum, de §. Marcellus, quod licet ibi im-
 peditur executio, illud tamen procedit ex præce-
 denti, & apparenti causa, prout sentit Inno. in di-
 cto c. cum in Iure, & Rot. dicta decis. 3. & doct.
 in dict. §. condemnatum. qui occasione illius tex.
 prout facit Rip. ibi, nume. 26. post Ang. formant
 specialiter hanc limit. quod in casu illius l. retar-
 detur executio, prout, & nos infra illum casum
 ponemus pro limit. ad regulam infra in hac ma-
 teria constituendam. num. 78.
 Ad secundum videlicet ad arg. Alex. de dicta
 clem. 1. de re iudic. per arg. sumptum à contrario
 sensu. Responde quod cum ex his, quæ pro fun-
 damento secundæ opin. adducta sunt, absurdum
 videatur, quod executio hoc casu retardetur, ta-
 le arg. non procedit, vt no. omnes in l. 1. ff. de of-
 fi. eius. cui mand. est iurisdic. tio.
 Ad tertium videlicet ad primam rationem de
 æquiparatione inter appellationem, & nullitatē,
 patet responsio ex his, quæ diximus supra. nu. 23.
 in 3. ratione secundæ opi. vbi (retorquedo arg.)
 deduximus, quod nō solum æquiparatio, sed im-
 mo in proposito, de quo agitur maxima est in-
 ter vnam, & alteram pendentiam differentia.
 Ad quartum videlicet ad secundam rationem
 de litis pendente, super nullitate, Respondet ne-
 gando, quod super nullitate inducatur litis pen-
 dentia, quia secundum Bald. in authen. quæ sup-
 plicatio. C. de præcibus imperat. offer. quem re-
 fert, & sequitur Vital. vbi supra. colum. fin. nu. 9.
 33 † nullitatis propositio propriè non inducit litis
 34 pendentiam, † & propterea idem Vital. ibi nu. 5.
 post Ang. & Imol. ac Federic. de Sen considerat
 casum in quo si principaliter nullitas sit propo-

sita illius litis pendente opposita non retarda
 executionem, secus si non exceptio litis penden-
 tiæ super nullitate, sed ipsamet exceptio nullita-
 tis opponatur, quia tunc retardatur executio.
 Vnde ex his patet, quod præsentis litis pendente
 super nullitate non debet haberi multum in cō-
 sideratione, quamuis hæc responsio non videatur
 omnino tuta quoad alios actus citra executionē
 sententiæ nullitate pendente faciendos.

35 Ad quintum, Videlicet ad tertiā rationē † re-
 sponde quod nullitas non habet effectū suspen-
 36 sium nisi de se ipsa ad se ipsam, videlicet, † quod
 pendente cognitione articuli nullitatis, nō potest
 Iudex cognoscere negocium principale, nō autē
 habet vniuersaliter (sicut appellatio) effectum
 suspensiuū Iurisdictionis Iudicis à quo fuit pro-
 nunciatum, vt colligitur ex his, quæ ponit idem
 Vestr. in loco ibi citato, & Bart. per eum citatus.
 Vnde effectus suspensiuus, quem habet nullitas
 procedit respectu cognitionis, non autem execu-
 tionis, & respectu eiusdem Iudicis, coram quo
 est causa, non autem respectu alterius, qui pro-
 nunciavit, Vnde nō potest subintrare aliquo mo-
 do arg. Franc. in d. c. bonæ. nu. 36. de appel.

Ad sextum de auctoritate eorum, qui in cō-
 trariū sunt allegati est aduertendum, quod licet
 Didac. opinatus fuerit Bar. Alex. Paul. & Iaso. in
 dict. §. cōdemnatum, fuisse illius sententiæ, quod
 executio impediatur, tamen in rei veritate Bart.
 & Ias. si rectè inspiciantur non loquuntur in ca-
 su, de quo nos agimus, quando scilicet nullitas
 proponitur principaliter, sed loquuntur, quan-
 do proponitur incidenter, & per viam exceptio-
 nis. Innoc. quoque per nos allegatus in dict. cap.
 37 cum olim. non multum obstat, † quia cum quilibet
 doctor sit intelligendus secundum legem,
 quam allegat, iuxta doctri. Bar. in l. non solum. §.
 liberationis. ff. de lib. leg. Inno. ibi ad illud suum
 dictum, allegat l. si prætor. ff. de Iudic. in quo tex.
 vt supra tetigimus præsupponitur iusta causa re-
 tardandæ executionis: prout etiam innuit Inno.
 ibi dum inquit, quod ex quo petens possessionē
 rerū episcopatus, non docebat de confirmatione,
 sed tantum, de consecratione etiam clāde-
 stinè, & obreptitiè obtenta, & quæ prætendeba-
 tur nulla, non debet sibi illa possessio dari, & con-
 sequenter permitti innouatio, cum & aliās ad-
 mittant docti. quod etiam in casibus, in quibus
 nullitas solet retardare executionem hoc non
 procedat, quando Iudex suspicatur nullitatem
 calumniosè proponi, vt est not. dictum Inno. in
 c. cum in iure, in fine. glo. de mandate. de offic. de
 leg. vt dicemus latius in hoc eodem capi. nu. 121.
 in 4. limit. princip. regulæ infra ponendæ post In-
 no. Abbat. Vital. Rip. & alios ibi allegatos: Af-
 flic. quoque decis. rectè intellecta non multum
 obstat, quia ille loquitur non in actu executio-
 nis sententiæ, quæ prætenditur nulla, de quo nos
 agimus, sed de alio attentato, Videlicet, de ade-
 ptione possessionis, & inter vnum, & alium actū
 aliquam constituendam esse differentiam infra
 proximè apparebit. Ias. verò auctoritas in leg. 1.
 C. de bon. possess. sec. tab. parum fa. quia id inci-
 denter, & quasi aliud agens protulit, præterea e-
 ius dictum est intelligendum secundum men-
 tem Barto. quem ipse allegat in leg. 1. num. 18. C.
 quando prouoc. non est neccesse: qui Barto. non
 Traçt. de Attent. E 3

loquitur de executione sententiæ faciendæ, vel non, sed quod Iudex nullitatis potest attentata reuocare, quæ erit secunda inspectio secundum ea, quæ supra proposuimus, de qua proximè dicemus. nume. 39. Allegata verò per Moder. dicto num. 63. non multum concludunt, cum Alexan. & Deci. quos ibi citant, id non dicant si rectè inspectantur. Vnde cum per præmissa euidenter appareat, quòd allegata pro prima opin. nec iure, nec ratione, & minus auctoritate subsistunt, tunc secundæ opin. vti veriori, & communi omnino adhærendum censeo. Videlicet quòd proposita principaliter nullitate sententiæ executio regulariter non retardatur, quæ erat prima inspectio in hoc articulo.

39 Secunda nunc subsequitur inspectio an executio, & alia gesta pendente nullitate principaliter per modum actionis proposita, sint ex privilegio attentatorum in primis, & ante omnia reuocanda. Et prima quidem fronte videtur dicendum, quòd sic argu. eorum quæ supra ex Afflic. dicta decis. 131. in sacro consilio Neapolitano decisa esse retulimus, tibi patet apprehensionem possessionis factam nullitatis causa pendente, vti attentatam fuisse reuocatam, quòd ipsum etiam, respectu actus executionis sententiæ tradit Didac. in dicto c. 24. practic. quæst. numer. 6. fol. 175. vbi in id alleg. Bartol. in leg. prima. numer. 18. C. quando prouoc. non est nec. Bartol. in authent. quæ supplicatio. C. de præcib. Imper. offer. & Iaf. in l. 1. C. de bonorum possess. sec. tab. affirmans, quòd executio, & ea quæ fuissent attentata pendente huiusmodi nullitate sunt ante omnia reuocanda, tibi & communem sibi opin. videri attestatur Viuius commun. opin. lib. 2. opi. 197. incip. nullitas. versicu. secundus effectus. Cuius tamen

42 contrarium, tibi regulariter verius est, præsertim habito respectu ad executionem sententiæ, quæ præntenditur nulla, quia illa non reuocatur in primis, & ante omnia ex privilegio attentatorum,

43 sed tibi demum lata sententia super nullitate, & consequenter beneficio iniustitiæ, potest enim Iudex nullitatis etiã hac attentata reuocare, quòd no. Rot. dicta decis. 3. aliàs 280. licet, de except. in no. & expressius Inno. in c. ex insinuatione. in glo. restitutione. de procur. Sal. in l. 1. nume. 5. C. ne liceat tert. prouoc. Bald. in authent. quæ supplicatio. C. de præcib. Imper. offer. quem refert, & in hoesequi videtur Vital. in dicta clausula nil nouer. nullit. pend. (ita post Bald. vbi supra intelligens, id quòd dixit Inno. in dicto c. cum in Iure, de executione faciendâ pendente nullitate) vt intelligatur, quòd si fiat non reuocetur per viam attentati. Eiusdem opi. fuit Alex. in l. 4. §. condemnatum. num. 15. vbi huius dicti rationem ponit, & ibi quoque Rip. nume. 28. de re iudic. & idem Alexan. in conf. 2. consideratis. num. 14. lib. 3. & Franc. qui alios allegat in c. dilecto. nume. 32. vers. ex quibus omnibus tene menti, de appel. & post eum Vest. in praxi Ro. cu. lib. 8. c. 1. sub num. 7. in fi. sub vers. sed maius dubium, & iterum ca. vlt. vlt. pend. & de attent. in princi. Ex quorum omnium auctoritate planè liquido apparet, quã sit periculosa opi. Didaci, & Viuij attestatio, quã supra primo loco retulimus. nume. 41. præsertim cum Bart. in l. 1. nu. 18. C. quando prouoc. non est necess. & Bald. in dicta authent. quæ supplicatio.

contrarium sentiãt eius ad quod ipse eos citat, & Iaf. nullum verbum fecerit, de reuocatione attentatorum, de qua nos agimus. Vnde etiam in hac secunda inspectioe intrepidè contra eum videtur tenendum, & concludendum, quòd executio pendente nullitate principaliter proposita facta regulariter non est privilegio attentatorum reuocanda. Quòd tamen Limita, Primò, nisi sit per Iudicem nullitatis inhibutum. Secundò, nisi nullitas sit proposita per viã appellationis, vt latius dicitur infra in 1. & in 2. sublimi. primæ limitationis princ. num. 61. & num. 67.

Verum quia, & ratione, & Auctoritate, de quibus supra, in secunda opin. tam primæ, quam secundæ inspectioe fusius tractauimus, respicere videntur dumtaxat actum executionis sententiæ, quæ præntenditur nulla, vt scilicet, illa absque metu attentatorum fieri valeat, & si fiat nõ reuocetur ex privilegio attentatorum, nimis durum videtur, quòd ab actu particulari ipsius executionis sententiæ sit vniuersaliter inferendum ad omnes alios actus, vt si nullitate pendente illi fiant, non dicantur subiecti vitio attentatorum: Quid enim si nullitate pendente vna pars alteram spoliat, vel aliquod aliud graue præiudiciũ inferat, durum quippe esset dicere, quòd Iudex nullitatis cuius fuit per hunc actum læsa maiestas, & pars quæ fuit spoliata, non posset hoc attentatum reuocare ex privilegio attentatorum, sed cogeret expectare finem litis, & expeditione causæ ipsius nullitatis, quam spoliatus propter commodum possessionis, & fructus percipiendi credendũ est, quòd quantum posset in longum protraheret, præsertim quia in executione sententiæ nõ videtur militare eadẽ ratio, quæ militat in aliis actibus, nam vt dixit Alex. in dict. §. condemnatum. nu. 16. ratio quare executio sententiæ non fit appellatione pendente, & fit nullitate pendente est: quia per nullitatem non tollitur præsumptio, quæ erat pro sententiã, quòd esset iusta, prout tollitur

44 per appellationem. tibi Vnde in actu executionis eatenus ille impeditur, quatenus tollitur præsumptio, quæ erat pro sententiã, & sic executionis actus habet quandã correspondentiã cū ipsa sententiã, quæ correspondentiã cessat in aliis actibus, puta adeptioe possessionis, & huiusmodi innoationibus, quia illi siue sententia habeat præsumptionem, de qua supra, vel non, semper de sui natura sunt præiudiciales parti, & tediunt in contemptũ Iudicis, & iudicij, cuius præiudicij, ac contemptus ratioe solètur puniri attentata, vt diximus supra in 1. par. in præfatione, in descriptione attentati, in verb. præiudiciũ. nu. 26. & verb. contemptus. nu. 27. Idcirco licet in supra dictis opi. firmauerimus executionem nullitate pendente non retardari, & factam non reuocari, in contrarium tamẽ esse in proposita materia regulam constituendã credimus, opportunas tamen sibi limitationes, ac declarationes accomodãdo. Et propterea latius etiã alios actus præter executionem sententiæ complectẽdo ommissis disputationibus, Sit

45 REGULA, tibi quòd nullitate pendente non debet aliquid innouari, & si per viam executionis, aut aliter innouetur illud ex privilegio attentatorum fit reuocandum, Quam ita vniuersaliter proponimus absque distinctione, an principaliter, vel incidenter nullitas deducatur, quia hæc

hæc distinctio, & illius in singulis casibus veritas inf. 1. a in limitationibus, ac declarationibus oportune applicandis apparebit.

Quæ regula probatur similiter, Iure, Ratione, & Auctoritate, Iure, in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. & melius secundum Rip. in dicto §. condemnatum. num. 10. in l. si prætor. §. Marcellus secundum primum intellectũ. ff. de iudiciis: dum vtrobique probatur, quòd nullitas proposita per viam executionis impedit contra proponentem innouari. Quem modum loquedi, quòd interim nõ possit innouari in diuersis casibus, de quibus ibi per eos, vt tunc etiã docto. ibi: Ratio ne quoque; cõprobatur: tibi quia quare aliàs lite, vel appellatione pedẽte phibetur innouari, id totũ videtur fundari in ratione naturali, quæ dicitur, quòd dum inter aliquos de aliqua re disceptatur, & lis est, non debeat per viã præiudiciũ inferri, vt diximus supra cap. 15. de attent. commisso pendente. numero 58. quæ tibi ratio etiã in casu nullitatis pendente militat, vt patet. Auctoritate demum & hæc regula videtur satis fulciri, ex eo quòd etiam extra casum executionis sententiæ, quæ præntenditur nulla fuit decisum in sacro consilio Neapolitano, vt est dicta singularis decisio Afflic. 131. quidam, & ex eo quòd 48 habetur in recollet. Chiffanen. decis. 76. tibi quòd si principaliter agitur de nullitate instrumenti guarentigiati, tunc illud non habet executionem paratam: tibi ista demum videtur commu. opi. quòd nullitatis exceptio nõ requirens altiorem indaginem, sed quæ incontinenti potest probari executionem impediãt, de qua post alios testatur Villalob. in recollet. commu. opi. litera E. numero 115. & fa. quod aliàs dicebat Io. Bapt. de Af. in sua praxi Iudic. §. 31. c. 1. in 1. limit. princip. num. 2. quòd exceptio nullitatis cõtra executionem opposita, executionem retardare solet. Quã regulam

AMPLIA,

50 Primo, vt procedat etiam si statutum disponeret sententiã esse executioni mandandas, non obstante quocumque alio statuto, quia si proponatur nullitas resultans ex inobseruantia formæ alterius statuti, talis nullitas impedit executionem secundum Io. Andr. Paul. de Castr. & alios per Rip. allegatos in dicto §. condemnatum. num. 13.

Secundò, vt in tantum sententiã nullam impediatur executio, tibi vt aliqui dixerint Iudici, seu parti, quæ executionem procuraret sententiæ nullæ manu militari, & de facto resistendum esse, & posse, vt post Barbar. & alios per eum allegatos tradit Io. Bapt. de Af. in sua praxi Iudic. §. 31. capitulo secundo, in 1. limit. princip. nu. 4. vers. rursus etiam.

Tertiò, amplia, vt regula procedat etiam in criminibus, tibi & propterea pendente nullitate sententiæ in criminalibus non fit executio, quæ contineat poenam irretractabilem, tibi est communis opi. de qua post Iaf. in §. si seruus. nu. 9. le. 3. ff. de acquirend. possess. testatur Boss. in tit. de nullit. aduer. sentent. numero 4. quem refert, & sequitur etiam Iul. clar. sentent. libro 5. §. homicidium. columna. 38. fol. 31. vers. successiue quero, & iterum in §. si. siue in sua pract. crimin. quæ. 94. vers. scias autem. Quod etiã affirmavit Blac. in sua practi. criminali, in ea part. in qua tractat

an ignorantia excuset à delicto. folio 101. numero 120. & seqq. Quæ ampliatio adhuc ampliatur, vt procedat etiam si talis nullitas altiorem requirit indaginem, vt dicunt omnes supradicti tibi & insuper, vt procedat non solum respectu illius personæ quæ cum bannito litigabat, verum etiã quoad omnes alios, vt post Claud. de seifellio, in dicto §. si seruus, tradit Blanc. vbi supra. numero 124. Limitatur autem hæc eadem ampliatio. Primò, tibi vt non procedat, quando nullitas caluniose proponeretur, vt declarant omnes supra dicti docto, tibi Secundò, quando offendens bannitum nullitate pendente ignorasset nullitatis iudicium fuisse per Bannitum intentatum, vt per Blanc. dicto nu. 124.

Quartò amplia, vt huiusmodi nullitatis exceptio retardet executionem, tibi etiam si simul in possessorio, secundum commu. opi. de qua post Curt. in un. in conf. 108. nu. 14. testatur nouissimè Baptista Villalob. in recollet. commu. opi. litera E. nu. 116.

59 Quartò, tibi vt exceptio nullitatis militet etiam aduersus sententiam principis, & illius executionem retardet, vt post Bald. in l. si. C. de legibus. & Ang. in l. princeps. ff. eo. tit. & Abbat. in c. 1. de caus. poss. propriet. tradat Sigismund. Loffred. in conf. 32. incip. quondam. nu. 23.

LIMITA

Primò, (& hæc, & sequentes limit. vsque ad octauam exclusiue respiciunt specialiter actum executionis ipsius sententiæ) tibi vt non procedat, quando nullitas principaliter & per modum actionis fuisset proposita per ea omnia, quæ late proposuimus, & firmauimus supra in 2. inspectioe. num. 17. quia tunc, & executio fieri permittitur, & facta ex privilegio attentatorum regulariter non reuocatur, vt ibi dictum est. Quibus adde, quæ copiose in hac materia nullitatis ponit Burfat. in conf. 74. mirabitur. numero 21. & seq. præsertim numero 24. libro 1. & Angelus, Perutius, atque etiam Riminaldus qui se dicto conf. subscripserunt, vt ibi. num. 85. & numero 94. & facit

61 tibi quòd notabiliter dixit Hier. Gigas. in tractatu de pensio. qu. 69. numero 4. quòd si sit commissã causa nullitatis pensionis, poterit nihilominus executor datus in literis referuationis, lite pendente cõpellere debitorẽ ad pensionem soluendam stante clausula sine retardatione solutionis pensionis. Quinimmo in vna Adrien. pensionis (in qua nõ aderat dicta clausula) coram D. meo Oradino 29. Maij. 1562. fuit tentum quòd declaratoria tibi lata per Auditorem Cameræ pro pensionibus decursis (pro quibus executiue agebatur) pendente causa nullitatis dictæ pensionis antea vigore specialis commissionis eidem Iudici præsentatæ, fuerit valida, tum quia de nullitate non constabat in continenti, tum quia cum Iudicium vtrumque esset coram eodem Iudice, & fuisset coram eo obiectum de pendentiã litis super nullitate, & ea non obstante iudex ad vltiora processit, deueniendo ad declaratoriam videtur illam tacitè reiecisse. Quam primam limit.

SVBLIMITA,

63 Primò, vt non procedat, tibi quando Iudex nullitatis inhibuisset, tibi quamuis enim Rot. in dicta decisio. 3. aliàs 280. licet. de except. in no. & docto. allegati per Vant. in dicto tracta. de nullit.

in tit. quot. & quibus modis nullit. prop. possit. numer. 29. & seq. præsertim Franc. in c. dilecto. numero 38. vers. tertio limitanda, vers. sed certè contrarium, qui alios, præsertim antiquos ad hoc allegat, videantur fuisse in hac opi. quòd hoc casu, quando nullitas est principaliter proposita per inhibitionem subsecutam executionem non impediatur. Quod etiã expressè post Innoc. & Rotã vbi supra firmavit Ant. de Canario in tracta. qua rentigia. quæst. 51. quod etiam sensit Mil. in verb. Iudex merè nullitatis. fol. 174. dum inquit, quòd Iudex nullitatis nõ potest inhibere, ne fiat executio sententiæ, quæ transiit in rem iudicatam, & post supra allegatos idem tenet Io. Bapt. Ferrett. in conf. 46. fuit dubitatum. numer. quarto, libro primo, & ipsemet Vant. (circumscriptis clausulis, quæ solent in huiusmodi nullitatum commissiõibus opponi, prout est illa sine præiudicio legitime executionis, Vel trium conformiũ, & alia, si quid exequendum fuerit, exequatur, Vel parito Iudicato, & similibus, per quas vis, & effectus inhibitionis post modum faciendæ eneruari dicitur) si esset simpliciter facta inhibitiõ plurimum de hoc dubitasse constet, dum dicit, quòd per inhibitionem forsã executio impediretur, ego tamen simpliciter tenendum esse censeo, quòd facta inhibitione executio sententiæ impediatur, vt in terminis nostris tradit Deci. in conf. 103. in causa. in princ. & clarè id etiã sensit Natta in conf. 217. ægrotati. sub numero septimo, versiculo tertio respondeo. libro primo: vbi vult primum Iudicem, de cuius sententiæ nullitate fuit etiã principaliter dictũ (prout erat in casu suo, vt patet ibi. sub numero tertio) nõ posse vltra procedere, postquam à maiori Iudice fuit inhibitus, & Minfinger. sing. obser. cõt. 4. decis. 64. incip. sed circa hoc. intelligens hoc procederet quãdo nullitas constaret ex actis, vel incontinenti probari posset. quo casu, & Iudicem inhibere posse, Et in inhibitionem retardare executionem, & ita fuisse in camera imperiali determinatum attestatur, & in materia pensionis idem firmat Gigas in tracta. de pensio. quæst. 69. dum vult, quòd licet executor commissa causa nullitatis pensionis (& sic principaliter possit lite pendente compellere de bitorem ad solutionem stãte clausula sine retardatione, & c. si tamen fuit inhibitus id nõ potest. Quod magis intrepidè firmare ausierim, attentata

65 circa hoc. intelligens hoc procederet quãdo nullitas constaret ex actis, vel incontinenti probari posset. quo casu, & Iudicem inhibere posse, Et in inhibitionem retardare executionem, & ita fuisse in camera imperiali determinatum attestatur, & in materia pensionis idem firmat Gigas in tracta. de pensio. quæst. 69. dum vult, quòd licet executor commissa causa nullitatis pensionis (& sic principaliter possit lite pendente compellere de bitorem ad solutionem stãte clausula sine retardatione, & c. si tamen fuit inhibitus id nõ potest. Quod magis intrepidè firmare ausierim, attentata

66 practica modernæ Rotæ, quæ tenet quòd etiã si inhibitiõ non esset canonica (quo fundamento mouebantur Rot. & omnes docto. antiqui ex aduerso vt supra allegati) & siue iusta sit, siue iniusta est timenda, & si sit contrauentum causat attentata, ne Iudices sub isto clipeo inhibitionis iniustæ eas contempnãt, & ea etiam ratione, quia si sumus in curia facile est adire Principem pro remedio, si verò sumus in partibus nõ est aperienda via inferioribus, vt inhibitiones negligantur, vt fuit nouissimè tentum in vna Legionen. corã Marco Antonio, vt est decis. in recollet. Accorambo, 33. licet Rota, & in alia Valentin. della plebe, vt est decisio in recollet. Acchill. de grass. 27. attentata ex stilo sub rubr. de attent. quòd & in materia executionis faciendæ vigore Aegidianæ constitutionis, & inhibitionis ad impediendam dictam executionem subsecutã post Acchil. vbi supra posuerunt etiam Moder. in

annotat. ad Aegid. numero 64. Et quòd nullitate principaliter intentata si emanauerit inhibitiõ per eam retardetur executio, satis ex his colligitur, quæ fuerunt deducta in vna Neapolitana. vnde decim millium coram Robulterio. 27. Iunij. 1572. in qua fuit latissimè disputatum an eo casu inhibitiõ emanata vigore commissiõis nullitatis, & etiam restitutionis in integrum esset moderanda, & quãuis Domini fuerint procliuores pro moderatiõne, tamẽ ex tam longa discussione colligitur, quòd inhibitiõ de qua nunc agimus non est frustratoria, aut otiosa, aliàs nõ fuisset necessaria tam longa discussio, & eo magis: quia præsupponitur quòd commissiõ de qua ibi haberet clausulam sine retardatione vltioris executiõis, ad quã Iudex liberè pcedere possit, & tamen ob solam inhibitionem fuit ibi diu dilata executio, & opus fuit deuenire ad dictã disputatiõnem, an illa esset moderada. Hæc tamen prima sublimitatiõ est necessaria declaranda, & intelligenda, vt non procedat quando commissiõ nullitatis principaliter intentata esse signata prout de iure, tunc enim (cum & inhibitiõ eius vigore emanata censeatur etiam prout de iure decreta) nõ impediret executionem, nec causaret attentatorum reuocationem, vt fuit de mente Dominorum in vna Cæsaraugustana fructuũ coram Aldobrandino 10. Nouembris 1572. in qua cum post inhibitionem Rotalem prætenderetur quandam exactionem in partibus factam fuisse attentatam licet Domini in eadem causa sub die 20. Iunij eiusdem anni tenuissent pro attentatis, & pro illorum reuocatione dictã die 10. Nouembris instaretur tamen fuit dictum, quòd Domini volebant quòd videretur de validitate, & iustitia mandati super cuius nullitate erat commissã causa, & tunc deliberabunt de attentatis, ea ratione quia commissiõ, & inhibitiõ erãt prout de iure, & consequenter cum de iure fieri potest executio nullitate principaliter intentata, vt firmauimus supra, numero 17. & seqq. & nu. 60. sequitur, quòd inhibitiõ tanquam non canonica non debeat causare hoc casu attentata, iuxta fundamentũ quo nitebantur Rota, & Doctores antiqui vt supra proximè diximus.

68 Secundo, sublimitatiõ, tñ non procedat quotiescunque nullitas fuisset quidem principaliter proposita, sed per viam appellationis, tunc enim quasi assumat sibi naturam ipsius appellationis executio, & omnia ea pendente gesta censentur attentata, & reuocanda veniunt, vt per tex. in capitulo exhibita. de iudic. in capitulo super quæstionum. in fi. de offi. delegati, concludit eleganter Franc. in c. dilecto. q. 9. n. 21. & 22. & q. 10. sub numero 32. vers. & ex his. secundum Bald. quòd tanquam vtile maximè ibi cõmendat, & post eũ & Cuma. in leg. si expressim. ff. de appell. tradit Vant. vbi supra. numer. 34. Quibus adde Didac. practi. quæst. cap. 24. sub num. 6. fol. 176. vers. sed & si verum omnino foret, quod post Didac. vbi supra etiam secuti sunt Moder. in annot. ad Aegid. numer. 21. & Brunus in tracta. de statut. & cõstit. in verb. nullitas. in antepen. colum. foli. 184. vers. fil. tertio hoc idem patet, quòd etiam tenet Iacob. Henric. in consil. 31. cum venerabiles. numero octauo, & seqq. libr. tertio. Quã tamẽ sub

69 limitationem intellige, tñ Primò, vt procedat hoc priui

priuegium, quoad attentata, quousque coniunctim proceditur super articulo appellationis & nullitatis, secus si deserta appellatione remanet sola nullitatis cognitio, vt eleganter declarat Vant. vbi supra. numero 35. & sensit etiam Guid. Papæ in tracta. de appellat. quæst. 82. per totam, vbi relatis diuersis opi. tãdem firmat, quòd deserta appellatione Iudex ad quem non possit vltra de nullitate cognoscere. tñ Quod tamen nõ videtur admittere Didac. in dicto capitulo 24. columna penult. versiculo verum vbi nullitas: vbi tenet deserta appellatione non censeferi limitatiõ instantiam ad prosequendum nullitatem: quam opi. & ipse contra alios per eum allegatos tenetur, & frequentiori docto. calculo esse approbatam in vltimis verbis affirmat, & istam communem præsupponit Io. de Amicis in consil. 6. numero 35. vt eum refert, licet non sequatur. Viuius commu. opi. li. secundo, opi. 197. nullitas. propè finem. Eandem opi. quòd deserta appellatione nõ censeatur nullitas deserta tenet Natta cõf. 217. ægrotati. nu. 4. libro 1. Quibus adde nouissimè Minfinger. sing. obser. cent. 2. decisione 71. 77. incip. vetus. tñ vbi circa hoc distinctiõne adhibet, an principaliter vel potius incidenter fit nullitas proposita, vt primo casu non censeatur deserta, in secundo verò casu secus, prout eandem distinctiõnem posuit idem in consil. 17. secundæ decad. incip. in hac. numero 13. & Io. de Neuizza. consilio 41. numero trigesimo septimo, & seqq. vers. quinto principaliter, qui similiter distinguit, & Soci. post alios per eum allegatos in consil. 10. insignis. sub nu. 12. lib. 4. vbi tamẽ limitatiõ nisi per statutum esset eadem instãtia nullitatis, quæ est ipsius appellationis, & nouissimè idem Viuius commu. opi. libro secundo, opi. 197. nullitas. in fi. vbi post Didac. vbi supra, & aliquos, ex præallegatis, & præsertim Gramatic. consil. ciuil. 165. dicentem se ita obtinuisse in sacro consilio Neapolitano, & Nattam dicto consilio 217. numero 3. inquit hanc sibi apparere commu. opi. 72. tñ ita se de facto nuper obtinuisse. Secundo intelliget nisi talis nullitas altiore requireret instãtia daginem, quia tunc illã etiam per viam appellationis proposita non retardat executionem, vt sensit nouissimè Ofsac. in decis. Pedemontan. 25. nu. 22. vers. fallit autem. Quamuis Bart. & alij per eum allegati non loquantur in indiuiduo, quando per viam actionis, sed quando per viam exceptionis nullitas proponitur, de quo nos specialiter dicemus infra in 2. limitatione principalis supra positæ. numero 91.

74 Tertio intellige tñ ad reuocationem eorum, quæ pendente hac nullitate per viam appellationis intentata non deueniunt, nisi iustificata fuerit appellatiõ, vt adnotauimus supra capitulo 12. de attent. appell. pẽd. in 6. ampliat. princip. in fi. nu. 3.

75 Tertio sublimitatiõ tñ nisi essemus in executione irretractabili, tunc enim licet nullitas sit proposita principaliter, & per viam actionis, nõ tamen permittitur executio: cum hoc casu cesset ratio, quare soleat permitti executio, quæ est, quia scilicet in cognitiõne causæ nullitatis, si apparet executionem indebitè fuisse factam, potest retractari, vt post Bald. Franc. & alios, de qui

busibiliatè tradit Vant. vbi supra, numero 32. & fufius, & eleganter deducit, ac comprobat Rip. in dicto §. condemnatum. numero 27. quod etiam admittit Didac. practi. quæstion. capitulo 25. sub numero 2. fol. 179. vers. secunda constatiõ interpretatiõne. post Bald. in l. eum qui dicit. C. de adulter. & Vital. in dicta clausula nil nouar. nu. 76 lit. p. end. sub numer. 4. qui tñ licet videatur hoc dictum restringere ad casum quando essentus in criminalibus, & capitalibus, prout etiam facit Guid. Papæ in tracta. de appellat. quæ. 120. col. 69. 77. vers. si autem infra decem dies. tñ ex intẽtione tamen ceterorum docto. in dicto §. condemnatum, videtur hoc esse generaliter intelligendũ in quilibet executione irretractabili etiam in ciuilibus, vt hac nullitate pendere illa retardet: Quod suadetur quia, & aliàs in propria materia nostrã attentatorum (quæ vt plurimum versatur circa causas ciuiles) ista irretractabilitas cõsideratur quia in irretractabilibus non habet locum reuocatiõ attentatorum, vt est decisio Rot. 31. aliàs 379. si committatur. in fina. verb. de appellationibus in no. Quarto sublimitatiõ vt non procedat hæc prima limitatiõ, quando proponitur nullitas per eum, qui dum erat absens ex iusta rationabili, & necessaria causa, puta reipublicæ, vel infirmitatis, fuit condemnatus, quia talis nullitas impedit executionem, & ea pendere non innovatur: ad tex. in leg. si prator. §. Marcellus. rã: responsõ ff. de iudic. vt illum tex. intelligere videtur Innoc. in dicto capitulo cum in iure. in glo. de madata. numero secundo, versiculo alij dicunt. de offi. deleg. quem intellectum pro responsiõne ad legi si prator. videtur secuta etiam Rot. dicta de m. 3. aliàs 280. licet in fine de except. in no. Quã sublimitationem etiam sensit Bald. in dicto authem quæ supplicatio, quem refert, & sequitur Vital. in dicta clausula nil nouar. nullit. pend. numero secundo, dum generaliter inquit, quòd si nullitas allegatur ex iusta causa nil debet innovari, tñ reus propterea, quòd contra bannitum, quia iusta causa allegaret nullitatem sententiæ banniti non debet aliquid innovari, nec interim offendit Ampliantes illud dictum de bannitiõ, vt procedat etiam si dubitaretur an causa, quæ allegatur esset iusta, quia si offeratur probatiõ in euentu debet interim contra bannitum super sederi, vt ibi per eos.

80 Quinta ex eodem §. Marcellus, in primo responsõ, colligitur sublimitatiõ, vt quod dicitur eit in r. limit. regulæ supra positæ, quòd nullitas re per modum actionis, & principaliter proposita pẽdere potest fieri executio, tñ nõ procedat, quãdo similiter nullitas proponitur per eũ, quidẽ dũ esset absens fuit condemnatus dolo aduersarij per falsa instrumẽta, quod ex illo textu tradidit Ang. in dicto §. cõdenatũ: quæ refert, & pluribus autoritatibus cõprobat Soci. in tracta. regularũ, regula 132. exceptiõ. n. 4. & similiter refert Vital. in dicta clausula nil nouar. nullit. pẽd. sub nu. 8. vers. fallit tamẽ. secũda Ang. Quæ etiã sequitur (distinguedo tamẽ) Rip. in dicto §. cõdenatũ. n. 26. inquiens, quòd si nullitas ex tali fallitate pronõciens inuac. aliqua cõiectura, retardat executiõ, aliàs secũ, vt latius ibi per quũ Cui. dicitur in præ-

82 mo capite ex eo suaderi potest quia Iudex executionis, licet ipse non possit pronunciare super principali, videlicet sententiam esse exequendam, vel non exequendam, potest tamen ad suam instructionem recipere probationes, & si inueniat aliquid, quod enim moueat ad retardandum, superfedere debet, & causam ad superiorem remittere, vt fuit notabile dictum Inno. in c. de cetero. sub nu. 2. de re iudic. qui dicit ita intelligendum, & ita sonare verba dicta l. si prator. §. Marcellus, prout eodem intell. est, quo ad dictum §. Marcellus, sentit etiam idem Inno. in alleg. capitulo cum in iure peritus, ex quo ibi in ver. vel exponere expresse se remittit ad no. per eum in dicto c. de cetero.

Sexto sublimita hanc primam limitationem

83 vt non procedat de consuetudine: quae seruatur Florentiae, quia ibi dato libello super nullitate retardatur executio, vt dicit Paul. de Castr. (inquiens se ita praestitisse) in authent. quae supplicatio. C. de praecibus imperat. offer. quae con-

84 suetudo eo videtur fundamento tñiti, quia cum proponens hoc casu nullitatem, videatur praenire eum qui deinde praetendit executionem faciendam, tanquam prior in tempore. arg. le. qui prior. ff. de Iudi. debet impedire executionem. Pro quo dicto Paul. de Castr. adde tu Imol. (hoc de praenotione specialiter ponentem) in consil. 130. in casu praemisso. sub numero septimo. & Soci. expresse hoc tenentem in consilio 78. licet pe deat. sub numero quarto, versiculo secundo principaliter libro tertio, & Natta. eundem Paul. in hoc sequentem. in consilio 217. aegrotati, ad fin. libro primo, qui generaliter hoc intelligere videtur, etiam non habita consideratione consuetudinis, de qua supra. Et faciunt quae de executione, quam quis praenire diximus supra capitulo 16. de attentat. reductio. ad arbit. bon. vir. pend. numero 46. & infra capitulo 18. de attent. pend. re. sit. in integ. pet. numero 6. Quam opinionem

85 Pauli de Castr. licet Rip. in dicto §. condemnatum, numero 28. non teneat nisi cum praenotione, concurrat etiam inhibito, vt latius ibi per eum. Quia tamen supra, numero 63. indistincte fuit dictum inhibitionem causare hoc casu attentata, & opi. Paul. (quatenus loquitur de consuetudine locali Ciuitatis Florentiae, prout etiam nos apposite loquimur in hac sublimitatione) non potest reprobari: propterea Rip. opinionem tenendam non censeo: praesertim quia de hac consuetudine expresse tradit etiam Deci. in consil. 103. in causa. nu. 2. post princ. eandemque post Paul. refert, licet omnino non sequatur. Io. de Neuzza. in consil. 41. nu. 41.

86 Septimo sublimita vt haec prima limitatio, quando scilicet nullitas principaliter intentatur, possit fieri executio, non procedat secundum ritum magna: curiae vicariae in regno Neapolitano, quia proposita nullitate decreti affirmatiui executio retardatur, & hoc vigore pragmaticae regis Ferdinandi, vt attestatur expresse Afflic. decisione 336. fuit dubitatum. in princ. & per totam.

87 Octauo sublimita, seu potius declara, vt praemissa non procedant de stilo curiae delphinatus, & de iure regio in Hispania, in quibus locis non simpliciter permittitur fieri executio nul-

litate pendente, sed cum hoc temperamento, quod instans pro executione teneatur praestare idoneam cautionem de restituendo in euentum succumbentiae, prout de stilo delphinatus testatur Guido Pap. decisione 50. quia haec curia. sub numero 2. vers. tamen quicquid sit de iure, & de altero stilo mentionem facit Didac. vbi supra, capit. 25. col. 4. sub vers. huic vero conclusioni.

88 Nono, tñ Nisiis, qui principaliter nullitatem intentauit, velit, deinde ad impediendam executionem de nullitate dare per modum exceptionis, quia id sibi licet, vt post Ioann. de Imol. & Alex. tradit Soci. dicto conf. 78. licet. sub numer. 4. col. 2. vers. secundo, quia licet nullitas. libro 2. & post Corn. in conf. 208. col. 2. libro 3. Alexand. in d. l. 4. §. condemnatum. numero 13. Franc. in c. dilecto. numer. 41. & ibi Praeposit. numero 74. de appellat. tradit etiam nouissimè Hiero. Gabriël. in conf. 49. si sententia. numero 9. ad fin. libro 1. Quod tamen non videtur omnino tutum per id, quod alias dicitur, quod nullitas semel vno modo deducta, coram eodem iudice, & ad eundem finem per alium modum deduci non potest, vt post Franc. in capitu. dilecto. colum. penul. de appel. & Nico. Boer. decisione 45. in princ. tradit nouissimè Bursat. in conf. 74. mirabitur. num. 27. libro 1.

Decimo ex Soci. vbi supra, sub numer. 6. videtur posse colligi alia limitatio, videlicet, tñ vt non procedat, quando lis penderet super nullitate, & inualiditate alicuius pacti, quoniam illa impedit, quo minus, quis vti possit executione concessa ex pacto, inferens, quod cum donator in casu suo petiisset declarari donationem nullam, non potest donatarius vti pacto executio quod erat in instrumento, & vigore clausulae constituti capere possessionem, constituens differentiam inter executionem vigore pacti, & vigore sententiae, vel statuti, vt latius ibi per eum: de quo tamen dicto valde subsistendum videtur, cum contrarium verius videatur, vt infra proximè in 13. limit. nu. 92.

Vndecimo & notabiliter videtur posse limitari, vt non procedat tñ quando nullitas etiam principaliter proposita respiceret sententiam latam in possessorio, quoniam per huiusmodi nullitatem talis sententiae executio venit impedienda, vt post Bald. & alios in leg. 1. C. quando pro uoc. non est necess. tradit Hier. Grat. in consilio 163. requisitus. numero 41. & seqq. libro secundo, & latius post alios etiam de commu. opi. attestantes diximus in tract. de appellat. in possessor. prohib. vel permiss. in 3. declaratione regulae ibi posita.

Duodecimo necessario videtur sublimitanda tñ vt non habeat locum quando essemus in nullitate alicuius sententiae interlocutoriae, quoniam licet talis nullitas fuisset principaliter intentata, tamen ea pendente siquid fiat non dicitur attentatum, quia sicut appellatio ab interlocutoria regulariter non facit attentata, vt late diximus supra capitulo 12. de attent. appel. pendente in prima limitatione, ita pendencia nullitatis sententiae interlocutoriae non facit attentata, vt fuit alias dictum in vna Tarulsina legitimitatis, & bonorum coram Reumano 10. Martij. 1553.

tij. 1553. in qua cum fuisset decreta remissoria, & ab huiusmodi decreto appellatum, ac de nullitate dictum, & super huiusmodi nullitate etiam principaliter intentata fuisset specialiter commissa causa, & desuper latae plures sententiae, & gesta huiusmodi causa pendente praetenderentur fuisse attentata, Domini resolverunt, quod non essent attentata, ex eo quia decretum remissoriae erat sententia interlocutoria, & pariter nullitas, quae praetendebatur erat sententiae similibus.

Decimotertio videtur posse limitari (prout quandoque per excellentes aduocatos teneri a nimaduerti) vt non procedat tñ quando causa nullitatis (puta pensionis) fuisset primo loco per speciale rescriptum Papae commissa, quia illius pendencia videtur esse sufficiens ad impediendum executionem, & viam executiuam vigore litterarum Apostolicarum pro solutione pensionis postmodum intentatam, ita vt declaratoria lata pendente dicta nullitate sit nulla, ea potissimum ratione, quia Papa committendo causam videtur reuocare in dubium executionem suarum litterarum reservationis pensionis, at que ita per appositionem manus impedire omnes inferiores, quo minus possint ad executionem dictarum litterarum procedere, iuxta tradita per Franc. in capitulo, vt nostrum. numero 5. de appel. Rot. decis. 4. alias 76. postquam littera de testib. in no. Quorum sententia corroborari potest ex his, quae posuimus supra capitulo 10. de attentat. post auocationem causae, post princip. numero quarto, ibidem in 3. ampliat. numero nono, dum inter caetera diximus, quod talis appositio vim habet derogationis, & operatur etiam si sit tacita auocatio, Et tanto magis, quia in casu illo praesupponebatur, quod in iudicio executio fuerat oppositum de pendencia litis super nullitate dictae pensionis, quae oppositio solet reddere processum nullum, vt per multa deduximus, & declarauimus supra capitulo de attentat. lite pendente in secunda limit. princip. numero 59. & multis seqq. praesertim quia commissio nullitatis (vt praesupponebatur) erat absque clausula sine retardatione solutionis pensionis, quasi Papa committendo illam clausulam apponere, tacite sensisset, quod solutio pendente causa nullitatis non fieret, & ob reformandi commoditatem (quae est in curia) potuerat aduersarius commissionem reformare. Quamuis autem rationes praedictae sane validae, & efficaces sint, tamen in contingencia facti in vna Adrianen. pensionis coram Domino meo Oradino. 29. maij. 1562. fuit contrarium tentum sub his verbis, videlicet Sententiam declaratoriam valere, & aliqui mouebantur, quia iudicium nullitatis tunc impediret iudicium executiuum fundatum in literis expeditis, si doceretur incontinenti de nullitate, vt per Alex. in leg. 4. §. condemnatum. de re iud. & quia vtrumque iudicium fuit coram eodem iudice, & fuit obiectum de iudicio nullitatis, & eo non obstante Iudex processit ad vteriora. Et quod commissiones non sunt reformatae, hoc non est de necessitate, sed ad bene esse, & ad faciliorem expeditionem: Et licet per dominos ibi tollantur plura, quae in contrarium supra fuerunt adducta, ad illud tamen de appositione manus,

nec per informantes ex aduerso videri responsum, & consequenter si commissio esset simpliciter super nullitate pensionis potius praesentem limitationem, quam dictae resolutioni subscriberem: sed quia in casu illo praesupponebatur, quod causa nullitatis esset commissa cognoscenda, & terminanda arbitrio iudicis, (qui allegatam pensionis nullitatem resultatem ex eo quia quidam defectus in expediendis literis obiciebatur mature cognouerat) stante praedicto arbitrio resolutio praedicta videtur retinenda.

Secundo haec regula limitatur (& haec, & sequentes, vsque ad octauam exclusiue respiciunt casus, in quibus nullitas proponitur per viam exceptionis) vt non procedat quando exceptio nullitatis requireret altiore indaginem tñ licet enim exceptio nullitatis in continentem probanda retardet executionem, vt tradit Rot. decis. 5. alias 270. licet. de exceptio. in no. & sentit etiam Rot. decisione 2. alias 115. nota quod causa de litis contestata. in antiq. & decisio. 8. alias 107. nota quod ibi. numero secundo, de restit. spoliat. in antiq. quas cum aliis citat Vant. de nullitate sub dicto tit. quot & quibus modis. numer. 32. vbi post Alex. testatur haec esse communem opinionem: quibus adde aliam decis. Rot. 5. alias 340. fuit dubitatum. sub numero 4. circa fi. delit. contest. in no. & quamplures alios, quos vltra citatos per Vant. vbi supra, allegat ad hoc Rip. in dicto §. condemnatum. numero secundo, qui similiter haec testatur commu. esse opinionem, & Grammat. in consil. suo primo, de for. indicat. incip. in causa. numero 47. quod habetur post eius decisiones, & ex recentioribus Mandos super reg. de annal. possess. quaestione 5. nu. quarto, vbi post Ruyn. in consil. 11. viso. numero 13. libro quarto, & conf. 59. quod impediatur executio. in princ. libr. quinto, eandem dicit communem. Et similiter Hiero. Gabriël. in conf. 49. si sententia. nu. 8. lib. 1. vbi receptum esse dicit, quod nullitas enidens, & existentem actis apparens retardet executionem. Nihilominus tñ quando exceptio nullitatis requiritur altiore indaginem, tunc non retardat executionem, vt dicit dicta decisio 3. alias 280. & Vant. vbi supra, latius per Rip. in dicto §. condemnatum. numero 20. versiculo fallit quarto: attestantem hanc conclusionem communiter per docto. approbari, ac pluribus autoritatibus, ac rationibus eandem comprobantem. Quibus ad de idem tenentem Ant. de Canario in tracta. de executione instrumentorum. quaestio. 51. ad fin. & Didac. practi. quaestio. capitul. 25. post princip. colum. 3. vers. ex his apparet. & post Oldrad. in consil. 106. quod littera executoria, ad fin. Brun. in tracta. de statut. & constitut. in verb. nullitas. versiculo exceptio nullitatis, & nouissimè sequi videtur Minsinger. decisione 64. sed circa hoc cetera, quarta, & post Rip. vbi supra. Io. Bapt. de Afin. in sua praxi Iudic. §. 18. capitulo septimo, per totum, vbi & Hier. Grat. allegat in consilio trigesimo quarto, numero nono, libro primo. Et similiter hanc dicit communem. Et faciunt multa, quae post alios etiam de communi opi. attestantes ponit nouissimè Bursat. in conf. 73. dominus. numero primo, & seqq. libro primo, dum in casu suo hanc opi. tuetur, quod de iure communi nunquam per exceptionem nullitatis impediatur executio.

tur executio sententiae nisi illa sit notoria, & evidens, & quae incontinenti probari possit: vbi etiam declarat post alios, quando incontinenti dicatur probari. Quae secunda limitatio sublimitatur,

95 Primò, vt non procedat, t quando executio esset irretractabilis, quoniam hoc casu, etiam, quòd exceptio nullitatis requirit altiore in 96 daginem, atram executionem retardat, t & propterea bannitus nullitate pendente impune offendi non potest etiam si nullitatis cognitio 97 altiore requireret indaginem, t vt est comm. opin. de qua diximus latius supra numer. 52. in 3. 98 ampliat, huius regulae princip. t Quod procedit etiam si ageretur de executione trium conformium, vt eleganter deducit, & comprobatur Rip. in dicto §. condemnatum. numer. 21. & Iaso. numero 21. quod etiam secutus est Didac. vbi supra capit. 25. sub numero 2. versi. secunda constat interpretatio, & sensus etiam Vant. vbi supra. numero 31. qui licet loqui videatur, ibi de nullitate principaliter proposita, vt eo etiam casu, quando executio est irretractabilis retardetur, de quo, & nos diximus supra, hoc capit. versi. tertio sublimita. Idem tamen, & multo magis dicendum est quòd nullitas esset proposita per viam exceptionis cum frequètius, & facilius hoc casu soleat impedire executionem, quam quando proponitur principaliter per viam actionis, vt ex supra dictis satis constat. Quae sublimitatio ultra ea, quae in simili de prauidicio irreparabili considerat ibi Rip. comprobari potest ex multis, quae posuimus, & nos in d. tractatu de appel. in possessio. prohib. vel permiss. in 6. limitatione regul. ibi posita, vbi quamplures casus congesti 99 simus, in quibus appellatio, quae regulariter in possessorio solet denegari ratione prauidicij irreparabilis permittitur, & adde, quòd hanc sublimitationem ultra supra allegatos, tenet etiam Benedict. de Barfis in tracta. de guarentig. in 3. parte. quaestione 21. versiculo. secundus casus est, & Menocch. de arbit. Iudic. libro 1. q. 98. numero 7. Secundò sublimita ex intentione doctorum in dicto §. condemnatum, praesertim Ias. numero 100 19. & latius eiusdem Rip. ibi. numero 23. t nisi nullitas proveniret ex defectu Iurisdictionis, quia tunc retardat executionem, etiam si altiore indaginem requirat. Circa quam conclusionem, licet multa dici possent, quia tamè Rip. ibi eleganter etiam per viam regulae, & ampliationum, ac limitationum eam subordinasse apparet sufficiat lectorem ad eum remittere, & ad Vant. dicto tit. quis posset dicere de nullitate. numero 37. & seq. qui multas ad hoc auctoritates cumulat, & ultra allegata per eos, Adde quòd hanc sublimitationem tenet etiam Ruyn. in conf. 11. numero 13. libro quarto. & Io. Cephal. in conf. 141. in causa, in fin. numero 18. libro secundo, & Didac. qui late eam prosecquitur t etiam in casu in quo ageretur de executione trium conformium vbi supra capitul. 25. numero 4. versi. septima his 102 accedit cum distinctione tamè, quoad tres conformes an funditus Iudex caruisset iurisdictione, vel ne, vt ibi per eum citatos, cui sententiae subseripit etiam Bursat. in dicto conf. 74. numero 32. lib. 1. pro qua distinctione fa. optime quòd 103 habetur in re collect. Crescent. 2. decif. 6. t quòd

nullitas ex defectu Iurisdictionis ex eo quòd non constat de commissionis praesentatione non potest opponi contra tres conformes si constat de commissione causae, & sic de fundamento Iurisdictionis, eandem tenet & Felyn. in capitulo ex 104 parte. el. 2. numero 12. de offic. deleg. t vbi ampliat etiam si iurasset non dicere de nullitate, quem refert, & sequitur Brun. in dicto tracta. de statu, & constit. in verb. excipere. folio 100. versiculo decimo septimo fallit, & Bened. de Barfis Perusin. in tracta. Guarentig. in 3. parte princip. quaest. 19. versiculo quarto limita, & adde, quòd omnium latissimè hanc materiam nullitatis ex 105 defectu Iurisdictionis, vt illa opponi possit tertià si esset exclusiva omnis nullitas, tradit nouissimè Antonius Gabriel. in tracta. commu. conclus. libro sexto, sub rubr. de statutis: conclus. 3. vbi multa ad illam cumulat & ampliat septem modis, & limitat decem: ad eum in contingentia facti recurrere, cui adde Menocch. in tracta. de arbit. Iudic. libro primo, qu. 98. numero 8. & Io. Baptista de Asin. in sua praxi Iudic. §. 32. numero 32. per totum. Et Sigismund. Loffred. conf. 20. in causa mota. numero 10. & nouissimè etiam Mertocch. in consilio 2. magni ponderis. numer. 152. libro 1. atque etiam Bursat. consil. 74. mirabitur. num. 29. & seq. libr. 1. vbi hoc dictum de nullitate proveniente ex defectu iurisdictionis similiter limitat nonnullis modis. Primò vt non procedat quando nullitas est notoria, vt ibi. nu. 30. Secundo quòd fuisset praefixus terminus ad docendù de ea, vt nu. 3. Tertio quando iurisdictionis esset elidibilis. vt nu. 32. Quarto quando essemus in contumacia. vt nu. 34. 106 Tertio sublimita t nisi allegaretur nullitas ex eo proveniens, quòd sententia lata esset per falsas allegationes. Rip. ibi. nu. 20. quem secutus est Menocch. vbi supra, sub nu. 8. 107 Quarto t nisi executio petatur ex iudicato, vt refert idem ibi. nu. 27. circa quam, & praecedetè, quia ille rectè pcessit, & verè locutus est, dic, vt pereum. 108 Quintò sublimita t nisi exceptio nullitatis requirens altiore indaginem opponeretur à 109 tertio, t etiam ad impediendum executionem trium conformium, talis enim executio retardatur respectu ipsius tertij etiam in casu clem. vt calumniis. de re iudic. vt post Io. And. Card. Domi. Fely. & alios quamplures per eum citatos, refert Didac. pract. quaest. cap. 15. numero 9. 110 vbi t hanc quoque esse communem opinionem attestatur, quibus adde, quae tradit Ant. Gabriel. in tracta. commu. conclus. lib. 2. sub rubr. de executione rei iudic. conclus. 1. nu. 19. vbi multos citat, ac diuersas etiam opiniones refert: Quam tamen conclusionem de tertio ampliandam, & limitandam censeo his omnibus modis, quos copiose, & eleganter prosecquitur Vant. in tracta. de nullit. in tit. quis poss. dic. de nullit. à nu. 4. vsque ad nu. 32. 111 Declara autem hanc 2. limit. t vt tunc exceptio altiore censeatur requirere indaginem, quando continet iuris subtilitatem ad no. per 112 glo. in leg. 3. §. ibidem subiungit. ff. ad exhib. t & quando prolixiore habet tractatum ad no. in Lille à quo. §. de testamento. ff. ad trebell. vt per dicta iura tradit Io. Cephal. in consil. 4. Illustrissimus

simus. num. 15. lib. 1. 113 Tertio. Regula limitatur t quando nullitatis 114 exceptio, t etiam in continenti probanda opponeretur contra sententias conformes, iuxta clement. primam de re iudica. quoniam hoc casu pendente hac nullitate fit executio. Quod licet non videatur procedere, absque aliqua difficultate, vt patet ex his, quae ponit Rip. in dicto §. condemnatum. nu. 15. & Didac. dicto cap. 25. numero secundo, versi. primum igitur. & Socin. in conf. 158. visis. numero tertio, libro secundo: quia tamen regulariter hac limitatio vera est, & tenèda, ex intentione omnium doctorum per supra dictos in dictis locis abundè cumulatorum: in materia quoque nostra eadem admittenda videtur praesertim quia si qua videtur esse difficultas: illa tollitur ex limitationibus diuersis, quae regulae huius tertiae limitationis à docto. datur, quas late, & eleganter pertractat nouissimè Ant. Gabriel. in tracta. commu. conclusio. libro secundo, sub rubr. de executione rei iudica. conclusio. 1. vbi praedictam regulam nouem modis ampliat, & decem, & nouem limitat. Cui in eo, quod ibi tractat in 4. ampliatione. numero octa 115 uo. versi. contrarium t an notoria nullitas ex actis resultans retardet executionem trium conformium, adde quòd pro opinione affirmatiua fa. quòd post Roman. in conf. 51. attentis his ponit Ruyn. in conf. 7. visis. numero 3. lib. 4. qui vobis 116 luerunt, t quòd licet aliàs regulariter, Iudex aditus super executione sententiae debeat remittere exceptionem nullitatis ad eum qui sententiam tulit, tamen si nullitas percipitur notoriè ex tenore sententiae potest ea sprete, & non remissa executionem denegare, quòd etiam tenet Grat. in conf. 80. & si prima facie. numer. 10. libro 2. & Stefan. Bertran. in conf. 84. quamuis. libro 1. per tot. vbi in fin. ad propositum subdit 117 quòd ista est commu. opi. à qua in iudicando, & consulendo non est recedendum, & And. Barbat. in consil. 39. capio primam. column. penult. sub numero 8. libro 1. post Roma. in sing. 238. & latius in conf. 21. Bene cuncta. in princ. & per totum. libr. 3. t Quamuis aliter circa hoc sensisse videatur Minsinger. sing. obser. cent. 3. decisio. 69. incip. insignis quaestio. in fin. qui tradit, quòd executor exceptionem nullitatis audire, & admittere potest, non tamen super ea pronunciare, sed si cognouerit eam esse veram, vt quia nullitas euidenter appareat, tunc debet causam remittere ad priorem Iudicem. Et similiter, quòd hanc opinionem affirmatiuam post multos etiam per eum cumulos secutus est Dida. in supra dicto loco, t & eandem ibi dicit communem & Roland. de Vall. in consilio 29. quaritur. num. 44. libr. 1. & Grammati. in conf. suo primo, de for. iudicatis, quòd habetur post eius decisiones incip. in causa. numero 48. & Menocch. in tracta. de arbit. Iud. libro 2. cent. 1. casu 9. numero 2. qui etiam plures allegat. eandem tenet ipsemet Gabriel. ibidè libr. 2. de exceptionibus, conclus. 4. vbi testatur hanc esse magis communem. opi. eandemque duobus modis declarat. Et in eo, etiam, quòd ibi tractat in 2. limit. num. 19. de nullitate à tertio proposita, adde, quòd hanc conclusionem de tertio fusius pertractat Vant. in tracta. de nullit. in tit. qui dicer. poss. de nullitate, praesertim

num. 19. vbi appositè loquitur de tribus conformibus, & Stefan. Aufrer. in addit. ad decif. Tolof. 430. in fi. & Stefan. Bertran. in conf. 213. multa. nu. 4. lib. 2. t Et quòd hac limitatio non procedat, quando conformitas Iudicij esset super diuersis articulis tradit Port. Imol. in conf. 209. ex facto. nu. 9. lib. 4. 121 Quarto limitatur, t vt non procedat, quando Iudex coram quo proponitur exceptio nullitatis ad retardandam executionem ex aliqua probabili causa suspicetur illa per calumniam, vel causa morandae solutionis fuisse propositam: quia tunc potest etiam pendente nullitate, ad executionem procedere, ita expressè limitat Rip. in dicto §. condemnatum. numer. 14. vbi solùm in id citat Ang. & Alex. ibi & Panorm. in c. de cetero. de re iudic. per l. 2. C. de fals. per quem text. (vt illi addas) idem tenuit Iacob. Butrig. quem refert Vitall. in dicta clausula nil nouar. nullit. pendente. sub numero octauo. versi. & praemissa vera sunt. Quam limitationem ante hos omnes (licet de eo mentionem non faciant) posuit Inno. in c. cum in Iure. in gloss. de mandato. in fin. illius gloss. de offic. deleg. Et ex his etiam comprobare potes, quae ponit Vant. dicto titu. qui dic. poss. de nullitate. numero 27. vbi in proposito, de quo ibi per eum quam pluribus auctoritatibus deducit, t quòd quando contra proponentem militat praesumptio calumniae, & malitiae, tunc nullitas non attenditur. Quibus adde in terminis nostris de executione hoc casu non retardanda, quae ponit eleganter Ruyn. in conf. 7. visis. num. 4. lib. 4. vbi vult post Abba. 123 vbi supra t quòd executor non debet retardare executionem, quando videt exceptionem per malitiam opponi, & causa differendae executionis, & multa ad hoc propositum calumniae, tradit Alex. in addit. ad Bart. in l. defendente. numero tertio, in verb. proroganda. ff. de auctoritat. tut. loquens tam de nullitate, quam de restitutione in integrum calumniosa, de quo & nos dicemus infra in cap. 18. de attent. restitut. in integr. pend. numero 54. vbi plenè tractauimus de executione faciendae, etiam pendente causa restitutionis in integrum, quando contra eius petitionem vrget praesumptio calumniae. Et quòd non 124 solùm exceptio nullitatis, t sed & ipsa appellatio, & quaelibet alia etiam aliàs legitima exceptio non sit admittenda, quòd apparet, quòd animo calumniandi illa opponitur: tradit (dicens illum peregrinum dictum post Innocen. in cap. post electionem, de concess. praeb.) And. Barbat. in conf. 10. incip. mihi videretur. in princip. numero 1. lib. 1. & conf. 18. mihi videretur. sub num. 11. lib. 1. & iterum lib. 2. conf. 1. praclarè. numero 3. vbi subdit, quòd de isto dicto faciunt festum scribentes ibi. Et quamuis Vitalis, vbi supra post Iacob. But. senserit in dubio praesumi, quòd talis nullitas proponatur causa morandae solutionis: & Rip. dicto numer. 14. versi. nec obstat. ampliano do dixerit, quòd praesens limitatio procedit, 126 t etiam si super tali nullitate offerantur probationes in continenti: cuius opinio posset teneri, quando contra proponentem extarent aliae, vehementes calumniae praesumptiones, t si tamen nullitas, quae allegatur constaret ex actis, licet Iudex forsan diceret se praesumere malitiam, & ca. - Tract. de Attent.

lumniam in proponente, attamen probabilius videtur, quod assertioni, & opinioni ipsius iudicis præponderet præsumptio, quæ resultat ex actis in fauorem proponentis nullitatem, quæ videtur excludere omnem malitiam, & calumniam, vt eleganter considerat Vant. vbi supra, numero vigesimo octavo, post Alexand. in consil. 282. numer. 3. lib. 6. & consil. 59. numer. 17. libro quarto, & Deci. in consilio 8. numer. 7. cum nullitas resultans ex ipsis actis à iure non negligatur, sed immo maximè habeatur in consideratione, vt deducit in alio proposito idem Rip. ibi. numer. 16. & nos diximus supra proximè, numero 115. & num. 11.

128 Quintò limitata nisi quis exceptioni nullitatis antea renuntiasset. Hanc limitationem post Bald. & Ang. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. & Inno. in c. penultim. columna fin. de Iudic. & Franc. in dicto c. dilecto. numero cente simo decimo sexto, quæstio. 50. tradit Rip. in dicto §. condemnatum. num. 19. Quæ renuntiatio non solum potest esse expressa, de quo non videtur dubitandum, vt verum etiam sufficeret tacita, puta, quando alicui præsertim vigore statuti esset præfixus terminus ad dicendum de nullitate: quoniam si ille permittat labi terminum ceterum setur ita suo iuri renunciare, vt non possit amplius super huiusmodi nullitate audiri, vt post alios tradit Io. Cephal. in consil. 291. existimo. numero 8. lib. 2. & consil. 202. Moniales. numero 18. eo. lib. 2. & iterum consil. 263. dominus Marcus. numero 36. lib. 2. vbi post Alex. in consil. 107. ponderatis, columna 2. versic. quia respondeo. libro 5. ampliat, vt procedat, etiam si nullitas esset notoria, & ex actis apparens, quia nihilominus lapsò termino de ea dici non potest. Quod etiam post Cephal. in dicto consil. 201. secutus est nouissimè. Bursat. in consilio 73. dominus de Thedolis. numero 5. libro 1. vbi simpliciter post Natrã in consil. 120. numero 14. & 15. libro 1. hoc dictum ampliat, vt procedat etiam si nullitas esset notoria. Quod ex eo plurimum confirmari potest, quod & nos diximus supra cap. 12. de attent. appellatione in 4. limitatione secundæ ampliat. princip. numero vndecimo, quod quando quis appellationi renunciauit, gesta post renunciationem, non dicuntur vitio attentatorum subiecta. Vnde idem dici potest de executione, & aliis gestis, postquam quis nullitati renunciaisset. Quæ conclusio, vt dicunt supra dicti docto. & refert etiam Fely. in c. de causis. numero duodecimo, de offic. deleg. sublimitatur. Primò, nisi nullitas appareret ex tenore sententiæ. Secundò, quando nullitas causaret perplexitatem, & repugnãtiam. Tertio, quando nullitas causaretur docto aduersarij. Quarto, quando causaretur ab incompetencia Iudicis, quoniam his omnibus casibus non obstante renuntiatione huiusmodi retardatur executio, vt per Fely. vbi supra, qui alios allegat.

137 Sextò limita, nisi talis nullitas per viam exceptionis, proponeretur coram Iudice subdito illi qui tulit sententiam, de cuius executione agitur, quoniam cum ille præcisè conatur exequi, non tenetur regulariter admittere hanc nullitatem (& consequenter hac nullitate proposita fiet executio) vt hanc limita. posuit ex-

pressè Innoc. in dicto c. cum in iure. in gloss. de mandato. de offic. delegat. & reassumpit Ang. in dicto §. condemnatum, quos refert, & sequitur Vital. in dicta clausula nil nouar. nullit. num. 7. Quæ tamen limitatio, vt omnes supra dicti dicunt, non est ita strictè accipienda, vt subditus iudicantis, ita præcisè cogatur exequi, vt si ex aliqua causa ille suspicetur verisimiliter nullitatem, quæ proponitur esse considerandam non possit executionem retardare, nam stante hac verisimili suspitione, vtique potest, ac debet superfedere in executione, & consulere eum, qui indicauit, sicut è conuerso diximus supra, num. 121. in 4. limit. quod quando iudex suspicatur nullitatem propositam esse calumniosam, potest etiam ea pendente innouare, & ad executionem procedere.

139 Septimò, si fallit in regno Neapolitano vigore pragmaticæ Regiæ, quæ ibi viget, quod pendente nullitatis causa retardatur executio, vt docet Afflicti. decisione 356. fuit dubitatum, in princ. & num. 2. quæ non solum procedit, quando ageretur principaliter de nullitate, quod terigimus supra num. 86. in 7. sublimitatione primæ limit. huius regulæ, sed etiam quando nullitas esset proposita per viam exceptionis: cum regia pragmatica non videatur distinguere, & in vtroque casu videatur eadem ratio, immo maior, quando per viam exceptionis, cum hoc casu regulariter retardet executionem, vt apparet ex not. per Barto. Iaf. Rip. & docto. in dicto §. condemnatum.

Octaua huic proxima potest adaptari limitatio, vt non procedat regula de stilo curiæ delphinatus, & Hispaniarum, vt patet ex decis. Guido. Pap. 10. quia hæc curia. numero 2. & diximus supra in 8. sublimit. primæ limit. nu. 97. Cuius in his locis, vt ipsi attestantur, etiam quando agitur de nullitate per viam exceptionis solet fieri executio, si data tamen cautione idonea, vt ibi per eos, & supra dictum est.

143 Nonò limitari posse videtur, nisi statutum, vel rescriptum expressè disponeret quod pendente nullitate posset deueniri ad executionem: cuius limitationis vis, (ne de indubitato videatur) in eo consistit: quia videbatur tale statutum, vel rescriptum non valere, ex quo videntur tollere defensionem, cum nullitas sit defensio, secundum Bald. in l. 1. c. de iur. & fact. ignor. in princip. versiculo, & ex prædictis collige, & in l. cire oportet. §. fin. de excusation. tur. Quia tamen huiusmodi statuta, & rescripta, quæuis sint exorbitantia, tamen valent, propterea præsupposita illorum validitate si opposita nullitate, & illa pendente sententia mandaretur executioni, vtique executio non posset dici attentata, ex quo lege permittente facta fuit, secundum ea, quæ latius diximus supra cap. 12. de attent. appell. pend. in 27. limit. princip. numer. secundo. Verum quia, vt diximus, hæc sunt exorbitantia non debent largè, & indistinctè intelligi, sed strictè interpretari, & propterea hæc limitatio omnes illas limitationes, ac declarationes recipiet, quas ponunt docto. ad illam conclusionem, quod prohibita nullitate nihilominus in multis casibus potest nullitas opponi, quos latè, & eleganter subordinat Vant. in dicto tit. quis poss. dic. de nullitate.

nullitate. numero trigesimo septimo, & multis seqq. & ultra allegata per eum hanc materiam latè quoque, & eleganter tractauit, etiam per viam regulæ, & quamplurium limitationum. Brun. in tracta. de statu. & constit. in verb. nullitas. vers. tracta. de statu. & constit. in verb. nullitas. vers. lex, & statutum potest tollere nullitatem. fol. 183. dic. vt per eos.

Decimò limitatur (& hæc, & sequentes respiciunt etiam alios actus præter executionem sententiæ, de quo hæcenus semper locuti sumus) vt non procedat in actu sequestrationis, qui etiam pendente nullitate fieri permittitur, & cõsequenter non transibit in attentatum, secundum opi. Bal. in l. ab executore. in fi. C. quorum appell. non recip. nam si possessor reportauerit sententiam contra, & victor instet pro executione sententiæ, & victus possessor det de nullitate, licet ipse non retardet executionem in multis casibus, de quibus supra, tamen nec victor impedire potest actum sequestrationis si reus sit mobilis, & fructuum si sit immobilis, & consequenter etiam pendente nullitate datur casus, in quo citra vitium attentati deuenitur ad actum sequestrationis, ex causa, puta si in victore adfit suspitio dilapidationis, ex intentione Bal. vbi supra, quem refert, licet non omnino sequatur Fran. in dicto c. dilecto. nu. 40. de appella. & tradit etiam Vestr. in sua praxi ro. cu. lib. 8. cap. 1. de nullitate. sub nu. 8. Quæ limitatio ex his omnibus comprobari potest, quæ posuimus supra cap. 12. de attent. appell. pend. in 12. limit. princip. dum vnuer saliter, & regulariter deduximus, quod etiam pendente appellatione, absque vitio attentatorum ad actum sequestrationis deueniri potest.

Vndecimò limita, vt regula procedat in integra, & quando instrumentum, quod exequi petitur, nunquam antea fuisset executum, aliàs si sit instrumentum continens annuas præstationes, quæ per plures annos fuissent solutæ, si deum detur de nullitate dicti instrumenti non debet retardari executio, per ea, quæ diximus infra c. seq. in 13. limit. nu. 131. & seq. quæ per omnia vendicant sibi locum etiã in nullitate super qua principaliter consulit Aug. Bero. in consil. ibi citato in 119. in causa. lib. 3. quæ sequitur nouissimè etiã Bursat. in consil. 74. mirabitur. nu. 25. lib. 1.

Duodecimò, & vtiliter limita, vt non procedat, si quando de nullitate (cuius nunc ad impediendum executionem opponitur exceptio) fuisset antea in causa principali disputata, & discussa, quia tunc non retardat executionem sententiæ, puta, si opponatur nullitas, ex eo quia fuerit processum tempore feriarum vel per procuratorem non habentem sufficiens mandatū: quoniam si antea fuisset disputatum an tempore feriarum potuisset procedi, & an mandatū esset bonum, & in executione denuo. detur exceptio nullitatis antea disputata, illa non retardat executionem. ad l. 2. c. si ex fals. instr. & no. Bart. in l. 1. c. quando prouoc. non est nec. cuius autoritate in supra dictis exemplis id affirmavit etiã Iacob. Henric. in consil. 38. quoniam. sub nu. 9. vers. non obstat allegata nullitas, & sub nu. 11. vers. ad idem infertur. lib. 3.

Decimotertio limita, vt non procedat, si regula quoad usum instrumenti, & actus super cuius

nullitate est iudicium introductum, nam licet nullitatis iudicio pendente prohibeatur fieri executio sententiæ, de cuius nullitate dicitur, secus tamen quando ageretur de nullitate instrumenti, quomodo & hoc casu pendente illius nullitate instrumentum habet in hoc executionem, quod pars potest se fundare, & illo vti: quamuis enim videretur dicendum, quod ex quo validitas instrumenti erat in dubium reuocata, & quodam modo etiam facultas vtendi instrumento videretur effecta litigiosa, sicut dicitur de eo, de cuius possessione dubitatur & cuius est litigiosa facta possessio qui non potest hac lite pendente ingredi possessionem sine vitio attentatorum, secundum Alexand. in consilio 99. columna 2. libro secundo, & Deci. in consilio 103. circa fin. & nos etiam posuimus supra, capit. 4. de attent. lite pendente in 1. limitat. princ. numero 79. & seq. quæ omnia allegabantur per aduocatos in infra scripta causa: quibus magis in terminis addi potest Soci. in cõf. si. 78. licet. sub nu. 6. lib. 3. de quo etiam diximus supra in 8. sublimitatio. primæ limit. nu. 88. Contrarium tamen videtur verius, quod immo possit quis se fundare in instrumento, quod præten ditur nullum etiam pendente iudicio nullitatis, vt in terminis instrumenti tradit Io. de amicis in consil. 150. Sicut in simili dicimus quod dum disputatur de viribus alicuius priuilegij interim non est quis possessionis commodo priuandus. c. 1. & ibi Abb. & omnes, vt lit. pend. quæ est ratio præsentis limit. quam opi. fenserunt Domini in vna Messanen. Baroniarum coram Do. meo Oradino 5. Nouembr. 1565. in qua cum dubitaretur an poss. capta per Beatricem lite pendente diceretur attentata, & ipsa ad illa excusandam inter ceteras rationes fundaret se in instrumento concordia, in quo erat certum capitulum, quod possit capi poss. citra vitium attentatorum, & ex aduerso replicaretur, quod quia super validitate, vel nullitate dicti instrumenti iam lis pendebat, & ea pendente non poterat iuari dicto instrumento. Domini tamen dicentes in casu illo non constare de attentatis ex pluribus rationibus pro Beatrice allegatis, tacitè videntur etiã hanc admisisse.

Decimoquartò, & vltimo generaliter hæc regula limitanda necessariò venit, vt non procedat in omnibus illis casibus, quos enumerauimus supra cap. 16. de attent. reduc. ad arbit. bon. vir. pend. ab 8. limitatione vsque ad vigesimam, qui hic breuitatis causa non aliter repetitur, pro ut esset, quando nullitate pendente quis faceret actum, sed tamen per modum continuationis suæ possessionis, & aliis casibus de quibus ibi.

DECLARASIMILITER regulã supra positam, Primò, vt quod dictum est, nullitatẽ impedire sententiæ executionem, intelligatur si à parte hoc petatur, alioquin parte tacente etiam sententia nulla posset exequi, vt post Bella. in c. ex insinuatione. nu. 4. de procurator. tradit Io. Baptista de Af. in sua praxi Iudi. §. 31. vers. illud tamen adnotandum est.

Secundò, vt quamuis pendencia causæ nullitatis dicatur incipere à tempore commissionis, non autè à tempore citationis, vt fuit aliàs tentum in vna Vlisbon. beneficij. de turribus corã Achill. & est in recollect. eiusdem decision. 289. in Traç. de Attent. F 2

cap. in eadē. sub rub. de restitut. in integrum, attamen quoad effectū attentatorū dicta decisiō non videtur tenenda, vt admodū inuimus etiā supra in hac secunda parte, cap. 4. de attentatis lite pen. in prefatio. nu. 25.

CAP. XVIII. DE ATTEN. RESTITUTIONE IN INTEGRUM PENDENTE.
SVMARIVM.

- 1 RESTITUTIONE IN INTEGRUM PENDENTE AN POSSIT EXECUTIO FERI VEL ALIUS ATTENTARI PLURES SINT OPI.
- 2 Prima distinguens, aut potest in continenti probari, & non fit executio, aut alioiorem requirit indaginem, & tunc fit executio.
- 3 Sed contra hanc est communis opi. & nu. 18.
- 4 Secunda antiquorum similiter distinguens aut loquitur, de iure civili, & nō fit executio, aut de iure canonico, & fiat, nisi adesset præsumptio calumniæ.
- 5 Sed nec ista videtur omnino admittenda, vt hic.
- 6 Tertia opinio pariter distinguens, aut sumus in executione facta ante petitam restitutionem, & nō reuocatur, aut de executione faciendū, & tunc sicus. Sed nec ista videtur cōcludēs distinctio, vt infr. nu. 9. Quarta quōd indistincte executio pendente restitutione in integrum sit prohibita, vt infra numero 10.
- 7 Restitutio in integrum, & appellatio licet equiparari soleant, equiparatio tamen procedit inspecto tempore petitæ restitutionis ac interpositæ appellatiōnis, non autem respectu temporis anterioris.
- 8 Restitutio in integrum non causat reuocationem executionis ante illius petitionem facta.
- 10 Restitutio in integrum pendente regulariter prohibetur fieri executio, seu aliā attentari. Secundum commu. opi. vt infra num. 16. immo, etiā magis commu. vt num. 17.
- 11 Restitutio videtur esse quædam species appellatiōnis.
- 12 Restitutio appellatiōni equiparatur, quoad hoc vt omnia remaneant in veteri statu.
- 13 Restitutio in integrum suspendit sententiam.
- 14 Et dicitur habere effectum suspensiuum.
- 15 Restitutio in integ. um dicitur esse fauorabilior, quā nullitas quoad impediendam executionem.
- 19 Restitutio in integrum etiā si alioiorem requirat indaginem, executionem impedit.
- 20 Secundum commu. opi.
- 21 Nisi restitutio peteretur aduersus sententiam, siue decretum de immitendo aliquem in possessionem secundum terminos l. fin. C. de edict. diu. adr. toll.
- 22 Restitutio petita etiā si nondum fuerit concessa, aut denegata operatur, vt interim dum discutitur, sit ab executione abstinendum.
- 23 Procurator si dolo desijt appellare, pōt dominus petere restitutionē, & interij nulla fieri debet executio.
- 24 Restitutio in integrum concessa prout de iure donec cognoscitur, an sit danda, retardanda est executio.
- 25 Restitutio in integrum sola petitio nō habet vim retardandi executionē, nisi doceretur etiā de læsione.
- 26 Læsiō non præsumitur, nisi probetur.
- 27 Læsiōnem allegare non sufficit nisi probetur. Et ista dicitur receptior opi. vt num. 28.
- 29 Extremum vnum necessarium ad obinendum restitutionem est probare læsiōnem, præsertim ex generali clausula, si qua mihi iusta causa videbitur. Immo & tria alia de quibus hic remissiuē.
- 30 Restitutio, siue iure minorum, siue iure maiorum petatur, debet plenē probari causa super qua fundatur petitæ restitutio.

31 Executio prætextu restitutionis in integrum non impeditur nisi fiat probatio læsiōnis incōtinenti, vel saltem super ea offeratur probatio.

32 Cautela datur ad impediendam executionem prætextu restitutionis, vt illam petens offerat incōtinenti probationes super læsiōne.

33 Læsiō in restitutione an sit plenē probanda, remissiuē. Magis tamen commu. opi. est quod plena probatio requiratur. vt num. 34.

35 Præsertim si petatur restitutio aduersus tres cōformes.

36 Restitutio retardat executionem etiā si non petatur iure communi, sed de iure speciali, puta ratione minoris ætatis secundum aliquos post Bald. & Saly. sibi in hoc contrarios.

Quod tamen hic declaratur, vt num. 37.

38 Restitutio de iure cōi dari secundū aliquos & executio nē retardare dicitur, quādo datur minori & Ecclesiæ: de iure verō speciali quādo sumus in beneficiis. Quod non videtur omnino verum, vt nu. 39.

40 Restitutio in integrum non solū in civilibus, verū etiā, & multo magis in criminalibus retardat executionē. Etiam si contra petentē esset aliqua calumniæ præsumptio, vt num. 41.

Dummodo de calumnia manifeste nō appareat. n. 42.

43 Bannitus pendente restitutione in integrum non potest impunē offendi.

Etiam si statutum diceret, quod querela bannitorū non debeant admitti, quia nihilominus bannitus potest admitti ad restitutionem obtinendam nu. 44.

45 Itineris arreptio, vel missio nunciij ad Papā, causa petendi restitutionem, in integrum retardat executionem, quando in loco in quo fuit lata sententia, non esset, qui posset in integrum restituere.

Idemque est in accedente ad alium superiorē, qui possit adiri per viam querelæ, & sit competens ad dandā restitutionem, vt num. 46.

47 Restitutio in integrum retardat executionem etiā si simus in possessorio, & in casu Egidianæ.

Etiam in possessorio. l. fin. C. de edict. diu. adr. toll. quando opponitur per modum exceptionis, & non requirit alioiorem indaginem, vt nu. 48.

49 Restitutio in integrum etiā ad appellandum retardat executionem, remissiuē.

50 Restitutio pendente sicut contra petentem restitutio nem, nihil est regulariter innouandū, ita nec contra eum, aduersus quem restitutio petitur.

51 Condamnatus cum cōfiscatione bonorū restitutus à Principe pendente processu restitutionis non recuperat bona cōfiscata.

52 Minor si tempore petitæ restitutionis erat locupletior, & pēdētē restitutione malitiosè desinat esse locupletior, talis innouatio sibi nocet, nō aut suo aduersario.

53 Restitutio petita retardat executionem etiā aduersus pariter priuilegiatum.

54 Executio facta pendente restitutione in integrum dicitur attentata, etiā si fiat vigore triū conformium & specialis commissionis cum clausula si quid exequendum fuerit exequatur.

55 Executio non retardatur per restitutionem in integrum petitam, quando contra petentem est præsumptio calumniæ, & quod id faciat animo litem prorogandi secundum aliquos.

Alij quod non præsumptio calumniæ in petente restitutionem, sed præsumptio quæ est pro sententia retardet executionem, vt nu. 56.

Alij quod stante præsumptione calumniæ fiat executio, sed cum temperamento canonis. vt nu. 57.

Calumnia

58 Calumnia in petente restitutionem in integrum vbi est manifesta, & de ea Iudici cōstat fit executio etiā nulla data cautione.

Etiā si petens restitutionem offerat se in continenti probaturum de læsiōne, vt nu. 59. & Etia si vellet aduersario instati pro executione dare cautionē de restituendo executionē in euentum quod ipse minor obtinuerit in causa restitutionis. vt hic. nu. 60.

61 Calumnia in petente restitutionem in integrum vbi nō est manifesta sed præsumpta, licet non retardetur hoc casu executio, præstat tamen cautio, de qua in c. sciscitata. de in integr. restit. Idem si calumnia sit, (vt alij dicunt) valeat. n. 62. Vel quia præsumptio sit pro sententia, declarando vt hic. nu. 63.

64 Calumniæ præsumptio in petente restitutionem in integrum multis modis resultare potest, puta si contra eum sint lætæ plures sententiæ, quæ trāsuerint in rem iudicatam.

Etiā si tantum duæ, & multo magis si tres. n. 65.

66 Præsumptio calumniæ resultat ex tribus cōformibus contra volentem illarum executionem impedire. Et illa dicitur præsumptio Iuris, & de iure. nu. 67.

68 Restitutionem petenti si fuit præfixus terminus ad docendum de narratis in commissione restitutionis si in termino nihil docuit, oritur ex hoc contra eum præsumptio calumniæ.

69 Calumniæ præsumptio in petente restitutionem resultat etiā ex qualitate personæ eius qui sententiā tulit, puta in sententia Principis.

70 Iudicis arbitrio relinquendum videtur, an contra petentem restitutionem adsit calumniæ præsumptio, quod videtur verius.

71 Cautio per petentem restitutionem, in quo sit calumniæ præsumptio, ita demū præstata est si pars illa petat, vt in instans pro executione iudici videretur suspectus de dilapidatione, & aliās non soluendo.

72 Quod dicitur esse de filio dominorum.

73 Præterquam in executione pro expensis, in qua prædicta cautio non solet desiderari.

74 Statuto sit caueatur, quod appellatio non admittatur, nisi præstata cautione, tale statutū intelligitur, dummodo petatur, aliās eius ommissio non viciat appellationem.

75 Iuratoria cautio an sufficiat, quando aliās idonea non reperitur remissiuē.

76 Et videtur concludendum affirmatiuē.

77 Executio facta non præstata cautione, de qua supra, an cōualescat si postea præstatur, & videtur, quod nō.

78 Cautio prædicta, quādo cōtra petentē restitutionem est præsumptio calumniæ, corā quo sit præstata remissiuē.

79 Cautio si nō pōt prouideri Iuri, & idemmitati illius, contra quē fit executio, illa interim nō suspenditur.

80 Restitutio in integrum non retardat executionem, quādo petitur aduersus tres cōformes, secundū Bal. opi. Quā si tres, limita, nisi sit inhibitorium, vt infr. n. 95.

81 Etiam si essent lætæ super attentatis. Immo idē si sint duæ cōformes, vt infr. n. 85. & 94.

82 Bald. & Saly. inuicem pugnare videntur in hoc articulo, an restitutio aduersus tres conformes impediatur executionem, & infr. nu. 87.

83 Rota quandoque Bald. quandoque Saly. opi. secuta est.

84 Bald. opi. in hoc articulo, quod restitutio aduersus tres conformes non retardet executionem, nō semel fuit tena in camera imperiali.

85 Executionem retardari per restitutionem petitam ad

uersus tres conformes secundum opi. Saly. etiā Rota tenuit cessante calumnia præsumptione.

86 Saly. opi. intrepide est tenenda secundum aliquos.

87 Et est verior secundum alios.

88 Et sine dubio per restitutionem aduersus tres conformes retardari debet executio si offeruntur in continenti probationes super læsiōne secundum alios.

89 Et hanc communiorem dicere non esset temerarium.

90 Et hanc (cessante calumniæ præsumptione) cameram Imperiale interduamplexā esse aliqui attestatur.

91 Executio fieri potest etiā pendente restitutione in integrum, quando illam petenti fuisse præfixus terminus ad docendum de læsiōne, & in termino nihil releuans docuerit.

92 Præsertim si cōmissio restitutionis haberet clausulam, prout de iure.

93 Etiam si Iudex, cui fuerat commissæ causa restitutionis, inhibuisset.

94 Inhibitio emanata vigore commissionis, si illam impetranti fuerit præfixus terminus ad docendū de causis in commissione allegatis, & nihil docuerit, venit moderanda.

100 Restitutio in integrum aduersus decretum affirmatiuum nō retardat executionem secundum ritum magna curia Vicariæ, & Regiæ pragmaticæ in regno Neapolitano.

101 Principis sententia est executioni mandanda, etiā si aduersus eam fuerit petitæ restitutio in integrum, Quicquid aliqui in cōtrariū senserint, vt infr. nu. 106.

102 c. sciscitata, de rest. in inte. verus intellectus, remissiuē.

103 Et rationes tres assignantur huius specialitatis.

104 Præsumitur pro sententia principis.

105 Restitutio aduersus sententiam principis sapit supplicationem.

106 Restitutio aduersus principis sententiam pendente fit executio inuasiōne secundum aliquos.

Etiā si sit lata per aliu de principis mādato, vt n. 108.

Dummodo non sit lata ad relationē alterius, quia tūc cū appellari possit, impediretur executio, vt nu. 109.

Quid autem si à principio causa cōmittatur per Principem ad referendum, deinde ipsemet Princeps eā videat, an detur appellatio? & propter hanc Papæ visionem non dari appellatiōnem fuit in contingentiā facti resolutum, vt nu. 110.

111 Verior tamen est opi. quod præstetur cautio.

112 Et ita fuit notatum in consilio Neapolitano.

113 Cautio, de qua supra, præstatur dummodo petatur.

114 Et sufficit iuratoria, si alia non reperitur.

115 Et executio facta illa non præstata non conualesceret, si postmodum præstaretur.

116 Restitutio in integrum ita demum retardat executionē si fuit attentata, antequam esset petitæ executio.

117 Non tamen sufficeret sola executionis petitio secundum aliquos, & bene.

118 Etiam si fuisse à Iudice obtenta, & iam commissæ.

119 Exemptio concessa subdito Iurisdictiōne ordinarij pendente lite durat, etiā in iudicio restitutionis in integrum aduersus sententiam contra exemptū latam.

120 Restitutio in integrum pendente possunt fieri nouæ probationes, nouæ confessiones, ac nouæ interrogatiōnes.

121 Restitutio, quæ concederetur ob non factas probationes, non retardat executionem.

122 Statuto disponente, quod contra aliquod instrumentum non possit aliquid opponi, non potest etiā restitutio in integrum peti.

Et hoc dicitur esse cautius, vt nu. 123.

124 Restitutio petita aduersus instrumentum, cōtra quod ex forma statuti nihil possit opponi non retardat executionem.

125 Renunciatio restitutioni in integrum, si illam petat, & pendente fieret executio non retractaretur tanquam attentata obstante dicta renuntiatione.

126 Commissio restitutionis in integrum si signatur, prout de iure, nihilominus per eā regulariter retardatur executio.

Secus si signatura addit parito iud. cato, vt n. 127.

128 Clausula parito iudicato, quæ solet in beneficiis apponi, designat, vt petens restitutionem dimittat possessionem, restituat fructus, & reficiat expensas.

129 Lis de nouo introduci non dicitur per commissionem restitutionis in integrum habentis clausulam pro iudicato, nisi prius sit iudicato paritum.

130 Restitutio petita per tertium venientem pro suo inter esse non impedit, quo minus ea pendente primi colligentes possint instare pro causa expeditione, quia illa non retardat processum.

131 Restitutio in integrum retardat executionem, quando res est integra secus si instrumentum aduersus quod petitur restitutio iam fuerat inceptum exequi.

Et ponitur exemplum in instrumento, vel sententia continente annuas prestationes, vt nu. 132.

Immo si is qui erat in quasi possessione percipiendi annuas prestationes prohiberetur instrumentum, vel sententiam exequi, diceretur contra eum attentari, vt nu. 133.

134 Executio vbi est irrevocabilis, tunc executio non fit etiam si sumus in casu, in quo alias restitutione pendente possit executio fieri.

Prout est carceratio vel tortura, nu. 135.

Et hoc casu indistincte executio retardatur secundum aliquos, 136.

Vel esse in executione sententia in aliquo castro inexpugnabili, & difficili ad recuperandum, nu. 137.

138 Executio in casibus, in quibus etiam pendente restitutione permittitur fieri minime potest, quando fuisse inhibitu per iudicem restitutionis.

Nisi ante inhibitionem executio fuisse taliter coapta, quod virtualiter possit dici perfecta, quia tunc inhibitu est moderanda, vt nu. 139.

140 Restitutionis causa si sit per Papam commissa, inferior non potest illa pendente etiam in casibus aliis permissis executionem facere.

141 Papa aduocando ad se etiam tacite aliquam causam, censetur primo iudici, & partibus inhibere.

142 Antonius de Canario insignis doctor appellatur.

EXPEDITVM alicui forsan videri potuisset, & quasi indubitatum, quod restitutione in integrum pendente nihil debeat innouari, cum ex rubro, & nigro. C. in integr. restit. pend. nihil nou. fiat, id expressè videatur prohibitum: verum quia non defuerunt, qui in hoc articulo aliter fenserint, vt omnis hæc materia clarius, ac facilius percipi possit, sciendum est, quod an pendente huiusmodi restitutione possit fieri executio, & consequenter attentari, plures reperiuntur fuisse opiniones:

1 Prima fuit Bart. distinguens quod aut restitutio in integrum potest in continenti probari, & tunc impedit innouari, & executionem fieri: Aut altiore requirit indaginem, & tunc fiat executio, & consequenter innouari possit.

Quam opi. in diuersis locis Bart. annotauit, vt in l. 4. §. condemnatum. sub num. 3. vers. idem dicendum est si restitutio. ff. de re iudic. & in l. si prætor. §. Marcellus. num. 3. ff. de iudic. & in l. defendente. num. 3. vers. secundò nota. ff. de author. tutor. à quo (licet asserat commu. opi. in contrarium) disidere tamen non videtur Rip. in dicto §. condemnatum. sub numero 30. Hanc videtur etiam tenere Bald. in addit. ad Specul. in tit. de restit. in integr. §. videntur restat. in addit. incip. præscriptio statuta ria. vers. minor post sententiam, & eandem post Bald. in l. vnica. C. in integr. restit. postul. (quando essemus in executione retractabili) sequitur etiam Ant. Canar. in tract. de executione instrumentorum. q. 21. & post Bart. in dictis locis videtur eandem tenere Boer. decif. 65. hæc quæstio. sub numer. 7. & nouissimè etiam Franc. Marc. in qq. delphinalibus, decif. 249. num. 2. † Verum hæc opi. in practica non obtineret, cum in contrarium sit commu. opi. de qua testatur Rip. vbi supra, & alij de quibus dicemus infra in prima ampliatione regulæ in hac materia constituendæ. num. 19.

4 Secunda † colligitur fuisse opi. Antiquorum, præsertim Cyn. in dicta l. vnica, vt refert Vital. in tract. de clausul. in clausula nil nouar. restit. in integr. pend. in princ. similiter distinguendum, quod, Aut loquimur de iure ciuili, & non fit executio: Aut de iure canonico, & tunc hoc modificatur, vt non fiat executio quando esset præsumptio calumniæ, nisi secundum terminos c. scilicet. de integr. restit. In qua opi. videtur etiam fuisse Afflic. decif. 356. fuit dubitatum. num. 3. quod etiam posuit Bart. in tract. de differ. inter ius can. & ciuili. quem refert & sequi videtur Pet. de Benintend. decif. 85. dubitatur. sub num. 17. quam distinctionem retulit & etiam secutus post Afflic. videtur Io. Cephal. in conf. 116. restitutio. num. 15. lib. 1.

5 Sed † nec ista opinio videtur omnino admittenda, tum quia constituit differentiam inter ius ciuile, & canonicum, quod regulariter fugiendum est. ad no. in c. cum expediat. de elect. in 6. l. 1. C. de inoff. donation. & no. Vital. in clausula nil nouar. relat. pend. num. 15. tum etiam quia non videtur vniuersalis, & quæ regulariter comprehendat multos casus, qui in hac materia considerantur.

6 Tertia † quoque deprehenditur opi. similiter distinguens, quod Aut loquimur de executione iam facta, & per restitutionem postmodum petita non reuocatur, vt fuit opinio Io. And. in addit. ad Specul. in tit. de supplicatione. §. differ. autè, † quamuis enim restitutio in integrum aliàs soleat appellationi æquiparari, vt dicemus infra num. 11. hæc tamen æquiparatio solum procedit inspecto tempore petita restitutionis, ac interposita appellationis, nõ autè respectu temporis anterioris, & ideo licet appellatio interposita causaret reuocationem executionis, vt attente, quãdo fuit facta ante interposita appellationem, infr. tamè decē dies datos ad appellandum, vt dixim⁹ sup. c. 11. de attetatis pedere tempore ad appellandum. nu. 14. † restitutio tamè non causat reuocationem executionis ante illius, petitionem factam, vt

et, vt dicit Ioann. And. in dicto loco, & sequitur Canar. in dicto tractatu de execut. instrum. dicta quæst. 21. circa princip. quem refert, & sequitur Petr. de Benintend. in decisio. Rotæ Bononiensis. decisio. 85. dubitabatur. numero 13. Aut loquimur de executione faciendâ post petitam restitutionem, & tunc regulariter, secus iuxta terminos rubr. & l. vnica. C. in integrum restit. postul. nil nouar. fiat. Quam distinctionem ultra præallegatos tenuerunt Bened. de Barfis in tractatu de guarentig. in 3. parte. qu. 21. per totam, & post eum Rip. in d. §. codenatum. sub n. 30. ad fi. Pro qua plurimum faciunt in simili, quæ diximus supra capit. 16. de attenta. reductio. ad arbit. bon. vir. pend. in 6. limit. reg. ibi positæ, numer. 46. quod reductio post factam executionem intentata executionem iam factam non reuocat, quod etiam in nullitate pendente procedere ibi diximus. † Sed & hæc opinio licet sit vera in se non multum tamen facit, ad id, de quo nos principaliter tractamus, agimus enim de gestis pendente restitutione in integrum, an illa dicantur attentata, & consequenter de gestis à die pendente ipsius restitutionis, nõ autem habito respectu, ad tempus ante postulatam restitutionem, quod in hac opinione plurimum videtur haberi in consideratione. Vnde alia &

10 Quarta sit opinio quod pendente restitutione in integrum indistincte impediatur executio regulariter, & consequenter prohibeatur attentari, secundum quam, tanquam veriore, & materiam, ac conclusionibus, ac limitationibus ad eam applicandis, magis commodam, omissis disputationibus est constituenda

REGVLA, quæ probatur Iure, Ratione, & Auctoritate: Iure scilicet in alleg. l. vnica, & ibi glo. & omnes C. in integr. restit. postul. nihil no. fiat. & in l. si causa cognita. C. de transactio. & in l. de defendente, & ibi Bart. ff. de auth. tut. Ratione autem triplici, Prima quia scilicet restitutio videtur esse quædam species appellationis, quod enim maiores appellationis remedio idem minores ætatis beneficio consequuntur, inquit Iurisconsultus in l. præses. ff. de minor. quem tex. ad hoc citauit Iaf. in dicto §. condemnatum. nu. 11. mero 27. † & appellationi restitutionem æquiparari, & cum appellatione similitudinem habere ad effectum, vt omnia remaneant in veteri statu tradit post Bald. in authent. quæ supplicatio. C. de præcibus imper. offer. Vital. in dicto tract. de clausul. in clausula nil nouar. restit. in integr. pendente. num. 7. & quod sicut appellatio, ita & restitutio in integrum executionem impediatur, tradit etiam Soci. in consilio 109. præstantissime.

11 numero 2. libro 4. Secunda ratio sit † quia scilicet restitutio suspendit sententiam, vt dicebat Bald. in allegata l. si causa cognita, quem refert, & sequitur Vitalis, vbi supra. numero 6. quod expressè post Bald. in l. 2. c. si ex falsis instrumēt. tradit Pet. de Benintend. in dicta decif. 85. sub numero 15. † vbi dicit restitutionem in integrum habere etiam hunc effectum suspensiuum, quibus adde Bald. idem expressè tenentem in tit. quando mil. inuest. pet. deb. c. sancimus. sub nu. 2. vers. & nota quod tria sunt, vbi vult, quod tria sunt, quæ habent iurisdictionem suspendere, vi-

12 illud, tanquæ attentata venit reuocandum, † & ista demum est communis opinio, quod pendente restitutionis in integrum executionem impediatur, de qua testati sunt, nõ solù Iaf. nu. 27. & Rip. sub nu. 30. in dicto §. condemnatum, verù etiam Ruyn. in conf. 34. visis. sub nu. 5. vers. solum ergo. lib. 5. & nouissimè Didac. pract. quæst. cap. 25. sub nu. 7. vers. duodecimo licet, & Grauar. in addit. ad Vestr. in dicto libr. 8. cap. 3. numero 25. † Immo hanc non solum communem, verum etiam apud canonistas magis communem dixit Iaf. vbi supra dicto numero 27. & ita in vna Segobien. portionis coram Io. Paul. 12. Martij. 1544. fuit per omnes dominos resolutum, quod restitutio in integrum regulariter impediatur executionem, vt est in recollet. Mohed. decif. 177. in causa. sub rubr. de restit. in integr. vbi, & illud additur, quod ita in Rota sæpe fuit tentum, quinimmo non solum quod apud canonistas sed simpliciter † quod ista sit magis communis opi. quod scilicet sicut appellatio, ita restitutio in integrum executionem suspendat, quicquid dixerit Bart. distinguendo in dicta l. defendente. ff. de author. tut. testatur nouissimè Io. Bapt. de. A sin. in sua praxi iudic. §. 31. capit. 2. limit. 5. in principio. & iterum sub numero 2. vbi ultra præallegatos Soci. sen. Thom. Grammat. Ruyn. Riminald. Io. Cephal. Pet. Rebuff. & alios in id citat, quos apud eum videre poteris. Quibus adde Villalob. in collect. commu. opi. litera E. sub numero 116. post Marc. Ant. Bard. in tract. de temp. vtil. vel cont. capit. 5. numero 2. Ex qui-

delicet appellatio, relatio, & restitutio: si igitur restitutio operatur effectum suspensiuum, ergo etiam debet causare attentata, ex intentione Franc. qui hoc argumento vtitur in c. bonæ. nu. 15. mero 36. de appellat. Tertia sit ratio † quia restitutio in integrum quoad impediendum executionem dicitur esse fauorabilior, quàm nullitas, vt tradit notab. Mil. in verb. executio trium sententiarum. in princ. & versus finem. fol. 127. sed nullitate pendente regulariter dicitur attentari, secundum ea, quæ latius diximus supra in cap. proximo, in regula ibi posita. num. 45. ergo, & c. Auctoritate demum hæc opi. & præfens regula comprobatur, quia eam tenuerunt non solum glo. & docto. in dicta l. vnica, verum etiam docto. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. vbi hoc firmant, vt dicit Afflic. decif. 356. fuit dubitatum. nu. 3. Cappel. Tolos. & ibi Aufser. in addit. decif. 54. sed an pendente. Et, quod de iure executio hoc casu sit retardanda, dixit Hof. in summa, de integr. rest. §. an executio, quæ refert, & sequitur Vital. vbi supra. nu. 2. idem voluit Abb. in col. 87. dico vnù, ad fi. lib. 1. & Maranth. in Specul. in 3. parte sextæ partis princ. in septimo actu. dū loquitur de restit. in integr. nu. 96. qui Bald. in diuersis locis, & alios in id allegat. Eandem tenet Io. Cephal. in conf. 180. incip. anno. nu. 20. lib. 2. & Vestr. in prax. ro. cu. lib. 8. c. 3. sub nu. 15. vbi expresse dicit Regulam in hoc articulo affirmatiuè constituenti fore, prout idè dixit Pet. de Benintend. dict. decif. 85. dubitatur. nu. 1. & nouissimè etiam Moder. in annot. ad Egidian. nu. 89. vbi & illud, ad propositum nostrum subdūt, quod si quid hac restitutione, de iure comuni pendente exequatur, illud, tanquæ attentata venit reuocandum, † & ista demum est communis opinio, quod pendente restitutionis in integrum executionem impediatur, de qua testati sunt, nõ solù Iaf. nu. 27. & Rip. sub nu. 30. in dicto §. condemnatum, verù etiam Ruyn. in conf. 34. visis. sub nu. 5. vers. solum ergo. lib. 5. & nouissimè Didac. pract. quæst. cap. 25. sub nu. 7. vers. duodecimo licet, & Grauar. in addit. ad Vestr. in dicto libr. 8. cap. 3. numero 25. † Immo hanc non solum communem, verum etiam apud canonistas magis communem dixit Iaf. vbi supra dicto numero 27. & ita in vna Segobien. portionis coram Io. Paul. 12. Martij. 1544. fuit per omnes dominos resolutum, quod restitutio in integrum regulariter impediatur executionem, vt est in recollet. Mohed. decif. 177. in causa. sub rubr. de restit. in integr. vbi, & illud additur, quod ita in Rota sæpe fuit tentum, quinimmo non solum quod apud canonistas sed simpliciter † quod ista sit magis communis opi. quod scilicet sicut appellatio, ita restitutio in integrum executionem suspendat, quicquid dixerit Bart. distinguendo in dicta l. defendente. ff. de author. tut. testatur nouissimè Io. Bapt. de. A sin. in sua praxi iudic. §. 31. capit. 2. limit. 5. in principio. & iterum sub numero 2. vbi ultra præallegatos Soci. sen. Thom. Grammat. Ruyn. Riminald. Io. Cephal. Pet. Rebuff. & alios in id citat, quos apud eum videre poteris. Quibus adde Villalob. in collect. commu. opi. litera E. sub numero 116. post Marc. Ant. Bard. in tract. de temp. vtil. vel cont. capit. 5. numero 2. Ex qui-

bus enidenter apparere potest, quã forsan ofci-
tante Aug. B. ro. in cõf. 119. in causa. col. 1. vers.
secundo nunquã. lib. 3. dixerit, quod nunquã nul-
litas, seu restitutio in integrũ principaliter petita
executionem impediatur: atque ita communiter
teneri, cum immo in contrarium sit magis com-
munis opi. prout patet ex supra allegatis. Quæ
Regula

AMPLIATUR,

- 19 Primò, vt procedat, tertiã si petita restitutio in
integrũ altiorẽ requiret indaginẽ, licet enim
Bart. in dicto §. condemnatum, & alij post eum
in locis supra, nume. 2. in prima opinione citatis.
20 contrarium senserint, t̄ quia tamen contra Bart.
in hoc est commu. opi. quod immo indistinctẽ
etiam si altiorẽ requirat indaginẽ, restitutio
executionẽ impediatur, de qua testatur Ripa vbi
supra, num. 30. ideo potius hæc ampliatio in pra-
dica, quã Bart. opi. esset attendenda. Quibus
adde quod vltra Rip. de hac commu. opinione
attestatus est etiam Paris. in conf. 100. cõtra Æus.
numero 80. & seq. libr. 1. de eadem contra Bart.
post Paris. dicto conf. testatur etiam Io. Cephal.
in conf. 116. restitutio. numero 4. & 8. libro 1. &
remissuẽ ad Rip. testatur etiam Pet. de Benin-
tend. dicta decisio. 85. dubitatur. sub numero 16.
Præsertim quia, vt dicit Corn. in conf. 111. licet vi-
deatur. litera l. lib. 1. quamuis multi tenuerint opi-
nionem Bart. quia tamen multi quoque tenuerunt
contrarium: non videtur in hoc faciendum
21 fundamentum. t̄ Quæ tamen ampliatio non
procederet, quando essemus in restitutione in
integrũ petita aduersus sententiam, & decre-
tum de immittendo aliquem in possessionem
secundum terminos l. fin. C. de edict. diu. Adr.
toll. vt tradit nouissimẽ Menocch. in tracta.
de adipiscen. possessione. remedio 4. sub nume. 910.
22 Secundo, vt non solum procedat, quando re-
stitutio petita fuit concessa, verum etiam si solũ
petita fuerit, & nondum concessa, aut denegata,
quia hoc medio tempore dum discutitur, an re-
stitutio sit concedenda vel ne, ab executione, &
innouatione abstinendum est, vt fuit opi. glo. in
verb. postulata. in dicta l. vnica. Quod & post
eam tenuisse videtur Guid. Pap. decis. 215. an exe-
cutio. nume. 6. & etiam sensu Bened. de Barfis in
dicto tractatu de guarentig. in 3. parte. qu. 21. ad
med. Pro qua plurimum faciunt ea quæ diximus
supra in hac 2. parte. cap. 12. de attentat. appella-
tione. in 19. ampliatur. princip. per totam, quod
nec medio tempore, dum discutitur an appella-
tio sit admittẽda, vel ne, debet aliquid innouari,
& propterea in vna Nauarien. Canonicius coram
Rauellaten. 4. Aprilis. 1541. fuit tentum
23 t̄ quod si infirmus cõstituat procuratorẽ ad cau-
sam, qui dolo ommissit appellare, si infirmus
cum non posset appellare petierit restitutionẽ
in integrũ, ad eius instantiã debeat instrui cau-
sa, & interim nulla fieri executio, vt est in recol-
lect. Mohed. decis. 78. Nicolaus. sub rubr. de appella-
tione. & restit. in integrũ. Et similiter Rota in
alialucen. decanatus coram Vestano. 17. Martij.
24 1546. tenuit t̄ quod restitutione concessa, pro-
ut de iure, donec cognoscitur, an sit danda, retar-
danda est executio, vt est in recollect. Put. decis.
7. restitutione concessa. sub rubr. de restit. in in-
tegrũ. Quam ampliacionem sanẽ intelligas, vt

- restẽ videntur in casu Aegidianæ constitutionis
considerasse Moder. in annotation. ad Aegidian.
25 numer. 86. t̄ vt non sola ipsa petitio restitutionis
habeat vim impediendi, & retardandi executio-
nem, nisi doceatur etiam de læsione per multa,
26 quæ ibi allegant, t̄ cum læsio non præsumatur
nisi probetur, vt post Gozzad. conf. 44. non est
dubium. num. 8. tradit Io. Cephal. in conf. 3. Lu-
27 douicus. nume. 137. lib. 1. t̄ quod non sufficiat
læSIONEM allegare, nisi probetur, tradit etiam no-
uissimẽ Port. Imolen. in conf. 134. facti species.
28 numero 30. lib. 3. t̄ & quod ista sit receptor opi.
tradit Osalc. in decis. Pedemont. 157. quæsitum.
sub numero 8. vbi loquitur de restitutione ad
appellandum, & dixit etiam nouissimẽ Aug. Be-
ro. in conf. 121. motiuis. numero 12. libro 3. t̄ quod
29 vnum de extremis necessarijs, ad obtinendam
restitutionem est probare læsionem, præsertim
ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, &c.
quod de læsione probanda secutus est nouissimẽ
etiam Burfat. in conf. 27. allegatum fuit, nume. 17.
lib. 1. vbi post alios in hoc etiam de magis com-
muni opinione attestatur. Immo quod ad ob-
tinendam restitutionem non solum læsio, sed
etiam tria alia requirantur tradit post Ant. de
Butr. in c. constitutus. de restit. in integ. nouissi-
mẽ Minfinger. in conf. 53. in causa. in sexta deca-
de. numero. 9. Quibus adde eundem Minfinger. ob-
ser. cent. 4. decis. 21. incip. minorem. & cent. 1. de
30 cif. 50. incip. petens. vbi vult, t̄ quod si iure mi-
norum, siue iure maiorum petatur debet plene
probari causa super qua fundatur petita restituti-
o. & Alciat. conf. 18. visa. numero 11. lib. 3. & in-
super notabile verbum, quod in proposito ponit
Ant. Canar. in dicto tracta. de executione in-
strument. in 3. parte. q. 21. t̄ quod in tantum de-
bet de læsione doceri, quod ista probatio debet
fieri, aut saltem offerri incontinenti, aliã non
31 impediretur executio, t̄ admonens petentem re-
stitutionẽ, vt cautus sit in offerendo incontinẽti
hanc probationem. Quod de læsione probanda,
& nos annotauimus supra, cap. 14. de attent.
pendente restitutione in integrũ ad appelland. in
princ. nume. 4. quæ cum procedant in restituti-
one ad appellandum, multo magis videtur admit-
tẽda in restitutione petita aduersus ipsam rẽ iu-
dicatam, in qua videtur versari maius præiudi-
cium. t̄ An aut de ista læsione sit plene docendũ,
vel sufficiat semiplene, quamuis ex dictis dicto
32 nu. 4. post Rot. decis. 5. aliã 87. non sufficiat. de
restitut. in integrũ. in no. dici posset, quod quãdo
sumus in restitutione in integrũ, ad appellan-
dũ, sufficiat semiplene, attamen quãdo sumus in
restitutione in integrũ aduersus rem iudicatã,
licet plures in hoc fuerint etiam contrariæ opi-
nionis, quos refert, & latẽ prosequitur Pet. de Be-
nintẽd. in dicta decis. 85. dubitabatur. in princ. vs-
que ad nu. 12. t̄ magis, tamẽ communis est opi.
33 quod requiratur plena probatio læsionis, vt attesta-
tur idẽ ibi sub nu. 9. t̄ præsertim si petatur restituti-
o aduersus tres conformes, vt est decis. Rot.
5. aliã 465. nota quod aduersus. de restit. in in-
tegrũ. in antiq. & fa. quod habetur in recollect.
Paleott. decis. 304. quod petens restitutionem in
integrũ debet necessario docere de læsione.
34 Tertio, ampliatur, t̄ vt procedat etiã si restitutio
non peteretur iure communi, sed speciali, vt pu-
12

- ra ratione minoris ætatis, vt expressẽ hanc am-
pliacionem ponit, & defendit Vestr. vbi supra di-
cto numero 15. vers. idẽmque etiã post Saly. in
1.1. in fi. C. ne liceat tertio prouoc. Circa quã am-
pliacionem duo necessario consideranda esse
37 censeo. t̄ Primum est, quod licet Vestr. ibi refe-
rat in hoc contrarios fuisse Bald. & Saly. & Cas-
sard. decis. 1. de restit. in integrũ. dicentem, quod
Rot. suo tẽpore modo Saly. modo Baldi opi. est
secuta, & plura circa hoc ibi ponat, tamen hæc
omnia re vera magis conueniunt his, quæ dice-
mus infra in 2. limit. numero 81. dum tractabitur
an restitutio petita aduersus tres conformes re-
tardet executionem, Siquidem vis dubitatio-
nis mota à Bald. & Saly. potius videtur consiste-
re in hoc an minor restituatur aduersus tres con-
formes cum retardatione executionis, quã in
hoc, an ille quasi restituatur de iure speciali, im-
pediat executionem, & ita etiam videtur sensu
se nouissimẽ Didac. practic. quæstio. cap. 25. nu.
7. dum referendo contrarias opiniones Baldi, &
Saly. ponit quæstionem in restitutione aduersus
38 tres conformes, t̄ Secundum est, quod Moder.
in annotation. ad Aegid. nume. 88. videntur hæc
ampliacionem penitus destruere, præsertim in
eo, quod est exemplificata in minori, inquit
enim, quod tunc restitutio retardat executionẽ,
quando conceditur iure communi, vt in miu-
re, & Ecclesia, secus si iure speciali, prout est in
beneficialibus, quia tunc non retardat. t̄ De quo
39 valdẽ subsistendum videtur in eo, quod restituti-
onem competentem de iure communi exem-
plificat in minore, & illam de iure speciali com-
petentem afferunt procedere in beneficialibus:
quandoquidem neutrum videtur per docto. ad-
mitti. Quod enim minor de iure speciali resti-
tuatur ratione minoris ætatis, expressẽ sentiunt
Saly. in dicta l. 1. in fi. C. ne liceat. tert. prouoc. &
Cassard. dicta decis. prima, atque etiam Vestr. di-
cto nume. 15. Quod autem etiam in beneficiali-
bus dicatur quis restitui de iure communi, satis
constat ex his, quæ tradit Staphil. in tracta. de
liter. grat. & iust. in secunda parte. fol. 163. vers. si
verò non narratur paupertas. Vnde ex intentio-
ne aliorum supra allegatorum ampliacionem, vt
supra retinendam censeo.
40 Quarto ampliatur, vt regula prædicta non solũ
procedat in civilibus, verum, & multo magis in
criminalibus, in quibus arg. à communiter ac-
cidentibus executio solet esse maioris præiudi-
cij, & ideo dicebat aliã Roma. in l. possideri. §.
si seruus. ff. de acquirend. post Bart. & Bald. per
eum citatos, quos omnes refert etiam Vital. vbi
supra, sub nume. 3. & 4. quod non solum quando
41 restitutio apparet iustẽ petita, t̄ verum etiam si
esset contra illam petentem aliqua calumniã
42 præsumptio t̄ (dummodo de calumniã manife-
stẽ non appareat) debet in criminalibus ab exe-
43 cutione abstineri, t̄ propterea interim banni-
tus non posset impunẽ offendi, secundum di-
ctos docto. Quæ Ampliatur. ex Vital. vbi supra, vers.
& nota vnum post Bald. in l. secunda. C. si penden-
te appellat. mors interuen. ampliari potest, vt
44 procedat, t̄ tertiã si statutum in loco diceret,
quod querelæ bannitorum non debeant admitti:
quia non obstante statuto bannitus potest
admitti ad restitutionem in integrũ obti-

nendam, vt ibidem pereos.

- Quinto, vt non solum restitutio in integrum
45 per supra dicta, t̄ verum ipsa itineris arreptio, vel
missio nuncij ad Papam, causa petendi restitu-
tionem in integrum, retardet executionem, quã
do in loco, in quo esset lata sententia, non esset,
qui posset in integrum restituere, quia hoc casu
est expectandus nuncius, & interim non fit exe-
cutio, vt post Ant. in c. vt debitus. colum. 8. in fin.
de appella. tradit formalitẽ Mil. in verb. execu-
tio sententiæ suspenditur. folio 128. Ad quod faci-
ciunt ea quæ latius diximus supra, in hac secun-
dã parte. cap. 12. de attent. appel. pend. in 16. am-
pliatur. princip. præsertim numero 1. & seq. Ex his
autem, quæ in materia appellationis diximus ibi
num. 4. potest hæc ampliatio declarari, quod li-
cet Ant. & Mil. loquantur specificẽ de arripien-
46 te iter ad Papam, t̄ idem tamẽ videtur posse di-
ci de accedente ad alium superiorem, qui tamẽ
possit adiri per viam querelæ, & sit competens
ad dandam restitutionem in integrum, attẽta
æquiparatione, quæ regulariter solet fieri inter
appellationem, & restitutionem, vt dictum est su-
pra, nu. 12.
47 Sexto Ampliatur, vt regula procedat, t̄ etiam in
possessorio, in quo licet regulariter soleat cõ-
cedi executio, ex quo regulariter à tali sententiã
non appellatur, vt diximus supra in hac 2. parte.
capitulo 12. de attent. appellatione pendente. in
25. limita. princip. in princip. in casu tamen Ae-
gidianæ constitutionis videtur, quod restituti-
o in integrum impediatur, ac retardet execu-
tionem, vt tradunt Moder. in annotation. ad di-
ctam constitutionem Aegidian. num. 82. qui lo-
quentes in antecedentibus de executione impe-
dienda, subdunt idem dicendum esse petita re-
Secundò quãritur, Quis inhibeat, & breuiter dicendum est, t quod regulariter omnis, qui iurisdictionem aliquam habet ordinariam, vel delegatam inhibere potest, vt fuprà proximè annotatum est, & intellige, t quod iurisdictione hæc fit maior iurisdictione illius, cui inhibetur, cum t inferior non habeat iurisdictionem in fuperiorem. capitul. cum inferior. de maiortã. & obediẽ. l. nam magiftratus. ff. de arbitr. & ideo t inhibito facta ab Auditore Camera alicui Gubernatori, qui poterat procedere tam ex fua iurisdictione ordinaria, quàm ex delegata à Principe cum cenfeatur processiffe ex ea per quam magis actus fubftinetur, & fic ex

delegata, non dicitur caufare attentata, fi per delegatum fuit contra eam processum, vt eleganter deducit Alciat. in confilio 48. in hac attentatorum caufa. numer. 5. & feq. libro 6. vt etiam declarabimus in fequenti quãftio. numero 99. & feqqe. Hinc videmus quod dominus feudi inhibet fubditis fuis, vt in dicto cap. ex traniffa. de foro compet. de quo latè post Didac. libro 1. variarum refolut. capit. 4. numero 8. per Ofac. in decisio Pedemont. 78. cum fubditus per tot. vbi concludit per principem ad instantiam domini feudi inhibendum esse fubdito, ne coram Iudice non fuo litiget etiam fi effet Iudex Ecclesiasticus is coram quo fubditus cœperat litigare, & t aliàs domini temporales t prout faciunt domini Veneci inhibere quandoque folet fub grauiffimis pœnis fubditis fuis, ne aliquis trahat alium fubditum ad curiam Romanam, vt testatur Staphil. de liter. grat. & Iustit. fol. 171. verf. audiui tamen, quod ftilus. Hinc t etiam Iudex Ecclesiasticus inhibet Iudici feulari, vt in c. feculares. de foro compet. in 6. & ca. licet, de ex

cept. in 6. vbi gl. id no. quod t propterea potestas Ecclesiastica cohercet feulare, quia maior illa est, & no. docto. præfertim Rip. in l. quarta. §. condemnatum. sub num. vigefimo octauo, & vigefimonono. ff. de re iudi. & Boer. dec. 114. Florētinus, num. fecondo. & de hoc infra. num. feptuagesimo feptimo, & feq. fufius tractabimus, t Hinc etiam est, quod Iudex ad quem inhibet Iudici à quo, & etiam ipfis partibus, vt quotidiana docet experientia, & non folum Iudex ad quem est appellatum, & fecondæ instantiã, verum t etiam Iudex primæ instantiã inhibere potest, & ideo fi duo contendunt fe poffidere, & Iudici confet vnum ex illis poffidere potest alteri inhibere, & eum

molefter t & fi non confat quis poffideat ad tollenda scandala potest poffeffionem ad fe auocare, & ambabus partibus inhibere, vt est decisio Guid. Pap. 578. fi agatur. & alia decif. Fran. Marc. in qq. delphinal. 1198. nume. 3. & 4. & melius, & latius per Petr. de Benintend. in decif. Bononienf. decif. feptuagesimatertia, orta per totam. præfertim. num. quinto. & per Minsinger. fing. obser. cent. 2. decif. 96. incip. quando, & iterum in conf. 11. fecondæ decadis, incipi. præfenti. num. quadragefimo fepto. vbi fubdit, quod Iudex non folum id facere potest, immò etiam debet, etiam fi per partem non fuerit inuocatus, & per Alciat. conf. 87. requisitus. lib. 6. per totum, & iterum conf. 74. retinenda. nume. quinto. libr. fepto. Quamuis fe-

cundum Lanfranc. decif. 9. incipi. duobus. t melius hoc cafu faceret Iudex fi fupra informatio ne vter ipforum poffideat fecondum illam face ret vnum vice poffefforis, & alteri inhiberet, quã poffeffione auocare, & ambobus inhibere, quod multis probauit etiam nouiffimè Aug. Bero. cõfil. quadragefimo quinto. in caufa. col. 1. & fecondã, lib. tertio. & iterum conf. 46. in caufa illorum. numer. 5. libr. 3. & ceteris copiofius id explicauit Natta. in conf. 121. in caufa poffefforij. nu. fecondo, col. 2. & per tot. lib. 1. Est autem circa hoc aduertendum, quod etiam eo cafu, quando confat alterum esse in poffeffione, eo quia à Iudice

iã obtinuerat mandatum de manutenendo, t folet quandoque inhibito non fimpticiter con-

cedi

cedi

cedi, sed cū claufula sine præiudicio poffeffionis ipfius, & mandati de manutenendo eius vigore obtenti, vt fuit factum in vna Hifpalen. decimarum coram Seraphino. 10. Iunij. 1566. Hinc etiam dicebat Inno. in capitulo dilecto, de præben. in 6. quem refert, & fequitur Paul. de Castr. conf. 225. vifis. sub numero fecondo, verficulo pro quo etiam fa. libro primo, t quod nedum Princeps sed etiam quilibet Iudex ordinarius in his quæ pertinent ad eius iurisdictionem, & officium potest inhibere & claufulam annullatoriam ponere fi contra fiat. Pro quo fa. t quia factum contra prohibitionem fuperioris debet tolli, & reuocari, quafi factum contra legem, vt dicebat aliàs eleganter loquens in propria materia noftra attentatorum Oldrad. cõf. 206. in caufa carnoce. post princ. & ppterea ifta potest esse in poffito

Regula, quæ probatur per fupradicta, Quam

AMPLIA,

Primò, t vt procedat non folum in arbitro neceffario vigore ftatuti affumendo (cum is ob ftatuti authoritatem à Iudice non differat fecondum Blanc. in tracta. de compromiff. in fepta parte, in princ.) verum etiam in arbitro voluntario, quoniam licet talis arbiter non dicatur habere verè iurisdictionem, sed notionem, ad no. in leg. ait prætor. ff. de re iudic. tamen ex caufa inhibere potest. Hinc dixit notab. Iacob. de Aren. t quod arbiter quando partes sunt inuicem inimicæ, potest inhibere vni, ne tranfeat per contram alterius, quod dictam reafumpfit Alberic. & plurimum etiam commendauit Iaf. in leg. curatores. numero decimo, ff. de offic. procur. Cafar.

Secundò, vt procedat non folum fi fit Iudex principaliter in caufa datus, t verum etiam fi fit Iudex adiunctus, qui ftatim præfentata commiffione potest aliis coniuadicibus inhibere, ne sine eo vterius in caufa procedat, vt tradit Staphil. (qui ita etiã praticari attestatur) in tracta. de liter. grat. & iustit. fol. 178. verf. in commiffionib. Iustitiã, & Mandof. de inhib. quãft. 6. numero fecondo.

Limita eandem

Primò, t vt non procedat in Cardinalibus, quibus fi aliqua caufa committatur, quæ prius coram alio Cardinali vertebat inuicem fibi nõ inhibent, sed inftuant tantum commiffionem fibi factam t & ita de ftilo feruari attestatur Rot. decifio 31. aliàs 712. nota, quod quando. de dol. & contum. in antiq. cui concordat Aegid. in conf. 18. incip. ecce quod facta totali. columna prima, verf. quod non poffit. t quod etiam procedit fi caufa, quæ erat coram Auditore committatur Cardinali, quia etiam hoc cafu Cardinalis intimat commiffionem, & non inhibet, t & ob reuerentiam Cardinalis, talis intimatio habet vim inhibitionis: licet inter coauditores nõ haberet, Rot. decif. 25. aliàs 659. & est sciendum. de dol. & contum. in antiq.

Secundò fallit regula t in Auditore Sacri palatij, cui fuerit commiffa caufa, quæ antea fuisset coram Cardinali, quia nec Auditor hoc cafu inhibet, sed folum facit intimationem commiffionis, t & hoc de ftilo, & ob reuerentiam Car-

dinalis, vt dicit Rot. dicta decifio. 25. aliàs 659. & est sciendum, de dol. & contum. in antiq. t quamuis fecondum commu. opi. Inno. de iure etiam Cardinali inhibendum effet, vt ibi dicitur, quod etiam fenfit Staphil. de lit. grat. & iustit. folio 159. verficulo item ftatur dicto Cardinalis. Quæ limitatio licet ex præallegatis admitti poffit, tamen in practica parum deferuiet, ex quo caufa, quæ femel sunt Cardinalibus commiffa, non folet committi in palatio, sed femper confueverint committi aliis dominis Cardinalibus, vt dicit Rot. decifio. 3. aliàs 11. fuit dubitatum. in finali verbis, de appellationibus, in no. Est tamen circa eam ad duo aduertendum. Primò, quod licet dicta decifio 3. aliàs 11. videatur aliquãlter præfentati limitationi cõtraria in eo quod innuit quod post obferuationem trium terminorum feruari folitorum etiam Cardinalibus inhibeat, quod etiam post dicta decifio. annotauit Mil. in verb. appellatio in curia interpofta folio octauo. intelligeda tamè ex præmissis videt, vt illa loquatur de iure, & fecondum opi. Inno. limitatio autem procedat de ftilo, vt dictum est. t Qui autem

fini illi tres termini ante inhibitionem feruari foliti, licet nec Rot. nec Mil. ibi declarent, & poffet alicui forfan videri, & probabiliter, quod vnicus terminus fufficeret feruari, videlicet ad dicendum contra commiffionem, prout quotidie videmus praticari, credendum tamen est, quod fini illi, qui folet feruari in caufis grauaminum in qualibet instantia, videlicet ad dicendum contra commiffionem ad primam diem, & ad dicendum contra appellationem itidem ad primam, & ad impugnandum, & iustificandum fimiliter ad primam. Quibus feruatis citatur pars ad videndum coauditore inhiberi, vt colligitur ex his quæ leguntur in libello, qui præ manibus omnib. est, & cui titulus est, formularij terminorum, paulo post princ. de quorum terminorum feruatione in materia appellationis à grauamine etiam meminit Veftr. in praxi ro. cu. lib. quinto, capitulo fepto. t Secundò est aduertendum, quod quamuis decifio fuprà allegata 25. aliàs 659. & est sciendum. de dol. & contum. in antiq. videatur contituere differentiam inter intimationem commiffionis, & inhibitionem, prout videtur facere alia decifio 31. aliàs 712. de dol. & contum. in antiq. in rei tamen veritate, quoad effectum ipfum, nulla videtur adesse differentia, t cū etiam sola intimatio de potiori alterius iurisdictione inducat inualiditatẽ processus, fecondum Ruyn. in conf. 61. in lite. sub nu. 6. libro 5. & Roma. in conf. 330. circa. colum. 2. verficul. quoad fecondum.

Tertiò t fallit in Iudice meræ nullitatis, qui inhibere non potest ne fiat executio fententiã, quæ tranfiuit in rem iudicatum fi credimus Mil. qui id dixit in verb. Iudex meræ nullitatis. folio 174. t quem refert, ac fequendo adiuuare videtur nouiffimè Mandof. in tracta. de inhib. quæ 34. per totam. De cuius dicto valde quidem fuffitendum videtur, tum quia decifio Rot. quam allegat, quæ est 3. aliàs 280. licet, de except. in no. absolute id non dicit, sed potius innuit contrarium, cum difputet, an processus factus post inhibitionem à Iudice nullitatis emanatam valeat, tum quia in contrarium, quod immò

66 Iudex nullitatis possit inhibere (excepto casu in quo nullitas opponeretur contra tres conformes) videtur esse decisio Rot. 3. aliis 21. nota, quod ubi tres. de sent. & re iudic. in antiq. & nouissime Minfinger. sing. obseruat. decisio. 64. incip. sed circa hoc. cent. 4. Qui ita etiam dicitur in 67 se determinatum, quod quando nullitas non requireret altiore indaginem, sed constaret notorie ex actis, vel incontinenti probari potest, tunc fiat inhibitio, & executio retardetur. Præsertim retenta opinione, quam tenuimus supra capitulo 17. de attentat. nullitate pendente, in prima sublimitatione primæ limitationis regulæ ibi positæ. numero 63. quod executio facta post inhibitionem emanatam à Iudice coram quo erat nullitas etiam principaliter, & per modum actionis intentata nulla sit, & attentata, secundum ea, quæ post Deci. & alios latius ibi diximus.

TERTIÒ iuxta præmissum ordinem Queritur, Cui SIT INHIBENDVM: breuiter 69 dici potest, quod regulariter quilibet Iudex 70 maior, (& maiorem intellige in illa causa in qua 71 vult inhibere, puta si sit delegatus Principis, qui maior est quolibet ordinario. capitulo sanè. el. 2. de offic. deleg. cum similibus.) inhibere possit omnibus inferioribus. ad leg. Iudicium soluitur, ibi, vel eo vetante, qui maius imperium in eadem iurisdictione habet. ff. de Iudic. tam si sint Iudices, quam si sint partes litigantes, vel alij quicumque, quos quoquo modo tangit negocium, in quo inhibetur, & quilibet possent præiudicare. Rot. decisio. secunda, aliis 58. nota, quod ubi, vt lite pendente. in antiq. quod no. etiam Staphil. (licet omnino firmare non videatur) in tracta. de lit. grat. & Iust. folio 181. versiculo signatura 73 autem, quod omnibus enim magistratibus concessum est, vt iurisdictionem suam etiam pœnali iudicio tueantur, vt inquit Iurisconsultus in leg. 74 prima. ff. si quis Ius dicent. non obtemper. & in attentatis reuocandis contempta dignitas prætoris vindicatur, vt dicebat Oldrad. consilii. 206. in causa Carnocen. post princ. Et non solum in partem litigantes Iudex potest suam iurisdictionem exercere, verum etiam in omnes quoquo modo turbantes, aut suam iurisdictionem molestantes, vt est expressum in capitulo primo, extra de offic. delegat. & ibi no. Abbas Deci. & omnes, & propterea in inhibitionibus non solum litigantes, & Iudices, coram quibus primum causæ pendebat, solent specificari, verum etiam apponuntur clausulæ admodum generales aptæ comprehendere etiam alios quoscunque, quos quoquo modo tangit negocium, vt in eius formulis vulgaribus euidenter apparet. Hinc videmus, quod Iudex inhibet ipsis partibus litigantibus. Guid. Pap. decisio. 578. si agatur, cum similibus. 76 & dominus feudi suis subditis, ne in sui præiudicium coram alio litigent. capitulo ex transmissa. de for. compet. Boer. Decisio. 114. Florentinus. numero secundo. Hinc etiam prouenit 77 id, quod sæpe apud doctos legimus, quod Iudex Ecclesiasticus inhibere potest Iudice seculari. arg. capitulo seculares. de for. compet. & per illum text. post Bald. in procem. decretal. Boer. dicta decisio. 114. numero secundo. 78 Cuius dicti illa est ratio: quia non solum sim-

pliciter Iudex Ecclesiasticus est maior, vt no. gloss. in capitulo licet, de except. in sexto, verum etiam tanquam maior ipse cognoscet, quando est dubium an cognitio spectet ad eum vel ad Iudicem secularem, vt no. Mil. in verb. Iudex ecclesiasticus. folio 184. quod de cuius dicti veritate an, & quando Iudex Ecclesiasticus sub prætextu absolutionis à Iuramento coram eo petita, vel sub prætextu, quod instrumentum eius executio coram seculari petatur sit usurarium, & generaliter, quod Iudex in causis Ecclesiasticis non debeat se intromittere, vide originaliter apud Angel. & Imol. in leg. 4. §. condemnatum, & ibi alios, præsertim Alexand. numero 19. ubi alios allegat, & Rip. numero 30. ff. de re iudic. post Federic. de sen. in consilio per eum allegat. & post Ang. Vital. in tracta. de clausul. in clausula nil nouar. nullit. pendente. numero quinto. Quibus adde Alex. in consil. 149. in causa inquisitionis. numero quarto, libr. sexto, ubi inquit, quod in tali inhibitione non requiritur citatio Iudicis 81 secularis, quod intellige, quod dummodo coram ecclesiastico fuerit pars citata, vt tradit idem Alex. in consil. 91. visis. numero septimo, libro secundo, quod ubi testatur hanc esse magis communem opinionem, prout etiam attestatus est in dicto §. condemnatum. numero 19. & eundem in consil. 63. in causa. sub numero tertio, versiculo primo per id, quod & numero quarto, libro tertio, & post Alex. ubi supra testatur Ias. in l. ne quicquam. numero 30. ff. de offic. proconf. & legat. quos refert nouissime, & sequi videtur etiam Mandos. in tracta. de inhibit. quæst. 18. sub numero secundo, versiculo, & quod inhibetio, ubi in id præter aliquos ex his, quos supra, & infra allegauimus, citat etiam Ias. in l. si opus. numero sexto, versiculo. primo addo. ff. de nou. oper. nunc. & Aret. in consil. 20. in quaestione. numero quarto, & post Ias. ubi supra Baptista. Villalob. in collect. commu. opi. li. tera I. numero trigesimo quinto, & trigesimo sexto, ubi hanc opi. communem dicit, & vtra præallegatos Afflic. decisio. 30. fuit dubitatum. in prin. & per totam & nouissime Franc. Marc. in decis. delphinal. decisio. 44. sub numero quarto, ubi etiam loquitur, an dicta inhibetio iuret fideiussorè, & ante hos omnes. ac cæteris melius hanc q. posuit, licet de eo nullus mentionem faciat Bened. de Barfis in tracta. de guarentig. in 3. parte, in q. 22. quæ est vltima per totam, & per Ruyn. in consil. 61. in lite. numero sexto, & melius numero 28. libro quinto, & ex recentioribus Roland. de Valle in consil. 77. viso. numero 25. libro 2. post Federic. de sen. consil. 300. & Alex. in dicto consil. 91. & in princ. libro quarto, & And. Barbat. in consil. 45. mandato. num. 11. & seqq. præsertim numero 17. libro 2. ubi de dicto consil. Federic. facit mentionem, & post Alexand. dicto consil. 91. Aug. Bero. consil. 85. dicam breuiter. num. 22. libro 3. & in consil. 117. ex vltima. numero 4. eo. libr. 3. Qui omnes in hoc conuenire videntur, quod Iudex Ecclesiasticus 83 inhibere possit Iudice seculari: licet aliqua videatur difficultas, an ad hoc, quod ipse possit inhibere requiratur, quod pars sit coram eo citata, de qua apud eos videre poteris. Præsertim Bened. de Barfis, qui eleganter in materia loquitur, & plenius nouissime per Io. Bapt. de Asin. in sua praxi iudic. §. septimo, capitulo quinto, versiculo 72.

culo 72. citatio non requiritur. ubi præter aliquos ex supra allegatis, etiam alios in id citans, primo ponit, quod in huiusmodi inhibitione non requiritur citatio, deinde Niconitij sententiam referens multo plures in contrarium allegat, subdens post Iason. in l. si opus. numero 6. ff. de nou. oper. nunc. quod quamuis de iure verissima sit illa sententia, quod hoc casu citatio sit necessaria, tamen male in practica seruatur. Illud autem hoc loco ommittendum non est, quod post Bald. in leg. 1. in fin. C. quomodo, & quando Iudex. tradit Socin. in consilio 99. serenissimus. 86 numero 21. libr. 3. quod licet Iudex Ecclesiasticus inhibeat seculari sub pœnis, & censuris, ne de aliqua causa cognoscat, Iudex tamen secularis non debet tales inhibitiones curare, quando iurisdictionem non habet ab eo cognoscendi 87 talem causam, & ideo si clericus contra laicum produxit falsos testes coram Iudice seculari, si coram Ecclesiastico conueniatur de falso, non potest ecclesiasticus inhibere seculari ne fungatur partibus suis, quamuis accusatio falsi videatur maior, & præiudicialis alteri causæ, vt consuluunt aliis Federicus de Senis, & refert, & sequitur Soci. ubi supra. Circa quam materiam inhibitionis faciendæ per Iudicem Ecclesiasticum plures casus eleganter considerat nouissime Mandos. quos ponit in tractatu de inhibit. q. 10. 11. 12. 13. & 14. per totam. ubi quaestione 10. in fin. & 12. in fin. ex intentione Felyn. in capit. cum 88 sit. de for. comperent. & subdit, quod hodie curia Episcopalis per inhibitionem cum censuris multum obuiat talibus practicis, licet non semper 89 iuste, & de stilo est, quod huiusmodi inhibitiones Iudicis Ecclesiastici seruantur quorum opi. tutior videtur, quam illa, quam supra proximè ex Soci. post Bald. retulimus, præsertim, quia inhibetio de stilo siue iusta, siue iniusta est timenda. Rot. decisio 26. aliis 307. nota quod audientia. in fin. de appellat. in antiq. & dicemus latius infra in II. ampliat. regulæ princip. infra ponenda. numero secundo. quod autem dictum est Iudicem Ecclesiasticum posse in certis casibus inhibere Iudice seculari: sanè intellige, quando causa est spiritualis, vel spirituali annexa, & dependens, aliis secus, ad no. in capitulo tuâ. de ordi. cognit. & in c. quanto. de Iudi. vt declarat Bero. in consil. 117. ex vltima. nu. 9. li. 3. Ex quibus omnibus, vt ad principale propositum nostrum reuertamur, clarè apparet, id quod supra in hac tertia quaest. probandum assumpsimus, videlicet, quod Iudex maior omnibus inferioribus inhibere potest, & ista potest esse in proposito.

Regula quæ ex superioribus probatur.

Quam

LIMITA,

92 Primo, quod non procedat in Cardinalibus, quibus ob reuerentiam non inhibetur, sed innuatur commissio, vt dictum est supra in prima, & in secunda limitatione secundæ q. nu. 51. vt annotauit etiam Mandos. de inhibit. q. 4. nu. 13.

93 Secundo non procedat regula quoad tertium, & pœnitentiam extraneum, qui nullo modo possit liti præiudicare, quia inhibetio tertium non comprehendit, ad no. per Rot. decisio. 2. aliis 58. vt lite pendente. in antiq. no. Franc. in capitulo cum teneamur. num. 15. & seqq. de appell. &

no. omnes in capitulo Romana. §. in alium. de appellat. in 6. Quod tamen limitandum videtur 94 nisi in commissione esset clausula solita, videlicet, Cum facultate, quibus, ubi, quando, & quoties opus fuerit, inhibendi: nam stante ista clausula etiam tertius non nominatur in commissione possit in executione nominari: sicut dicimus de citatione vigore clausulæ. Omnesque alios, & cæ. de qua licet antiquitus essent opiniones diuersæ, secundum ea, quæ habentur decisio. 18. aliis 419. si impetretur. de dol. & cont. in no. hodie tamen ita practicatur, vt tradit Casfad. decisio. 2. si contra. versiculo nec obstat clausula. eo. tit. de dol. & cont. ponit Veffrius in praxi Ro. Cu. libro 4. capitulo secundo, de citatione extra curiam, & c. n. 2. Et pro hac limitatione bene facit, quod fuit dictum nouissime in vna Eluen. Archidiaconatus coram Lancillotto 27. Iunij. 95 1572. quod gesta post inhibitionem emanatam vigore commissionis habetis clausulam omnemque alios, & cæ. & executio contra eum, qui tunc in beneficio nullum ius habebat, sed per tresdecim annos post cepit ius habere (& consequenter ex hoc videbatur posse dici, quod esset tertius) esse tanquam attentata reuocanda propter efficaciam inhibitionis, & obseruantiam do minorum.

Tertiò Regula supra posita in eo, quod in ea dicitur, quod maior inhibet inferiori, limitatur, vt non procedat in adiuncto, quamuis enim ille 96 sit in pari iurisdictione, & soleat dici quod par in parem non habet imperium. Ille à quo. §. tēpestiuū. ff. ad trebell. de quo per Mandos. dicto tracta. de inhibit. quæst. 8. & propterea dubitent 97 aliis doctos. tan dispositio capitul. primi, de offic. deleg. contra impediētes iurisdictionē, procedat in collega ipsius Iudicis, de quo per doctos. in dicto cap. primo, post Bart. in l. 1. §. is videtur. in ff. si quis ius dicent. non obremper. Ad iūctus tamen statim præsentata sibi commissione, potest coniudicibus inhibere, ne ulterius sine eo in causa procedant, vt per Staphil. qui ita etiam practici attestatur in tracta. de lit. grat. & iust. in 2. parte. folio 178. versicul. in commissionibus Iustitiæ.

Quarta huic proxima potest considerari limitatio, in qua non maior inferiori inhibeat, sed par in parem etiam inhibendo exerceat imperium, 99 quando scilicet per consuetudinem, vel statutum introductum esset, quod par, aut etiam minor possit majori inhibere, vt tradit Mandos. dicto tracta. de inhibit. q. 4. nu. 5.

Quinto prædictæ affinis videtur etiam posse adaptari limitatio, in qua par pari inhibere poterit 100 quando scilicet is qui inhibet alterum in causa cognitione præuenerit, vt post Alex. in consil. li. 4. tradit nouissime Aug. Bero. in consil. 117. ex vltima. nu. 4. li. 3.

101 Sexto, quando tesseret appellatum à sententia lata super reintegratione possessionis, præsertim vigore statu. delphinalis incip. super literis, quia tunc Iudex ad quem licet respectu pœnæ declarata vigore dicti statu. possit inhibere, respectu tamen reintegrationis non debet concedere litteras inhibitorias, vt est decisio Aegid. 37. si appelletur.

103 Declara etiam prædictam regulam necessario vt Traç. de Attent. H 2

quod dictū est superiorē posse inferiori inhibere ne de aliqua causa cognoscat, tunc verū sit, quā do inferior recognoscit iurisdictionē à superiorī, non aut si recognoscit ab alio, vt post Archid. in c. de persona. 11. q. 1. & Host. in ca. volentes. de offi. deleg. & Bald. in l. 1. C. quomo. & quādo iud. tradit Soc. in conf. 99. serenissimus. numer. 21. & seqq. col. fin. libro 3. Pro qua declaratione optimē facit id, quod cōsuluit elegāter Bero. in cōf. 117. ex vltima. in princ. & vsque ad num. 9. libr. 3. quōd Papa, seu eius delegatus non potest inhibere in causa profana Iudici ordinario in ciuitate Florentiæ, ex quo Iudex in profanis Magnum Ducem in superiorem recognoscit, non autem Papam, qui in temporalibus ibi nullumius habet.

QUARTO Quæritur quando inhibendum sit, & breuiter dicendum videtur, quod sicut in 104 hibitio fieri potest non solum in prima, verū etiam in secunda instantia, quando negocium per appellationem deuoluitur ad Iudicem ad quem, ita duplex hic cadit inspectio,

Prima, quando Iudex primæ instantiæ inhibere possit.

Secunda, difficiolor, quando per Iudicem ad quem sit inhibendum.

Circa primam, licet videtur de iure dicendum quod ad hoc, vt Iudex inhibere possit, debet de necessitate lis coram eo pendere per citationem ab eo emanatam, & executam, ad capitulum tuam, & ibi no. de ordi. cognit. & per illū tex. Staphil. in tractatu de liter. grat. & iust. folio 178. versic. in commissionibus, quo fundamentum, quod ad hoc, vt inhibere possit debeat lis coram inhibente pendere, vtitur etiam Federic. de sen. in conf. 300. factum tale. sub numer. primo, & Laur. de Rodul. in repetit. cap. consuluit. quæ. 131. de vsur. & Ias. in l. ne quicquam. sub numero 30. ff. de offic. proconf. & Alex. in consilio 9. præstantissime. num. secundo. libr. quarto, quos omnes refert, & in hoc sequi videtur nouissimè Mandos. in tracta. de inhib. q. 18. sub num. 2. Quod vltra 106 eum ex eo etiam comprobari potest, quia inhibitio de per se non dicitur radicare, & perpetuare iurisdictionem inhibentis, vt no. gloss. in cap. præfenti. in verb. finitur. ad med. de offic. le 107 gat. in 6. Contrarium tamē videmus quotidie de stilo practitari, quod etiam non facta citatione conceditur inhibitio, immo, vt plurimum in prima citatione solet citatio vna cum inhibitione expediri, de quo stilo (loquens de inhibitione, quæ emanat ab adiuncto) attestatur specificè Staphil. vbi supra, versiculo nihilominus hoc non obstat. folio 178. vbi, & illud ea etiam ratione comprobatur post Bald. in authent. causa quæ sit cum Monacho, & melius in leg. presbyteri. C. de Episcop. & cler. & Ant. in dicto capitulo 108 lo tuā. quia scilicet inhibitio cum possit fieri partibus inuitis, multo magis poterit illis absentibus fieri, per regulam 1. quod potest inuitis. de regul. iur. præsertim quia omnibus magistratibus concessum est, vt etiam pœnali iudicio possint suam iurisdictionem tueri. l. prima. ff. si quis ius dic. non obtemp. quod nullo commodiori modo eis contingere potest, quàm per viam inhibitionis ab initio litis coram eis introductæ, à 109 quo stilo (cum ille pro iure habeatur, Rot. de-

cifio. 3. aliàs 11. fuit dubitatum. in 3. addit. de appellat. in no.) non esset discedendum, præsertim quia ab antiqua practica non est recedendum, vt per multa more suo deducit Tiraquel. in tract. le mort faitis. in 2. parte. declarat. 16. numero quarto, pro quo stilo facit dicta decisio. 3. aliàs 11. fuit dubitatum. versicu. sed pone. de appellat. in no. Illud tamen in hac prima inspectione non est ommittendum, quod licet iudex in prima instantia soleat regulariter absque magna causa cognitione inhibitiones decernere, si tamen causa esset grauis, & per inhibitionem impediretur, ne aliqua vniuersalis dispositio, vt potest Concilij suum fortiretur effectum, tunc non solum iudex non debet esse facilis ad inhibendum, verum etiam Signatura solet in clausula facultatis inhibendi addere quandoque hæc verba, Præuia matura causæ cognitione, prout fuit factum in vna Lucana iuris visitandi coram Guicciardino: in qua cum tractaretur an Episcopus posset visitare collegiatam Ecclesiam Sancti Michaelis, quæ prætendens se ab illo exemptam commiserat causam iactationum in Rota, Signatura in commissione addidit clausulam hanc, videlicet (Præuia tamen matura causæ cognitione, & decretis Sacri Concilij mature consideratis, ac discussis) & tandem sub die 26. Maij. 1567. fuit resolutum non esse inhibendum.

Circa secundam inspectionem, quando scilicet Iudex ad quem inhibeat, sciendum est, quod licet varij varia in hoc dixisse comperiantur, & aliqui voluerint, quod regulariter inhibitio non fiat nisi lite contestata, vel post datum terminum ad impugnandum, & iustificandum appellationem, de quo est decisio Rot. 6. aliàs 44. nota, quod per Auditorem. de appellat. in antiq. & alij verò fuerint in opi. quod postquam quis fuit citatus ad dicendum contra commissionem, & nihil releuans opposuerit, possit sibi inhiberi, de quo per Rot. decisio 68. aliàs 762. sciendum est. de appellat. in antiq. & alij verò prout fuit Io. Monach. relatus à Rot. in dicta decisio. 6. aliàs 44. dixerint, quod ex quo Iudex appellationem recipit possit inhibere: Attamen omissis disputationibus, & inhærendo his, quæ quasi frequentiori calculo docto. potest videtur, dicendum est quod cum regulariter in inhibendo requiratur aliqua causæ cognitio, vt dicit expressè Aret. in consil. 75. diligenter. columna 4. & Lap. allegat. 161. & Compstell. in cap. dilectus. post princ. de rescript. & tradit nouissimè post Fely. in d. cap. dilectus filius. el. 2. columna fin. in princip. de rescript. & Alex. in conf. 69. columna secunda, libro 7. & post Hip poll. de Marsil. & Ias. in locis per eum allegatis Roland. de Valle. consil. 77. viso. numero 24. libro secundo, quibus adde Vital. (qui præter cæteros hanc materiam fusius tractasse videtur) in tracta. de clausul. in clausula nil nouar. appellatione pendente. nu. 23. vers. superest nunc videre. Didac. practic. quæ. cap. 24. nume. 3. & nouissimè Minsinger. sing. obser. cent. prima, decisio 31. incip. quando Iudex ad quem non inhibebit nisi sibi constiterit fuisse appellatum, & per appellationem ad eum causam totaliter fuisse delatam, ad tex. in capitulo Romana. §. si verò. de appell.

appell. in 6. ex quo tex. hanc notab. regulam collige inquit Franc. in capitulo primo, numero 14. de appell. & est decisio Rot. 3. aliàs 11. fuit dubitatum. in princ. de appell. in no. & post eam Mil. in verb. appellatione ad curiam. folio octauo, & tradit etiam Roland. dicto numero 24. Quibus concord. etiam alia decisio Rot. 4. aliàs 391. nota quod auditor. de foro compet. in antiq. & alia decisio Guid. Pap. 436. cum materia q. 59. nume. 66. & ex recentioribus Aug. Bero. in consil. 117. ex vltima. numero quarto, libro tertio. & nec sufficeret hoc casu probare fuisse appellatum, nisi etiam probetur fuisse appellatum infra decem dies, vt rectè animaduertit nouissimè Minsinger. sing. obseruat. centuria 3. decisio 11. incip. non solum, & ratio est, vt omnes supradicti dicunt, & Specul. reasumit in tit. de appell. §. de officio. sub numero septimo, versiculo, sed quæritur quādo. & quia scilicet Iudex antequam inhibeat debet cognoscere an sua sit iurisdictione in illa causa, & postea inhibere. Et secundum præmissa potest in hac quarta quæst. constitui

Regula, Quam

AMPLIA,

Primò, vt in tantum hæc causæ cognitio requiratur, vt si ea prætermissa Iudex deueniret ad inhibitionem esset iusta causa appellandi, & posset ab eo appellari, vt dixit notanter Franc. in capitulo primo, numero 14. de appell. cui adde Lanfranc. decisio. 466. si Iudex. & dixit ad propositum post alios per eum allegatos Roland. dicto conf. 77. num. 24. quod talis inhibitio tanquam de facto facta deberet etiam de facto reuocari.

Secundò, vt si hæc causæ cognitio fuerit iam incepta per hoc non potest ea pendente fieri inhibitio, vt post Inno. tradit Guid. Pap. dicta decisio. 436. quæstio. 52. numero 59. & iterum in tracta. de appellat. quæst. 51. & Quamus contrarium sensisse videatur Saly. in leg. appellatione. C. de appell. quem refert Viral. in clausula nil nouar. appell. pendent. numero 27. in fi. & distinguendo, & concordare videtur opi. vt prima procedat post comparitionem appellati negantis ex probabili causa fuisse appellatum, alia verò opinio procedat ante appellati comparitionem, & negationem, & ad propositum huius ampliationis, facit, quod aliàs dixit post alios Minsinger. sing. obseruat. centuria prima. decisio. 31. incip. quando Iudex. & quod si in puncto competentis (& consequenter hac cognitione cepta) obiciatur talis dubietas, quod iurisdictione reddatur dubia, tunc Iudex non debet interim inhibere donec cognoscatur de veritate iurisdictionis.

Tertiò, quod Iudex hoc casu poterit inhibere non solum in curia, verum etiam extra curiam & in partibus: & etiam si commissio non haberet nisi clausulam cum potestate inhibendi, vt dicit Cassad. decisio 4. tempore. in fi. de rescript. qui licet vtatur hoc modo loquendi, quod statim, id est postquam sibi constitit de præmissis, vt sentit decisio Rot. quam ipse ibi allegat, in princ.

Quartò, vt cum hac causæ cognitione sit

inhibendum etiam si commissio dicat constiro, 129 quou pensio sit conditionalis, & inhibitio ista afficit de rigore, quicquid dicat Paris. consilio 36. & Deci. consilio 13. vt dicit formaliter Put. in re-collect. suis decisio. 2. inhibendum est. sub rubr. vt lite pendente. ita fuit dictum in vna Gebenen. pensionis coram Prospero. 15. Iunij. 1546. fuit 130 tamen dictum, quod si constaret in actis de implemento conditionis, non reuocarentur attentata, ne vna manu fieret restitutio pecuniarum, & alia manu cogere quis ad solutionem. Quam Put. decisio. citat, & sequitur nouissimè etiam Mandos. in tractatu de inhib. quæstio. 25. numero 4.

Quinto Amplia, vt cum hac causæ cognitione Iudex ad quem non solum inhibeat in causa civili, verum etiam inhibere possit in causa criminali, & etiam si essemus in confesso, & cōuicto, vt dixit notabiliter Aufrer. in addit. ad decisio. Tolos. 176. vers. tamen Iudex ad quē. vbi dixit, quod potest Iudex à tempore, quo incepit cognoscere, an appellatio sit admittenda inhibere executionem.

LIMITA eandem regulam,

Primò, quod si essemus in appellatione ab interlocutoria, & grauamine, quia hoc casu non sufficit causæ cognitio, de qua supra, sed vltra id, quod debeat Iudici ad quem constare, de appellatione, & de deuolutione, debet ille incipere cognoscere etiam de veritate causæ in appellatione expressæ, & tunc inhibebit, vt not. docto. præsertim Geminia. in dicto capitulo. Romana. §. si verò. ad fin. de appellat. in 6. & est text. in ca. non solum. ad fi. ibi postquam constiterit per appellationem emissam ex probabili causa negocium ad se deuolutum, & c. de appell. in 6. & est notab. decisio Rot. (quæ dicit, quod hanc 134 Rot. doctrinam dat in materia inhibitionis faciendæ) 68. aliàs 762. sciendum est. in fi. versiculo si verò à grauamine. de appell. in antiq. & melior decisio. 58. aliàs 412. si appelletur. num. secund. de appell. in no. quæ dicit, quod in huiusmodi inhibitione canonicè faciendā, tria requiruntur, videlicet, quod appellatio sit ex probabili causa interiecta, & tali quæ si fuerit probata, deberet legitima reputari. Item quod per talem appellationem negocium sit ad eum deuolutum, Vltimo, quod ipse recepta appellatione incipiat cognoscere de veritate causæ, & quod tunc, & non ante potest in causa inhiberi: quod specificè docet etiam Specul. in titul. de appellat. §. de officio. sub numero septimo, versiculo si autem 136 ante sententiam, & licet aliqui quoad præsentem limitationem dixerint esse in hoc distinguendum inter delegatum à Principe, vt ille statim inhibere possit, & alium ordinarium, qui cæpta demum cognitione super veritate causæ inhibere possit. Hæc tamen distinctio non videtur admitti per docto. & contrarium est verius, quod in interlocutoria sit etiā de veritate causæ cognoscendum, vt attestatur Specul. vbi supra: prout etiam rectè animaduertit Compstellan. in d. capitulo dilectus. columna secunda, versiculo alij dicunt, & c. ext. de rescript. qui ibi idem ver 137 ficul. & intelligo. eleganter declarat, quod tunc

Iudex dicatur incepisse cognoscere de veritate causæ ipsius appellationis ad effectum inhibendi quando partes citat, vel illis in sua præsentia constitutis terminum assignat. Et contra dictam distinctionem fuisse Mediolani prædicatum attestatur nouissimè. Lancellot. Conrad. de Prætor. §. 2. de off. Præt. in caus. ciuil. in capitulo, de appell. sub numero 27. vers. hodie tamen vidi. Hæc tamen limitatio videtur sublimitanda, Primò, 138 vt non procedat quando cum articulo grauaminis esset sibi commissum etiam negociū principale cū potestate citandi ad partes, tunc enim indifferenter inhibet, & ratio est, quia hoc casu ius inhibet, vt dicit Rot. decisio. 4. aliàs 391. Nota, quòd auditor. de foro compet. in antiq. sed aduertendum est, quòd cõtra hanc sublimit. videtur in contrarium multum vrgere alia Rot. decisio 3. aliàs 11. fuit dubitatum. de appellat. in no. in princip. dum vult, quòd etiam commissio negotio principali Iudex non possit inhibere, nisi constet sibi de appellatione, & de deuolutione, vel (& in hoc videtur consistere contrarium) nisi incipiat cognoscere de veritate causæ, seu 139 de negotio principali: † Nisi dicas, quòd dicta decisio 3. in princ. procedat de iure, decis. autem 4. de for. compet. procedat de stilo. Quam solutionem multum suadet id, quòd dicitur in eadè decis. 3. vers. sed pone, vbi inquit, quòd inhibitiõ in eo casu potius sublimitetur de stilo, & æquitate canonica, quàm de iure, & casus ille in vers. sed pone, sicut differt in effectu à casu posito in princ. dictæ decisio. 3. vt ibi annotatur in prima additione, ita etiam modus loquendi, quo vtitur Rot. in dicto versicul. sed pone, & in dicta decisio. 4. videtur idem, dum vtrobique dicitur de commissione causæ appellationis cum negotio principali cū potestate citandi ad partes, & pro 140 pterea eadè solutio potest adaptari. † Secundo, sublimita ex intentione Vital. in clausula nil nouar. appellatione pendente. sub nu. 23. vers. solue nisi appellans, vt non procedat, quando ab interlocutoria appellas coram Iudice à quo obtulisset se incontinenti probaturum veritatem causæ appellationis, & non fuisset admissus: quia tunc incontinenti est inhibendum, ad no. in c. interposita, de appell. & in dicto c. Romana. 141 Tertio, vt non procedat de stilo Camera Imperialis, in qua sufficere videt, quòd de iurisdictione Iudicis inhibentis constat, saltem ex narratione appellantis, vt loquens etiam de interlocutoria, inquit nouissimè Minsinger. sing. obseruat. cent. 3. decis. 87. incip. quando Iudex, † vbi subdit, quòd si post huiusmodi inhibitionem Iudex procedat, processus tanquã attetatus reuocaretur. † Quarto, videtur posse limitari, vt non procedat quãdo cõsuetudo esset in cõtrariũ, vt colligitur ex his, quæ ponit Compostell. in dicto c. dilectus. ad fi. vers. respondendũ videretur, quòd nisi sit contraria consuetudo, &c. de rescript. qui licet videatur loqui de consuetudine, quæ in inhibendo requireret causæ cognitionem, quia tamen in hac materia inhibitionis ipse nõ inficiatur attendendam esse consuetudinem, non videtur omnino absurdũ, vt etiã cõsuetudo remittens dictã causæ cognitionem sit attendenda, tum quia cõsuetudo regulariter solet attendi, ad no.

in l. de quibus. ff. de legib. tũ quia videmus, quòd etiã in ppria nostra materia attentatorũ habetur alias in cõsideratione ad excusanda attetata, vt adnotauim⁹ supra in hac 2. part. c. 12. de attet. appell. pen. in 48. limit. princip. per totam.

144 Secundò, limita, † vt non procedat, quando essem⁹ in appellatione extraiudiciali, in qua præter id quòd supra in regula fuit dictũ, quòd Iudici constare debet fuisse appellatum, & causam ad eũ esse deuolutã, debet aliud etiã pbari, quia per Iudicem, cui huiusmodi causa fuerit cõmissa nõ est inhibitiõ aliquatenus concedenda, nisi aliqualiter de præmissis, quæ in appellatione fuerunt expressa constiterit, vt dicit formaliter Rot. deci. 45. aliàs 346. si appelletur in partibus. de ap-

pellat. in no. † verificari enim appellatio extraiudicialis debet antequã inhibeat Iudici à quo, secundũ Mil. in verb. appellatio extraiudicialis.

146 fol. 8. tũ pro veritate causæ in huiusmodi appellatione expressè nõ præsumat. Rot. decis. 44. aliàs 344. licet. n. 3. de appellatione. in no. Quinimmo aliqui, prout Cõpostellã. in d. c. dilectus. in fi. vers. ite quid si appeller extra iudiciũ, & c. de res-

cript. tenet, † quòd Iudex hoc casu, etiam si de veritate causæ appellationis cõperit cognoscere, nõ possit inhibere ei à quò, & cõtra quem est appellatũ, tum quia per huiusmodi appellationẽ nõ transfertur iurisdictione ad superiorẽ, tum etiã quia per appellationem non debet quis sua possessione priuari, vt latius ibi per eum. Hæc autẽ

148 limitatio sublimitanda similiter videtur, Primò, vt non procedat, quando appellans coram executore, à quo extraiudicialiter appellauit, obtulit se incontinenti probaturum causam appellationis, secundum opinionem illorum, qui tenent, quòd capi. interposita. de appell. procedat etiam in extraiudiciali, de quo per Vital. in clausula nil nouar. appellatione pendente. sub nume. 26. vers. si verò est appellatum extraiudicialiter. (Ang. enim per Vital. ibi relatus, sub numer. 23. vers. hæc tamen fallentia. contrarium tenuit.)

149 † Secundò, quando essem⁹ in appellatione extraiudiciali interposita, in electionib⁹ Cathedralium, vel Regularium Ecclesiarum, in quibus cū speciale sit quòd quicquid sit post, & contra tales appellationes sit irritũ, & inane. per c. si post quã. de electionibus, in 6. vt dicit Vital. ibi sub num. 26. satis apparet, quòd eo casu ius ipsum inhibet: vnde si Iudex quoque hoc casu etiam non verificata causa, vellet inhibere, vtique debet sibi permitti, quia id faceret in Iuris executionẽ, quæ non habet iniuriam, vt dicit Vital. ibi. n. 26. post Rot. de qua ibi per eum.

150 Tertio, † quãdo appellatio cuius commissio nis vigore peteretur inhiberi, esset interposita in casu à Iure prohibito, puta in sententia super notorio, vel in casu quo quis fuisset confessus, vel conuictus, quia tunc vltra causæ cognitionẽ super appellatione, & deuolutione de qua in regula, requirit etiã, quòd Iudex antequã inhibeat incipiat cognoscere, an appell. sit recipienda, vel nõ, vt per tex. in dicto c. Rom. §. si autẽ. de appellat. in 6. est decis. Rot. 68. aliàs 762. sciendũ est. n. 2. de appellat. in antiq. & tradit Cõpostellã. in d. c. dilect⁹. post princ. vers. quòd est verũ. de rescript.

151 put etiã quãdo appellatio esset interposita ex causa

causa manifestè friuola non esse inhibendũ tradit Mil. in verb. appellatione in curia interposita. ad fin. fol. 8. vbi subdit, † quòd hoc casu etiam si seruatis terminis solitis, defacto inhiberetur, talis inhibitiõ non causaret attentata, de quo & nos dicemus in hoc eodem cap. in prima limita. prin. vers. vel quãdo. nu. 10. Et generaliter, quòd vigore commissionis appellationis in casu à Iure prohibito interposita nõ valeat inhiberi, est decis. Cassad. 10. incip. casus. numer. 4. de rescript. & tradit post Specul. Geminia. Felyn. & alios per eum allegatos Maranth. in 3. parte sextæ partis principalis. q. 2. num. 196. & Ioan. de Neuizza. in consi. 60. non declines. numer. 15. vers. stante ergo. Hanc tamen limitationem quatenus essem⁹ in possessorio, in quo regulariter prohibetur appellatio, iuxta ea quæ diximus supra ca. 12. de attentat. appellatione pendente. in 25. limita. princip. in princip. & latissimè diximus etiam in tractat. de appella. in possessorio prohib. vel permiss. in princ. † Declara, quòd licet vigore appellationis in possessorio interposita, præsertim vigore statuti delphinat. in cip. si quis per litteras. non sint concedendæ litteræ inhibitoriæ respectu reintegrationis possessionis, benè tamè possunt concedi respectu pænæ declarata vigore dicti statuti, vt tradit Guid. Pap. decis. 33. si appelletur. in princ.

Quartò, vt inhibitiõ etiam cum dicta causæ cognitione, de qua in regula nõ possit fieri quãdo in palatio coram aliquo Auditore fuisset conclusum in causa, quia sibi de stilo post conclusio nem in causa non inhibetur, & est decis. Rot. 66. aliàs 674. nota quando in aliqua, de appellat. in 155 antiq. † vbi id ampliãt procedere tam in causa spiritali, quàm persona, cui concordat deci. 29. aliàs 711. de stilo, & decis. 30. aliàs 747. nota quòd si aliqua. de dol. & contum. in antiq. Quam limitationem sanè intellige procedere in Auditoribus Rotæ, secus in aliis iudicibus, vt dicunt dictæ 156 decis. omnes, † & insuper quòd hoc verum sit, quando verè conclusum est in causa, secus si tacitè videretur conclusum, & solum ab vna parte, puta per missionem citationis ad sententiã, secũdum Bero. q. 124. quando appellat. nume. 3. & de 157 clara, † quòd licet non soleat fieri, si tamè fuerit facta inhibitiõ illa causaret attentata, ita vt sententia post eam lata esset nulla, & ita tenet maior pars dominorum, vt dicit dicta decis. 29.

158 Quintò, † fallit in inhibitione quæ fit per adiũctum suis coniudicibus, quia adiunctus statim præsentata commissione inhibet suis coniudicibus, ne sine eo vterius in causa procedat, vt tradit, † & ita praticari attestatur Staphil. in tractatu, de liter. grat. & iust. fol. 178. vers. c. in commissionibus, & vers. seq.

160 Sextò, limitari potest, † vt non procedat quãdo causa quæ tractatur coram alio Iudice est incidens, & de sui natura præiudicialis causæ quæ tractatur per primum Iudicem, tunc enim secundus Iudex potest statim, & absque alia causæ cognitione primo Iudici inhibere, vt inquit formaliter Lap. alleg. 60. visis. nu. 6. secundum modernã impressionem, ad quam circa hoc nonnullas allegationes citat nouissimè Mandos. ibi in additione, in verb. statim. cui præter allegatos per eũ adde Aret. in consil. 75. diligenter. colum. 4. sub

versicu. his præmissis, & And. Barbat. in consi. 45. mandato, & iussu. num. 14. lib. 2. vbi dictam Lap. allegationem refert, & sequitur. Quæ limitatio non videtur mihi multum clara nisi adiuuetur declaratione, quam in proposito facit Geminia, 161 in dicto capi. Romana. §. 2. in fin. † vt scilicet, iste secundus Iudex, qui inhibet, non fuerit aditus per viam appellationis, sed alia via ordinaria in prima instantia ex eo, quia primus Iudex nõ poterat ex aliqua causa cognoscere de illa causa in cidenti, & præiudiciali, aliàs si præsupponeretur aditus per viam appellationis non potuisset inhibere sine dicta causæ cognitione, vt ibi per eũ latius.

162 Septimò, limita, † vt non procedat in inhibitione, quæ concederetur iuxta formam commissionis, illa enim semper concedi solere, & quotidianus vsus demonstrat, & attestatur Paleott. in recol. suis. deci. 41. petebatur. sub die 28. Ianuarij. 1558. & secundum hanc limitationem, & attentò stilo fuit tentum per Dominos in vna Calaguritana cappellaniæ coram Sarmiento 2. Maij. 1561. & in alia Toletana portionis coram Grato 24. Ianuarij 1564. in qua licet per aduocatos ad deducendum, quòd inhibitiõ, de qua agimus erat concedenda, etiam si commissio esset limitata, & cõditionalis (allegaretur decis. A corãbo. 53. & Peregrini. 24.) in rei tamen veritate illa nihil dicit, de inhibitione concedenda, sed solum, quòd si fuerit concessa illa afficit, etiam si fuisset commissio conditionalis, de cuius tamen veritate latius dicemus infra hoc eod. cap. de attent. post inhibitiõ. in 13. limitatione. principali per totam. Quinimmo ex his quæ in d. Toletana in facto prætende-

163 bantur potest colligi notab. ampliatio, † ad præsentem limitationem, vt inhibitiõ iuxta formam commissionis sit danda, etiam ad instantiã attentantis, prout dicebatur esse eo casu Io Morã, qd clarius colligitur ex his, quæ postmodũ fuerunt in eadem causa ordinata sub die 28. Aprilis eiusdè anni, eodè Grato proponente, videlicet, quòd cũ cõtra Moran pro parte capituli Toletã. fuisset commissã causa attentatorũ cum præsertina cõmissionis (cuius vigore Moran iam obtinuerat inhiberi) & instaretur pro parte capituli, vt vigore dictæ cõmissionis inhiberetur, & dubitaretur, an esset inhibendum. Domini ordinarunt, quòd iuxta formam vltimæ commissionis inhiberetur, addito decreto, quòd inhibitiõ sit sine præiudicio præcedentis inhibitionis, ne Moran eiiciatur à possessione, vel procedatur contra eum 164 ad nouam informationem, † & ratio esse potest, quia semper in cõmissionibus solet apponi clausula, cum facultate citandi, & inhibendi: qua stante licet iudex aliàs non posset statim inhibere, tamen, vt illa clausula aliquid operetur, potest statim etiam ab (que citatione partis) inhibere, vt declarat Bero. quæst. 124. quando appellatio. num. 165 secundo. † Quæ tamen limitatio, cum videatur absolute tollere illam causæ cognitionẽ, de qua loquitur c. Romana. §. si verò, & §. seq. de appellat. in 6. & in stilo videatur fundata, facile dici posset, quòd hodie de iure sit parum attendenda, ex quo hodie per sacrum Tridentinum Conciliũ in sub Pio 4. die 17. Septembris 1562. fuit in omnibus, & per omnia reuocata dicta constitutio Innocentij 4. quæ incipit, Romana. cũ ex-

pressa derogatione cuiuscumque consuetudinis, stili, aut priuilegij, & cum decreto, quod aliter factæ inhibitiones, & inde secuta quæcunque, sint ipso iure nulla, vt habetur in dicto Concilio sess. 22. capit. 7. de reform. Quod si eam teneas, illam, 166 indistinctè non admittas, sed declara, vt extra curiam nõ soleat etiam iuxta formam cõmissionis inhiberi, quando timetur, ne inhibito sit impedimento aliàs legitime gestis, & ordinatis per Rotam, prout erat sequestum aliàs appositum in vna Burgen. decimarum, de scalante, corã Didac. Deza. in qua 17. Maij 1553. fuit resolutum, quod non daretur inhibito iuxta formam cõmissionis extra curiam, ne sequestum impediretur.

Octauo, vt id quod diximus, in hac inhibitione concedenda necessarium fore, quod constet Iudici de appellatione, & causæ deuolutione 167 intelligatur, quando Iudex ad quem vult inhibere iudici à quo, secus si velit inhibere partibus ne aliquid illicitum faciant, quia hanc inhibitionem etiam, quod sibi de præmissis non constet partibus facere potest, vt no. expressè Gemina. in c. Romana. §. si verò. ad fi. vt etiam Moderni apostillantes tex. in dicto §. si verò. de appel. in 6. considerata videntur.

Nonò limita, vt ea quæ dicta sunt supra, de causa cognitione adhibenda antequam inhibeatur procedant in iudice ad quem, t̄secus autem in iudice à quo, cum enim etiã iudex à quo possit etiam postquam detulit appellationi inhibere partibus ne aliquid in præiudicium appellationis innovent, vt post glo. in c. secundo, de matrim. contr. interd. Ecc. contract. & Anto. de Butrio ibi, & Federic. de Sen. in conf. 93. tradit Frac. in c. cum teneamur. num. 21. de appell. euidenter apparet, quod in huiusmodi inhibitione per eum decernenda præmissa causæ cognitio, non est ali quo modo necessaria.

Decimò potest vniuersaliter limitari, t̄ vt nõ procedat, de stilo Cameræ Imperialis: Quæ solet aliquoties inhibere, etiam si de iurisdictione Iudicis inhibentis, non constet, nisi per narrationem appellantis, vt tradit (loquens, de appellatione tam à diffinitina, quã ab interlocutoria, de qua diximus supra in fi. primæ limit. num. 133.) nouissimè Minsinger. sing. obseruat. centuria 3. decisi. 87. incip. quando Iudex, vbi ad propositum nostrum subdit, quod gesta contra talem inhibitionem essent tanquam attentata reuocanda.

 Tra. de Attent. I 2

cari attentata, & postea de validitate inhibitionis disputari, ut fuit nouissimè tentum in vna Legionem. coram Accorant. vt est celebris decis. in recollet. Fab. Marcoramb. 53. incip. licet Rota, quam (duntaxat hanc conclusionem tenens) citat nouissimè Mandos. in tracta. de inhibit. qu. 20. Quibus adde tu, quod eam sæpius videtur secuta Rota, prout in vna Senogaien. parrochialis de Mondulfo coram D. meo Oradino. 9. Iunij. 1559. & in alia Roma. rei iudicata. de Soderinis coram Sarmien. 21. Aprilis. 1561. in qua fuit dictum, quod stante inhibitione Rotali non potuit auditor tenere terminum pro seruato propter interpretationem, & stilum dominorum, quæ in eo versantur, vt omnis inhibio afficiat, cum in curia duo sint remedia in promptu, videlicet, reformatio commissionis, & moderatio inhibitionis, cui in hoc concordat alia notab. decis. Acchill. de grass. vt in eius recollet. decis. 27. attentata ex stilo. sub rubr. de attent. vbi huius stili vltra supradictam t aliam quoque videtur assignationem, quia scilicet, si sumus in curia facile est a iure Principem pro remedio, & reformare commissionem, si verò sumus in partibus, quia non est aperienda via inferioribus iudicibus, vt inhibitiones facile negligant, cum quo stilo videtur concordare etiam stilus Camerae imperialis, de quo dicemus proximè vers. secundo pot nullitas. sub numer. 13. Vnde hoc stilo retento secundum eum firmari potest hæc ampliatio, quod inhibio etiam iniuncta, & inualida causat attentata. Est tamen aduertendum, quod hmoi stilus non videtur vniuersaliter, ad quancumque inhibitionem referendus, sed duntaxat, ad inhibitiones Rotalis, restringendus, & propterea cum aliis in vna Gerunden. canonicatus coram Grato 29. Ianuarij. 1565. dubitaretur, an gesta per capitulum Gerunden. contra inhibitionem emanatam à iudice delegato per Nunciū Sedis Apostolicæ essent attentata, & magnavis fieret, quod inhibio iuxta stilum facit attentata: ex aduerso verò replicaretur, quod illa non erat inhibio Rotalis, & sic non intrabat prædictus stilus: hanc replicationem videntur tacite etiā Domini admisisse, qui in dicta propositione tenuerunt pro non attentatis.

6 TEx pluribus autem contingere potest, quod inhibio possit dici inualida, & iniuncta, vt mox subiiciemus, quæ singula pro singulis ampliacionibus potuissent hic comodè poni, sed ne numerus ampliacionum excresecat cum vna ferè oēs ratione niti videant (quia scilicet inhibio peccat in aliquo, quod de sui natura fuisset necessarium) placuit oēs sub hac ampliacione concludere.

7 inualida ergo Primo inhibio dici potest, t si emanasset vigore appellationis interpositæ in casu inappellabili, & de iure prohibito, quāuis enim sumus in casu appellabili, si tamen fuit inhibio, illa dicitur causare attentata. Aufrer. in addit. ad decis. Tolos. 500. qu. vltima, circa med. exemplum, quando esse in sententia iudicis dati cū clausula appellatione remota, à cuius sententia regulariter nō appellatur, vt patet ex his, quæ dicta sunt supra in hac 2. parte, cap. 9. de attent. appellatione pendente. in 8. limit. princip. in princip. & tamen inhibio subsecuta eo calu causat attentata, vt dictum est ibi in 2. sub-

8 limitatione. numero 9. Sic & quando, t fuisse friuolè, & frustratorie appellatum, quod à iure est prohibitum, ad capitu. cum appellationibus friuolis. de appe. in 6. cum aliis adductis in supra dicto capi. 9. in 6. limit. princip. & tamen si vigore friuolæ appellationis fuerit inhibio, de stilo gesta post inhibitionem, tanquam attentata reuocanda sunt, vt diximus ibidem in prima limit. numero 15. t Sic etiam, quando sumus in notorio, licet appellatio regulariter sit prohibita. c. Romana. §. si autem. de appell. in 6. Rot. decis. 68 aliàs 761. sciendum. ad med. de appellatione. in antiq. Inhibio tamen vigore appellationis in notorio interpositæ emanata operatur effectum attentatorum, vt annotauimus in supra dicto capitulo 9. in 9. limitatione principali. in 2. sublimit. numero 9. t prout etiam inhibio facta vigore appellationis à sententia lata in iudicio possessorio interposita causat attentata, vt dictum est supra, in dicto capitulo 9. in 25. limit. princip. in 28. sublimita. ibi posita. numero 300. t Quibus proximum est, quod quamuis post decem dies à recitatione sententiæ non possit appellari, Authent. hodie. C. de appellatio. & diximus abundè supra eodem capitulo nono, in quinquagesima limitatione principali. in 2. causa nullitatis appellationis. numero 32. & seqq. si tamen post decem dies de facto appelletur, & eius vigore subsequatur inhibio, illa dicitur causare attentata, vt diximus dicta quinquagesima limitatione. in 1. limit. regulæ ibi posita, numero decimotertio. Quod & generaliter etiam annotauimus eodem capitulo 9. in 52. limitat. princip. in princip. numero 4. & seqq. dum locuti fuimus de gestis post appellationem interpositam in casu à iure prohibito, & quod si vigore talis appellationis fuisset inhibio, diceretur attentari, vt ibidem, numero 54. quibus adde notabile dictum Card. in clemen. 1. qu. 8. ad fi. de re iudic. vbi concludit, quod quando appellatur in casu à iure, vel ab homine prohibito, si superior admittat appellationem, & inhibeat, executio interim facta est irrita, & attentata: t sic & post tres conformes non datur appellatio, vt in rubro, & nigro. C. ne liceat tertio prouocare, & tamen gesta post inhibitionem emanatam vigore commissionis appellationis post tres conformes omnia dicuntur esse attentata, vt voluerunt aliàs domini in vna Valentin. della plebe, de quo est in recollet. Acchil. de grass. decis. 27. attentata ex stilo. sub rubr. de attentatis, quod etiam affirmavit Mandos. in tractatu de inhibit. quæstion. vigesima nona. sub numero 6. vbi idem refert fuisse tentum in alia Brixien. matrimonij corā Ptolomeo 19. Februarij. 1546.

Secundò potest nullitas, & inualiditas inhibitionis ex eo deprehendi, t quia scilicet non iustificata appellatione iudex inhibuerit, diximus enim supra, in hoc 17. cap. in præfatione quæstio. 4. numero 129. & numero centesimotrigesimo octauo, quod in certis casibus, puta in appellatione ab interlocutoria, vel extraiudiciali antequam decernatur inhibio est iustificanda, & probanda veritas causæ in appellatione expressæ, & tamen ad propositum nostrum etiam si in decernenda inhibitione interuenerit huiusmodi defectus, quia appellatio non fuerit

rit iustificata, nihilominus gesta post talem inhibitionem dicuntur attentata, & reuocanda, quod sentit licet sub dubio Didæ. practic. quæstion. capi. 24. vers. quinto idem erit. sub numer. 3. expressius firmauerunt ex stilo domini in dicta Valentin. della plebe, vt refert Acchill. dicta decis. 27. sub rubr. de attentata. volentes quod omnia facta post inhibitionem sint attentata, etiā quod non fuerit iustificata appellatio, quod vltra prædictos comprobari potest, ex eo, quod dicit notabiliter Franc. in c. bonæ. numero 4. de appell. quod inhibio, etiā si sumus in appellatione extraiudiciali, operatur hunc effectum singularem, scilicet reuocationem attentatorum, etiam si veritas causæ in appellatione expressæ non probetur, pro quo stilo facit etiam obseruantia Camerae Imperialis, & de qua nouissimè apud Minsinger. sing. obser. cent. 3. decis. 87. incip. quando iudex, vbi refert, quod solet Camera prædicta inhibere, etiam si de deuolutione causæ non constet, nec de veritate causæ sit inceptum cognosci, dummodo de iurisdictione iudicis inhibentis constet saltem ex narratione appellantis, subdens quod gesta post talem inhibitionem veniunt, tanquam attentata reuocanda.

14 Tertio, t defectus, & inualiditas inhibitionis ex eo prouenire potest, quia fuerit facta contra stilum, cum enim à stilo, & antiqua practica nō sit recedendum, vt per multa (quæ more suo congerit) deducit Tiraquell. in tracta. le mort fait. in 16. declarat. sextæ partis. nume. 4. si inhibio contra stilum emanauerit, quāuis non immerito possit dici inualida, & iniuncta, gesta tamen post dictam inhibitionem nulla, & attentata cesebuntur, & ideo licet de stilo non possit fieri inhibio Auditoribus Sacri Palatii postquam fuerit per eos in causa conclusum, vt est decis. Rot. 66. aliàs 674. Nota, quando de appellatione. in antiq. & dictum est supra, in hoc 17. cap. in præfatione quæstio. 4. in 4. limit. nume. 147. si tamen fuerit facta expressè inhibio, & Auditor post inhibitionem sententiam ferat, talis sententia reputatur nulla, & inualida, vt est decis. Rot. 29. aliàs 711. de stilo, de dolo & contumacia in antiquis.

Quartò, Inhibitionis euidēs defectus ille cōsiderari possit t, si emanasset à iudice carente iurisdictione, cum enim inhibio dicatur sententia interlocutoria, & ab habente iurisdictionem prouenire debeat, vt diximus supra in princ. huius cap. in descriptione inhibitionis. num. 22. proculdubio talem inhibitionem nullius roboris aut efficaciam esse debere, dicendum est, ad non per omnes in rubr. C. si à non competent. Iud. & tamen gesta post inhibitionem emanatam à iudice iurisdictione carente, t ante tamen quā sit certum eum non habere iurisdictionem, vt attentata (ex quo dicta inhibio afficiebat) reputauit aliàs Rot. in vna datiarum castri glauculei pro Tamella contra Marcum Antonium Tamella, vt refert Put. decis. 24. inhibio obtenta. sub rubr. vt lit. penden. & pro hoc facit quod aliàs fuit conclusum in vna Bononien. locationis coram Puteo. 27. Maij. 1547. t quod sententia lata post inhibitionem emanatam vigore commissionis auocatoria subreptitia, & non tribuē

tis iurisdictionem est attentata, quampis enim huiusmodi inhibio de iure potuisset sperari, ex stilo tamen dominorum est timenda, vt est in recollet. Peregri. decis. 94. aliàs 24. incip. fuit conclusum. Hoc autem quod de inhibitione emanata à iudice carente iurisdictione dictum est, dubitabile reddi posse videtur ex his, quæ tenuerunt aliàs Domini in vna Aquilana beneficij S. Angeli coram Vestano sub die 25. Iunij, & die 4. Iulij. 1554. in qua finaliter fuit conclusum, quod inhibio emanata, ab Audite Camerae fecerit in casu illo attentata, si Auditor Camerae in ea causa iurisdictionem habebat, quam non habuisse declarauerunt dicta die 4. Iulij, & consequenter quod stante defectu iurisdictionis, inhibio eo casu non fecerit attentata: Nisi forte dicamus id ibi ex eo prouenire, quia cum (vt al legabatur per excellentes Dominos informantes in illa causa) certum sit, quod regulariter Auditor Camerae in beneficijs iurisdictionem non habeat, videtur intrare consideratio, quam supra proximè ex Puteo retulimus. Et propterea ex supradictis videtur t necessario limitandum id, quod dictum est de inhibitione emanata à iudice iurisdictione carente, vt non procedat, quando iudex de huiusmodi defectu certus esset vel etiam pars: quia stante noticia huiusmodi defectus, si pars obtinuerit per talem iudicem inhiberi, inhibio non faceret attentata. Quod potest exemplificari tam in inhibitione Auditoris Camerae in causa beneficij per supra dicta, t quā in inhibitione emanata vigore commissionis reformatæ, per quam reformationem (etiam præinserta prima commissione) causa ab illo Audite aduocabatur, & alteri (puta Auditori Camerae) committebatur: nā si iudex à quo fuerat causa aduocata vigore primæ commissionis reformatæ inhiberet, & post inhibitionem fuerit in partibus facta executio, & dubitaretur aliàs in vna Anconitana attentatorum coram Caputaquen. 7. Iunij. 1567. an dicta executio esset attentata, maior pars Dominorum inclinavit pro non attentatis: quia cum (vt ibi dicebatur) Episcopus in casu illo impetrauerit commissionem reformatariam, antequam domini de Scalamentibus fuerint citati, ad instantiam D. Iuliani, Auditor, qui inhibuit vigore commissionis reformatæ, non habuit iurisdictionem, & consequenter inhibio non afficiebat illos de Scalamentibus, qui vigore sententiæ per eos in partibus obtinere executionem fecerant: Quod dictum ex his quæ ibi in facto præsupponebatur ampliari potest, Primò, vt procedat t etiam si illi de Scalamentibus (qui prætendebantur attentasse, & erant cōprehensi in prima commissione reformatata sub clausula generali omnēsque alios, & c.) nō ipsi causam aduocassent, sed Episcopus, quia nihilominus aduocatio operator etiam quoad ipsos cōprehensos in dicta clausula. Et quampis Dominis ibi videretur durū, quod Auditor non remiserit iudex quoad eos, qui nihil fecerant in auocatione causæ, id tamē facile admitti posse videtur, quia aduocatio expressa (prout erat illa de qua ibi) operatur etiam quoad tertium, vt post Inno. in c. cū M. in fin. & alios ibi allegatos diximus supra, cap. 10. de attent. post aduocat. caus. num. 11. Tract. de Attent. I 3

21 Secundò ampliari potest, vt procedat etiam si iurisdicção ex commissione reformata diceretur per decretum citationis perpetuata, quia nihilominus maior pars tenuit pro non attentatis, dum iterum dicta causa fuisset per eundem proposita. 27. Iunij. 1567.

22 Quintò et contra inhibitionem opponi potest, quòd emanauerit contra formam rescripti

23 & commissionis, pone enim et quòd commissio habet clausulam constro de assertis, certè per hanc clausulam videtur data hæc forma, vt sit adhibenda causæ cognitio etiam parte citata, vt per Staphil. deliter. grat. & iust. in 2. parte. fo.

24 lio 179. versic. secus fortè si in commissione, et tamen si iudex absque dicta causæ cognitione alteri iudici inhibuerit, iudex inhibitus debet superledere, nec ultra debet aliquid facere, vt fuit dictum in vna Toletana matrimonij coram Peregri. 14. Martij 1543. & est in recol. ciuf. sem. decif. 22. aliàs 120. incip. quia fuerat inhibiturum. Ex quibus omnibus satis apparere potest, quòd inhibitiõ etiam si fuerit ex aliqua causa inualida, & iniusta, nihilominus afficit, & dicitur causare attentata per supradicta.

Hæc autem omnia quæ secundum stilum dominorum hæcenus dicta sunt necessariò duobus modis limitanda sunt. Primò, et vt dictus stilus non procedat quotiescumque inhibitiõ est

25 26 ser notoriè iniusta, vt puta, et quia ex actis constaret non fuisse appellatum, & nihilominus fuisset inhibiturum vigore commissionis appellationis, quia tunc gesta contra talem inhibitionem

27 non dicuntur attentata, et nisi in commissione appellationis, cuius vigore emanauerat inhibitiõ

28 fuisse etiam commissæ causa nullitatis, quia licet inhibitiõ sit notoriè iniusta respectu appellationis, tamen respectu nullitatis sublineatur, vt fuit resolutum in vna Scaten. pensionis coram A. Augustino. 9. Martij. 1554. vt est decif. in recollet. Caputaquen. in 1. par. 124. incip. licet.

Secundò et nisi commissio cuius vigore fuit inhibiturum, fuisset signata prout de iure, cum enim

eo casu inhibito quoque cõsuetur fieri prout de iure, si non esset iusta, & canonica, non faceret attentata, secundum ea, quæ latius diximus infra hoc eodem cap. 20. in prima limit. principali,

in princip. & per totam: nam itante dicta clausula non haberet locum stilus Dominorum, qui

eo casu ardentur, ad procedendum prout de iure, cum forma rescripti semper sit attendenda.

c. cum dilecta. vbi omnes. de rescript. & cap. cum olim. de offic. deleg. Quæ declaratio videtur fuisse etiam de mente Dominorum in vna Cesarau

gustana fr. Quum coram Aldobrandino. 10. Nouembris. 1572. in qua, licet antea sub die 20. Iunij eiusdem anni tenuissent pro attentatis, &

quãdam exactionem post inhibitionem Rotalem factam fuisse attentatam, & instaretur pro illius reuocatione, Domini tamen noluerunt aliter illa reuocare, sed videre de validitate, & iustitia mandati, super quo erat commissæ principaliter causa nullitatis, & tunc deliberare de attentatis: ea ratione moti, quia scilicet commissio (& consequenter inhibitiõ) habebant prout

de iure, & non intrabat hoc casu stilus, de quo supra.

AMPLIATIO DVODECIMA.

SVMMARIVM.

1 INHIBITIO etiam in criminalibus retardat executionem.

Etiam si simus in confesso, & conuicto secundum aliquos, vt nume. 2.

Licet contrarium videatur verius. vt num. 3.

1 DVODECIMO Ampliat, vt regulariter prædicta non solum procedant in civilibus, verum etiam, & multo magis (cum de maiori periculo agatur) in criminalibus, nam & in eis si sit inhibiturum est executio sententiæ superledenda, vt dicit eleganter Guid. Pap. decif. 74. in cap. 13. C. de confess. posuit, etiam Aufrer. in addit. ad decif. Tolof. 176. circa med. addit. ibi, vel nisi superior inhibeat et, & quamuis Aufrer. ibi generaliter, & indistinctè loquatur ita, vt comprehendat etiam casum, quando essemus in confesso, & conuicto: et aduertendum tamè est, quod Guid. Pap. vbi supra expressè limitat hanc conclusionem, vt non procedat in cõuicto, & confesso, quod verius videtur. ad no. in c. Romana. §. si autem. de appellat. in 6.

2

3

AMPLIATIO XIII.

SVMMARIVM.

1 INHIBITIO emanat. vigore commissionis habentis clausulam, quatenus causa non sit instructa, facit attentata. etiam si eadem executæ inhibitionis causa reperiatur instructa, dummodo tempore impetratæ commissionis non esse instructa.

Et ita pluries vide. vt fuisse tenent in Rota nu. 2. Quamuis non præsupposita in iurisdictione, ut notat: onisd. hoc plurimum videatur dabitur, vt nume. 3.

Secundum hanc ultimam opi. semel Rota tenuisse aliqui referunt, vt num. 4.

1 DECIMO TERTIO, vt procedat etiam si inhibitiõ emanasset vigore commissionis auocatoriæ habentis clausulam, quatenus causa non sit instructa, ac tempore executæ inhibitionis causa reperiatur instructa, dummodo tempore impetratæ commissionis causa non esset instructa. Quamuis enim ex quo tempore quo inhibetur defecerit conditio, de qua in commissione, videretur dicendum, quòd talis inhibitiõ nõ deberet afficere, et Rota tamen in contingentiã facti, pluries tenuit contrarium, videlicet quòd sententia post dictam inhibitionem sit attentata, vt est in recollet. Acchil. de grass. decif. 61. cõmissio. sub rubr. de commissione, & alia Putei 9. licet. sub rubr. vt lit. pend. et de quibus decif. (non præsupposita in iudice scientia auocationis) valdè dubitandum videtur, vt annotauimus supra, in hac 2. parte. cap. 10. de attent. post auocationem caus. limit. i. num. 16. & contrarium et quòd immo talis inhibitiõ non afficiat, & quod aliàs fuerit conclusum pro non attentatis in vna Algaren. beneficij Sancti Antonij coram Fabio 16. Nouembris. 1550. refert, & sequitur nonissimè Mandos. in tracta. de inhibitiõ. qu. 30. in fi. Quòd si illas teneas, intellige strictè, prout loquuntur, quando scilicet causa tempore commissionis non erat instructa, nam si erat instructa, & iam sententia lata, inhibitiõ subsequens non causat attentata, vt sentit Rot. in alia Algaren. coram Fabio.

2

3

Fabio, vt est in recollet. Acchil. de grass. decif. 31. attentata voluerunt domini, sub rubric. de attentat.

AMPLIATIO XIII.

SVMMARIVM.

1 Inhibitiõ de vigore afficit, etiam si emanauerit vigore commissionis conditionalis, & habentis clausulam, constito, quòd pensio sit conditionalis.

2 Nisi in actis constaret de implemento conditionis, quia tunc gesta post inhibitionem non reuocantur.

1 DECIMO QUARTO Amplia, vt procedat etiam si inhibitiõ emanasset vigore commissionis conditionalis, & habentis clausulam constito, quòd pensio sit conditionalis, quoniam de rigore talis inhibitiõ afficit, vt fuit tenent in vna Gebbenen. pensionis, & attentatorum coram Prospero, sub die 15. Iunij 1546. vt est decifio in recollet. Putei 12. inhibendum est statim, sub rubric. vt lit. penden. et Declarando tamen quòd si in actis constaret de implemento conditionis, tunc non reuocarentur attentata, ne vna manu fieret restitutio pecuniarum, & alia cogere ad solutionem, de quo dicemus aliquid infra in 13. limitatio.

2

AMPLIATIO XV.

SVMMARIVM.

1 Intimatio quoque commissionis de potiori alicuius iurisdictione facit attentata.

1 DECIMO QUINTO Amplia, vt non solum procedat prædicta in inhibitione, verum etiam in intimatiõne cõmissionis de potiori alicuius iurisdictione, secundum ea, quæ post Roma. & Ruyn. diximus notab. supra in hoc 20. c. in præfatione. q. 2. num. 62.

2

AMPLIATIO XVI.

SVMMARIVM.

1 Inhibitiõ etiam in iudicio possessorio summario, quod ordinatur ad possessorem ordinarium, facit attentata.

1 DECIMO SEXTO Amplia, et vt inhibitiõ non solum operetur effectum attentatorum, quando sumus in iudicio petitorio, vel possessorio ordinario, verum etiam si simus in iudicio summario, prout est illud quod dicitur possessorium summarium, & ordinatur ad possessorem ordinarium, quando scilicet duo prætendunt eadem rem eodem tempore possidere, & neuter vult partes actoris sustinere, de quo post Cagno. & alios diximus in dicto tracta. de appellat. in possess. prohib. vel permiss. in princip. numero sexagesimo, versiculo septima, & vltima opi. quoniam si iudex receptis summariim informationibus, videat alterum de iure melius possidere, potest alteri inhibere, ne ad possessionem accedat, & alium turbet, & talis prohibitiõ valet & tenet, vt post Paul. de Castr. in conf. 3. in causa, quæ vertitur. libro 2. tradit Io. de Neuzza. in cõfilio 80. incip. benedictus. numero septimo, & si contra dictam inhibitionem aliquid fiat, illud ante omnia reuocabitur, vt post Pic. in l. si super possessione ad med. C. de transact. tradit idem ibi nu. 4. de qua inhibitione plura etiam posuimus sup. hoc c. in præfatione. q. 2. nu. 42. & seqq. & plures in id authoritates citauimus, quas ibi vide.

2

AMPLIATIO XVII.

SVMMARIVM.

1 ACTVS factus contra inhibitionem, debet tanquam attentatus reuocari, etiam si aliàs de iure fuisset potius confirmandus, & de nouo concedendus.

2 Exempti in tenuta nulliter data, quia si fuerit data post inhibitionem dicitur attentata, licet aliàs non præsupposita inhibitione esset de iure, de nouo danda.

3 Translatiõ de vna ecclesia ad aliam post inhibitionem facta dicitur attentata, etiam si illa postmodum fuerit taliter iustificata, vt si non esset facta venires de nouo faciendæ.

1 DECIMO SEPTIMO Amplia, et vt procedat etiam si actus contra inhibitionem, & sic nulliter factus non esset, aliàs de iure reuocandus, sed potius confirmandus, & de nouo concedendus, et exemplum dicitur aliàs, quòd tenuta nulliter data non est reuocanda, quando constat, quòd de nouo esset danda. Alex. post alios in consilio 67. libr. 6. de cuius dicti veritate latè disputat nouissimè Ofsac. in decifio. Pedemont. 35. ex actis. per tot. & tamen si talis tenuta sit nulla, quia fuit attentata post inhibitionem, secundum ea, quæ diximus supra in 10. ampliat. numero 1. debet reuocari, non obstante, quòd constet, quòd illa de nouo esset danda: ex quo per huiusmodi attentatum dicitur læsa maiestas Iudicis, vt fuit resolutum in vna Tiburtina liquidationis fructuum coram A. Augustino, 19. Nouembris 1554. vt est decifio. in recollet. Caputaquen. in prima parte 127. incip. licet vbi tenetur. Quòd etiam cõueniunt Domini in vna Calaguritana translationis coram Sarmieto 23. Ianuarij 1570. in qua, cum vna pars habuisset à sede Apostolica licentiam transferendi se ab vna Ecclesia antiqua ad aliam Ecclesiam nouam, & hanc translationem fecisset lite de super in Rota pendente, & propterea ex aduerso instaretur, quòd de clararetur attentata, licet ad illam excusandam attentans inter cetera allegaret, quòd dicta licentia se transferendi fuerat deinde sufficienter iustificata, & consequenter si translatiõ prædicta ex causis in ea expressis non fuisset facta, deberet de nouo fieri, Domini tamen concluderunt eam fore attentatam.

2

AMPLIATIO XVIII.

SVMMARIVM.

1 INHIBITIO facit attentata etiam si sit facta post tres conformes.

DECIMO OCTAuo ex his quæ ponit A. Augustinus recollet. suis decifio. 375. libro tertio, incip. Thomas in Brixien. ampliari potest, et vt inhibitiõ faciat attentata, etiam si sit facta post tres conformes, ita vt gesta post eam dicantur attentata, & vis ampliationis in hoc consistere videtur, quia licet aliàs videamus, quòd executio trium conformium facta pendente nullitate, vel restitutione in integrum non dicatur attentata, vt annotauimus supra in hac secunda parte, cap. 18. de attentat. nullit. pendente. in 3. limit. regulæ ibi posita. numero versic. tertio Regula limitatur, & itidem cap. 18. de attentat. pendente restitutione in integrum. in 2. limitation. regulæ ibi similiter posita. numero versiculo secundo limitatur. facta tamen post inhibitionem dicitur attentata, vt etiam annotauimus supra in 11. ampliat. numero 12. post decif. Acchil. decifio. 27. attentata. sub rubr. de attentat. & propterea cum alias in vna Ilerden. Sacrilitæ co-

2

3

4

5

6

7

8

9

10

ram Sarmiento 15. Maij. 1562. dubitaretur, an executio facta vigore trium conformium esset attentata, stante commissione in actis presentata restitucionis in integrum, & partis citatione ad dicendum contra: Domini dixerunt, non constare de attentatis, ex eo quia eius vigore non fuerat inhibitum.

AMPLIATIO XIX.

SVMMARIVM.

1 **IVDEX** attentare dicitur etiam si non ipse, sed pars fuerit inhibita.

2 **Dummodo actum** faciat ad instantiam partis inhibita. Secus si ex officio, de quo tamen infra in declaratione princip.

DECIMONO ex eadem decis. A. Augustini 375. Thomas. libro 3. adhuc, & utiliter ampliatur, ut gesta per iudicem post inhibitionem dicantur attentata, etiam si parti, & non iudici fuisset inhibitum, ut ille ibi dicit, & vis similiter huius ampliacionis in eo est, quia licet alias in simili videamus, quod intimatio appellacionis interposita coram honestis viris, ad hoc, ut causet attentata, debet iudici intimari, nec sufficit si parti, & non iudici sit intimata, ut admonimus supra in hac secunda parte, cap. duodecimo, de attent. appell. penden. in 15. ampliatio. princ. nu. 26. vers. quam limit. amplia, inhibito tamen solum parti facta, facit ut Iudex post eam attentet, quod ego sane intelligerem procedere, quando Iudex, facit actum ad partis inhibitionem instantiam, & secus si ex suo officio, quia hoc casu non praesupposita scientia inhibitionis non videtur quid iudici imputari possit, nisi consideres, quod inhibito ob id quod habet in se implicitum decretum irritas debet etiam iudicem ignoranter afficere, de quo latius diximus infra in prima declaratione principali, in fin. nu.

AMPLIATIO XX.

SVMMARIVM.

1 **INHIBITIO** afficit nedum eum qui fuit inhibitus, verum etiam eos qui habent causam ab eo.

2 **offessio per canonicos ab Episcopo** creatos capta postquam Episcopus fuerat inhibitus, etiam quoad ipsos canonicos dicitur attentata.

VIGESIMA huic proxima videtur posse considerari notabilis Ampliatio, ut inhibitione non solum afficiat inhibitus, verum etiam alios habentes causam ab eo. Exemplum, Episcopus creavit duos canonicos, orta controversia inter capitulum, & dictum Episcopum super creatione, & admissione dictorum canonicorum, capitulum commisit causam iustationi contra Episcopum, cuius vigore fecit etiam illi inhiberi, Canonici vero non obstante dicta inhibitione per Episcopum fuerunt immixti in possessionem, & quamvis non reuocaretur in dubium, quod respectu Episcopi, qui fuerat inhibitus dicta possessio esset attentata, respectu tamen illorum duorum canonicorum, contra quos non fuerat actualiter executio inhibito, fuit dubitatum alias in vna Camerinen. cora Iunio 29. Martij 1557. an talis possessio esset attentata, & fuit per Dominos tentum, quod censentur attentata, etiam quoad canonicos, qui habebant causam ab ipso Episcopo, & qui sustinerant etiam litem super huiusmodi attentatis.

AMPLIATIO XXI.

SVMMARIVM.

1 **INHIBITIO** nis effectus an duret, postquam iudex, qui inhibuerat causam remisit ad cancellariam.

2 **Aliqui quod inhibito, & illius effectus tollatur, & extinguatur.**

Contrarium tamen videtur verius, ut infr. nu. 5.

3 **Inhibito facta per iudicem ad quem expirat, quando ille remittit causam iudici a quo.**

4 **Remittere causam ad Cancellariam, est remittere ad consistorium Principis.**

6 **Inhibito Auditoris Rotae dicitur potius totius Rotae, quam ipsius Auditoris.**

7 **Commissiones quae sunt Auditoribus Rotae dicitur potius distributiones.**

8 **Actus ante remissionem causae ad Cancellariam factus videntur validi, secundum aliquos.**

9 **Causas ad Cancellariam remissas, Papa solet committere in statu, & terminis in quibus sunt.**

10 **Innovationes lite pendente videntur ratione naturali prohibita.**

11 **Causa cessante non cessat effectus iam consumatus.**

12 **Inhibitionis natura est, ut suspendat, donec causa pendet.**

13 **Subrogatus in locum Auditoris ad infirmitatem, vel absentiam, sicut diceretur ledi si contrauentum sit inhibitioni primi Auditoris, ita dicendum est de eo qui subrogatur per remissionem causa ad cancellariam.**

14 **Remissio causae ad Cancellariam non debet esse minoris efficaciae, quam relatio causae ad principem facta.**

VIGESIMO primo, & notabiliter Amplia, ut procedat etiam si Iudex, qui inhibuit postea causam remisit ad cancellariam, quia nihilominus durat inhibito, & illius effectum quoque durare dicendum est. Quod dubium licet eleganter mouerit Mandos. de inhibi. quaest. 37. quia tamen nihil expressè firmavit, nisi quod tacite hanc opinio tenuisse videtur, ex eo quia illam ultimo loco posuit, argumen. no. in leg. cum filius. §. Sabinus. ff. ad trebell. quo facilius illius veritas habeatur plenius aliquantulum attingemus.

Duplex ergo potest in hoc opi. considerari.

2 **Prima affirmatiua, quod per remissionem inhibitionis, & illius effectus poenitus tollatur, & extinguatur: quae suadetur,**

3 **Primo, quia in simili videmus, quod inhibito facta per iudicem ad quem expirat, quando ille remittit causam iudici a quo, ut dicemus infra in 3. limit. princip.**

4 **Secundo: quia remittere causam ad Cancellariam est remittere ad consistorium principis, & sic omnis eius iurisdictio poenitus expirat, ut per Mandos. ibi, nu. 2. & 3.**

5 **Secunda sit opin. quam & ille tacite sensit, & ego trepidè tenendam censo, quod immo inhibito suos effectus operetur, & causet attentata, etiam si causa fuisset ad cancellariam remissa, quod ex pluribus deducitur.**

6 **Primo ex Mandos. vbi supra, quia talis inhibito videtur potius totius Rotae, quam ipsius Auditoris propter magnam conformitatem, quae est inter eos, ut ille deducit, & praesertim quia commisiones dicuntur potius distributiones, ut ibi per eum, nu. 4.**

Secundo,

8 **Secundo, quia actus ante remissionem facti videntur validi, ex intentione Speculat. in tit. de remiss. §. quae autem. nu. 34.**

9 **Tertio: quia Papa causas remissas ad cancellariam solet committere in statu, & terminis, quibus sunt, inhibito autem est iam facta, ergo, & c. ut per eum.**

10 **Quarto ultra eum considerari potest, quod ratio etiam naturalis, quod lite pendente nihil debet innouari, de qua post docto. in cap. i. vt lit. pend. alias dictum est, quae est, ut lite pendente inhibeantur innovationes super re, de qua litigatur, militat etiam post remissionem, ergo, & c.**

11 **Quinto: quia licet per remissionem videatur cessare iurisdictio, & consequenter causa ipsius inhibitionis, & non tamen debet cessare effectus iam consumatus proueniens ab ipsa inhibitione, ut scilicet lite pendente nihil innouetur, ad no. per Tiraquel. in tracta. cessante causa. limit. 12. in princip.**

12 **Sexto: natura inhibitionis est, ut suspendat donec causa pendet, ad no. per Fran. in c. vt debitus. sub nu. 47. de appe. sed post remissionem, causa licet non sit coram Auditore, pendet tamen in consistorio Principis merito.**

13 **Septimo in inhibitionibus solet apponi clausula, vel interim loco nostri subrogandus, unde si cetero subrogatus ratione infirmitatis, absentiae, vel simili causa diceretur iustus, si contra talem inhibitionem sit contrauentum, ut quotidie practitari videmus, ita debet dici de subrogato ex eo: quia causa fuit remissa.**

14 **Octauo facta quia si sola relatio causae ad Principem etiam dixit voluntate facta solet causare attentata, ut diximus supra cap. 8. de attentat. relat. pend. numer. 5. absurdum videtur, quod huiusmodi causae remissio non solum minus habeat operari, quia scilicet non impedit innouari, verum etiam, quod tollat inhibitionem praecedentem, quae specialiter est inuenta ad impediendas innovationes.**

Et tenendo hanc, non obft. adducta in contrarium, & Primum quia Respond. quod per remissionem causa a Iudice facta, causa & articulus grauaminis poenitus tollitur, & extinguatur, quod non est hic, cum post remissionem causa sit coram Principe, ut proxime dictum est. Ad secundum Respond. quod per remissionem iurisdictio expirat respectu temporis futuri, secus quoad praeteritum, & actus iam consumatos, ut dictum est, & in proposito suo declarat etiam Tiraq. in dicto tracta. cess. caus. limit. 12. numero vigesimoquarto.

AMPLIATIO XXII.

SVMMARIVM.

1 **IVDEX** post inhibitionem emanatam vigore appellacionis ad Sanctissimum interposita dicitur attentare etiam si in causa appellacionis procedat vigore commissio sibi facta ab aliquo superiore in partibus, qui praetendere posset causas appellacionis ad se aduocare.

2 **Papa committendo causam videtur manus apponere, & aliorum manus ligare, remissive.**

3 **Reformare commissioes facile reputatur in Curia.**

VIGESIMO secundo Amplia, ut processus, & sententia lata post inhibitionem emanatam vigore appellacionis ad Sanctissimum interposita dicantur subiacere vitio attentatorum, & etiam si iudex inhibitus processisset vigore commissiois sibi factae ab aliquo superiore in partibus, puta Vicelegato, sub praetextu quod causas pendentes ad se aduocare posset: quoniam non obstante huiusmodi aduocatione, si iudex secundus in partibus post inhibitionem a curia emanatam procedat, & sententiam proferat, dicitur attentare, & tamen quia Papa causam appellacionis committendo (praesertim sui delegati inhibitione subsecuta) videtur appoluisse manus & consequenter omnium inferiorum iudicum manus ligasse, ad no. in c. vt nostrum. de appell. & diximus latius supra, in hac 2. parte capi. 10. de attenda. post auocat. caus. numero 4. tum quia potius pars debuit commissioem reformare, & (quod in Curia facile reputatur, ut alias in hac materia attentatorum post Inhibitionem considerauit Rota, & est decisio in recollet. Achil. de grass. 27. incip. attentata. sub Rubr. de attenda.) quam in causa post inhibitionem procedere: & ita in contingentia facti fuit alias iudicatum de anno 1551. die 6. Martij in vna Cefenaten. bonorum & attentatorum pro D. Ioann. Francisco Aquilino, & litis consortibus contra Abbatem & monachos Monasterij Classensis per tunc R. P. Dom. Vgonem Boncompagnum Auditoris Camerae Locumtenentem, & dictae causae delegatum, ac deinde postquam Vestang praepositus Ecclesiae iterum eiusdem Auditorij regendi munus susceperat atque integerrime absoluerat S. R. E. Cardinale amplissimum, nunc vero diuina fauente clementia Pontificem Maximum, quem Deus Optimus Maximus pro commissi sibi gregis salute ad vota secundet.

AMPLIATIO XXIII.

SVMMARIVM.

1 **INHIBITIO** facit attentata etiam si emanasset vigore commissiois appellacionis, quae ob non reditioem pro Apostolis praetenderetur deserta.

3 **Executio facta, & possessio capta post inhibitionem quae praetenderetur, ut supra deserta dicitur attentata.**

Etiam si fuisset capta vigore commissiois specialis in qua caueretur quod sententiam exequeretur, ut numero 2.

1 **VIGESIMO** tertio Amplia, ut inhibito faciat attentata etiam si emanasset vigore commissiois appellacionis, quae praetenderetur deserta ob non reditioem pro apostolis, ut fuit resolutum in vna Nucerna attentatorum, coram Lanceilotto, decimo septimo Maij. 1568. in qua appellans cui Iudex dederat terminum iuris, & interim quando unque licet infra terminum causam appellacionis conuicti, & illius vigore inhiberi fecerit, ultra tamen pro apostolis non rediit nec illis in commissioe derogauit, & propterea appellatus praetendens ob id causam esse desertam, & habere rem iudicatam, & licet vigore specialis commissiois commississet iudici a quo, quod sententiam exequeretur, & deinde post praedictam inhibitionem, & fuerit executio facta, & capta possessio, & ad executanda

fanda attentata allegaretur, quod stante huiusmodi desertione commissio appellationis non tribuerat iurisdictionem, & inhibito non poterat facere attentata: Domini tamen tenuerunt ibi executionem fuisse attentatam: & reuocandam.

AMPLIATIO XXIII.

SVMMARIUM.

- 1 **GEST** post inhibitionem nec etiam ex superuenientia iuris universalis etiam quibuscumque inhibitionibus derogantis substantur, aut a vitio attentatorum excusantur.
- 2 **Episcopus** qui ante concilium attentauerat non excusatur ex superuenientia Sacri Concilii Tridentini quibuscumque inhibitionibus ad favorem Ordinariorum derogantis.
- 3 **VIGESIMO** quarto Amplia, ut gesta post inhibitionem nec etiam ex superuenientia iuris universalis, etiam quibuscumque inhibitionibus derogantis substantur valeant: Exemplum poni potest in Episcopo qui lite pendente, & per eum super superioritate, & iurisdictione commissa, & subsecuta deinde inhibitione, attentasset antequam Sacrum Concilium Tridentinum fuisset confirmatum, & superueniente Concilio, praesertim eiusdem c.8. sessione 21. per quod quibuscumque inhibitionibus derogatur, & praetenderet, quod ratione concilii excusari deberet ab attentatis, Domini tamen dixerunt contra eum constare de attentatis in vna Iuuenac. iurisdictionis coram Grato prima Aprilis 1566. & Concilio respondebant, quod ad praeterita se non extendebat, quamuis haec ampliatio videatur reddi posse dubitabilis ex his quae diximus supra c.4. de attentat. lit. pend. in praefatione in prima illatione. n. 405. vers. 1. ut procedat, & c. quod possessio capta lite pendente vigore brevis substantur, & excusatur a vitio attentatorum si breue deinde superueniat, nisi soluas considerando ratione diuersitatis, ut admonuimus etiam ibi nu. 407.

AMPLIATIO XXV.

SVMMARIUM.

- 1 **INHIBITIO** facit attentata etiam si non fuerit iustificata causa in appellatione expressa quando emanauit vigore commissionis appellationis.
- 2 **VIGESIMO** quinto Amplia, ut inhibito sit tanta efficacia, ut de stilo Dominorum causet attentata, quando emanauit vigore commissionis appellationis, etiam si non fuerit probata, & iustificata veritas causae in appellatione expressae. c. non solum, & ibi glo. Fran. col. antepenult. vers. sed aduerte: quia etiam, & c. de appellat. in 6. Imol. in cap. bonae, & ibi quoque Fran. nu. 40. vbi plures in id decis. citat. eod. tit. Et faciunt quae posuimus supra in hac 2. par. c. 12. de attentat. appel. pend. in prima limit. prin. nu. 103. vers. 8. regula, & c. vbi diximus ita fuisse tentum in vna Valentina della plebe, ut est decis. in recollect. A chill. 27. incip. attentata de stilo. sub Rubrica de attentat.

AMPLIATIO XXVI.

SVMMARIUM.

- 1 **INHIBITIO** facit attentata etiam si emanauerit ad instantiam intrusi contra dispositionem c. si hi contra quos, ut li. pend. in 6.

ut ad instantiam intrusi contra dispositionem c. si hi contra quos, ut li. pend. in 6.

- 2 **Executoriales** possunt exequi contra intrusum, etiam non citatum.
- 3 **Possessio intrusi** contra formam c. si hi contra quos, ut li. pend. in 6. non est considerabilis, nec restituibilis, & caret omni iuris adminiculo.
- 4 **Commissio per intrusum praesentata, aut appellatio per eum interposita regulariter non faciunt attentata, remissive.**

VIGESIMO sexto Amplia, ut inhibito faciat attentata, etiam si emanauerit ad instantiam intrusi, contra dispositionem c. si hi contra quos, ut li. pend. in 6. quamuis enim intrusus sit odio sacris canonibus, ita ut contra eum etiam non citatum possint exequi literae executoriales. Crescent. decis. 142. cum aliis latius adductis supra in prima part. c. 3. de attent. a tertio. nu. 77. & seq. & propter decretum irritas de quo in dicto c. si hi contra quos, eius possessio non sit considerabilis, neque restituibilis, & caret omni iuris adminiculo. Rot. decis. 3. alias 16. nu. 3. de restit. spoliat. in no. Crescent. decis. 217. de re iud. cum siml. Et magis ad propositum, nec commissio per intrusum super iactationibus praesentata, nec appellatio per eum interposita faciunt attentata, ut diximus dicto c. 3. nu. 71. & in c. 12. de attent. appell. pend. in 51. limit. prin. Si tamen vigore dictarum commissionum emanauerit inhibito, illa facit attentata, ita ut mandatum relaxatum per iudicem a quo ante illius moderationem censetur attentatū, ut fuit de mente Dominorum in vna Senogalien. de Gandulfo coram D. meo Oradino 9. Iunij 1559.

AMPLIATIO XXVII.

SVMMARIUM.

- 1 **INHIBITIO** facit attentata etiam si instrumentum inhibitionis careat die, anno, indictione, & pontificatu. Dummodo Notarius in sua matrice in decreto inhibitionis habeat illa adnotata. nu. 2.
- 3 **Instrumentum** licet careat die, anno, indictione ac pontificatu, ad illud tamen substinendum sufficit, quod Notarius illa adnotauerit in suo protocollo, & matrice.
- 4 **VIGESIMO** septimo Amplia, ut inhibito faciat attentata etiam si instrumentum inhibitionis per Notarium factum careat indictione, pontificatu, die, mense, & anno, & non habeat insertam commissionem cuius vigore inhibetur dummodo in sua matrice Notarius habeat adnotatū diē & annū decreti inhibitionis, fuit dictum in vna Meten. parochialis, de Racuria coram Chiffanen. 18. Iunij 1555. in qua dubitabatur, sub his verbis an stante, quod instrumentum praetensa inhibitionis careat pontificatu, indictione, die, mense, & anno, & quod in ea non fuerit insertus, nec etiam narratus tenor commissionis, inhibito fuerit adeo nulla, ut Carolus non dicatur attentasse, & Domini tenuerunt pro attentatis, & licet in notis Domini mei Oradini, ita vnicō verbo se absoluerint, credendum est tamen eos motos fuisse per ea quae per iuriformā res pro attentatis allegabantur, quae erant doct. Specul. in

culat. in tit. de fid. instrum. §. instrumentum. vers. quid si. & gloss. in verb. protocolium. in authen. de tabellion. §. fin. Anton. in c. ex literis. de fid. in str. Fel. in c. 1. nu. 11. eo. tit. in quibus dicit, quod sufficit, & in protocollo, & matrice praedicta sint verē adnotata. Immo Oradinus in voto, quod dedit in dicta causa. fol. 188. dixit etiam notabile verbum, quod scilicet inhibito non requirat scripturam ex qua posset colligi alia, & erit

AMPLIATIO XXVIII.

SVMMARIUM.

- 1 **INHIBITIO** facit attentata etiam si oretenus, & sine scriptura fuisset facta. Dummodo sufficiens probetur per testes, ut nu. 2.
- 3 **Acta iudicij, quae de necessitate scripturam non requirunt possunt indistincte per testes probari.**
- 4 **VIGESIMO** octavo Amplia, ut inhibito faciat attentata etiam si fuerit facta oretenus, & sine scriptura, puta per iudicem decreta, vel praesente parte, quae inhibitioni praetenditur contrauenisse, vel etiam notarius, qui de illo decreto fuerat rogatus, similiter oretenus de commissione, & mandato iudicis partibus inhibuisset, quia ex defectu scripturae hoc casu non excusetur contraueniens ab attentatis, dummodo praemissa per testes sufficienter probentur, ex quo inhibito, ut considerabat D. meus Oradinus vbi supra non requirit scripturam, & alias regulare sit, quod acta iudicij quae de necessitate scripturam non requirunt possunt indistincte per testes probari, ut declarat in Lemancipatione. C. de fid. instrum. & Lanfranc. de Oriano, in c. quoniam contra. col. 4. de proba. & post eos, & Canonistas. in c. Albericus. ext. de testib. tradit Maranth. in specu. suo in 2. parte sextae partis principalis. in decimo actu, qui est actorum editio. nu. 24.

LIMITATIO I.

SVMMARIUM.

- 1 **STILVS** Rotae non attenditur extra curiam in lite vertente in partibus. Sicut nec Regulae Cancellariae, ut nu. 2. Nec decisiones Rotae quae non faciunt ius in partibus, nec decidunt causas tanquam leges, sed prout magistrales doctrinae aliorum doctorum secundum communem opi. ut ibidem.
- 3 **Inhibito** quando non est iusta extra Rotam non facit attentata.
- 4 **Inhibito** quando non est canonica de iure non facit attentata.
- 5 **Canonica** inhibito dicitur esse illa, quae facta fuit praevia causa cognitione, & parte citata. Secundum communem omnium sententiam. nu. 6.
- 7 **Inhibito** contra ius facta non inducit nullitatem actus contra eum gesti. Etiam si ab huiusmodi decreto inhibitionis non fuisset appellatum, nu. 8. Etiam si sit contra formam alicuius statuti a Papa confirmati. nu. 9.
- 10 **Friuola** inhibito, seu vigore friuola appellationis decreta, manus iudicis a quo non ligat.
- 11 **Inhibito** tanquam non canonica non facit attentata, quando constat de nullitate appellationis cuius vigore fuerat inhibito.

12 **Interlocutoriam** factam reuocare potest iudex etiam post inhibitionem, quando illa erat legitima, & canonica.

LIMITATIO nunc eadem regula, Primò (& haec limitatio potius procedit de iure, quam de stilo modernae Rotae, secundum ea, quae proximè diximus in 11. ampliat. numero primo, & consequenter extra Rotam haec limitatio procederet: quia stilus Rotae non attenditur extra curiam in lite vertente in partibus, ut de ciuitate Venetiarum dixerunt alii Domini in vna Pharen. archidiaconatus coram Paleoto. 5. Maij. 1561. immo, quod huiusmodi stilus extra Rotam non feruetur senserunt ipsimet Domini in alia Parmen. status. coram Dom. de Rubeis. 10. Aprilis 1562. Sicut dicitur regulariter, de regulis Cancellariae, ut post Ancha. Card. Roma. 12. & Deci. dixit Alciat. in consili. 25. non videtur. numero 5. libro 5. Et similiter de ipsis decisionibus Rotae, quae non faciunt ius, praesertim in partibus, nec decidunt causas tanquam leges sed prout magistrales doctrinae aliorum docto. ut post Card. & alios in c. pastoralis. de fid. instrum. tradit Io. Bapt. Ferrer. in conf. 52. Dominus Antonius. nu. 5. libr. 1. vbi ita etiam communiter teneri attestatur. Et expressè, quod extra Rotam inhibito, quando non est iusta non faciat attentata dixit Corta in recollect. suis decision. 204.) Limitatur, ut non procedat regula supra posita, quando inhibito non fuisset canonica, ad text. qui hoc ad litteram dicere videtur in dicto c. non solum, ad fin. ibi canonicè, & c. de appellat. in 6. puta quando sine causa cognitione, & partis citatione inhibito fuisset decreta, Canonica enim inhibito iuxta communem omnium sententiam, ut testatur Didac. practic. quaest. capitul. 24. numero 3. ea esse dicitur, quae facta fuit praevia causa cognitione, & citata parte, ut per eum, qui alios allegat, quibus adde Rot. decisio. 58. alias 412. si appelletur. nume. 2. de appellat. in no. & fa. decis. 75. alias 357. nota, quod attentata. de appell. in antiq. & Paris. conf. 372. in causa. numero decimo quinto, lib. 4. & Maranth. in specu. in 3. parte sextae partis principalis. q. 2. sub numero 196. & Roland. in consilio 77. viso. numer. 24. libro 2. Ruyn. in conf. 61. in lite. numero 28. libro 5. vbi alios allegat. & ex recentioribus. Ofasc. de cif. Pedemot. 5. certo die. sub numero septimo, versicu. non obstant in contrarium adducta. vbi praeter praallegatos in id citat etiam Felyn. in c. dilectus. el. 2. numero 24. extr. de rescript. & Vital. in tracta clausul. in clausul. nil nouar. appell. peud. numero 3. Vel quando inhibito esset contra ius: quoniam, & ipsa tanquam canonice facta, non inducit nullitatem actus contra eam gesti, & consequenter non causat attentata etiam si ab huiusmodi decreto inhibitionis non fuisset appellatum, ut post Abbar. in c. cum venisset. in 4. notab. de restit. in integrum, tradit Deci. in consil. 460. viso. numero vigesimo, libro 3. Paris. conf. 108. de bono iure. numer. vndecimo, & seq. libro 1. & Roland. in dicto conf. 77. numer. 26. Et non solum, quando est contra ius commune, verum etiam si sit contra formam alicuius statuti a Papa confirmati, quia cum appellatio hoc casu sit nulla, inhibito quoque eius vigore emanata.

emanata nulla dicitur, & nullum debet operari effectum, secundum Corn. in conf. 25. attentis. l. 10. tera C. lib. 3. ¶ Vel quando inhibitiō esset friuola, seu vigore friuolæ appellatiōis decreta: nam & ipsa, quasi minus canonicè decreta manus Iudicis à quo non ligat, vt sensit Rot. dicta decif. 58. aliàs 412. si appelletur. de appellat. in no. & tradit Mil. in verb. appellatiōe in curia interposita. in fi. fol. 8. Paris. in dicto conf. 108. nu. 9. & nu. 21. cum aliis latiùs adductis suprà in hac 2. parte, c. 12. de attent. appel. pend. in 6. limit. prin. limit. num. 15. Quamuis hoc sit sine aliqua dubitatione, præsertim attentō stilo Modernæ Rotæ secundum ea quæ post Franc. Aufser. & Guid. Pap. latiùs ibi diximus. ¶ Vel quando aliàs de nullitate appellatiōis constaret, nam & tunc inhibitiō, tanquàm non canonica non causat attentata, vt est decif. Rot. 75. aliàs 357. nota quòd attentata, de appellat. in antiq. Aegid. decisio. 239. in causa Domini Guglielmi, & Vest. in praxi ro. cu. libr. 8. c. 4. sub nu. 16. sub vers. & quamuis qui attentata, & propterea videmus, quòd licet Iudex non possit suam interlocutoriã reuocare, sit inhibitus, vt diximus suprà c. 12. de attent. appel. pen. in 1. prin. lim. 12. nu. 21. ¶ si tamen inhibitiō non fuerit legitima, etiã post inhibitiōem, & illa non obstant potest suam interlocutoriã reuocare, vt post Maran. in specul. in 3. parte sextæ partis principalis. q. 2. nu. 196. declarauit in dicta 1. limit. nu. 22.

LIMITATIO II.

SVMMA RIVM.

- 1 ATTENTATA non dicuntur ea, que sunt post inhibitiōem moderatam, & reuocatam.
2 Dilatiōe pendente non dicitur attentari postquam fuit reuocata.
Sic nec relatiōe pendente, quando relatiō fuit reuocata, nu. 3.
Nec etiã consilio sapientis pendente, si Iudex remissionem ad consilium sapientis reuocauit, nu. 4.
5 Inhibitiō moderata, seu reuocata regulariter non facit attentata.
Nisi reuocatiō fuisset nulla, vt in fr. nu. 20.
Etiã si reuocatiō esset tacita, prout est illa que resultat ex remissionem causa facta per Iudicem ad quæ Iudici à quo nu. 6.
Etiã si inhibitiō non fuerit actualiter moderata, sed duntaxat pars petier. t illa moderari, quia per hanc petitiōem, videtur quis sibi præiudicare, vt ille non possit dare de attentatis, vt nu. 7.
Etiã si inhibitiō non fuisset actualiter moderata, sed de iure veniret, & moderada, prout est quando clarè constat de bono iure illius qui pretenditur in inhibitiōe contr. uenisse, vt nu. 8.
Etiã si ab huiusmodi reuocatiōe fuisset appellatum, vt in fr. nu. 15.
9 Moderanda est inhibitiō, & circa reuocatiōem attentatorum superseuendum quando clarè constat de bono iure illius, qui dicitur post inhibitiōem attentasse.
10 Tex. in l. prætor ait. in princ. ff. de nou. oper. nunc. declaratur.
11 Inhiberi dicitur per nunciatiōem noui operis, & si quid fiat post nunciatiōem per viam attentari reuocatur.

- 12 Satisfactio nunciatiōem noui operis ad eum statum redigit, vt nunciatio sit remittenda.
Quæ satisfactio operatur non solum quado statim post nunciatiōem offertur verum etiã si offertur inde ad tres menses, nu. 13.
Etiã si nunciatus offerat se in continenti probaturum, quòd nunciatio eius edificandi non competit, vt nu. 14.
15 Inhibitiō reuocata non facit attentata etiã si ab huiusmodi reuocatiōe fuerit appellatum.
Licet aliqui contra, vt nu. 16.
Nisi per tertium Iudicem cui fuit commissã causa appellatiōis à dicta reuocatiōe fuisset expressè inhibitiō, nu. 17.
18 Iudex qui inhibitiōem reuocauit si à sententiã reuocatiōis fuit appellatum potest suam reuocatiōem inhibitiōis reuocare.
19 Vicarius Episcopi, qui inhibuit Iudici seculari, ne instrumentum quasi vsurarium exequatur, si pronunciet instrumentum non esse vsurarium, (& sic reuocet suam inhibitiōem) & ab eo appelletur, poterit suam reuocatiōem reuocare, & iterum seculari mādare, vt in exequendo superseuendum.
20 Inhibitiō, & illius effectus, etiã post reuocatiōem durat, quando reuocatiō fuisset nulla, & inualida.
21 Citatiō nulla non inducit litis pendentiã.
22 Lis quando est nulla non facit attentata.
23 Appellatiō nulla non facit gesta contra eam subici vitio attentatorum.
24 Moderatiō inhibitiōis an differat à reuocatiōe, remissiuè.
25 Moderatiō prædicta ex quibus causis fiat remissiuè.
26 Citatiō partis, & causæ cognitio an sit adhibenda in moderatiōe inhibitiōis remissiuè.
27 Moderatiō inhibitiōis non concederetur ex eo solum quia in ea decernenda non fuisset pars citata.
28 Inhibitiō moderanda est, quando inhibitus haberet bonam possessionem.
29 Possessio bona dicitur ad effectum obtinendi moderatiōem inhibitiōis quando capta sine mādato, fuisset tamen per dominum ratificata.
30 Inhibitiō similiter venit moderanda, quando ante eam executio erat taliter capta, vt virtualiter diceretur perfecta.

SECUNDO limitatur regula suprà posita, quando t inhibitiō fuisset reuocata, vel moderata: gesta enim post inhibitiōem moderatam non videntur posse dici attentata: quia cum per reuocatiōem cesset inhibitiō, quæ causabat attentata, quasi cessante causa, cessant & ipsa attentata, vt sensit Rot. in decif. 1. aliàs 138. si appellatur, de offic. deleg. in no. quod & in simili in materia nostra comprobatur: t nā licet aliàs dilatiōe pendente nihil sit innouandum. l. siue pars. C. de dilatio. c. significante. de appellat. tamen dilatio de consensu partis fuerit reuocata, poterit innouari, vt diximus post Frā. suprà in hac 2. parte, c. 7. de atten. dil. pendente, limit. 2. nu. 11. ¶ Sic etiã post reuocatiōem relationis alicuius causæ ad principem factæ Iudex validè procedit, vt diximus suprà c. 8. de attent. relatiōe pendente, limit. 1. nu. 14. Licet secus dicendum sit ante reuocatiōem, vt latiùs diximus ibi in princ. Sic etiã licet pendente consilio sapientis, regulariter gesta sint attentata: per eam quæ late diximus suprà cap. 9. de attent. consil. sapientis pen

tis pendente, in princ. si tamen Iudex suam interlocutoriã (qua pronuntiauerat causam esse ad consilium sapientis remittendam) reuocauerit, validè, & citra vitium attentatorum dicitur procedere, vt diximus ibidem in 3. limitatione. num. 11. Et ista sit in præsentilimitatione
5 Regula, t quòd gesta post inhibitiōem reuocata, vel moderatam non veniunt tanquam attentata reuocanda per suprà allegata.

QVAM AMPLIA,

Primò vt procedat non solum in reuocatiōe, & moderatiōe expressa, t verum etiã in reuocatiōe tacita, prout est illa, quæ resultat ex remissionem causæ, quam Iudex appellatiōis à grauiamine facit, pronunciando malè appellatum, & bene iudicatum per Iudicem à quo, inhibitiō enim emanata à Iudice ad quem, per talem pronuntiationem, & remissionem videtur tacitè sublata, & reuocata, vt tradit Rot. decisio. 65. aliàs 461. si appelletur. ad fin. de appellat. in no. & decif. 1. aliàs 138. si appellatur. de offic. deleg. in no. de quo latiùs dicemus in seq. 3. limit. numer. primo, & seq.

Secundò ampliari potest, vt procedat non solum quando ad instantiam alterius partis fuit inhibitiō actualiter moderata, t verum etiã si pars duntaxat petiisset inhibitiōis moderatiōem, quoniam per hanc petitiōem videtur sibi præiudicare, ita vt non possit dare de attentatis, vt videtur fuisse resolutum, aliàs in Rota in vna Sabinen. decursus aquarum coram D. meo Oradino sub die 19. Martij 1561. in qua cum prætenderetur fuisse attentatum, tam contra inhibitiōem emanatam ab Auditore Camera, quàm à Cameraario, cum is, qui prætendebat fuisse attentatum cōparuisset coram Cameraario, & fecisset inhibitiōem moderari, fuit dictum, quòd per huiusmodi petitiōem sibi præiudicauerat, & à die petitiōis citra eum non possit dare de attentatis. Quæ resolutio videtur sanè intelligenda, vt per huiusmodi petitiōem sit præclusa via reuocatiōis attentatorum ad instantiam partis moderatiōem petentis, secus si Iudex, cuius fuerit læsa maiestas velit illa ex officio reuocare, tum quia resolutio videtur fundare se potissimum in consensu partis, tum quia, & sæpè aliàs attentata, quæ ad instantiam partis reuocari nequeunt, ex officio tamen Iudicis reuocantur, prout quando notoriè constat de non iure petentis reuocatiōem, secundum Franc. in capitu. bonæ. numero decimoquinto, de appell. & dicemus latiùs infra in 3. parte, capi. 27. de Iudi. & per quem attent. reuoc. numer. 7. & seq.

8 Tertiò ampliari potest t vt procedat etiã si inhibitiō non fuisset actualiter moderata, sed de iure veniret moderanda, prout est quando clarè constat de bono iure illius, qui pretenditur post inhibitiōem attentasse: t quoniam hoc casu inhibitiō est moderanda, & debet superferri circa reuocatiōem attentatorum, vt sensit aliàs Rot. in vna Cæsaraugustana erectionis Cappellæ coram Paleotto sub die 12. Martij 1558. vt patet in recollet. & ipsius decifio. 176. incipien. col. 10. legum. Pro qua ampliari plurimum facit t quod habetur in l. prætor ait. in princ. & ibi gloss. in verb. deberet. ff. de no. op. nunc. dum ibi dicitur

quòd factum post noui operis nunciatiōem nõ est reuocandum, quando nunciatio aut fuit remissa, aut est in ea causa, vt remitti deberet, puta quado offertur satisfactio t siquidem per nunciatiōem dicitur fieri inhibitiō. ad l. in princ. ff. eodem titu. de no. op. nunc. & propterea reuocatiō eius quod fieret post nunciatiōem, dicitur fieri per viam, & modum attentati, secundum Bald. consilio 243. proponitur. numer. secundo. lib. 12. brosecundo. t Per satisfactiōem autem nunciatio ad eum statutum redigitur, vt illa sit remittenda, & consequenter Siquid postea fieret non esset tanquam attentatum reuocandum per suprà prædicta. t Quæ satisfactio non solum operatur quando statim post nunciatiōem offertur, verum etiã si offerat se in continenti probaturum, quòd nunciatio edificandi non competit, vt habetur in recollet. Crescent. 2. decif. 20.

15 Quartò ampliari potest t vt procedat etiã si ab huiusmodi reuocatiōe fuisset appellatum, quia non obstante huiusmodi appellatiōe processus, & sententiã lata per primum Iudicem dicuntur esse valida, vt tradit Rot. dicta decif. 1. aliàs 138. si appellatur. de officio delegati. in no. & decif. 65. aliàs 461. si appelletur. de appellat. in no. ¶ t quamuis Alexand. secutus Federic. de Senis. in consilio 98. incipien. Nicolaus. in consilio 63. in causa. numer. 4. libr. 3. non videatur hanc conclusionem tenere, dum ibi vult capturam factam pendente appellatiōe ab huiusmodi reuocatiōe non valere. Quam tamen ampliatiōem limitata, t nisi per tertium Iudicem cui fuit commissã causa appellatiōis à dicta reuocatiōe fuisset expressè inhibitiō, quia tunc gesta post huiusmodi inhibitiōem essent attentata, secundum Rot. in proximè allegata decif. Et pariter eandem declarat, t quòd Iudex qui inhibuit, & deinde inhibitiōem reuocauit, si à sententiã reuocatiōis fuerit appellatum, poterit suam reuocatiōem inhibitiōis reuocare, secundum Franc. in capitu. cum teneamur. numero vigesimoquarto, de appell. vbi ponit exemplum t in vicario Episcopi, qui primo inhibuit Iudici seculari, ne aliquod instrumentum, quasi vsurarium exequatur, nam si deinde pronunciet instrumentum non esse vsurarium, & reuocet suam inhibitiōem, & ab hac sententiã appelletur, potest idem Vicarius suam reuocatiōem reuocare, & iterum Iudici seculari mandare, vt in exequendo superseuendum, post Federic. de Senis, qui super eo consuluit in conf. 93. vt latiùs per Franc. ibi.

20 Limitatur eadem regula vno modo t vt non procedat quando reuocatiō fuisset nulla, & inualida, puta quia pars in reuocatiōe non fuisset citata, quoniam hoc casu non obstante reuocatiōe durat inhibitiō, & si quid contra fiat dicitur nullum, vt tradit eleganter Aret. in consil. 75. diligenter. colum. 4. sub versic. his præmissis. & colum. 5. vers. & quòd citatiō partis. Et ita in contingentiã facti allegauit, & obtinui in vna Perusina, in qua fuerat factum præceptum, & inhibitiō colono; ne frumentum extra bonam locatores extraheret, & quamuis de facto dictum præceptum, etiã locatore (nulliter tamen citato) fuisset reuocatum, & post dictam reuocatiōem, magnam frumentum quantitatem asportasset, dicitur

hilominus fuit coactus ad illud reportandum, ex quo stante nullitate citationis in reuocatione adhuc durabat effectus inhibitionis, & consequenter asportatio erat attentata. Quæ limitatio multis comprobari posset, ex quibus solet aliàs dici, quod actus nullus, nullum regulariter operatur effectum, prout dicimus in materia nostra attentatorum, quod citatio nulla non inducit litis pendentiã, de qua supra, in hac 2. parte, capit. 4. de attent. lite pend. in præfatione. 22 numero 82. & similiter lis nulla non causat attentata, & eodem capitul. 4. in 3. limit. princip. & 23 pariter quod appellatio nulla non facit gesta contra eum subiecti vitio attentatorum, vt abundè diximus supra, capi. 12. de attent. appellatione pendente, in quinquagesima limitatione principali.

24 An tãtẽ inter moderationem inhibitionis, ac illius reuocationem sit differentia, & ex quibus causis moderatio fiat nulla, ponit Mandos. de inhib. quæstion. 38. per totam, quamuis, vt ille dicit, non possint certæ causæ, & omnes assignari, sed sunt arbitrii boni Iudicis committende, & prout etiam an in moderatione sit pars citanda, aut causæ cognitio adhibenda, vt colligitur ex his, quæ ponit ibi. quæ. 39. per totam. Quibus adde, quod moderatio inhibitionis non concederetur ex eo, quia in decernenda inhibitione non fuisset parcitã, vt fuit nouissimè dictum in vna Oueten. Canonicatus, & præbendæ coram Domino meo Oradino. 16. Iunij 1572. & econuerso tã moderanda esset inhibitionem, & bona tã diceretur possessio, etiam si fuisset capta sine mandato, dummodo fuerit postmodum per dominum ratificata, vt senserunt Domini in vna Parmen. Cappellaniæ coram Fantutio. 9. Aprilis. 1554. Pariter moderanda tã esset inhibitiõ, si ante eam executio fuisset taliter coepta, vt licet aliquid accessoriè veniret faciendum, tamen virtualiter diceretur perfecta, vt fuit resolutum in vna Beneuentana bonorum coram Iunio 29. Nouembris 1557.

LIMITATIO III.

SVMMARIVM.

1 **P**ROCESSVS factus, per Iudicem à quo postquam Iudex qui inhibuit ad eum causam remisit non est attentatus. Etiam si nulla fuerit, etiam verbalis facta remissio. numero 2. Dummodo de iure causa sibi fuisset remittenda. nume. 3. Etiam si à remissione prædicta fuisset appellatum. numero 4. Nisi Iudex huiusmodi appellationis inhibuisset. numero 5. 2 **T**ERTIO limitatur regula princip. tã vt non procedat, in processu facto per Iudicem à quo postquam Iudex, qui inhibuit ad eum causam remisit, quia per remissionem censetur sublata inhibitiõ. Rot. in dicta decis. 1. aliàs 138. si appellatur. de offic. deleg. in no. & decis. 65. aliàs 461. si appelletur, de appellat. in antiq. & dictum est supra proximè in 4. ampliatione secundæ limitationis. numer. 15. & sequitur etiam Mandos. de

inhib. quæstion. 36. & ista potest esse in hac tertia limitatione

REGULA, quam

AMPLIA, Primò, vt talis processus valeat etiam si per Iudicem, ad quem nulla fuerit etiam verbalis facta remissio, tã dummodo secundum terminos capit. vt debitus. de appellat. causa (puta ob non iustificatam appellationem) fuisset ad eum remittenda, quia non obstante inhibitione sibi facta per Iudicem ad quem, potest validè in causa principali procedere, dummodo Iudex à quo appellationi non detulerit, vt habetur notanter apud dominos decis. 3. aliàs 11. fuit dubitatum, in additione, vers. sed his oritur dubitatio. de appellat. in no. tã Secundò amplia, vt procedat etiam si à remissione causæ, & consequenter à tacita inhibitionis remissione fuisset appellatum, per ea quæ dicta sunt supra in dicta quarta ampliatione secundæ limitationis. nume. 15. limitando prædictam conclusionem, tã nisi tertius Iudex cui præsupponitur commissã causa appellationis à dicta reuocatione primo Iudici inhibuerit, vt ibidem dictum est, numer. 17.

LIMITATIO IIII.

SVMMARIVM.

1 **I**VDEx à quo potest non obstante inhibitione Iudicis ad quem explicare omnia, quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis. Et multi in hoc errant, vt infra num. 4. 2 **E**tiam si huiusmodi inhibitiõ fuisset canonicè facta. Nisi hoc casu Iudex delegatus appellationi d. tulerit, vt infra num. 5. 3 **I**nhibitiõ operatur in his quæ sunt contra appellationem non in his quæ sunt in fauorem appellationis. 4 **Q**UARTO limitatur regula prædicta, tã vt non procedat in his quæ tenderet in faciliorem exitum appellationis: ea enim potest Iudex à quo explicare non obstante inhibitione per Iudicem ad quem, tã etiam canonicè facta, puta si parti terminum ad prosequendam appellationem assignet, vel partibus inhibeat, ne aliquid in præiudiciũ appellationis innoent, vt post Ant. de But. ibi, & Federic. de Sonis in conf. 93. tradit eleganter Franc. in c. cũ teneamur. col. 4. vers. secundus intellectus. num. 21. de appellat. vbi subdit rationem, tã quia scilicet inhibitiõ operatur in his, quæ sunt contra appellationem, & secus in his, quæ sunt in fauorem, quia inhibitiõ secundum eum ad hoc se non extendit, quod dictum reasumit, & multum commendat Vestr. in praxi Ro. cu. lib. 8. cap. 4. numer. 7. vers. nec eo minus, tã vbi subdit quod multos in hoc errare vidit, & contra hos errantes se aliàs obtinuisse testatur. Pro qua limitatione faciunt in simili multa quæ congesimus supra, cap. 12. de attent. appellatione pendente, in 4. limitatione principali. in princ. ad demonstrandum, quod Iudex post appellationem, & ea pendente potest tendentia in faciliorem exitum appellationis explicare. tã Quia limitationem sublimita secundum Franc. & Vestr. vbi supra, nisi Iudex (quando essemus in delegato) appellationi detulisset, quia cum per delationem Iudex dicatur à se abdicare omnem iurisdictionem, vt diximus supra, cap. 12. de attent. appellatione pendente, in quinta sublimitatione primæ limitationis princip. nume. 8. præsupposita delatione non solum non posset illa facere, quia

quia fuisset inhibitiõ, sed simpliciter etiam nõ præsupposita inhibitione non posset aliquid ultra in causa facere.

LIMITATIO V.

SVMMARIVM.

1 **A**CTVS non potest dici attentatus, quando fuisset factus in causa diuersa ab ea in qua fuit inhibitiõ. 2 **I**nhibitiõ regulariter non operatur in diuersa causa, & in separatis articulis. 3 **O**bligatus in forma camerae si committat causam nullitatis super dicta obligatione, & obtineat inhiberi potest non obstante dicta inhibitione ad executionem dictæ obligationis procedi. 4 **I**nhibitionis Iudicis criminalis super Simonia contra vnum ex presentatis nõ impedit, quin patroni possint licet civilem in Rota pendentem prosequi, & petere se ad illam admitti. 5 **I**nhibitiõ in causis connexis operatur. 6 **C**onexa causa quæ dicatur, & quæ separata remissiuè. 1 **Q**UINTO Limita, tã vt non procedat quando actus qui præceditur attentatus potest deduci, quod fuerit factus in causa separata, & diuersa ab ea in qua fuit facta inhibitiõ: tã quia regulariter inhibitiõ non operatur in diuersa, & separata causa, & in separatis articulis, vt post Ant. & Franc. in c. super eo. el. 1. de appellat. deducit, & comprobat Dec. in conf. 33. viso. col. 2. sub nu. 4. & aliquid etiam per Paris. in conf. 39. non possunt. nu. 9. & melius nu. 28. libr. 1. & in conf. 108. de bono iure. nu. 7. libro primo, & in conf. 172. in causa in multis verbis. libro quarto, & tradit post alios Augustinus Bero. in conf. 85. dicam breuiter. nume. 20. vers. secundo casu. lib. 3. & faciunt quæ latius tradit idem in pulchro casu (in quo præsupponebatur fuisse inhibitiõ, vt ibi in princ.) conf. 113. visa. nu. 1. iunctis his quæ ponit num. 4. & per tot. vbi deducit causarum diuersitatem lib. 3. & ideo aliàs in vna Roma. census coram Quiroga. 22. Aprilis 1558. cum inter easdem partes penderet occasio eiusdem domus vna lis coram Auditore Camerae super spolio census dictæ domus, & eiusdem deuolutione, sub prætextu, quod domus pertineret ad Ecclesiam, & tanquam malè alienata esset deuoluta, & alia in Rota super impositione dicti census, quia reus prætendebat illam esse liberam, & per partes fuisset hinc inde obtentum inhiberi, & dubitaretur an huiusmodi causæ essent diuersæ, ita vt non obstantibus inhibitionibus posset vterque Iudex validè in causa procedere, Maior pars Dominorum tenuit, quod causæ essent diuersæ, & propterea pendente causa malè alienationis coram Auditore Camerae potuit validè in Rota expediri causa impositionis census. Ex quo colligitur, quod inhibitiõ in vna causa non afficit in causa diuersa. Quod etiam fuit de mente Rotæ in alia Ciuitatis Castellæ attentatorum coram Grato. 6. Nouembris 1564. de qua latius diximus supra in hac 2. parte, cap. 12. de attent. appel. penden. in 2. limitat. princip. sub numero 22. Quibus adde Aegid. decisio. 529. si titius. vbi vult, quod inductio in possessionem certorum iurium post inhibitionem facta, non sit attentata, ex quo super dictorum iurium inductione non litigabatur, & consequenter erat diuersa causa. Sic etiam dicimus, tã quod si obli-

gatus in forma camerae committat causam nullitatis super dicta obligatione, & obtineat per Iudicem inhiberi, potest non obstante dicta inhibitione ad executionem dictæ obligationis procedi habita hac consideratione, quia causæ censentur diuersæ, vt post Inno. in capitulo cum in iure. super verb. de mandato. de offic. deleg. & Canar. q. 52. de execut. instr. tradit Galles. in tractatu de oblig. camer. in 3. parte princip. q. 5. sub capitulo de vi instrumenti. numero 26. foli. 146. Similiter tã inhibitiõ facta per Iudicem, cui erat commissã causa criminalis super simonia contra vnum ex presentatis ad instantiam alterius qui fuit de dicto beneficio prouisus, non impedit, quin lite inter eos in Rota super validitate præsentationis pendente, possint patroni illam prosequi, si antea in lite fuerunt, & si in lite non fuissent, quomodo admittantur pro suo interesse ad sublinendum suum ius patronatus, vt fuit dictum in vna Pampilonen. de Sanguessa coram Sarmieto. 14. Februarij. 1569. Bene camen illa tã operaretur in causis connexis, vt dicunt supradicti docto. & videtur decisione 31. aliàs 193. si ab excommunicatione. de appell. in no. vt latius deduximus supra capit. 12. de attenda. appell. pend. in 2. limit. princip. numero 23. Et ideo cum aliàs in vna Anconitana attentatorum coram Sarmiento 27. Iunij 1565. dubitaretur an executio facta contra fideiussores (qui fecerunt instrumentum obligationis vigore sententiæ per quam principalis cogebatur ad prestandos fideiussores) postquam per principales fuerat à dicta sententiã interposita appellatio, diceretur attentata, Domini fuerunt pro attentatis, quia instrumentum pendebat à sententiã à qua fuerat appellatum, & cuius vigore fuerat inhibitiõ. tã Quæ autè dicatur conexa, & quæ separata causa satis apparere potest ex his, quæ latius diximus supra in d. c. 12. de attent. appel. pend. in 2. limit. principali post principium. nu. 4. & quamuis contra hanc limitationem nonnulli senserint, vt annotauimus in 3. sublimitatione dictæ secundæ limitationis princ. num. 34. quia tamen illorum opinio tunc non placuit, sed potius opi. Franc. in dicto c. super eo. el. 1. & hodie etiam magis placet, dic vt ibi, nu. 35.

LIMITATIO VI.

SVMMARIVM.

1 **I**NHIBITIõ facta ad instantiam principalis an inuuet fideiussorem & contra. 2 **E**t regulariter non inuuet. 3 **E**t ratio assignatur. Etiam si inhibitiõ emanasset à summo Põtifice vel principe, vt infra nu. 5. Etiam si in inhibitione fuit generaliter facta mentio, & expressio fideiussorum, vt infra nu. 6. Etiam si inhibitiõ, etiam cum generali expressione fideiussorum fuisset geminata, vt infra num. 7. Nisi essemus in fideiussore Iudicij, vt infra nu. 9. Nisi in inhibitione fuisset facta mentio de fideiussoribus, & cum expressione concurreret etiam conexitas causarum, vt infra nu. 5. Et hoc quando essent plures fideiussores, secus si vnus tantum, vel duo ad summum essent, vt infra nu. 16. Nisi consuetudo, vel stilus curiæ, vel cõuentio partium esset in contrarium, vt infra nu. 17. 4 **P**ræscriptio statutaria contra principalem non interrumpit præscriptionem factam contra fideiussorẽ. Tract. de attent. K 2

- 8 Geminatio inhibitionis habet vim motus proprij.
- 10 Fideiussor de iudicio sisti non cogitur representare principalem pendente appellatione per eum interposita.
- 11 Fideiussor iudicij repetit omnia damna à principali immediate absque alio iudicio. Secus in fideiussore contractus, vt m.12.
- 13 Sententia contra principalem lata non mandatur executioni sine nouo processu contra fideiussorem contractus. Secundum magis communem opinionem, vt n.14.
- 15 Inhibitio principalis iuuat fideiussorem quando in ea facta est fideiussorū mentio, & causa sunt conexa. Nisi vnus, aut ad summū duo extaret fideiussores. numer.16.
- 17 Statutum, vel cōsuetudo potest efficere vt inhibitiō principalis inuet fideiussorem.

SE X T A huic proxima limitatio esse potest, vt non procedat quando inhibitiō fuit facta in vna causa, & actus qui prænditur attentatus licet prima fronte videretur factus in eadem causa, esset tamen factus cōtra diuersam personam, t̄ puta si inhibitiō fit facta pro principali, executio autem contra eius fideiussorem, vel ecōtra, non enim leuis est apud docto. dubitatio, an inhibitiō facta ad instantiam principalis iuuat fideiussorem, In qua licet aliàs in contingentiā facti in vna Anconitana attentatorum per clarissimos aduocatos elegēter informari viderim, & propterea multa hincinde disputando dici possent, conclusiue tamē procedendo potest in proposito firmari in præsenti limitatione

RE G V L A, t̄ quod executio prædicta post inhibitionem facta non sit attentata, ea potissimum ratione, quia inhibitiō principalis fideiussorem non iuuat, nec ecōtra: t̄ ex quo causæ videntur inuicem separatae, & vnus respectu alterius tertius dici possit, vt annotauimus supra in prima parte, cap.3. de attent. circa fi. nu. 150. post Bald. in leg. 1. in fin. C. de diuersis rescriptis, & Franc. in c. cum teneamur. vers. & adde, quod sicut inhibitiō. de appellat. per l. creditor. ff. mādati, & alia ibi allegata: Quibus adde Aret. in conf. 33. numero 2. & Bero. quæstio. 77. vtrum. numer. 8. & quod alias dicitur, t̄ quod per petitionem factam contra fideiussorem non interruptitur præscriptio statuaria contra reū principalem, vt est in recollet. Chiffanen. decil. 174. Et quod licet conuentus coram vno Iudice, si coram alio super eadem re ab eodem conueniatur, possit dari coram secundo de litis pēdentiā coram primo, vt declarauimus supra cap. 4. de attent. lite pend. in 2. limitat. princip. numero 59. id tamen non habet locum, si coram vno fuerit conuentus principalis, & coram alio fideiussor, vt tradit Paul. de Cast. in conf. 87. in causa. col. 1. vers. nec obstat prima ratio. lib. 1. quoniam fideiussor hoc casu non potest opponere exceptionem litis pendentis contra principalem introducā, vt etiam ibi admoquimus. num. 78.

A M P L I A

Primò, vt præmissa procedant non solum in inhibitione Iudicis t̄ verum etiam in inhibitione Principis, & summi Pontificis, vt erat casus in quo de facto consuluit eleganter Dec. in conf. 33. viso puncto princip.

Secundò, t̄ vt procedat etiam si in inhibitione fuisset generaliter facta mentio, & expressio

fideiussorum, quia per hoc inhibitiō non iuuat fideiussores nisi cum distinctione, de qua dicitur intrā in 2. limitatione. nu. 15.

Tertio, t̄ vt procedat etiam si inhibitiō etiā cum generali expressiōe fideiussorum fuisset geminata, t̄ quamuis enim geminatio habeat vim motus proprij, ad no. per Bald. in l. nec damnosa. C. de precibus imperat. offerend. per hoc tamen nō magis inhibitione iuuantur fideiussores, vt eleganter considerat Deci. in dicto conf. num. 2. & 6.

L I M I T A T I O eadem regula

Primò, & notabiliter, vt regula procedat in fideiussore contractus, t̄ secus in fideiussore iudicij, quia licet inhibitiō principalis non iuuat fideiussorem contractus, iuuat tamen fideiussorē de iudicio sisti, vt fuit æqua, & notabilis consideratio Rot. in dicta Anconitana attentatorum coram D. meo Oradino de anno 1556. 26. Iunij, in qua tenuerunt, quod executio facta contra fideiussorem, qui se in iudicio obligauerat vigore sententiæ per quam principalis condemnabatur ad præstandos fideiussores, pendente appellatione à dicta sententia per ipsum principalem interposita, & inhibitione illius vigore subséquuta, diceretur attentata, quia hoc casu appellatio principalis prodest, etiā fideiussori, vt sentiebāt in dicta causa post Fran. in c. cum teneamur. sub numero 18. de appellatio. & Specul. in loco per eum allegato, & Bald. in addit. ad Specul. in titu. de appellat. in additione magna, quæ incipit, cōfessus in tormentis. col. 6. post princ. vers. quidā promisit representare Titium, in quibus locis dicitur, t̄ quod fideiussor de iudicio sisti non cogitur representare principalem pendente appellatione, sicut nec ipse principalis, eo interim esset in aliquo grauandus, & ratio diuersitatis quæ mouit dominos ea fuit, quia inter fideiussorem iudicij, & principalem videtur esse considerabilis coniunctio, & connexitas causarum, t̄ ex quo fideiussor iudicij repetit omnia damna à principali immediate absque alio iudicio, vt (considerata hac causarum coniunctiōe tradit Bald. in l. fin. §. & cum antiquitas. col. prima. in fi. numer. 6. vers. quarto vtrum statim. C. de vsuris rei iudicata, quem sequitur Franc. in c. primo. numer. 5. de iniuriis, & damno dato. lib. sexto, & notat Hippol. de Marsil. in rubr. de fideiussoribus. quæst. 52. numero 362. & sequenti: t̄ quæ omnia cessant in fideiussore contractus, in quo & aliàs videmus

quod sententia lata contra principalem non mandatur executioni sine nouo processu, vt per Nattam post alios in consil. 345. Constantinus, in princ. libro 2. Pro qua distinctione inter fideiussorem iudicij, & contractus faciunt, quæ ponit nouissimè post alios Minsinger. sing. obseruatio. centu. 4. decisio. 96. incip. elegans. vbi in eo articulo an sententia lata contra principalem possit mandari executioni contra fideiussorē, vel ecōtra concludit, t̄ etiam de magis communi opinione attestās, quod crebrior est sententia, quod in fideiussore iudicij potest sententia executioni demandari, secus in fideiussore contractus, & adde, quod post Minsinger. vbi supra, & alios quamplures per eum allegatos multa circa hanc differentiam inter fideiussorem iudicij, & contractus ponit nouissimè de commu. opi. post alios attestans

stans Ioan. Bapt. de Afin. in sua praxi Iudic. §. 31. capitulo 2. in 22. ampliatiōe ibi per eum posita per totam, quinimmo ibidem in vers. ampliatur autem præcedens ampliatio. numero 10. præsentem Ampliationem adhuc ampliare videtur, vt talis executio cōtra fideiussorem fiat etiam sine nouo processu, & sine noua fideiussoris citatione. Secundò, t̄ nisi in inhibitione fuisset facta mentio de fideiussoribus, quia tunc cōprehenduntur, & eos iuuat, Quod tamen sanè intelligendū est, si cum expressiōe concurrat etiam connexitas causarum, aliàs sola expressiō eos non iuuaret, vt considerat, & deducit Deci. in dicto consil. 33. per totum. præsertim col. 3. t̄ hoc ego intelligerem quando essemus in pluribus, & diuersis fideiussoribus ad quos mentio, & expressiō prædicta referri posset, tunc enim eos tantū inhibitiō iuuat, quos cum principali connexitas causæ cōiungeret, quod si non esset nisi vnus, vel duo fideiussores, tunc vt verba aliquid operarentur, & pluralis expressiō fideiussorū verificetur, eos quoque hoc casu inhibitiō iuuaret, iuribus vulgaribus. Tertio, ex intentione Petri Duen. in regula 276. quam ibi ponit, quod pendente lite contra reum potest fieri executio contra fideiussorem) potest adaptari limitatio, t̄ vt non procedat quotiescumque consuetudo vel stilus curiæ, vel conuentio partium esset in contrarium, vt ibi per eum.

fitæ à declaratione facta vigore obligationis in forma camera non afficit, quia habetur pro calumniosa, & est decis. in recollet. Put. 17. inhibitiō. sub rubr. vt lite pendente, quam refert, & sequitur nouissimè etiam Mandos. in tractatu de inhibitiō. q. 28. per totam. Et pro hac limitatione facit, quod fuit aliàs dictum in vna Eluen. Archidiaconatus corā Lancelloto 27. Iunij 1572. quod gesta in partibus post inhibitionem Rotalem censeantur attentata, & reuocanda, nisi constaret inhibitionem fuisse ab Auditore exortam ad eludendum sacrum concilium Tridentinum, ne causa tractaretur in partibus. Et similiter, quod tenuerunt Domini in alia Rauennaten. prætorum attentatorum coram Caputaquen. 25. Ianuarij 1553. in qua dum inter cætera ad excludenda attentata allegaretur, quod cum inhibitiō ob tenta in curia (vbi erat procurator specialis, cui poterat facillè inhiberi) fuisset studiose executā in partibus contra Syndicum generalem communis Rauennæ, t̄ quam calumniosa, & dolosa non debebat posse facere, vt executio post eam facta esset subiecta vitio attentatorū, Domini tenuerunt eo casu non constare de attent.

L I M I T A T I O OCTAVA.

S V M M A R I V M.

Inhibitio emanata vigore commissionis super nullitate per viam actionis intentata non facit attentata secundum aliquos.

Licet contrarium videatur verius remissiuè. nu. 2

OCTA VO Limita, t̄ vt procedat in gestis post inhibitionem emanatam vigore commissionis super nullitate per viam actionis intentata, quia etiam post huiusmodi inhibitionem validè fieri potest executio, vt tradit Mil. in verb. executio vnus sententiæ. folio 129. post Rot. deci. 3. aliàs 280. licet, de exceptionib. in no. de quo tamen latius dictum est supra, cap. 17. de attent. nullit. penden. numero 61. & seqq. in prima limitatione regulæ ibi positæ, t̄ vbi contrariū tanquam verius firmauimus.

L I M I T A T I O NONA.

S V M M A R I V M.

Continuans etiam si fuerit inhibitus non dicitur attentare.

Attentare non dicitur ille qui post inhibitionem iuit ad consilium Regium pro manutentione possessionis quādo illa poterat propria auctoritate defendere. Superior nō potest inhibere inferiori sine sua iurisdictione vtatur.

Continuare post inhibitionem possessionem non licet in vim constituti possessory apposti in contractu super cuius inualiditate est lis introducta.

Turbida possessio non potest post inhibitionem licitè continuari.

NONO Limitatur quando essemus in actu factopost inhibitionem, sed per modū continuationis, quoniam non dicitur attentatus, t̄ quia continuans etiam inhibitus non dicitur attentare, ad text. in c. 1. vbi notant omnes extra vt lite pendente. & tradit Paris in consilio 39. nō possunt. numero 8. & seqq. libro 1. & conf. 172. in causa. nume. 14. lib. 4. & Deci. consilio 460. viso. numer. 20. & diximus supra cap. 4. de attent. lit. pendente in 3. ampliatiōe primæ limitationis principalis. numer. 10. Quibus addi potest bona decis. Aegid. 529. si Titius. vbi vult inductionem Tract. de attent.

in possessionem certorum iurium nomine cuiusdam preceptorie factam post inhibitionem non esse attentatam, ex quo preceptorie nunquam amiserat possessionem, & consequenter continuabat. Hinc dixit Rota in vna coram Prospero non attentasse eum, qui poterat propria auctoritate suam possessionem defendere, si post inhibitionem iuit ad consilium regium pro maintenance illius, nam urbanus egit, per no. per Paris. in cons. vit. libro quarto, vt est decif. in re collect. Acchill. de grass. 34. incip. attentare voluerunt domini, sub rubr. de attent. quam tenet remissiuè etiam Mandos. de inhib. q. 21. & propterea dicebat alijs Calder. inter cōf. Per. de Ancharan. consil. 236. incip. inhærendo. in finalibus verb. quem refert, & sequitur nouissimè etiam Mandos. in tracta. de inhib. qu. 9. sub numero 3. quod superior non potest inhibere inferiori, ne sua iurisdictione vtatur, ibique q. 23. expressè hanc limitationem tenet, quod cōtinuans etiam post inhibitionem non attentet, prout etiam ex recentioribus sequitur Hier. Gab. in consilio 52. puto. nume. 17. lib. 1. Hanc tamen limitationem sublimita duobus modis. Primò, vt non procedat quando quis post inhibitionem vellet continuare possessionem in vim constituti possessorij appofiti in contractu, de cuius validitate, & inualiditate est lis introducra, vt est in re collect. Cot. ta decif. 168. Secundò, quando possessio quæ allegatur pro confirmatione esset turbida, & in dubium reuocata, vt admonuimus etiam in dicta 1. limitatio, numero 80. & seq. cap. 4. de attent. lit. pend. Turbida autem nõ diceretur si vigore laudi fuisset capta possessio eo die, quo fuit reductio laudi, etiam si pro illa adipiscenda opportuiffet eicere colonos illius, qui habebat causam à colligante condemnato, nam per huiusmodi actus fuisse acqumtam plenam possessionem, & in illius continuationem potuisse fieri relaxationem etiam post inhibitionem Rotalem tenuerunt Domini in vna Bononien. bonorum coram D. de Rubeis 15. Iunij 1565. in qua cum præmissa præsupponerentur in facto, tenentur pro non attentatis ratione continuationis de qua agimus.

LIMITATIO DECIMA.

SVMMARIUM.

TERTIV Setiam post inhibitionem non dicitur attentare. Nisi in casibus de quibus hic remissiuè, nu. 2. item Nisi commissio, cuius vigore inhibetur haberet clausulam solitam, cum facultate quibus, vbi quando, ac quoties inhibendi, vel clausulam omnes que alios, &c. num. 3.

DECIMO Limita, vt non procedat in gestis per tertium, quia is, qui est merè tertius etiam post inhibitionem si aliquid faciat contra eam non dicitur attentare, ad tex. in c. Romana. §. in alium, de appellatio. in 6. & ratio est, quia inhibito regulariter tertium non comprehendit. Rot. decifio. 2. aliàs 58. nota quod, vt lite pendente in antiq. Sicut nec prohibitio à iure inducta ne quid lite, vel appellatione pendente in nouetur tertium non comprehendit, ad no. per glo. celebrem. in l. creditor. ff. mandat. & per Iaf. in l. prima, numero 2. C. de diuers. rescript. & per Corfett. in sing. suis in verb. appellatio. vers. pri-

mo. in 4. limit. regulæ ibi per eam positæ, & diximus supra hoc eodem cap. in præfat. in 3. q. num. 93. atque etiam supra in prima parte, cap. 3. de attent. à tertio, in prima ampliatione. num. 9. Vbi etiam quamplures posuimus limitationes in quibus etiam tertius lite pendente dicitur attentare, puta quado haberet causam à litigantibus, & alijs de quibus ibi latiùs. numero 16. & seqq. Quas omnes limitationes etiam ad hanc decimam limitationem regulæ supra positæ essent pro sublimitationibus necessariò accommodandæ, sed breuitatis causa sufficiat ad dictum locum lectorem remittere, quoniam si tertius in illis casibus lite pendente dicitur attentare: multo magis post inhibitionem dicendus est attentare: cum multa post inhibitionem fiant illicita, quæ simpliciter lite pendente fuissent licita, vt demonstrauimus supra in prima ampliatione. num. 1. & per totam: Sublimita tamen hanc decimam limitat. nisi commissio, cuius vigore inhibetur, haberet clausulam solitam, cum facultate, quibus, vbi, quando, ac quoties inhibendi, vel clausulam omnèsque alios in executione nominandos, quoniam tunc, etiam tertio inhiberi potest, & contraueniens illi attentaret: vt admonuimus etiã supra hoc eodem cap. in præfat. q. 3. numero 92. & seq.

LIMITATIO XI.

SVMMARIUM.

ATTENTARI non dicitur post inhibitionem quando princeps mandat aliquid fieri non obstante inhibitione. Nisi rescriptum sit aliquo modo qualificatum, vt infra num. 4. Rescriptum non reducit ad intellectum iuris communis quando constat de mente Papæ sed eius forma (licet diu. a. sit) est obseruanda. Possessio capta post inhibitionem non censetur attentata si fuit ca. i. vigore Breuis habentis clausulam citra vitium attentatorum, & non obstantibus inhibitionibus: vt hic remissiuè. Mandatum principis aliquid committens non simpliciter sed qualitate, puta executionem sententia in possessorio quatenus Aegidiana locus sit, nõ excusat ab attentatis possessionem post appellationem, & inhibitionem captam.

VNDECIMO fallit, quando Princeps mandaret, quod non obstante inhibitione aliquid quis reintegraretur ad possessionem, vel aliquis alius actus explicaretur, nã si constat de eius voluntate, de potestate nõ est dubitandũ, vt dixit Ruy. in cons. 76. primò est videndũ. nu. 6. & seqq. li. 5. pro quo facit, quod post Ant. de Butr. in c. ex par. el. 2. in gl. 1. de for. comper. dixit Dec. in cōf. 35. viso puncto, post prin. quod quando constat de mente Papæ rescriptũ nõ reducit ad intellectum iuris communis, sed eius forma (licet dura sit) est obseruanda, Princeps enim cū sit supra ius nõ dicitur attentare, vt diximus latiùs supra c. 4. de atten. lit. pend. in 12. lim. princ. per totã. Hinc videmus quod Princeps sæpè solet concedere Breue de capièdo possessionem beneficij reseruati citra vitium attentatorum non obstantibus commissionibus, & inhibitionibus emanatis, de quo latiùs diximus supra capit. 4. de attentat. lit. pend. in præfat. numero trecentesimo nonagesimo quarto, & multis seqq. in 1. illatione. vers. decimo

decimo tertio, & vltimo, &c. & possessio taliter capta non censetur attentata, vt vltra ea, quæ ibi fuerunt adducta, fuit etiam retum in alia Legio nen. Archidiaconatus de Viala, corã Reumano 8. Nouembris. 1553. Declarando tamen, vt latius ibi deduximus à nume. 394. vsque ad num. 448. & præsertim numero 424. & seq. vbi tetigimus qualiter possessio post inhibitionem capta diceretur attentata, etiam si fuisset capta vigore litterarum missuarum, quæ haberent vim Breuis: Et insuper præmissa intellige de inhibitione emanata ante impetrationem Breuis, secus si inhibito fieret ex postfacto vigore commissionis su per subreptione Breuis impetratæ, nam si Breue perdit vires suas, quando est subreptitium, vt diximus in d. præfat. numero. 413. multo magis perdet stante inhibitione ob illius vim, & efficaciam, iuxta ea quæ posuimus supra hoc eodem cap. in prima ampliatio. princip. per totam. Nisi in Breui esset appofita clausula, quam quadoque apponi vidi, videlicet non obstantibus quibuscunque inhibitionibus emanatis, & emanandis. Hanc tamen limitationem, & quæ in principio illius dicta sunt, necessariò & vtiliter limita, ac declara, vt procedat, nisi Princeps aliquid committens etiam vigore specialis commissionis (puta executionem alicuius sententia) suam commissionem aliquo modo qualificet, puta cum clausula quatenus Aegidiana locus sit, nam si talis iudex putans eo casu Aegidiana locum esse, decernat mandatum executiuum, & nõ obstante appellatione ab huiusmodi decreto interposita, exequatur, talis executio (si coram iudice ad quem detegatur, quod locus Aegidiana non erat) non solum: tanquam iniusta, verum etiam tanquam attentata venit reuocanda, vt fuit dictum in vna Parmen. bonorum coram Caputaquen. 15. Februarij 1553. non obstante, quod ad excusanda attentata allegaretur, quod iudex exequens vigore nouæ commissionis non diceretur attentare, quia princeps, & habens causam ab eo, non dicuntur attentare, quia per ex aduerso informantes respondebatur, quod illa non erat simplex, & absoluta commissio principis super executione faciendã, sed qualificata, quatenus Aegidiana locus sit, vnde cum coram iudice ad quem fuerit detectum illi non esse locum, sequitur, quod cesset effectus dictæ commissionis, & in trent attentata.

LIMITATIO XII.

SVMMARIUM.

INHIBITIO emanata vigore commissionis, & rescripti subreptitij non facit attentata. Puta si narretur appellatio, quæ re vera non erat interposita. num. 2. Vel narretur appellatum fuisse à diffinitiuã, seu vim diffinitiuã habente, cum fuisset appellatum à grauaminibus. num. 3. Nisi de stilo vt infra. nume. sexto. licet id etiam videatur esse de iure, vt inf. à. num. 8. Nisi in commissione appellationis subreptitia sit appofita clausula gener. lis nullitatis, resitutionis in integrum, attentatorum, vel clausula, quam & quas, quia subreptio quoad appellationem quoad aliam non obstat, quominus inhibito quoad ea afficiat, vt infra. num. 13. &

Nisi inhibito fuisset geminata, vt infra, numero 14. & Nisi constaret de bono iure coram vtraque Iudice tam inhibente, quàm inhibito, quia tunc potest sententia subscribi ex noua commissione, vt in numero 15.

- 4 Clausula si preces veritate nitantur non solum rescripto, sed & inhibitioni semper in se censetur. Et virtute dicta clausula suspenduntur censura & pœna. quæ rescripto contrafacienti imponuntur. numero 5.
- 7 Inhibito vigore appellationis facit attentata etiam si non fuerit expressum, quod erat à tribus conformibus.
- 9 Processus actus vigore rescripti subreptitij dicitur validus. Secundum communem opinionem. num. 10.
- 11 Ratio quare magis inhibito vigore rescripti subreptitij emanata sit potius nulla, quàm processus eiusdem commissionis vigore factus, assignatur. Inhibitionis effectus non tollitur per omnem subreptionem, sed quando committitur circa ea quæ sunt fundamentum rescripti, & sic circa substantialia secus si sit circa accidentalia, vt hic nouiter consideratur.

DUODECIMO Limita, vt non procedat in inhibitione emanata vigore commissionis, & rescripti subreptitij, quia illa non causat attentata, puta si narretur appellatio, quæ re vera non erat interposita, vel aliquid simile. Paris. consil. 172. in causa, numero 13. lib. 4. Roland. consil. 77. viso. numero 27. lib. 2. & nouissimè Modern. in annotat. ad Aegid. nume. 61. & etiam Aug. Berro. in consil. 117. incip. ex vltima. numero 3. libro 3. & facit plurimum, quod fuit tentum in vna Anconitana attentatorum pro Fiordelisia contra congregationem Græcorum coram D. meo Oradino. sub die 13. Decembris. 1562. in qua propterea fuit dictum, quod inhibito emanata ab Auditore Camerae vigore appellationis coram eo interposita tanquam à diffinitiuã, seu vim diffinitiuã habente, non facit attentata, ex quo appellatio solum fuerat à certis etiam leuibus grauaminibus, & similiter quod inhibito in eadem causa emanata ab Episcopo Alifano vigore specialis commissionis appellationis, quæ re vera nõ dũ erat interposita, sed fuit interposita per mensum post, non causat attentata. Quæ ex eis comprobari possunt, quæ ponit Deci. in consil. 33. viso puncto. sub numero 5. col. fin. vers. vnde inhibitoria, vbi vult, quod non solum rescriptum semper censetur habere clausulam si preces veritate nitantur: ad no. in capit. ex parte. el. 1. de rescript. verum etiam ipsi inhibitioni censetur prædicta clausula, & conditio (si preces veritate nitantur) inesse, & quod propter istam tacitam conditionem, & clausulam, quæ in rescriptis subintelligitur suspenduntur censura, & pœna, quæ rescripto contrafacienti imponuntur, vt latius ibi per eum. Quam limitationem declara quatuor modis: Primo, vt illa procedat de iure, & secus de stilo Rot. vt fuit dictum in vna Valentina della plebe, tin qua licet nõ fuerit expressum, quod appellatio erat à tribus conformibus, & sic erat commissio subreptitia, nihilominus Rota voluit, quod inhibito vigore dictæ commissionis ema-

nata de stilo cauſauerit attentata, vt est decif. in recollect. Acchil. de grass. 27. attentata ex stilo. sub rub. de attent. & in alia Roma. de Soderinis coram Sarmiento. 5. Maij. 1561. in qua tenuerunt quod propter stilum, & praesentiam principis, inhibito, quae emanauit vigore commissionis licet subreptitiae non sit nulla, & ideo poterat peti, vel moderari, vel reformari. Cum quibus concordat melior decif. in recollect. Peregri. 94. incip. fuit conclusum, vbi expresse dicitur quod in vna Bononien. locationis coram Puteo. 27. Maij. 1547. fuit conclusum, quod sententia lata post inhibitionem vigore commissionis auocatoriae, & subreptitiae, & non tribuentis iurisdictionem est attentata, quamuis enim talis inhibito de iure possit sperni, ex stilo tamen dominorum est timenda, quamuis tamen nec etiam de iure videatur omnino tuta, quando quidem (si processus factus vigore rescripti subreptitij dicitur valeat, vt est commu. opi. de qua post Felyn. in c. ceterum. numer. 10. de rescript. & Curt. Iun. in consil. 175. incip. contra ea. numer. 2. notat ex recentioribus Mandos. super reg. de subrog. collitig. q. 9. nume. 8. qui propterea concludit ibi, quod per rescriptum subreptitiam, etiam ad effectum illius regulae dicitur lis pendere) non videtur sufficiens ratio diuersitatis assignari posse, quare magis inhibito vigore rescripti subreptitij emanata sit nulla, & sine effectu operandi, quam reliqui actus, & processus, nisi ea consideretur quod cum inhibitiones quo magis timeantur, fupra in hoc cap. in praefatione, qu. 5. nume. 179. quia, quando sumus in inhibitione, agitur de faciendo contra venientem incidere in dictas poenas, ideo non mirum si subreptio in ea non tolleratur, quia vbi maius periculum ibi cautius est agendum, quae ratio videtur cessare in reliquo processu, vel posset, & distinguendo forsitan melius dici, quod non omnino subreptio tollat effectum inhibitionis, sed quando committitur circa ea, quae sunt fundamentum ipsius negocij, & rescripti, prout apposite videntur loqui docto. allegati in principio huius 12. limitationis, quando inhibetur vigore appellationis, quae re vera non erat in rerum natura, & nondum erat interposita, inhibito enim emanata vigore talis rescripti, quod desuit in ipso fundamento, non debet posse causare attentata, secus autem fit quando subreptio versatur non circa substantialia, sed accidentalia, tunc enim debet causare attentata, prout fuit in dicta Valentina, in qua subreptio duntaxat erat, quia non fuerat expressum, quod appellatio erat a tribus conformibus, sed re vera appellatio erat interposita, & rescriptum habebat vbi subsisteret. Secundum quod licet commissio appellationis esset subreptitia, quia tamen in commissionibus appellationum solet apponi clausula generalis continens commissionem causae nullitatis, restitutio nis in integrum, attentatorum, & aliquando clausulam quam, & quas vna cum negocio principali, idcirco quatenus commissio esset subreptitia in appellatione, non erit dicenda subreptitia in alijs capitibus, & ideo quo ad alia capita inhibito afficiet, vt recte etiam considerant dicti Moder. vbi supra. numer. 62. Tertio, quod

quamuis inhibito videretur ex aliqua causa subreptitia, si tamen illa fuerit geminata illius geminatio tollit omnem subreptionis suspicionem, quinimo si a Principe procedat habet etiam vim motus proprii, vt per Deci. col. 33. viso. post principium. Quartum, quod quamuis constaret de subreptione inhibitionis, si tamen constaret de bono iure coram vtroque Iudice, sententia potest subscribi ex noua commissione, vt dicit formaliter A. Augustinus in recollect. suis decif. 38. incip. Reumanus in Caesaraugustana infirmitate. lib. 3.

LIMITATIO DECIMA

TERTIA.

SVMMA RIVM.

- 1 INHIBITIO emanata vigore commissionis conditionalis regulariter non videtur facere attentata, & infra. num. 9.
- 2 Pura si in commissione ad sit clausula sine prauidicio legitime executionis, quatenus Aegidiana loci sit. nume. 2.
- 3 Vel clausula tacite subintellesta si praesces veritate nitantur. num. 3.
- 4 Vel commissio fuerit obtenta super beneficio literis non expeditis, cum eo casu censetur iurisdictione data sub conditione. num. 4.
- 5 Contra quam conclusionem nonnullae afferuntur decisiones. numer. 5. quarum solutio habetur infra num. 6.
- 6 Clausula quatenus causa non sit instructa nihil suspendit secundum aliquos.
- 7 Clausula si conspiterit, & consilio de assertis non censetur facere actum conditionalem.
- 8 Inhibito conditionalis regulariter non facit attentata.
- 9 Etiam si conditio sit tacita. num. 10.
- 10 Nisi conditio tempore datae ipsius rescripti apud legem (quae semper certa est de eo, quod est) censetur adimpleta. num. 11.

DECIMOTERTIO Fallit in inhibitione conditionalis, & emanata vigore commissionis conditionalis, vt sensit Rot. in vna Anconitana attentatorum coram D. meo Oradino sub die 16. Iunij. 1556. & clarius in alia Burgen. attentatorum coram Chiffanen. 11. Ianuarij. 1557. in qua dixerunt in casu, de quo ibi extare attentata, quia Curia tenet, quod inhibito ab ea emanata facit attentata, nisi in ea, aut in commissione insit aliqua conditio, quae ex multis comprobari potest, quae deducit copiose Tiraquell. in tractatu, de vtroque retract. §. 1. in glo. 2. num. 21. vers. sed & illud in dubium, cum multis seqq. vbi per multa deducit, quod actus conditionalis non adimpleta conditione non dicitur simpliciter actus, & exemplificat in sponsalibus in obligationibus, & creditoribus conditionalibus, qui pendente conditione nec sponsalia, nec obligationes, nec creditores dicuntur, cum conditio nihil ponat in esse ante illius aduentum, vt latius ibi per eum. Et ex eo etiam, quod tenuerunt alii domini in vna Romana, de Magdalenis, coram eodem Oradino sub die 4. Martij. 1569. in qua fuit dictum quod non dicitur attentata executio facta post inhibitionem emanatam vigore commissionis appellationis habentis clausulam conditionalem

lem sine prauidicio legitime executionis quatenus Aegidiana locus sit, quando scilicet primus Iudex latissime cognouit de causa, & etiam de hoc articulo, quod Aegidiana locus non esset, & ex his quae ponit Deci. in dicto cons. 33. viso. col. fin. sub numero 5. dum vult quod censura in inhibitione contenta non afficiat quando habent in se hanc tacitam conditionem si praesces veritate nitantur, vt supra dictum est: & ex eo etiam quod aliam habemus quod per commissionem causae super beneficio literis tamen beneficij non expeditis, & inhibitionem illius vigore emanatam non censetur inducitur veralis, nec dicitur attentari, ex quo iurisdictione erat data sub conditione, quae deficiente non erat iurisdictione, & per consequens neque lis neque attentata, vt est in recollect. Put. decif. 13. attentata. sub rubr. vt lit. pendente. in vna Hippoligen. ministratus coram Thoma de Thanis sub die 30. Aprilis 1545. Quae limitatio licet prima fronte de plano procedere videatur attentata, quod actus conditionales nihil soleant ponere in esse: tamen contra eam tamen valide ob stare videntur nonnullae dominorum decif. Altera in recoll. Put. decif. 12. incipit, inhibendum. sub Rubrica, vt lit. pendente. in qua dicitur quod est statim inhibendum etiam si commissio dicat constituto quod pensio sit conditionalis, & inhibito ista afficit de rigore quicquid dicat Paris. cons. 36. col. 1. & Deci. in consilio 33. & ita in vna Gebbenen. pensionis & attentatorum sub die 15. Iunij. 1546. fuisse conclusum, fuit tamen dictum, quod si constaret in actis de implemento conditionis non reuocarentur attentata: ne vna manu fieret restitutio pecuniarum, & alia manu cogere ad solutionem. Altera est eiusdem Putei 9. licet. sub rubr. vt lit. pendente. cui concordat etiam Acchill. de grass. decif. 61. in quibus fuit tentum quod stante commissione auocatoria cum clausula conditionalis solita quatenus causa in partibus non sit instructa, & eius vigore sit facta inhibito, quamuis tempore executionis inhibitionis causa sit instructa (& sic defecerit conditio) nihilominus sententia lata post datam commissionis conditionalis, & alia quaecumque gesta post dictam inhibitionem esse attentata: Altera demum est in recollect. Peregri. Fab. decif. 22. alias 120. incip. quia fuerat inhibito. in vna Toletana matrimonij coram Peregri. 14. Martij. 1547. in qua fuit dictum, quod licet stante signatura commissionis conditionalis vigore clausula constituto de assertis, Iudex non debuisset inhibere sine causae cognitione, tamen ex quo erat inhibito nihil fieri debebat, quam refert, & sequitur nouissime etiam Mandos. in tracta. de inhibito. quae questione 25. sub numero 3. & consequenter in dictis decif. commissio, & inhibito conditionalis causat attentata contra praesentem limitationem. Haec autem solui possunt, primo quod illa clausula, quatenus causa non sit instructa nihil suspendit, & consequenter non facit conditionem, vt post Iason. in l. cum ad praesens. numero 4. si cert. pet. & Rip. in l. litchum qui meus. numero 3. & seqq. ff. de legat. 1. tradit Mandos. in tracta. de inhibito. quae questione 31. numero 3. in fi. Vel secundo potest solutio haberi ex his, quae colliguntur ex dictis decisionibus Putei, & Acchill. dum

volunt, quod sufficiat tempore datae ipsius commissionis causam in partibus non esse instructam, & consequenter esse impletam conditionem ipsius commissionis, & sic ex hoc contrario resultat declaratio, seu sublimitatio ad praesentem limitationem, vt non procedat in inhibitione emanata vigore commissionis conditionalis, quae tamen in rei veritate tempore, datae ipsius commissionis erat adimpleta, & ita procedant supra dicta decif. Quam solutionem etiam videtur innuere Put. in dicta decif. 14. in reservatione, quam ibi facit, quando constaret in actis de implemento conditionis, & licet ille non explicet praesice tempus implementi, pro opinionum tamen concordia potest, ac debet referri impletum ad tempus datae ipsius commissionis, quam solutionem suadet etiam alia decif. in recollect. Acchil. de grass. 31. attentata voluerunt domini, sub rubrica, de attent. in quasi tempore commissionis iam erat lata sententia (& sic non erat impleta conditio commissionis) tunc inhibito subsequens non causat attentata, vt etiam tetigimus supra in 13. ampliat. in principi. quae ratio, & solutio communis etiam esse potest ad illud quod fuisse tentum in illa Roma. de Magdalenis coram D. meo Oradino retulimus, nam licet commissio ibi haberet clausulam, & conditionem, quatenus Aegidiana locus sit, quia tamen primus iudex latissime cognouerat de hoc articulo, quod Aegidiana locus non erat, & consequenter apud legem, (quae semper certa est de eo, quod est) iam dicta conditio erat adimpleta, idcirco non mirum si executio facta post dictam inhibitionem non fuit reputata attentata: Decifio autem Peregri. 22. facile tollitur, nam per illa verba constituto de assertis, re vera non videtur inducitur conditio, & facta signatura conditionalis, cum enim verificatio assertorum dicitur in esse commissioni, ex quo rescriptum semper intelligitur si praesces veritate nitantur, c. ex parte, de rescript. cum similibus, per illa verba constituto, & c. exprimitur id quod omnino inerat, quo casu etiam si fuerit appositae fortior clausula ad inducendam conditionem, tamen videlicet si conspiterit, & c. nihilominus non censetur actus conditionalis, vt post Bal. in l. praescriptione. col. 4. versiculo venio ad secundum. C. si contra ius, vel vit. pub. tradit Felyn. in c. dubium. sub numero 26. de praesumpt. & quod dicta verba constituto de assertis, posita in rescripto non importent conditionem, tenuerunt alii domini in vna Aquilana beneficij Sancti Angeli coram Vestano. 14. Decembris. 1554. vnde non praesupposita commissione conditionalis cessat omnis difficultas, & propterea restringendo materiam potest in hac limitatione poni

REGVLA, quod gesta post inhibitionem emanatam vigore commissionis conditionalis non causant attentata, per ea quae dicta sunt supra in princ. quam

Amplia vno modo tamen, vt procedat etiam si conditio non esset expressa sed tacita, prout est illa si praesces veritate nitantur, per ea quae ponit Deci. in allegat. cons. 33. quae tamen videtur aliquantulum confundi ex his quae supra dicta sunt pro solutio ne decisionis Peregri. eandemque

LIMITAT vt non procedat quando commissio, & rescriptum cuius vigore sit inhibito secundum verba sunt quidem conditionaria, in rei tamen veritate, & apud legem quæ semper certa est de eo quod est, dicta conditio erat iam tempore data ipsius rescripti adimpleta, per ea, quæ latius dicta sunt supra in solutione dicti contrarij.

LIMITATIO XIII.

SVMMARIUM.

ACTVS iustus non tendens in præiudicium litis etiã post inhibitionem factus non dicitur attentatus. Quod tamen quomodo procedat hic declarat n. numero 2.

DECIMOQUARTO Limita, vt non procedat in actu, quilibet fiat post inhibitionem, est tamen actus iustus, & non tendit in præiudicium litis, prout est inductio in possessionem in casu, quem ponit Aegid. decif. 529. si Titius. sed licet Aegid. ibi id verè dicat, & dicta etiam ratione moueatur, quia actus erat iustus, & non in præiudicium litis, nihilominus quia ista limitatio ita simpliciter, ac generaliter sumpta non solum nimis lata, ac vaga videri potest, verum etiam videtur contradicere his quæ posuimus supra in prima ampliatione, de actibus alijs licitis, & Idcirco animaduertendum puto, quod quæuis decif. sit vera in se, alia tamen particulari quæ ratione sit fundata, quod etiam innuit Aegid. ibi videlicet, vel quod illa inductio sit facta per modum continuationis, ex quo præceptoria ibi nunquam possessionem amiserat, Vel quod inhibito, de qua ibi, fuerit facta in causa diuersa, cum fundet etiam se in hoc, quod super dicta inductio non litigabatur. Vnde hoc dictum Aegid. commodius cadit sub quinta, vel nona limitatione supra posita, vt ibidem annotauimus.

LIMITATIO XV.

SVMMARIUM.

INHIBITIO non facit attentata, quãdo quis antea attentatorum privilegio renunciaisset. Etiam tacite, vt num. 2. & num. 5.

Exemplum si effemus in tacita renunciatione resultante ex obligatione in ampliori forma camera.

Actus factus post inhibitionem non dicitur attentatus, quando fuisse factus de consensu partis.

DECIMOQUINTO nisi quis ante attentatis, & illorum privilegio renunciaisset, vel expressè de quo non videtur dubium, & vel etiam tacite, vt annotauimus supra cap. quarto. de attent. lite pend. in 15. limit. princip. vbi per plura exempla declarauimus, quod tacita etiam renunctio excludit attentatorum reuocationem, vt de renunciatione, & quæ resultat ex obligatione in forma camera diximus ibi. nume. quarto, limitando tamen, vt ibi nu. quinto, & alijs exemplis de quibus ibi. numer. II. & seqq. in quibus etiam de attentatis post inhibitionem locuti sumus: & vel actus qui prætitur post inhibitionem attentatus fuisse factus de partis consensu, quoniã & hoc casu cessaret attentatorum reuocatio, vt latè etiam diximus (etiam præsupposita in multis casibus inhibitione) in dicto cap. 4. de attent. lite pend. in 16. limit. princip. per totam, quæ breuitatis causa hic non repetuntur, dic vt ibi. Quibus addet quod tunc etiam tacite attentatis post

inhibitionem contractis, diceretur renunciatum, quando passus attentata comparuisset absque aliqua protestatione coram iudice, cuius processus post inhibitionem factus prætitur attentatus, vt fuit dictum in vna Plouacen Abbatiæ coram Achille. 7. Nouembris 1554. in qua cum post inhibitionem Rotalem ambæ partes comparuissent coram Auditore Camera, & plures actus coram eo fecissent, ac etiam iura produxissent, & demum is, qui obtinuerat inhibitionem prætitens processum Auditoris Camera esse attentatum, in Rota daret de attentatis, Domini concusserunt pro non attentatis.

LIMITATIO XVI.

SVMMARIUM.

INHIBITIO non impedit ea quæ sunt iuris, sed ea tantum quæ sunt facti, secundum aliquos. Licet de hoc videatur plurimum subsistendum, numero 2.

DECIMOSEXTO Limita, vt non procedat in his, quæ sunt iuris; Inhibito enim nõ impedit ea, quæ sunt iuris, sed ea tantum quæ sunt facti, id est prohibet solum ea, quæ de facto fiunt, non autem quæ iuris sunt, & de iure fiunt, vt post Oldrad. in conf. 136. incip. quod ex productis. col. fin. per l. fin. ff. quod quisque iuris, & notata per Inno. in c. veniens. de præscript. tradit Staphil. de literis gratiæ, & Iustitiæ, in prima parte. fol. 105. quem secutus est cõpilator libelli cuius est inscriptio formularium terminorum, in cap. de inhibitione. fol. 14. in fi. & de cuius limitationis veritate, valde subsistendum videtur, per ea omnia, quæ posuimus supra in prima ampliatione, ex quo in quam pluribus casibus inhibito reddit illicitum ea, quæ ante erant licita, & de iure permilla.

LIMITATIO XVII.

SVMMARIUM.

LIMITATA inhibito, & restricta ad certum casum non dicitur facere attentata extra illi casum.

DECIMOSEPTIMO Potest limitari, vt non procedat regula nostra in inhibitione limitata, & restricta ad certum casum, quia actus gestus post inhibitionem extra illum casum non diceretur attentatus, Exemplum, si Papa aliquam causam ad se aduocauerit, & insuper inhibitionem fecerit non generalem, & vniuersalem, ne quid in causa innouetur, sed specialem nequid in huiusmodi causa signaretur, quoniam si post huiusmodi inhibitionem is, qui poterat propria auctoritate possessionem capere, illam adeptus fuerit, talis adeptio possessionis, (quamuis post inhibitionem facta) non fuit iudicata attentata per dominos in vna spoletana spolijs episcopatus coram D. meo Oradino sub die 24. Februarij, & idem sub die 9. Martij, 1556.

LIMITATIO XVIII.

SVMMARIUM.

MATRIMONIUM secundum valet etiam si sit contractum post inhibitionem emanatam vigore commissionis causæ super validitate primi matrimonij.

Mulier tamen est hoc casu sequestranda. num. 2.

DECIMOCTAVO Limitati potest, vt non procedat in actu secundi matrimonij contracti post inhibitionem vigore commissionis causæ super validitate primi matrimonij emanatam,

emanatam, quia tale matrimonium nõ censetur attentatum, vel inualidum, ex eo quia sit factum lite pendente, & post inhibitionem, vt dictum est supra, cap. 4. de attentatis lite pendent. in 17. limitatione principali, & est de mente Crescent. decif. 185. incipien. sequestranda, in finalibus verbis. sub rubric. de sponsalibus, sequestrat. possess. & lite pendente, & cum declaratione tamen, quod licet actus matrimonij ob inhibitionem non inuadatur, mulier tamen hoc casu est sequestranda, vt latius ibi per eum, post Gemini. in conf. 76. & Deci. in conf. 163.

LIMITATIO XIX.

SVMMARIUM.

INHIBITIO non obstante potest executio fieri, quando aduersario fuit præfixus terminus ad docendum per omne genus probationis de prætensis attentatis, & in termino nihil releuans fuerit doctum. Renuntiare iuribus censetur (ita, vt neque agendo neque excipiendo audiatur) ille, qui terminum ad aliquid docendum sibi præfixum labi permittit.

DECIMONA Limitatio esse potest, & quando executio, vel similis actus fieret post lapsum termini aduersario petenti reuocationem vigore specialis commissionis præfixi ad docendum de prætensis attentatis per omne genus probationis, per quem solet per Signaturam succurri reo contra malitiam, attentata proponentium ad effectum vt plurimum differendi expeditionem causæ principalis, vt docet Cassad. decif. 4. in attentatis. numer. 5. de dilatio. & Vestr. in praxi Ro. eu. lib. octauo. capit. 4. numer. 21. & Moder. in annotat. ad Aegid. nume. 108. præfixo enim huiusmodi competenti, & peremptorio termino, & in eo nihil, quod releuet docto, potest ad executionem deueniri non obstante dicta inhibitione, vt dicunt præallegati, præsertim Moder. di. & num. 108. num. 154. vt est in recollet. Cott. decif. 200. & Qui enim terminum sibi ad aliquid præfixum labi permittit, censetur renunciare, & non potest neque agendo, neque excipiendo audiri, vt loquens de præfixione ad docendum de nullitate, tradit Io. Cephal. in conf. 201. existimo. nume. 4. libr. secundo, & conf. 202. numer. 18. eo. libr. 2. quod non solum procederet quando effectus in præfixione termini ad docendum de attentatis, verum etiam vniuersaliter in termino ad docendum de allegatis in commissione, puta restit. in integr. quia etiam si eius vigore sit inhibito, & deinde sit præfixus terminus & nihil doctum, potest fieri executio, & inhibito venit moderanda, vt annotauimus supra, cap. 18. de attent. restit. in integr. pend. num. 98.

LIMITATIO XX.

SVMMARIUM.

INHIBITIO emanata ab inferiore contra superiorem, non facit attentata.

VIGESIMO Limita, vt non procedat, quando inhibito emanasset à Iudice inferiore contra superiorem, cum enim vt rectè inhibeatur, debeat inhibens esse maior eo cui inhibetur, vt annotauimus supra in hoc eodem capitu. in præfat. quæstio. 2. & 3. in princ. si secus fiat, non causaret attentata, & ideo consuluit alijs Alcat. quod delegatus à principe: quia maior censetur quilibet ordinario, si procedat contra

inhibitionem Auditoris Camera non dicitur attentare, vt per eum in conf. 48. in hac attentatorum causa. nume. 5. & seq. lib. 6.

LIMITATIO XXI.

SVMMARIUM.

INHIBITIO non operatur effectum attentatorum quando emanauit vigore commissionis obtenta super beneficio literis non expeditis.

VIGESIMOPRIMO Limita, vt non procedat in inhibitione emanata vigore commissionis obtenta literis non expeditis, quoniã illa non causat attentata, vt post Put. & Mandos. firmauimus infra, in 3. parte capitu. 24. de reo, & except. sibi contra attent. compet. quæst. II. in 1. ampliat. numer. 17. dic vt ibi.

LIMITATIO XXII.

SVMMARIUM.

INHIBITIO obtenta ab asserto procuratore vigore commissionis in quo fundamento exponitur quod procurator iuramentum perhorrescentiæ coram primo Iudice præstitit non facit attentata, nisi postquam dominus tale iuramentum ratificauerit, secundum aliquos.

Quorum tamen opi. non videtur admittenda. numero 2. **VIGESIMOSECVNDÒ** Videtur secundum aliquos limitanda, vt non procedat in inhibitione emanata vigore commissionis ab asserto procuratore obtenta, in qua pro fundamento exponitur, quod idem assertus procurator iuramentum perhorrescentiæ coram primo Iudice præstitit, quoniam si primus Iudex antequam Dominus ratificauerit tale iuramentum procedat, etiam post dictam inhibitionem non dicitur attentare, prout post decif. in recollet. Put. 26. iuramentum. sub rub. de iudic. firmat nouissime Mandos. in tractatu de inhibito. quæstio. 33. in fin. licet plura ibi in contrarium eleganter antea deduxerit. Quæ sicut me valde dubitantem præsupposita inhibitione reddebant, ita postquam dictam Putei decif. in fonte videre volui, inueni, quod in libro meo nihil dicitur de inhibitione, & re vera, si præsupponeretur eo casu fuisse inhibito per dictam decif. Put. videretur confundi tota materia ista attentatorum, præsertim si ante stilo Dominorum: cum in multis etiam leuiozibus casibus inhibito afficiat, de quibus diximus supra in ampliationibus per discursum præsertim in II. nec est præsupponenda inhibito, quia si alijs casus esset sine ratione dubitandi, quoniã imo maxima extabat, ex quo per iuramentum huiusmodi Iudex recusatur suspectus, & gesta post recusatorem regulariter sunt nulla, vt diximus supra, in hac 2. parte, cap. 6. de attent. post recusat. iudic. nume. 4.

LIMITATIO XXIII.

SVMMARIUM.

IUDEX post inhibitionem regulariter non potest suam interlocutoriam reuocare.

Nisi interlocutoria esset alijs nulla, nume. 2. Nisi quando inhibito non fuisse legitima. numer. 3.

VIGESIMOTERTIO Limita, vt non procedat, quando Iudex inhibitus velle in certis casibus suam interlocutoriam reuocare, & quæuis enim regulariter post inhibitionem interlocutoriam suam reuocare non valeat, vt admodum supra, capitu. 12. de attent. appellatio pendens in 1. limitat. princip. numer. 21. in duobus tamen casibus

tamen casibus etiam facta inhibitione, & illa non obstant potest huiusmodi reuocationem facere, & videlicet quando interlocutoria esset aliàs nulla, & Item & quando inhibito non fuisset legitima, & post Maranth. in specul. in tertia parte sextæ partis princip. q. 2. numer. 196. & Capit. in decis. 1. incip. in causa. numer. 30. declarauimus in dicta prima limit. princip. nume. 22.

LIMITATIO XXIII.
SUMMARIUM.

- 1 INHIBITIO non facit attentata, quoad ea, quæ fuissent contra eam per hæredem, aut successorem etiam in beneficio, ignoranter gesta.
- 2 Inhibitionis effectus egreditur personas.
- 3 Vitium litigiosi non solum contrahitur per litis pendentiã, verum etiam, & multo magis per inhibitionem subsequendam.
- Et dicitur vitium personale, secundum aliquos. num. 4.
- 4 Contrarium tamen videtur verius, quod immo sit vitium reale, infra nume. 8.
- 5 Inhibitio tantum decreta, nondum executã non afficit.
- 6 Inhibitio afficit omnes qui quoquo modo possunt liti præiudicare.
- 7 Pater & filius censentur eadem persona.
- Etiam vbi esset electa industria personæ, secundum aliquos.
- 8 Dignitas potius, quam persona videtur considerari, quando inhibito fit Episcopo.
- 9 Rescriptum dicitur alicui sub nomine dignitatis etiã successor exequitur.
- 10 Inhibitio decreta contra Episcopum, & executã contra Vicarium per Capitulum sede vacante deputatum, non afficit modernum Episcopum successorem.
- 11 Capitulum sede vacante non solum non succedit, sed etiam prohibetur se intromittere in litigiis.
- 12 Causam habens ab attentante conuenitur remedio attentatorum etiam si sit merè tertius.
- 13 Remedium attentatorum datur etiam contra hæredem attentantis.
- 14 Hæres illius, qui passus est attentata potest ad illorum reuocationem agere.
- 15 Ius petendi reuocationem attentatorum est cessibile.
- 16 Cessibile quæ quid est, est etiã ad hæredes transmissibile.
- 17 Successor in beneficio conuenitur ex eisdem actis, sicut poterat ipse principalis defunctus.
- 18 Hæres & successor non habentes notitiã inhibitionis aliàs cõtra defunctum executã si illi ignoranter contraherent, non attentant.
- 19 Inhibitio facta parti afficit quandoque etiam iudicem non inhibendum.
- 20 Inhibitio dicitur implicitum in se habere decretum irritans.
- 21 Decretum irritans regulariter ligat etiam ignorantes. Præterquam respectu pœnæ, vt nume. 23.
- 22 Attentata præsupponunt dolum in attentante.
- 23 Causa qualibet etiam bestialis excusat à dolo.
- 24 Opinio iusta in dubio est amplectenda, quæ distinguendo conciliat contrarias opiniones.

VIGESIMO QUARTO Limita, vt nō procedat in his, quæ per hæredem, aut successorem, etiam in beneficio fuissent ignoranter gesta contra Inhibitionem aliàs contra defunctum executam: quia præsupposita ignorantia talia non veniunt tanquam attentata reuocanda, secundum veriorẽ opi. quam firmauimus infra, numero decimo septimo. & numero 22. Verum

quia articulus iste, & frequens, & utilis esse potest, & nonnulla contrarium suadere posse videtur, vt eo magis illius veritas appareat, quo melius quæ circa illum occurrunt fuerint explicata, non ab re erit omnes, quæ circa hoc considerari possunt opiniones, hoc loco in medium afferre: Quæritur ergo an inhibito executã contra aliquem afficiat eius hæredem, & successorem, etiã in dignitate, & beneficio, ita vt incurrat pœnas à iure contra attentantes introductas, in quo triplex potest esse opi.

Prima negatiua, quod hæredem, & successorem minimè afficiat: quæ ex infra scriptis suadetur,

Primò, quia effectus inhibitionis non egreditur personas, & propterea in simili videmus, quod inhibito facta principali, vel ad eius instãtiam non iuuat neque nocet fideiussori, vt remissuè diximus supra in hoc eodem capitu. in præfat. quæstio. 5. numero 185. & seq. ergo non debet egredi personam inhibiti, & ad eius hæredem extendi.

Secundò, quia vitium litigiosi non solum contrahitur per litis pendentiã, verum etiam, & multo magis per inhibitionem subsequendam, cum multa permittantur fieri lite simpliciter pendente, quæ facta demum inhibitione amplius non licent, vt latè deduximus supra, in hoc capitu. in 1. Ampliat. princip. Sed tale vitium litigiosi videtur esse personale, ad not. per docto. in l. 2. C. de edend. & in l. litigator. C. de fruct. & lit. expens. & tetigimus remissuè supra in 2. parte capu. 4. de attent. lite pend. in 3. illatione Regulæ ibi positæ. nu. 505. Merito, &c.

Tertiò quia inhibito ad hoc, vt afficiat non sufficit, quod sit tantum decreta, & sed requiritur, quod etiam sit executã, vt declarauimus in hoc eodem capitu. in 2. declarat. princip. numer. 1. Sed contra hæredem, aut successorem nulla præsupponitur inhibitionis executio, merito

Secundã potest esse opi. affirmatiua, quod immo huiusmodi Inhibitio etiam successorem afficiat, non solum si effemus in filio hærede, verum etiam in alio successore, etiam si esset successor in beneficio ex infra scriptis,

Primò, quia & inhibito afficit omnes, qui quoquo modo possunt liti præiudicare. Rot. decis. 2. aliàs 58. nota quod vbi. vt lit. pend. in antiq. & admonuimus supra in hoc eodem capitu. in præfat. quæstio. 3. numer. 72. & quæstio. 5. numer. 83. nulli autem videtur dubium quin hæres, & successor possint, si faciant aliquid super re de qua agitur, liti præiudicare, ergo & illos Inhibitio afficere debet.

Secundò, (& hoc quando effemus in filio successore, & in hæredibus) quia & pater, & filius censentur eadem persona. ad l. fi. C. de instit. & subst. & etiam vbi effemus in casu in quo esset electa industria personæ, secundum aliquos: quos refert licet omnino non sequatur Fely. in capitu. quoniam Abbas. nume. 5. de off. deleg. quin immo, quod magis est, id procedit etiam in propria materia nostra attentatorum, vt diximus supra in 1. parte, capitu. 3. de attentã à tertio. numer. quadragesimo sexto. Sicut etiam hæres, & defunctus censentur eadem persona. §. 1. in authenti. de iur. iur. à morient. præst. cum simi. ergo sicut Inhibitio de

inhibitio defunctum afficiebat, ita & hæredem debet afficere.

Tertiò, quia & quando inhibito fit, verbi gratia, Episcopo Perusin. videtur potius considerari dignitas quam persona, & sicut aliàs dicimus de rescripto directo alicui, sub nomine dignitatis, quod successor exequitur, etiam si in eo fuisset expressum nomen proprium Episcopi, vt notatur in capitulo, quoniam Abbas, & ibi omnes, de offic. deleg. Rot. decisio. 17. aliàs 434. fuit dubitatum. de offic. deleg. in no. & consequenter inhibito videtur potius facta dignitati, quam personæ, ergo quamuis mutetur persona, quia tamen ea dignitas non moritur. c. si gratiosè, de rescript. in 6. sed remanet pœnes successor, ergo ratione huiusmodi dignitatis etiam successor videtur affectus. Et præmissa intellige vera, & procedere, quando inhibito verè fuisset executã contra Episcopum prædefunctum: Secus & esset si sede Episcopali vacante inhibito fuisset executã contra Officialem seu Vicarium per Capitulum sede vacante deputatum, quia huiusmodi inhibito Episcopum successorem non afficit, vt obtinui aliàs in vna Abarainen. portionum inter Iulianum Iranzo, & Iacobum Martinez coram R. P. D. & fratre meo Cantutio. decima septima Decembris. 1574. in qua fuit decisum, quod inhibito executã contra talem Officialem non afficiebat modernum Episcopum, qui lite pendente, & appellatione interposita portionem Iuliano contulerat, & ille illius vigore possessionem ceperat, quæ omnia Iacobus licet prætenderet tanquam attenta post inhibitionem reuocanda fore, Domini tamè resoluerunt nulla extare attentata, ex eo, maximè, & quia Capitulum sede vacante non solum non succedit, sed prohibetur se intromittere in litigiis. Fely. in c. his quæ. num. 2. de maiorita. & obed. Vitalin. in clem. fin. num. 37. de procur. cum aliis tunc latius adductis.

Quartò, quia sicut contra habentem causam ab attentante datur remedium attentatorum & etiam si sit merè tertius, vt fusè diximus supra in 1. parte, capu. 3. de attentã à tertio. numer. 16. ita cum prædictus hæres, & successor habeant causam ab eo, qui fuit inhibitus debent hoc remedio attentatorum teneri, si aliquid contra inhibitionem fecerint.

Quintò, quia remedium, & attentatorum datur contra hæredem attentantis secundum Mil. in verb. attentata lite pendente. fol. 29. & consequenter hæres hoc casu ex solo facto defuncti attentantis tenetur, ergo multo magis dari debet contra hæredem, quando facto suo attentat, inhibitioni contrahendo, ne delictum suum remaneat impunitum.

Sextò, non est dubium, & quod hæres illius, qui passus est attentata poterit ad illorum reuocationem agere, & quia cum Ius petendi hanc reuocationem sit cessibile, iuxta ea, quæ diximus infra in 3. parte, capitu. 22. de actore, & quis poss. attentat. reuoc. pet. nume. 13. & seqq. ergo, etiam ad hæredem transmittitur: & cum quicquid est cessibile, sit etiam transmissibile ad hæredem, licet non conuertatur, vt declarat. Tiraq. de retract. §. 26. gloss. i. nume. 45. Sicut ergo hæres agit ad reuocationem si quid cõtra inhibitionem ad

instantiam defuncti emanatam fuerit attentatum, ita debet posse contra eum agi si quid ipse aduersus inhibitionem contra defunctum executam attentauerit, vt contrariorum sit eadem disciplina.

Septimò, quia & successor, etiam in beneficio conuenitur ex eisdem actis, & causa in eodem statu permanente sicut poterat conueniri principali ipse defunctus. Rot. decisio. 1. aliàs 3. nota quod successor, vt lit. pend. in anti. sed inter alia acta causæ est, etiam inhibito, de qua agitur, ergo si illi contraherent debet occasione dictæ inhibitionis posse conueniri.

Tertia demum potest esse opin. vt distinguamus, quod & Aut hæres, & successor non habent notitiã huiusmodi inhibitionis, & tunc procedat prima opin. Aut in eis præsupponitur talis notitiã, & tunc procedat secunda, vt si quid fecerint contra inhibitionem quam sciebant extare, dicantur attentasse, argum. eorum quæ per multã exempla deduximus, quod si ignorata non facit attentata, vt supra in secunda parte, capitu. quarto. de attentatio. lit. pend. in 27. limitatio. princ. & similiter, quod aduocatio causæ, cuius non haberetur notitiã, non facit regulariter attentata, vt supra, in secunda parte, capitu. 10. de attentat. post aduocatio. caus. num. 21. & sequent. & quæ de appellatione ignorata diximus similiter supra in secunda parte, capu. 12. de attentat. appellat. pend. in 15. ampliatio. princip. nume. 20. & sequent.

Quid dicendum? Si altera ex prædictis primis opin. absolute tenenda esset, sanè secunda tanquam veriori videtur ad hærendum; cum quæ pro prima opin. sunt adducta in rei veritate parum vrgeant: Non enim obstat Primum: quia cum pater, & filius, & similiter hæres, & defunctus reputentur eadem persona, potest probabiliter dici, quod hoc casu inhibito, & illius effectus non egreditur personas: præsertim cum illa personalitas attendatur etiam in propria materia nostra attentatorum, vt dictum est supra, numero octauo. Secundum quoque argum. parum obstat, quoniam non est hoc omnino expeditum, quod vitium litigiosi sit personale: immo docto. in d. l. 2. C. de edend. & in l. litigator. C. de fructibus, & lit. expens. videntur potius inclinare, quod sit vitium reale, vt ibi latius per eos: Quod ultra eos satis ex eo deprehendi videtur, quod hoc remedium attentatorum datur contra succedentem in re attentata, etiam si non habeat causam ab attentante, vt diximus supra, in 1. parte, capu. 3. de attentã à tertio, nume. 24. vbi post alios, & hanc rationem attulimus, quod hoc sit vitium reale. Tertium verò non multum stringit, Tum quia ratione personalitatis, de qua supra, si inhibito sit executã contra patrem, vel defunctum potest dici etiam executã contra filium, & que hæredem. Tum quia, & quandoque inhibito contra vnum executã afficit alterum. exemplum in inhibitione executã cõtra partem, quæ afficit, etiam iudicem, etiam si ille non sit inhibitus, vt diximus supra in hoc eodem cap. in 10. ampliatio. princ. Quin immo, si quis tenendo hanc secundam opin. vellet, etiam his, quæ in 2. opin. sunt adducta respondere, posset satis probabiliter dicere, quod consideratio ignorantie hoc ca

- 21 si vix admitti potest attentio, quod cum t Inhibito dicatur in se habere implicitum decretum irritans, vt per Cassad. deci. 2. incip. decisio. num. 6. de restit. spoliat. potest dici quod etiam ignorans res afficiat. t Sicut decretum, etiam ignorantes regulariter afficit. ca. 1. de concess. prae. cum aliis congestis per Ant. Gabr. commun. conclus. lib. 6. de clausul. conclus. 3. in princ.
- Verum, quia ista responsio non videtur omnino tuta, considerando, t quod nec etiam decretum irritans ligat ignorantes respectu poenae, vt eleganter declarat idem Gabr. vbi supra, nu. 8. & praesupposito, quod si haeres contraueniendo in inhibitioni attētarer varias incurreret poenas, quas abunde complexi sumus infra, in 3. parte, c. 31. de poenis attent. Propterea veritati inhærendo concludendum videtur, quod vt verior sit sequenda opin. supra tertio loco posita. num. 17. Praesertim, t quia in attentante praesupponitur dolo. Rot. deci. 5. alias 25. ex quibus, de restit. spol. in no. 25 qui in ignorante non datur, t cum quaelibet causa, etiam bestialis excuset a dolo. le. igitur. §. 1. ff. de lib. caus. & ponit latē Ant. Gab. commu. conclus. lib. 7. conclus. 8. per tot. Et tanto magis, quia conclusio, quae opiniones conciliat in dubio est tenenda, vt post Saly. in l. filio. ff. famil. hercis. tradit Grat. in conf. 30. visis. num. 33. lib. 1. & conf. 34. visis. num. 8. lib. 2. & conf. 145. duo diuersa. nu. 7. lib. 2. & sequitur Io. Cephal. in conf. 16. visis. nu. 35. lib. 1. & etiam Soci. sen. conf. 66. num. 38. vers. & hæc opin. lib. 1. & Soci. Tun. in conf. 39. num. 68. & in conf. 121. in fi. lib. 2. Ex qua distinctione potest alia quoque, & vniuersalis limitatio colligi, & hæc erit:

LIMITATIO XXV.

SUMMARIUM.

- 1 Inhibito ignorata non facit attentata.
 - 2 Ignorantia praesupposita non est quid imputari possit si illi contraueniatur.
 - 3 Inhibito non ligat ignorantes remissiuē.
- VIGESIMA QUINTA Limitatio, vt nō procedat, t quando actus factus post inhibitionem fuisse factus ab eo, qui huiusmodi inhibitionem ignorabat, & sic inhibitione ignorata, t cum praesupposita ignorantia non sit quid ipsi agenti sit imputandum, ad no. in l. si duobus. de appel. Quae limit. ex his omnibus comprobari potest, Quae posuimus supra capi. 4. de attent. lit. pend. in 27. limit. principali, quae breuitatis causa hic non repetuntur. Praesertim quia inter litis pēdentiā, & inhibitionem hoc casu non videatur dare considerabilis diuersitatis ratio, cum respectu poenae, nec t etiam inhibito liget ignorantes, vt proximē dictum est in fin. praecedentis limitationis.

LIMITATIO XXVI.

SUMMARIUM.

- PROCESSVS factus per Auditorem Camerae vigore obligationis Cameralis etiam post inhibitionem Rotalem emanatam vigore commissionis non facientis mentionem de huiusmodi obligatione non

dicitur attentatus.

Nisi dubium esset an in casu, de quo ageretur, haberet locum obligatio praedicta, vt infra, num. 7. Item

Nisi huiusmodi obligatio fuisse adiecta compromisso pro obseruatione laudi inde ferendi, vt numero 8. Item

Nisi inhibito esset geminata, vt num. 9.

2 Auditor Camerae vigore suarum facultatum potest a quibuscumque iudicibus causas ad se aduocare, quādo in commissione non fuit facta mentio obligationis in forma Camerae.

3 Actus factus ab habente causam a principe censetur autoritate principis factus.

4 Factum principis censetur factum hominis, & partis.

5 Spoliatus a Principe sicut non restituitur aduersus ipsum principem, ita nec contra habentem causam ab eo.

6 Delegatus ipsum delegantem repraesentat.

10 Geminata inhibito censetur habere vim motus proprii, & clausulae ex certa scientia atque etiam clausulae non obstante, & c.

VIGESIMO SEPTIMO Limita, vt regula supra posita non procedat, t quando essemus in executione, & processu facto per Auditorem Camerae vigore obligationis in forma Camerae post inhibitionem etiam Rotalem emanatam vigore commissionis non facientis mentionem de huiusmodi obligatione camerali, Cum enim t Auditor Camerae vigore suarum facultatum eidem per diuersos Roma. Pontifices concessarum sit vniuersalis executor dictarum obligationum cameralium, & possit quascumque causas etiam vigore commissionis de obligatione Camerali mentionem non facientis a quibuscumque iudicibus ad se aduocare, & ad vteriore obligationis praedictae executionem procedere, vt legitur in suis facultatibus, quae sunt etiam cum decreto irritante, & cum inhibitione respectu aliorum iudicum, ne eundem super praemissis molestare, aut perturbare praesumant, non videtur, quod secundum istos terminos possint considerari attentata, Sicut enim si Princeps ipse auocasset causam coram alio pendente, & in ea processisset non diceretur attentata, cum sit supra ius. Aegid. decif. 749. in fin. & diximus supra in 2. parte, c. 4. de attent. lit. pend. in 12. limit. princip. ita nec habens causam ab eo, cum facultate praedicta, tum quia t ceterum autoritate Regia, & principis id facere. Afflic. decif. 302. aliud dubium. nu. 2. tum quia t factum principis censetur factum hominis, & partis. argu. l. caesar. ff. de publica, & quae ponit Crauet. consili. 5. tria sunt. in principi. lib. 4. tum etiam quia, t & alias Spoliatus a Principe nō restituitur etiam contra habentē causam ab eo, secundum Deci. in conf. 191. in causa. sub nume. 9. colum. penulti. versic. quinto hoc comprobatur. t Et delegatus ipsum delegantem repraesentet. leg. 1. ff. de offic. eius, cui mand. est iuris. capitul. 1. de offic. deleg. cum simil. Verum quia hæc conclusio, & praesens limitatio tota pendet a facultatibus eiusdem Auditoris, & illas per Pontifices augeri, diminui, & alterari etiam nostris temporibus quandoque vidimus, si casus contingeret ad formam, & continētiam dictarum facultatum esset recurrendum. c. porro. de priuileg. Si verò praesupponeremus facultates non fore alteratas, sed extare, prout supra

retra

- retulimus, adhuc praesens limitatio non esset indistincte tenenda, sed nonnullis modis declaranda, & Primo, vt procedat, t quando clarum esset, quod in casu de quo ageretur haberet locum obligatio praedicta, secus si esset dubium, & ideo in vna Hispanen. pensionis, & attentatorum coram Serafino. 24. Maij 1568. in qua querebatur, an obligatio Cameralis de soluendo certā pensionem impositam super canonicatu qui deinde mediantibus nonnullis cessionibus iuerat per plures manus, esset extincta, & causa commissā erat super inualiditate dictarum cessionum in Rota, non facta mentione de dicta obligatione, & dictae commissionis vigore fuerat Auditori Camerae inhibito, & deinde toto facto narrato iterum commissā causa in Rota, cum iterum fuisset inhibito, & post inhibitionem Auditor Camerae vigore suarum facultatum processisset, Licet ad excusanda attentata allegaretur, quod potuerat absque metu attentatorum procedere per supradicta, Domini tamen tenuerunt pro attentatis, ea ratione moti, quia facultates fundatae in obligatione camerali non videbantur habere locum in casu illo, in quo talis obligatio videbatur cessare, vnde stante dubio nihil erat per Auditorem innouandum post inhibitionem Rotalem. Secundo t declarata, vt vigore harum facultatum etiam in alio casu non sit deueniendum post inhibitionem ad executionem, quando scilicet huiusmodi obligatio fuisset adiecta compromisso pro obseruatione laudi inde ferendi, si enim aduersus laudum fuisset petita reductio ad arbitrium boni viri, pendente iudicio reductio non potest ad executionem dictae obligationis procedi, vt diximus supra in 2. parte, capi. 16. de attent. reductio. ad arbit. bon. vir. pend. num. 13. Quibus adde, quod idem fuit tandem tētum in vna Romana reductio laudi, & attentatorum coram D. meo Oradino 13. Februarij. 1568. in qua cum dubitaretur an immissio in possessionem facta per Auditorem Camerae vigore obligationis Cameralis adiectae compromisso, postquam causa reductio fuerat commissā in Rota, & illius vigore inhibito, esset subiecta vitio attentatorum, Domini inclinauerunt pro attentatis, declarando tamen, quod possessio sequestraretur, & interim videretur, de iustitia laudi, & quod idem fuerat, etiā antea tētum in alia Auinionē. laudi coram Fantutio 7. Octobris. 1555. in qua fuit ad litteram dictum, quod si pendebat restitutio aduersus laudū non licuit facere executionem, & adfuit attentata, aliā secus. Tertio potest addi, vt procedat, quando vna tantum ad esset commissio, & inhibito, t Secus si adessent plures, & geminatae, nam facultates Auditoris Camerae, quae loquuntur, de commissione, non essent intelligendae in casu in quo non vna tantum, sed plures adessent commissiones, & ratio differentiae illa assignatur, quia licet vna commissio, in qua non sit facta mentio dictae obligationis, quasi sit subreptitia, possit vigore dictarum facultatum auocari, artamen quando essent geminatae cessat consideratio subreptionis, quia tunc talis geminata commissio censetur habere vim motus proprii, & clausulae ex certa scientia, & clausulae non obstante, secundum Fel. in c. si quando. colum. fin. vers. geminatio rescripti. de rescript.

quo fundamento inter cetera vtebantur aduocati in dicta Hispanen. pensionis, ad excludendas facultates Auditoris Camerae, & ad deducendū attentata, pro quibus, vt dictum est, Domini tenuerunt: Quibus adde, quae de vi huiusmodi geminatae inhibitionis diximus supra hoc eodem c. in 12. limit. princ. num. 14. post Deci. conf. 33. viso puncto. post princ.

LIMITATIO XXVII.

SUMMARIUM.

- 1 ACTVS necessarius si fiat post inhibitionem non dicitur attentatus. Etiam si simus in inhibitione introducta a iure, vt numer. 2.
- 3 Alienationis prohibitio per testatorem facta non refertur, nec includit casum necessarium.
- 4 Possessio tradita per Capitulum, postquam ei fuerat inhibito, subrogato litteras apostolicas praesentanti, quibus parere erat capitulo necessarium, non dicitur attentata. Contrarium assignatur, & soluitur, vt num. 5.

VIGESIMO SEPTIMO limita, t nisi actus factus contra inhibitionem esset necessarius, quia tunc veniret excusandus a vitio attentatorum, quoniam per inhibitionem, t etiam a iure introductam (puta in casu c. si hi contra quos, vt lit. pend. in 6.) non censetur prohibita superueniens causa necessaria, vt arguebat aliā Aegid. Bellamer. in conf. 35. incip. vtrum lite pendente. col. 1. versic. sed non quid collatio, exemplo eius, quod aliā dicitur, quod t prohibitio alienationis facta per testatorem non includit, nec refertur, ad casum necessarium, ad not. in l. filius familiaris. §. diui. ff. de l. 2. cum necessitatis causa multa indulgeantur, quae aliā non concederentur, de quibus latē per Tiraq. de vtroque. §. 26. glo. prima. nu. 18. Et propterea aliā in vna Gerundē. Canonicatus coram Grat. 26. Maij. 1564. in qua cum prouisus per obitū, de canonicatu petisset a capitulo se immitti in illius possessionem, & a denegata per capitulum possessione appellasset, & commissā appellationis causa, eius vigore obtinisset capitulo inhiberi, & post inhibitionem subrogatus gratiosē a Papa etiam quoad possessionem defuncti (qui antea in eius fauorem resignauerat) litteras apostolicas desuper expeditas capitulo praesentasset, & capitulum ob reuerentiam litterarum, quibus contradicere non poterat, & parere cogebatur, eidem subrogato t possessionem tradidisset, & dubitaretur, an talis possessio esset attentata, Domini tenuerunt pro non attentata, quia subrogatio gratiosa excludit attentata, & consequenter inhibito, eo casu non est operata effectum attentatorum. Et licet Domini ibi nihil expresserint, de hac ratione, quod ibi traditio possessionis fuerit necessaria, vt pareret litteris apostolicis, quia tamen informantēs pro negatiua hoc potissimum fundamēto mouebantur Dominos quoque illud considerasse, & admisisse credendum est. Quae limitatio sicut ex his omnibus comprobari potest quae latius posuimus supra in hac secunda parte, c. 4. de attentat. lit. pend. in 8. limitatio, ibi posita, quod regulat. de attent. L 2

lariter actus necessarius lite pendente factus, nō subiicitur vitio attentatorum, ita id quod proximè dictum est, quod possessio capta per subrogatam postinhibitionem non sit attentata, t̄ dubitabile reddi posse videtur, ex his quæ diximus suprā dicto cap. quarto. de attent. lit. pend. in præfatione. num. 373. Nisi soluēdo consideres, quod ibi inhibito fuit executā contra ipsum subrogatum, vnde non mirum si ille capiēdo possessionem attentauit, hic verò subrogatus nō præsupponitur inhibitus, sed capitulum, quod quia ex causa necessaria possessionem tradidit, venit ab attentatis excusandum, quæ causa necessaria in causa Tolertana de qua ibi non præsupponitur.

LIMITATIO XXVIII.

SUMMARIUM.

- 1 INHIBITIO ratione personæ inhibita minus legitime executā non facit attentata.
- 2 Tutor, vel illius actor inhibitus postquam erat finita tutela pubertate, si contraueniat non dicitur attentare.
- 3 Procurator reuocatus si post reuocationem illi inhibeatur, & ipse contraueniat inhibitioni non censetur attentare.
Dummodo fuerit habita notitia huiusmodi reuocationis, vt num. 4. remissiuè.
- 4 Vicarius, seu officialis Episcopi deputatus per Capitulum sede Episcopali vacante, si interim fuerit inhibitus, talis inhibito non afficit successorem, & modernum Episcopum, vt si ille contraueniat inhibitioni dicatur attentasse.
- 6 Inhibito executā contra Syndicum alicuius vniuersitatis non facit attentata, de quo tamen subsistendum videtur, vt nu. seq. secus in procuratore generali alicuius priuati. num. 7.
- 8 Citatio executā contra procuratorem generalem alicuius priuati facit litem etiam ad effectum attentatorum.

VIGESIMO OCTA volimitari potest, vt nō procedat, t̄ quando inhibito ratione personæ inhibita fuisset minus legitime executā, sicut enim citatio, quando est nulla non inducit litem pendentiam ad effectum attentatorum, vt diximus suprā in secunda parte, cap. quarto. de attent. lit. pend. in præfatione. num. 82. ita dicendum videtur, si inhibito sit male executā, & nulla, quod potest multipliciter exemplificari. Primò, t̄ in tutore, vel illius actore finita tutela, contra quem si inhibito exequeretur non diceretur facere attentata, sicut nec induceret litem pendentiam citatio, de eodem facta, vt post Dec. in consi. 460. viso. num. 21. diximus in dicta præfatione. nu. 83. Secundò, t̄ in procuratore reuocato, quia sicut aliis omnia alia gesta cum procuratore reuocato non valent, glo. in c. quāuis. de procur. in 6. & latius per Vant. in tractatu de nullitat. in titu. de nullit. ex defect. mand. num. 162. ita nec inhibito contra eum executā debet posse domino præiudicare ad effectum, vt dominus contraueniēdo incidat in pœnas attentatorum, t̄ hoc præsupposita in inhibente notitia reuocationis, aliis si reuocatio in casibus, in quibus est intimata (de quibus per Vant. vbi suprā, num. 159.) non

5 esset intimata, aliter dicendum esset. t̄ Tertio in officiali, seu vicario per capitulum sede Episcopali vacante deputatum, contra quem si fuerit executā inhibito non afficeret ad effectum attentatorum modernum Episcopum, ita vt gesta per eundem Episcopum post, & contra dictam inhibitionem sint tanquam attentata reuocanda, vt fuit nouissime vltimo loco resolutum in vna Albarazinen. portionis coram. R. P. D. ac fratre meo Cantuio. 15. decembris 1574. Quarto, t̄ in Syndico generali alicuius vniuersitatis, qui si fuerit inhibitus, & deinde vniuersitas puta exequendo aliquam sententiam inhibitioni contraueniat, executio non dicitur attentata, vt fuit dictum in vna Rauennaten. attentatorum corā Caputaquen. 25. Ianuarij. 1553. t̄ Quod vltimum exemplum videtur posse reddi dubitabile ex eo, quod aliās fuit dictum in vna Matthelicana iurisdictionis coram Paleotto. 6. Nouembris. 1564. quod t̄ citatio executā contra procuratorem citandi inducit litem pendentiam ad effectum attentatorum, vt adnotauimus etiam suprā in dicto c. 4. de attent. lit. pend. in præfatione. numero 80. Nisi dicas, quod in dicta Matthelicana eramus in procuratore generali alicuius priuati, in Rauennaten. verò in Syndico generali vniuersitatis, qui videtur habere debilius ius, quàm procurator priuati, qui regulariter suo procuratori ampliores potest dare facultates, puta vendendi, transigendi, donandi, & huiusmodi, quæ regulariter Syndico non censentur concessa, nec permissa: Vel melius quod (vt præsupponebatur ibi in facto, communitas Rauennaten. ad illam causam in qua fuit facta inhibito, habebat in curia procuratorem, & Syndicum specialem, & ideo aduersarius faciens inhiberi Syndico generali de relicto procuratore speciali (qui erat sibi commodus in curia) videtur calumniosè egisse, & propterea inhibito eo casu non fecit attentata, vt adnotauimus etiam suprā hoc eodem capi. in 7. limit. princip.

LIMITATIO XXIX.

SUMMARIUM.

- 1 INHIBITIO executā nisi sit in actis reproducta non facit attentata secundum aliquos.
Licet contrarium videatur verius, vt num. 4.
- 2 Citatio non inducit litem pendentiam quando eum pœnitet, qui illam obtinuit.
- 3 In dubio capiēda est interpretatio pro non attentatis.
- 5 Actori licere non debet, quod reo non licet.
- 6 Aequalitas in iudicijs seruanda est.
- 7 Moderata censetur inhibito quoad instantem pro moderatione etiam si actualiter non fuerit moderata.

VIGESIMO NONO, ex his quæ quandoque in facto ad excusanda attentata allegari animaduerti, limitari potest, vt non procedat, t̄ quando inhibito licet decreta, & executā, non tamen fuisset apud acta reproducta, & ideo dicebatur, quod si is qui inhibitionem obtinuit, & contra aduersarium exequi curauit, aliquid ipse postea attentauerit, si inhibitionem executam non reproducat, non potest contra eum dari de attentatis. Quod ex eo, deducere

deducere conabantur, quia inhibito ad hoc, vt afficiat ad effectum attentatorum debet esse executā contra eum, qui prætenditur attentasse, vt declarauimus infra, hoc eodem capitu. in prima declaratione princip. sed hic contra eum, qui prætenditur attentasse non potest dici executā merito: Item ex eo, quod in simili dicitur de citatione: t̄ quod si eum qui obtinuit citationem, eam obtinuisse pœniteat, talis citatio non inducit litem pendentiam, & censetur illi renuntiasse, vt admonuimus suprā in hac 2. parte, capit. 4. de attent. lit. pend. in præfatione. num. 43. ita etiam quando eum qui obtinuit inhibitionem, & illius executionem, pœnitet, & non vult illam reproducere dicendum est, quod stante pœnitētia inhibito non facit attentata. Quamuis autem per præmissa iudex ille de partibus videretur in hanc partem inclinare, præsertim, t̄ quia in dubio videtur capiēda interpretatio pro non attentatis, vt diximus suprā in 1. parte in præfatione. numero 103. Ego tamen si partes iudicis substituissem in contrariam iuissem sententiam, quod immo t̄ inhibito ad instantiam alicuius obtenta, & executā faciat attentata, etiam si illam obtinens apud acta eam non reproduxerit, ita vt si quid ille interim innouauerit, tanquam attentatum reuocandum veniat, t̄ tum quia non debet actori licere, quod reo non licet. l. non debet. ff. de regu. iur. t̄ tum quia æqualitas in iudicijs seruanda est. capit. 2. de mut. pet. l. vbi falsi. C. ad l. Cornel. de fals. capit. in iudicio. de regu. iur. in 6. Vnde sicut si reus contra quem est executā inhibito contraueniat dicitur attentare, vt clarum est, & dicemus proximè in prima declaratione, ita pariter dicendum est actorem aliquid noui contra reum hoc casu facientem, attentare. Immo multo magis, sicut enim videmus, quod citatio quoad actorem facit attentata duntaxat decreta, licet nōdum executā, vt firmauimus suprā in hac 2. parte, c. 4. de attent. lit. pend. in præfatione. nu. 36. ita, & multo magis debet hoc casu facere attentata inhibito ad instantiam actoris non solum decreta, verum etiam executā, licet non reproducta, cum ipse iam sit certus, de decreto ipsius iudicis inhibētis qui nolebat aliquid in causa innouari. Ex qua ratione tollitur id, quod primo loco pro prima opinione adducebatur, quia actor de inhibitione certus est absque eo, quod contra eum illa sit executā, & propterea debuit ab innouando abstinere: Præsertim, t̄ quia sicut quando instaretur pro moderatione inhibitionis, inhibito quoad instantem habetur pro moderata, vt diximus suprā hoc eodem c. in 2. limit. princ. nu. 7. ita etiam quoad eum, qui instat pro inhibitione debet haberi inhibito pro profecta, vt contrariorum sit eadem disciplina, adeo quod potest dici, quod ipsa nō productio inhibitionis solum reddat difficiliorem probationem executionis ipsius inhibitionis, & consequenter attentatorum, non autem operatur quin inhibito fecerit attentata per suprascripta.

DECLARATIO I.

SUMMARIUM.

- 1 INHIBITIO duntaxat decreta nisi fuerit etiam

actualiter executā non facit attentata.
Etiam si iudex haberet aliqualem notitiam decreti, & relaxationis huiusmodi inhibitionis, vt num. 3. & Etiam si parti fuerit inhibito intimata secundum aliquos, vt infra num. 11.
Quamuis hoc non videatur tenendum, vt infra numero 13.

- 2 Inhibitionis natura est respicere futura, nō afficere præterita.
- 4 Citatio quoad citandum non inducit litem pendentiam, nisi post citationis executionem.
Etiam si decreti citationis aliqualem notitiam habuerit, vt num. 5.
- 6 Iudex à quo non tenetur in causa supersedere, etiam si sciat iudicem ad quem incapisse cognoscere de veritate appellationis ab eo interposita.
- 7 Scientia idem operatur quod demeritio.
Dummodo sit plena scientia, vt num. 8.
- 9 Notitiam alicuius rei quis habere non dicitur, nisi habeat etiam scientiam omnium suarum qualitatum.
- 10 Scientia est concludenter probanda ad inducendam amissionem, & pœnam incurrendam.
- 12 Non sufficit quid sciri à parte, nisi etiam constet iudici.
- 14 Inhibito facta parti, & nō iudici nihilominus iudicem etiam ignorantem afficere dicitur.
Et ratio assignatur, quia scilicet inhibito habet implicitum decretum irritans, vt nu. 16.
- 15 Inhibito facta iudici, vel parti afficit iudicem, & partem, quando iudex procederet ad instantiam partis.
- 17 Decretum irritans non ligat ignorantes respectu pœnæ.
- 18 Inhibito per iudicem decreta, & non per cursorum, aut nuncium publicum sed tantum per partem aduersario ostensa an faciat possessionem postmodum captam attentatam.
- 19 Credulus esse nemo debet, & ideo parti asserenti inhibito fuisse credere nemo tenetur.
- 20 Credere aduersario suo asserenti quod de mandato iudicis veniat ad iudicium, aut se appellasse nemo tenetur.
- 21 Pœna, vt incurratur requiritur plena, & certa notitia.
- 22 Certus vbi quis esse debet non tenetur credere cuilibet referenti.
- 23 Assertio etiam magni viri etiam iurata non facit probationem etiam semiplenam, sed solum præsumptionem.
- 24 Intimatio alicui est faciēda (etiā si aliunde quis sciat) quando notitia requiritur non solum, vt sciat, sed etiam vt aliquid faciat, vel non faciat.
- 25 Deductio ad notitiam debet fieri cum solemnitate Clement. causam, de electio. quando ex ea quis obligatur ad aliquid præiudiciale.
- 26 Coniecturæ non sufficiunt quando agitur de priuatione.
- 27 Actus iudicarij debet à iudice fieri per suos ministros, & officiales.
- 28 Creditor habens rem iudicatam si propria autoritate, & absque nuncio sui debitoris bona distraxit, tenetur furti, & vi bonorum raptorum.
- 29 Forma inhibitionum esse videtur, vt dirigatur presbiteris, & officialibus, vt nomine iudicis inibeant.
- 30 Citatio facta per partem alteri parti non ardet citatum ad comparandum.
- 31 Præiudicium cur forum dicitur esse, vt inhibitiones non

- presententur nisi per eos.
- 32 In dubio sumenda est interpretatio pro non attentatis.
- 33 Scientia simplex idem operatur quod denunciatio, & non refert à quo fiat.
- 34 Intimatio appellationis per quemcumque fiat valet. Immo etiam si fiat ab ipso met appellante. num. 35.
- 36 Citatio minus legitime executata ligat, subsecuta illius notitia.
- 37 Reuocatio procuratoris valet vnde cumque procurator illam sciuerit.
- 38 Appellatio dicitur deuolui quando appellato ostenditur instrumentum publicum appellationis.
- 39 Citatus in dubio tenetur venire ad iudicium.
- 40 Decretum irritans habet conditionem, si pars illa uti velit.

41 Denunciatio Domini ne quis aliquam rem emat, constituit emptorem in mala fide, ita ut in dubio abstinere debuerit.

DECLARATIO Nunc eadem regula, non nullis vtilibus, & necessariis modis, & Primo, vt quod dictum est processum, & gesta post inhibitionem esse attentata intelligatur post inhibitionem non simpliciter, & duntaxat decretam, sed vltra etiam actualiter executam, cum aliàs non sit, quid Iudici imputari possit si in causa procedit, secundum opinionem Io. And. in addit. ad Specul. in tit. de appellationibus. §. nouissimè. in verb. procedit, remissiuè ad latius notata per eum in c. non solum. de appellatione. in 6. quia natura, & inhibitionis est respicere futura, non autem afficere preterita. c. si eo tempore. vbi Gemi. Franc. & alij, de elect. in 6. Veronen. causarum ciuiliu. conf. 18. casus talis est. nu. 2. Quam declarationem expressè ponit Guid. Pap. in conf. 66. in facto præsupponitur. num. 9. & iterum in conf. 69. pro declaratione. numer. 10. vers. ad octauum quæsitum, subdens, & deducens litteras inhibitionis ante illarum executionem nullum effectum habere: quod in propriis terminis attentatorum quod requiratur executio, & transmissio litterarum inhibitoriarum tradit Soci. in conf. 45. vifa. sub num. 7. & 8. lib. 1. Pro qua declaratione faciunt ea, quæ in simili diximus supra c. 12. de attentatis appellatione pendente. in 15. ampliatione principali in 2. limitatione. nu. 20. quod appellatio interposita coram honestis viris ad hoc, vt habeat effectum suspensiuum causantem attentata debet Iudici intimari. Quæ declaratio ampliari potest duobus modis.

- 3 Primo ex intèntione Io. And. vbi supra, vt procedat, etiam si Iudex haberet aliqualem notitiã decreti, & relaxationis huiusmodi inhibitionis, Quod ex eo, in simili comprobari potest, quod dicitur, quod lis, & quoad citandum non inducitur nisi post citationem executam. Clem. 2. vt lit. pend. Aegid. decif. 699. supposito. quem refert, & clarius sequitur Fely. in c. caterum. col. 2. num. 2. vers. solutio restringi potest. de rescript. & Etiam si decreti citationis aliqualem notitiam habuerit. Paris. conf. 81. origo huius. num. 13. lib. 4. Et ex eo etiam, quod aliàs dicitur, quod Iudex tã quo non tenetur supersedere in causa, etiam si sciat Iudicem ad quem in cepisse cognoscere, de veritate appellatiõis ab eo interpositæ, vt post Frac. in c. non solum. §. fin. de appellatione. in 6. tradit nouissimè O fasc. in decif. Pedemon. 5. certa die. sub

nu. 7. vers. non obstant in contrarium adducta, vbi tenet talem scientiam non sufficere, quoad reuocationem attentatorum, Quod tamen dictum confundi videtur ex his, quæ posuimus vbi supra in prima sublimitatione dictæ secundæ limitationis. nu. 38. post Tiraquel. & alios ibidem allegatos affirmantes idem, & operari scientiam, quod denunciatio. Nisi declarando dicas, & ibi intelligendum esse de plena scientia, non autem de aliquali, prout hic loquimur, cum hoc genere le sit, quod non dicitur quis habere rei notitiã, nisi etiam suarum omnium qualitatum scientiã habeat, ad no. in c. concertationi, de appel. in 6. & ponit Tiraq. vbi supra, & præsertim ad inducendam alicuius iuris amissionem, & vt quis incidat in delictum, quia tunc scientia videtur concludenter non autem præsumptiuè probanda. arg. eorum, quæ ponit Rota decif. 21. aliàs 771. de dol. & contum. in anti. Ruyn. in conf. 66. col. 6. nu. 13. libr. 3. Mohéd. decif. 160. incip. fuit resolutum, & Put. de probat. decif. 6. incip. scientia.

Secundò præsens declaratio ampliari potest, vt in tantum requiratur executio inhibitionis faciendæ ipsi Iudici, & vt etiam si parti fuerit facta, per hoc Iudex non prohibeatur, quin validè possit in causa procedere, argumento eorum quæ de intimatione appellationis coram honestis viris interpositæ posuimus in supradicta 15. ampliatione, quod si sit facta intimatio tantum parti, & non Iudici, potest iudex in causa procedere secundum opinionem Franc. in cap. si iustus meus. numer. 50. de appellatione. qui responderet his quæ in contrarium per Lap. & alios allegabantur, & argum. eorum, quæ ponit Deci. in consil.

12 295. In causa. numer. 8. & quod non sufficit quid sciri à parte, nisi etiam constet ipsi Iudici. Quæ ampliatio licet de iure forsan posset admitti per ea, quæ ponit Franc. post Imol. in d. cap. si iustus. præsertim cum non allegetur notabilis ratio diuersitatis inter inhibitionem, & appellationis intimationem, vt illa solum contra partem executam etiam Iudicem afficiat, hæc autem non ita:

- 13 Nihilominus, quia in contrarium habemus decif. Rot. in recollet. A. Augustini 3. decif. 375. incip. Thomas, de qua dictum est, etiam supra hoc capit. in 19. ampliat. princip. non hæc ampliatio, sed illa decif. 575. in practica obtineret: Pro cuius conclusionis corroboratione, quod scilicet inhibito facta parti, etiam Iudicem afficere debeat
- 14 & facit, quod ponit Franc. (sibi in hoc non multum constans) in c. non solum. §. illa verò. colum. pen. vers. in ea gloss. ibi. de appel. in 6. dum voluit, quod inhibito, & facta parti, vel iudici afficiat, & iudicem, & partem, quando iudex procederet ad instantiam partis, Et ad præmissa, & illa ratio diuersitatis assignari potest, quia inhibito dicitur esse implicita in decreto irritanti, & decretum in inhibitione, vt dicit Cassad. decif. 2. incip. decisio. numer. 6. de restit. spoliat. natura autem decreti, cum illa sit, vt etiam ignorantes afficiat, ad no. in ca. 1. de concess. præben. non mirum si inhibito facta partil ligat, etiam Iudicem ignorantem, quæ ratio cessat in simplici appellationis intimatione: Quamuis hæc ratio vndique non satisfacit, si consideres, quod, & si inhibito
- 17 habet implicitum decretum irritans, & illud tamen non ligat ignorantes respectu pœnæ, vt latè declarat

declarat Ant. Gab. commu. conclus. libro sexto, de clausul. conclus. 3. nu. 8. quæ pœnæ in attentatis maxime cõsiderantur, vt infra in 3. part. c. 31.

18 Quid autem si inhibito per iudicè decreta, non fuerit per cursorem, aut nuncium publicum in personam, puta appellati executata, sed tantum per appellantem, aut eam, qui illam aliàs obtinuit suo aduersario ostensa, an censenda sit sufficienter executata ita, vt possessio postmodum capti dicatur attentata, & quamuis aliàs eueniente si mili casu in vna Roma. fornacis corã Iunio. 10. Maij. 1557. per Dominos nihil fuerit resolutum, & per informantes nihil fuerit allegatum præter doctri. Bart. in litem veniunt. §. petitam. ff. de pet. her. quia tamen articulus potest sæpe vsu venire placuit plenus illo aliquantulum attingere:

- Duplex ergo in eo potest considerari opi. Prima negatiua, quæ ex infra scriptis suadet
- 19 Primò quia non tenetur, & quis credere parti asserenti fuisse inhibito, cum nemo debeat esse nimis credulus. l. 1. §. 1. ff. de eo per quæ fact. erit. l. 2. ff. quod cum falso tut. & c. & propterea dixit aliàs notabiliter Specul. de citat. §. sequitur. sub numero secundo, & 3. quod etiã reassumpsit post eum Fely. in c. cõtingat. sub nu. 11. de rescript.
- 20 Tquod non tenetur quis credere aduersario suo dicenti, quod de mandato iudicis veniat ad iudicium, neque appellanti dicenti se contra eum appellasse, quia talia sæpe simulatur, ad no. in d. l. 1. Secundo, & vt quis pœnam incurrat (prout est attentans) debet esse certus, & requiritur plena, & certa notitia, iuxta ea, quæ dicta sunt supra, numer. 10. Quãdo, & autè quis debet esse certus non tenetur credere cuilibet referenti secundum glo. sing. capitulo si beneficia. in verb. certiores. de præben. in 6. præsertim, & quia assertio etiam magni viri, etiam iurata non facit probationem etiam semiplenam, sed solum præsumptionem ex mente Abba. in c. cum olim. in 3. no. tab. de dolo, & contum. Tertio, & vbi requiritur notitia alicuius non solum, vt sciet, sed etiam, vt aliquid faciat, vel non faciat, debet huic tali fieri intimatio, etiam si aliunde sciat. Bart. solenniter in l. denunciasse, aliàs l. qui vxori. §. quid ergo. ff. de adulter. & ponit Fely. vbi supra, num. 16. notitia autem inhibitionis est inducta ad nõ faciendum, id est, vt inhibito abstinere ab inuando, ergo non sufficit quælibet scientia, sed requiritur formalis denunciatio. Quarto, & vbi ex deductione actus notitiã quis obligatur ad aliquid præiudiciale (prout esset hic ad purgandum attentata) debet illa fieri cum solèntate Clem. causam. de electio. videlicet porrecta scriptura autentica, & illius tenore perlecto, quæ porrectio cum debeat fieri expensis appellantis, (vt declarat glossa ibi verb. porrecto, & docto. ibi post eam) tacitè datur intelligi, quod huiusmodi porrectio non sufficiat fieri per partem, sed debeat fieri per nuncium, aut notarium, nam si fieret per partem non intraret consideratio expensarum, quæ nulla videntur esse, quãdo pars appellans per semetipsam appellationem ad appellanti notitiam deduceret. Quintò, & facit in simili, quia sicut, & quando agitur de priuatione non sufficiunt coniecturæ, vt citatio dicatur peruenisse ad notitiã citati. Rot. decif. 21. aliàs 771. de do. & contum. in antiq. cū aliis adductis supra,

nume. 10. ita dicendum videtur, quod non sufficiat præsumptiuã ista notitia inhibitionis solum per partis assertionem habita ad effectum, vt faciat contrauenientem incidere in pœnas in inhibitione contentas. Sextò, & magis ad propositum, quia, & actus iudiciarij debent fieri à iudice per suos ministros, & officiales, his cuius. §. missus, ff. vt in poss. legat. & per illum tex. tradit Bald. in authent. & omnino. n. 14. C. ne vxor pro marito: quod adeo verum videtur, vt parti colitiganti censeatur hoc prohibitum, & ideo videmus, quod si creditor habens re iudicatã propria autoritate, & absque nuncio sui debitoris bona distraxerit tenetur turti, & actione vi bonorũ raptorũ. l. miles. §. qui iudicati, & ibi no. glof. & omnes ff. de re iud. Septimò, & forma ipsius inhibitionis videtur tollere præsentem dubitationem, si quidem huiusmodi inhibitiones solènt dī rigi presbiteris, & cappellanis, officialibus, & executoribus, & aliis personis, quæ in principio nominantur, illisq̃ sub certis pœnis iniungitur, vt quoties fuerint requisiti inhihibeant, vt in clausula ibi inhihibeatis eisdem, & c. in casu autem nostro huiusmodi forma nõ potest dici impleta ergo inhibito nõ potest dici legitime executata, sicut dicimus de citatione, ad no. in c. cum dilecta, de rescript. & diximus supra in 2. parte, capit. 4. de attent. lit. pend. in præfat. nu. 100.

30 Octauò, sicut citatio facta per partem alteri parti, nõ arctat citatũ ad comparandum, vt post plura in vtranque partẽ adducta firmat tanquã verius Speculat. in titulo de citatio. §. sequitur. sub numer. 2. vers. ficul. sed primum verius. ita hic inhibito ostensa per partem nõ debet alteram partem afficere. Nonò quia, (vt allegabatur in facto in dicta Romana fornacis) repugnat, & privilegio Curforum, quod præsupponitur extare, vt inhibitiones non præsententur nisi per cursores, quod cū habeat decretum irritans meritò reddit executionẽ inhibitionis, de qua agimus nullã, & inefficacem. c. penult. de præb. in 6. cū simil. Vltimò, quia negari nõ potest, quin expressis constet executionem, de qua agitur validam esse, aut saltem hoc dubium esse, in dubio autem sumenda est interpretatio pro non attentatis, vt declarauimus supra in 1. parte in præfatio. nu. 102. merito, & c.

Secũda sit opinio affirmatiua, quod hæc inhibito ita afficiat, vt executio cõtra eã facta dicatur attentata, ex plurib⁹, Primò p doctri. Bart. in litem veniunt. §. petitam. ff. de petit. heredit. Tquod idẽ operatur simplex sciẽtia, quod denunciatio, & nõ refert à quo fiat denunciatio. Secundo facit in simili, & quod dicit de intimatione appellationis, quæ valet per quẽcũque illa fiat. Rot. decif. 18. aliàs 127. valet intimatio. de appellat. in no. Egid. decif. 59. intimatio, ad med. & per tot. & quinimmo Fely. in d. c. cõtingat. sub nu. 22. vers. limita nisi ille qui intimat. de rescript. tacitè videtur etiã sentire, quod ipse met principalis possit appellationem intimare.

36 Tertio sicut & citatio illegitimè executata ligat (subsecuta post modũ illi notitia) perinde ac si fuisset ab initio legitime executata, vt post Romã. in conf. 410. col. 1. tradit Fely. vbi supra, numer. 20. ita videtur dicendum in inhibitione de qua agimus, præsupposita illius notitiã per ostensio

nem instrumenti ipsius inhibitionis. Quarto facit, quod in simili post Paul. de Castro, ponit idē 37 Felyn. ibidem. nume. 21. de reuocatione ꝛ procuratoris, quia vndeunque procurator illam sciuerit satis esse dicitur. Quinto sicut ostendendo appellato instrumentum publicum appellatio 38 nis ꝛ appellatio dicitur deuolui, vt considerat Felyn. ibidem. sub num. 22. vers. item ostendendo ipsi appellato, &c. ita in casu nostro ostendendo instrumentum publicum inhibitionis debet aduersarium afficere. Sexto, ꝛ quia sicut in dubio quando quis est citatus minus legitimē, tenetur quis venire ad iudicium. l. si quis ex aliena. ff. de iudic. c. cum parati. de appel. Specul. in tit. de citatio. §. sequitur. sub nu. 2. in fin. (vbi loquitur de citatione facta per partem) ita in dubio inhibitus ob reuerentiam inhibentis debet abstinere ab innouando.

Et tenendo hanc tanquam veriore non obstat quæ pro prima opinione sunt adducta, quoniam respondetur, & ad primum, & secundum, quod hic non parti sed instrumento publico credere tenetur, & Specul. met ex aduerso allegatus se ipsum limitando declarat, dum subdit nisi instrumentum appellationis ostendat, quod & Felyn. & alij videntur admittere: Ad Tertium Respond. quod in casu l. denuntiasse. vltra scientiam requiritur etiam interpellatio, & requisitio, vt veniat ad defendendum, quæ requisitio hoc casu videtur cessare, vt colligitur ex his, quæ ponit Felyn. in dicto capit. cum contingat. sub num. 19. versicu. obstat. Ad Quartum respondetur, quod licet docto. in d. Clem. causam. considerent illas expensas, illa consideratio intrat quando portio fit per notarium, sed hoc non excludit, quin possit etiam per partē fieri, quia non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse: Ad Quintum quod stante instrumento publico sumus in claris, non autem in coniecturis. Ad Sextum, & Septimum, quod cum in inhibitione apponatur etiam clausula (prout nos per presentes inhibemus) licet possessio hoc casu non possit dici attē tata tanquam capta post inhibitionem à nūcio factam, erit tamen attentata tanquā capta post inhibitionem iudicis dum dicit (per presentes inhibemus) deductam ad aduersarij notitiam à parte per publicum instrumentum, cui ille credere tenetur, Ex quo tollitur etiam sextum fundamentum, nam licet iudices debeant actus facere per suos ministros, per hoc tamen non negatur quin possint etiam illos per semetipsos facere, vt monere partes presentes, & huiusmodi. Ad Octauum responderi potest, quod Specul. loquitur, quando pars simpliciter propria auctoritate citat, secus autem esset dicendum si iudex citationem decreuisset, & in instrumento citationis adesset clausula (prout nos per presentes citamus) quia tunc opinio Specul. non procederet, cum adsit diuersa ratio. Ad nonum, quod priuilegium curforum, si quod extat, & decretum irritans, de quo ibi, operaretur volentibus ipsis Curforibus eo vtj, non autem ad instantiam aduersarij: nam ꝛ decretum irritans intelligitur habere conditionem, si pars, ad cuius fauorem fuit appositum, illo vti voluerit, secundum communem opinionem, de qua attestatur post alios Ant. Gabr. commu. conclus. li. 6. de clausul. con-

clus. 3. nu. 26. Ad vltimū respondetur, quod licet illa præsumptio, & interpretatio generalis sit, tamen tollitur per aliam speciale, quæ habet, quod stante denuntiatione etiā facta à domino, & parte, constituitur quis in mala fide, ita, vt in dubio debeat quis ab actu abstinere, vt in denuntiatione tene quis emat aliquā rē, post Bald. in l. si quis fundum. C. de rei vendica. tradit Felyn. d. c. cum cōtingat. nu. 19. cū generi per speciē regulariter derogetur, l. sanctio legum. ff. de pœnis. cum sim.

DECLARATIO II.

SUMMARIUM

- 1 EXECVTIO inhibitionis, & contrauentio sibi facta si concurrant. in dubio præsumitur inhibitionē subsecutam fuisse.
- 2 Immo si Iudex assereret se fecisse actum post inhibitionem, sibi non creditur in præiudicium partis.
- 3 Nisi rei veritas appareat.
- 4 Moderatio inhibitionis per auditore Rotæ facta probaretur per dictum duorum eiusdem Rotæ Coauditorum.
- 1 SECVNDÒ, ꝛ declara, quod si cōtingat casus, quod eodē die appareat executi inhibitionis, & aliquid contra eam fuisse factum, si non cōstet quid præcesserit, an executio inhibitionis, vel cōtrauentio, in dubio præsumitur inhibitionē subsecutam, & actum, qui prætenditur attentatus præcessisse, tum, vt euitetur delictū, & præsumatur quid factum tēpore licito, tum etiā, vt actus subsistatur, vt post Egid. decif. 699. & Felyn. in c. super literis. in col. 8. in fi. vers. limita 1. de rescrit. est decif. in recollet. Crescent. 53. Catalen. de lite pendente, cui concordat alia in recollet. Achill. de grass. 170. inhibitionē. sub rubr. de inhibi tione, & alia Thomæ de Thanis 57. incipien. erat præsentata, & ita etiam fuit resolutū in vna Iterrannen. olei. seu attentatorum corā Robusterio 17. Maij 1566. & diximus etiā suprā in 1. parte in præf. n. 110. Quæ declaratio adhuc ampliari potest, vt tñon solū præsumatur actus præcessisse inhibitionē, vt suprā, quinimmo etiam si Iudex assereret se actum fecisse post inhibitionem, sibi non sit standū, quoniam non creditur Iudici in præiudiciū partis, quod post inhibitionē sententiā tulerit nisi appareat rei veritas, vt fuit tentū in vna Bituntina corā A. Augustino, & est decif. in recollet. eiusdē 311. incip. Ant. Aug. li. 3. ꝛ Benetamē inhibitionis moderatio per Auditore Rotæ facta probaretur per dictū duorum eiusdē Rotæ Coauditorū, circa quod licet multa considerari possint, prout facit Mandos. de inhibi. q. 40. in cōtingētia tamē facti fuit tentū moderationē probari saltē ad excusanda attentata in vna Eugubina præposituræ corā Puteo 12. Octob. 1548. vt refert idē ibi. sub nu. 5. & faciunt, quæ adnotauimus suprā c. 16. de attent. reduction. ad arbit. bon. vir. pend. in fi. sextæ limit. regulæ ibi positæ de possessione capta eo ipso die, quo fuit petita reductio, quæ non censetur attentata.

DECLARATIO III.

SUMMARIUM

- 1 INHIBITIO in dubio intelligitur secundū supplicationem, & petitionem partis, ad cuius instantiam emanauit.

Et est

- 2 Et est regulanda secundum commissionem, & illius signaturam, nec vltius extendi potest.
- 3 Et si quid vltra fiat non valet.
- 4 Et recipit omnes conditiones, quas recipit supplicatio, & appellatio cum sit ad executionē appellationis.
- 5 Inhibitio emanata in secunda instantia intelligitur semper sine præiudicio præcedēis sequestri vigore sententiæ in prima instantia relaxati.
- 6 Inhibitio regulatur secundū clausulam prout de iure, quando commissio cuius vigore emanauit, erat signata prout de iure.

1 TERTIO declara, ꝛ vt inhibitio in dubio intelligatur secundum supplicationem, & petitionem partis, ad cuius instantiam emanauit, secundum Deci. in conf. 33. viso. n. 8. ꝛ est regulanda secundū commissionem, & illius signaturā, nec vltius extendenda, ꝛ si quid vltra sit non valet, secundū Paris. in conf. 39. non possunt. nu. 9. lib. 1. ꝛ recipit omnes cōditiones, quas recipit supplicatio, & appellatio, cum sit ad executionē appellationis. Crauet. conf. 106. nu. 5. ꝛ inhibi tio emanata in secunda instantia vigore appella tionis intelligitur semper sine præiudicio præcedentis sequestri vigore sententiæ in prima instātia relaxati, vt fuit tentum in vna Tarazonen. Archidiaconatus corā Palleotto, & est in recollet. eiusdem decif. 192. incip. lata. Et ad præmissa faciunt, quæ posuimus suprā hoc eodē c. in 11. Ampliat. princip. in fi. nu. 28. ꝛ quod si commissio sit signata prout de iure, inhibitio quoq; illi vigore emanata censetur emanasse prout de iure, & regulatur secundum illam clausulam.

DECLARATIO IIII.

SUMMARIUM

- 1 INHIBITIONI effectus non durat perpetuo, sed quasi concomitatur litem, & appellationem.
- 2 Inhibitio suspendit solum donec pendet causa, & articulus appellationis.
- 3 Appellatione cessante cessat inhibitio.
- 4 Inhibitio operatur in causa principali appellationis non in nullitate.
- 1 QUARTÒ declara ꝛ quod licet inhibitio sit magni effectus, vt colligitur ex omnibus suprā positis, præsertim in ampliationibus, illius tamen vis, & effectus, & operatio non durat in perpetuum, sed quasi concomitatur litem, & appellationē, cuius vigore emanat, & ideo dicebat alias Frāc. in c. vt debitus. nu. 47. de appella tion. ꝛ quod Inhibitio suspendit solum donec pendet causa, & articulus appellationis, & propterea expedito articulo appellationis (absque eo quod Iudex ad quē remittat causam Iudici à quo) potest non obstante sua inhibitione pcedere in negotio principali, quasi illa inhibitio sit tacite reuocata, & extincta, vt dictum est suprā hoc eodē c. in prima ampliatione secundū limitationis principalis. nu. 6. post Rot. decif. 65. alias 461. si appellatur. de appellation. in no. & decif. 1. alias 138. si appellat. de offic. deleg. in no. Et alias ad propositū dicebat etiā Franc. in c. cū cessante. sub nu. 16. vers. tertio ad idem, eodē titulo. de appellation. ꝛ quod cū per inhibitionem inducatur suspensio, cessante appellatione cōsequenter cessat inhibitio: Quod apertē sensit etiā Rotā in vna Bracharen. monasterij inter Cardinalem de

Sācta Flora, & Petrū Ferdinādi corā Iunio 14. Martij. 1558. in qua cū pro parte Cardinalis fuisset cōmissa causa appellationis, & nullitatis sententiæ, & illius vigore facta inhibitio, & deinde de ferta appellatione Petrus vellet ad vltiorē sententiæ executionē procedere, & dubitaretur, an non moderata d. inhibitione diceretur attētare, Domini inclinauerūt moderationē prædictā non esse necessariā, ea ratione ꝛ quia inhibitio operatur in causa principali appellationis, non in nullitate.

DECLARATIO V.

SUMMARIUM

- 1 INHIBITIO in dubio intelligitur semper fieri sub conditione, si de iure fieri potest.

1 QUINTÒ Declara, vt in dubio inhibitio intelligatur semper fieri sub cōditione si de iure fieri potest, vt post Paul. de castr. in conf. 22. (quæ tamen ego inuenire non potui) tradit August. Bero. in conf. 85. dicā breuiter. nu. 23. li. 3. vbi subdit, quod si inhibitio fiat, quæ de iure fieri non debuisset, effectum suum non operabitur, nec erit illi parendum, tanquam eius conditio defecerit.

DECLARATIO VI.

SUMMARIUM

- 1 IVDEX qui inhibuit, non autem Iudex inferior debet cognoscere, si quid circa inhibiti onem sit cognoscendum.
 - 1 SEXTÒ declara ꝛ quod si circa inhibitionem aliquid sit cognoscendum, debeat hoc cognoscere Iudex, qui inhibuit, non autem Iudex inferior, præsertim Iudex, cui fuit inhibendum, vt post Federic. de sen. in conf. 83. factum sic habet. Ant. de Butr. Abbat. & alios per eum alleg. tradit Bero. in conf. 114. circa. nu. 7. li. 3. Ex omnibus autē supradictis in præsentī c. & in Regula in eo posita viginti octo Ampliata, & nouem suprā viginti similiter Limitata casibus, & pariter sex modis declarata, satis apparere potest, quando post inhibitionem dicatur attētare, & tota ista materia attentatorum post inhibitionem: Quam (quia frequentissima est) quo facilius, & magis in promptu sit, placuit summam, & quasi per modum epilogiæ eam prout infra subiicere.
- | | |
|---|----------|
| Quid sit inhibitio in præfati ne. nu. 7 | fol. 359 |
| Quis inhibeat ibidem. nu. 33. | fol. 360 |
| Cui sit inhiendum ibidem. nu. 69 | fol. 362 |
| Quando sit inhiendum ibidem. nu. 104 | fol. 364 |
| Quando inhiendum ibidē nu. 166 | fo. 368 |
- REVELA quod gestapost inhibitionē sunt attē tata ibi nu. 226 fol. 371
- AMPLIATVR eadem regula.
- I. Vt procedat, etiam si actus aliās fuisset facienti licitus fol. 371
 - II. Etiam si inhibitio emanauerit vigore appellationis, cui tacitē, vel expressē fuisset renūciatum. folio 372
 - III. Etiā si emanasset vigore restitutionis in integrū ad appellandum fol. 373
 - III. Vt etiā tacita inhibitio faciat attētare f. eod.
 - V. Etiam si inhibitio fuerit obtenta per assertū procuratorem fol. eod.
 - VI. Etiam si executio fiat vigore executorialium. folio 374

VII. Etiam

- vii. Etiam si per iudicem ad quem (qui inhibue- rat) pronuntietur male appellatum, & bene pro- cessu m fol.eod.
- viii. Etiam si in ea decernenda sui sset omissa ci- tatio eod.
- ix. Vt etiam iudices cōtrauenientes incurrāt pœ- nas in ea contentas fol.eod.
- x. Vt gesta post inhibitionem sint ipso iure nulla folio eod.
- xi. Vt de stilo Dominorum etiam si non sit canoni- ca, faciat attentata fol.eod.
- xii. Vt procedat etiam in criminalibus fol.378
- xiii. Etiam si emanauerit vigore cōmissionis ha- bentis clausulam, quatenus causa non sit instru- cta, fol.eod.
- xiiii. Etiam si emanasset vigore cōmissionis cō- ditionalis, de quo tamen infra in 13. lunit. fo- lio 379
- xv. Intimatio quoque de potiori alterius iurisdic- tione vim habet inhibitionis. fol.eod.
- xvi. Inhibitiō etiam in possessorio summario facit attentata fol.eod.
- xvii. Actus post inhibitiōem, attentatus reuocatur, etiā si aliā esset de nouo concedendus fol.eod.
- xviii. Inhibitiō etiam facta post tres conformes facit attentata fol.eod.
- xix. Iudex attentat etiam si non ipse, sed pars fue- rit inhibita fol.480
- xx. Inhibitiō afficit non solum inhibitiū, verum etiam habentes causam ab eo fol.eod.
- xxi. Effectus inhibitionis durat etiam causa ad cā- cellariam per iudicem remissa fol.eod.
- xxii. Processus post inhibitionem (etiā factus de cōmissione eius, qui prætendebat posse cau- sas appellationum ad Sanctissimum interposi- tarum ad se aduocare) dicitur attentatus, fo- lio 381
- xxiii. Inhibitiō facit attentata etiam vigore ap- pellationis ob non reditiōem pro apostolis de- ferta fol.eod.
- xxiiii. Gesta post inhibitionem non excusantur ab attentatis ex superuenientia iuris vniuersalis derogantis quibuscunque inhibitionibus, fo- lio 382
- xxv. De stilo etiam non iustificata causa appella- tionis inhibitiō facit attentata fol.eod.
- xxvi. Etiam ad instantiam intrusi inhibitiō ema- nata operatur effectum attentatorum. fol.eod.
- xxvii. Instrumentum inhibitionis licet careat die, & anno, facit tamen attentata fol.eod.
- xxviii. Idem si ore tenus, & sine scriptura inhibitiō fuisse facta fol.383
- LIMITATVR** eadem Regula
- i. Quando inhibitiō non fuisse canonica fol.383
- ii. Quando fuisse reuocata, vel moderata fol.384
- iii. In processu iudicis a quo, postquam iudex ad quem ad eum causam remisit fol.386
- iiii. In his, quæ tendunt in faciliorem exitum ap- pellationis fol.386
- v. Quando causæ essent diuersæ fol.387
- vi. Quando personæ similiter essent diuersæ fol.388
- vii. In inhibitione dolose, & calumniosè obtenta fol.389
- viii. In inhibitione emanata vigore cōmissionis super nullitate per viam actionis intentata, fo- lio eod.
- ix. In actu factō per modum continuationis, f.389
- x. Quando sumus in mero tertio fol.390
- xi. Quando princeps mandat quid fieri non obstā- te inhibitione fol.eod.
- xii. Inhibitione, emanata vigore rescripti subre- ptitij fol.391
- xiii. Idem si vigore cōmissionis conditiona- lis fol.392
- xiiii. In actu iusto, & qui non tenderet in præiudi- cium litis fol.394
- xv. Quando attentatis, & illorum priuilegio quis antea renunciaffet fol.eo.
- xvi. Non procedit in his, quæ sunt iuris fol.eod.
- xvii. Quando inhibitiō effert limitata ad certum ca- sum fol.eod.
- xviii. In actu secundi matrimonij contracti post in- hibitionem vigore cōmissionis causæ super va- liditate primi fol.eod.
- xix. In gestis post lapsum termini ad docendum de attentatis præfixi fol.395
- xx. In inhibitione emanata ab inferiori contra su- perio rem fol.eod.
- xxi. Quando inhibitiō emanasset literis non expe- ditis fol.eod.
- xxii. In gestis post inhibitionem obtētā ab asser- to procuratore cum iuramēto perhorrescentiæ, antequam dominus ratificauerit fol.eod.
- xxiii. Quando iudex inhibitus vellet suam interlo- cutoriam reuo- are fol.eod.
- xxiiii. quoad gesta per hæredem, aut successorem in beneficio fol.396
- xxv. Vniuersaliter in inhibitione ignorata fol.398
- xxvi. In processu Auditoris Cameræ vigore obliga- tionis cameralis post inhibitionem Rotalem vi- gore cōmissionis non facientis mentionem de dicta obligatione factō fol.eod.
- xxvii. Fallit in actu necessariō factō fol.399
- xxviii. Quando inhibitiō ratione personæ inhibita fuisse minus legitime executā fol.400
- xxix. Quando inhibitiō non esset apud acta repro- ducta fol.eod.
- DECLARATVR** etiam prædicta Regula,
- i. Vt inhibitiō debeat esse actualiter contra Iudi- cem, vel partem executā fol.401
- ii. Quod in dubio præsumitur subsecuta inhibi- tiō, & contrauentiōem præcessisse. fol.404
- iii. Vt inhibitiō in dubio intelligatur secundum supplicationem, & cōmissionem fol.405
- iiii. Quod effectus inhibitionis nō durat in perpe- tuū, sed quasi cōcomitur litē, & appellationē. fol.eo.
- v. Vt in dubio inhibitiō semper fieri intelligatur sub conditione, si de iure fieri potest fol.eod.
- vi. Quod si circa inhibitionem aliquid sit cognof- cendum, cognoscat iudex, qui inhibuit, non infe- rior, præfertim inhibitus fol.eod.
- Cum autem ex omnibus, quæ ab initio huius secundæ partis, hucusque dicta sunt per decem, & septem distincta capitula, latè (prout mate- riæ diuersitas, & opportunitas exegit) complexi fuerimus casus omnes, in quibus dicitur, ac po- test, & solet attentari, & consequenter quomo- do attentata fiant, & in esse deducantur, Reliquū nunc est, vt ad illorum reuocationis explicatio- nē, (quæ secundum institutum à nobis proposi- tum huius tractat⁹ tertia, & vltima pars est) me- rito descendamus.

Secunda Pars.
Finis.



TRACTATUS DE ATTENTATIS

ET INNOVATIS
TERTIA PARS.

In qua plenè Tractatur de Attentatorum reuocatione, & quomodo Attentata (postquam sunt in esse deducta) tollantur, & reuocentur.

Et vndecim Cap. Absoluitur, quæ hic remissiuè enumerantur.

- RYBRICAE CAP. QUAE IN**
hac Tertia parte continentur.
- Quibus, & quot modis attentatorum reuocatio sit petenda. Cap. XXI.
 - De Actore, & quis possit attentatorum reuocatiōem petere. Cap. XXII.
 - Quando, & intra quod tempus per actorem reuocatio sit petenda. Cap. XXIII.
 - De Reo, & exceptionibus sibi contra attentata cōpetentibus. Cap. XXIII.
 - De Processu in causa attentatorum. Cap. XXV.
 - De Probatione attentatorum. Cap. XXVI.
 - De Iudice & per quem attentata reuocentur. Cap. XXVII.
 - De Sententia in causa attentatorum ferenda, Capitulum XXVIII.
 - De Purgatione attentatorum, & quibus modis illa fiat. Cap. XXIX.
 - De Priuilegiis attentatorum. Cap. XXX.
 - De Pœnis attentatorum. Cap. XXXI.
 - CAP. XXI. QUIBUS & quot modis attentatorum reuocatio sit petenda.**
SVMMARIVM.
 - 1. **REUOCATIO** Attentatorum fit duplici via, e xtraordinaria, scilicet & ordinaria.
 - 2. Extraordinaria via est quam alij de iure speciali, alij viam priuilegiatam appellant.
 - 3. Ordinaria via est quam de iure communi appellant.
 - 4. Extraordinaria fit aut per viam iustitiæ, aut gratiæ.
 - 5. Per viam, iustitiæ. Aut ad instantiam partis implorato officio Iudicis mercenario principaliter, vel incidēter, Aut motu proprio Iudicis, officio eius nobili.
 - 6. Per viam gratiæ eodem modo aut ad instantiam partis aut motu proprio superioris.
 - 7. Ordinaria via semper fit per viam iustitiæ seu, vt alij dicūt beneficio iniustitiæ, & ad instantiam partis, & sex modis expeditur, videlicet per viam
 - 8. Actionis, & nu. 23.
 - 9. Conditionis ex aliqua lege, & nu. 24.
 - 10. Appellationis, & nu. 25.
 - 11. Nullitatis, & nu. 34.
 - 12. Querelæ, & nu. 39.
 - 13. Exceptionis, & nu. 40.
 - 14. Via extraordinaria Iustitiæ ad instantiam partis principaliter mota, dicitur quando passus attentata im- plorato officio Iudicis mercenario instat pro attē- tatorum reuocatione.
Incidenter autem, quando opponitur, quasi per modum exceptionis. nu. 16.
 - 15. Verbum debet videtur importare necessitatem reuoca- tionis attentatorum.
 - 17. Via extraordinaria Iustitiæ motu proprio Iudicis di- citur esse in omnibus illis casibus in quibus attenda- ta, licet ad instantiam partis reuocari nō valeant, Index tamen ea, ex officio reuocat.
 - 18. Officiū, quo Iudex motu proprio reuocat, dicitur nobile.
 - 19. Reuocatio extraordinaria per viā gratiæ dicitur esse quæ à Principe proficiscitur, & ponitur exempli, & assignatur ratio differentiæ.
 - 20. Attentatis reuocatis si post incipiat constare de non iure illius, qui obtinuerat reuocatiōem, & quod re- uocatio fuit iniusta an duret attentatum, vel reuo- catio? & in reuocatione per viā gratiæ adhibetur distinctio de qua hic.
Idem in primo capite videtur dicendum, si reuocatio fuisse facta per viam Iustitiæ. vt nu. 21.
Etiam si sententia super reuocatione transiisset in rē iudicatam, vt nu. 22.
 - 23. Ordinaria via reuocationis attentatorum per viam actionis est, quando fit per modum directæ petitiō- nis, & ordinarij Iudicij.
 - 24. Conditione autem ex aliqua lege fit. puta ex l. si. C. de litig. vel l. si quis in tantam. C. vnde vi.
 - 25. Reuocationis attentatorum per viam ordinariam ap- pellationis duplex practica, prima secundū Host. vt petatur gesta post appellationē pronuntiarisq; reuocata, & hac est melior, vt infra n. 27. secunda, secundū Immo. quod pronuntietur appellationē ius- tē interpositam.
 - 26. Attentata dicuntur accessoria ad ipsam appellationē.
 - 27. Attēta provenire dicitur ex natura ipsius appella- tionis.
 - 28. Reuocatio attentatorū beneficio iniustitiæ, quæ sit, & in multis casibus contingere potest.
 - 29. Attentata post decē dies à die sententiæ, quando ap- pellatione interponit intra decē dies à die notitiæ re- uocantur beneficio iniustitiæ non ex priuilegio.
 - 30. Executio sententiæ facta pendente appellatione, quan- do appellans intra terminum præfixum non docuit de prosecutione, non reuocatur ex priuilegio atten- tatorum. sed beneficio iniustitiæ.
 - 31. Executio sententiæ in possessorio post appellationem ab ea interpositā, iniustitiæ beneficio pariter retractat.
 - 32. Attēta post appellationē à sententiā Iudicis, cui sue- rat onerata cōsciētia eodē modo per viā iniustitiæ reuocantur.
 - 33. Appellatio si non sit Iudici intimata, gesta post eam nō reuocantur in primis, & ante omnia, sed per viā iniustitiæ.
 - 34. Nullitatis via ordinaria agitur, ad reuocationem at- tentatorum, quando quis non vult, aut non potest per-

per viam appellationis reuocationem impetrare.

35 *Attentata dicuntur ipso iure nulla.*

36 *Deserta appellatione potest agi ad reuocationem attentatorum per viam nullitatis.*

Sic etiam quando appellationi fuerit renuntiatum, vt nu. 37.

Idem quando Iudex, qui pronunciauit, fuit datus cum clausula appellatione remota. nu. 38.

2 *Quærela via ad attentatorum reuocationem deuenitur, quando per viam appellationis agi non potest, puta quando sumus in Iudice dato cum dicta clausula appellatione remota.*

40 *Exceptionis quoque via potest dari de attentatis, & ibi ponitur exemplum.*

Immo secundum aliquos etiam per viam replicationis. vt nu. 41.

ANtequam materiam reuocationis attentatorum, quæ (vt infra apparebit) satis per se ampla est, vltra aggrediamur, pro faciliiori intelligentia illud in primis præludiorum loco, necessarium præmittendum est, quibus, & quot modis attentatorum reuocatio per actorem, & eum, qui aliàs attentata passus est, institui valeat. Cum enim in sequenti. cap. de his, qui huiusmodi reuocationem petere possint sumus tractaturi, & plurimè pareant illis viæ, quibus id explicare valeant, operæ præcium est, illas ante oculos ponere, quo facilius, cui magis adhærere velint, intelligant, atque deliberent, Et quamuis docto. duplici tantum via ad hanc reuocationem procedi posse dicant, vna per modum directæ petitionis, & ordinarij iudicij. Altera extrâ ordinem per officium iudicis mercennarium, vt adnotauit Vestr. in sua praxi Ro. cu. libro 8. capi. 4. numero 12. versic. & ex his, quæ supra diximus, quod & Grauat. ibidem numero 39. affirmauit, post Card. in capitul. dilecti. el. 3. de appellat. (licet quoad primum dictum, quo Vestr. generaliter omnem modum directæ petitionis, & ordinarij iudicij completèbatur, ille se restringat ad vnicum tantum modum, quando scilicet attentatorum reuocationem prosequimur vna cum ipsa appellatione) & idem nouissimè dixit etiam Mandos. in tractatu commissio. in decima quarta formula commiss. attentat. in verb. attentata, & innouata, Vt tamè plenius materiam attingamus, sciendum est, quod licet verè duplici principali via ad reuocationem agi possit, ordinaria scilicet, & extraordinaria, hæc tamen duplex via non est per omnia eadè, quam supra, dicti docto. opinantur, vt ex infra dicendis apparebit.

1 Reuocatio tergo de qua agim⁹, (vt omnia quæ sparsim circa hoc per docto. ponuntur in vnam dictionem primo restringamus, illam deinde ad regulam cum suis limitationibus redacturi) dicendum est quod

2 Aut fit per viam Extraordinariam, & quam de iure speciali appellat Rot. apud Bisignet. decis. 30. §. vtrum innouata. nu. 4. ad med. quam etiam priuilegiatam appellare possumus, ob quam plura priuilegia, quæ sibi competere fufius demonstrabimus. infra in hac 3. parte, c. 30. de priuileg. attent. nu. 5. & nu. 53. & seqq.

3 Aut fit per viam Ordinariam, & quam de iure communi appellat idem Bisignet. vbi supra.

4 Via extraordinaria, Aut fit per viam iustitiæ,

Aut per viam gratiæ. Via extraordinaria Iustitiæ, & Aut fit ad instantiam partis, officio tamen

Iudicis mercenario, Aut motu proprio Iudicis

officio eius nobili, Via extraordinaria Iustitiæ ad instantiam partis, Aut fit principaliter,

Aut fit incidenter. † Via verò extraordinaria

Gratiæ eodem modo, aut fit ad instantiam partis, aut motu proprio superioris. Ordinaria autem

† via, (quæ potest dici, quod semper fiat ad instantiam partis, & per viam Iustitiæ, vel, vt

alij dicunt, beneficio iniustitiæ) non recipit nisi

8 si vnam sub distinctionem, quia † Aut fit per viam

9 actionis, vel conditionis ex aliqua lege, † Aut

10 per viam appellationis, Aut per viam nullitatis,

11 † Aut per viam quærelæ, Aut denique per viam

12 † exceptionis. Nunc breuiter singula distinctionis capita reassumendo, ac declarando dicimus,

13 quod via

14 Extraordinaria per viam Iustitiæ ad instantiam partis principaliter mota est, quando passus attentata principaliter petit (officium Iudicis mercennarium, implorans) illa reuocari

Iustitiæ mediante, quæ dicitur attentata in primis,

& ante omnia debere reuocari, ad tex. in capit. non solum. ad fin. de appell. in 6. ponderando verbum

15 debet ibi positum, † quod videtur importare necessitatem, vt etiam considerat Franc. in capit. dilecti. el. 3. numero secundo, q. 2. de appell. vbi subdit post Io. Andr. quod Iudex non reuocando

faceret iniustitiæ, Et de hac loquuntur passim docto. Vt Rota decis. 2. aliàs 113. tres sententiæ. de re iudi. in no. Aegid. decis. 72. lata, Frac.

vbi supra, numero secundo, & ibidem Card. col. 1. in fi. & alij omnes. Maranth. in Specul. in 3. parte

6. sextæ partis principalis. quæst. 7. numer. 396. qui specialiter vtitur hoc verbo principaliter, & Afflic. decis. 351. bis fuit. numero 2. vbi hanc appellat viam

extraordinariam, prout, & Vestr. & Grauat. vbi supra affirmabant. Et ista est via,

quam supra sæpius in discursu tractatus appellauimus viam priuilegiatam, de cuius priuilegiis dicemus infra suo loco. capitulo 30. de priuileg. attentat. †

Via extraordinaria per viam Iustitiæ ad instantiam partis incidenter mota est, quando

puta lite, vel appellatione pendente, is qui fuerat electus, fuisse forte confirmatus, nam si

ad excludendum electum ab administratione, Ego non per modum principalis petitionis,

qua petam declarari confirmationem nullam, & attentatam, sed quasi per modum exceptionis, & incidenter allegem confirmationem non esse attendendam, cum lite pendente fuerit facta, tunc talis reuocatio potius incidenter, quæ

principaliter dicitur proponi, & de hac (licet hoc exemplum non ponat) loquitur Aegid. decis. 506. conclusio, & fa. decisio Rot. prima, aliàs

474. nota si attentata, de offi. Iudi. in antiq.

17 † Via extraordinaria per viam Iustitiæ, quæ fit motu proprio, & ex officio Iudicis nobili dicitur esse in omnibus illis casibus, in quibus attentata (licet ad instantiam partis non possint reuocari) ex officio tamè reuocari, puta quædo cõstaret de non iure petitis reuocatione, de quo, & aliis similibus casibus, dicem⁹ infra c. 27. de Iudice, & per quem fiat reuocatio attent. vers. circa primam inspectionem. numero septimo. Et est aduertendum,

tendum, quod licet docto. dum dicunt, quod attentata ex officio Iudicis reuocantur, absque distinctione passim appellant hoc officium mercennarium, † in rei tamen veritate, quando Iudex, cuius fuit læsa maiestas, ea, quæ in sui contemptum sunt attentata, reuocat, ex officio suo nobili reuocare dicitur, vt patet ex decisio. Rot. 5. aliàs 433. nota nunquid reo. nu. 5. vt lit. pend. in antiq. & apud Bernard. de Bisignet. decisio. 1. eo. tit. vt lite pend.

19 Reuocatio extraordinaria per viam gratiæ ad instantiam partis, illa dicitur esse, quæ à Principe proficitur, puta (reteto eodem exemplo confirmationis attentatæ) si pars à Principe petat confirmationem attentatæ reuocari. Per viam autem gratiæ, non ad instantiam partis, sed motu proprio superioris, tunc dicitur fieri, quando Princeps ex certa scientia, & motu proprio, talè reuocatione facit, & pro hoc videtur, bonus tex. in c. fin. extrâ, vt lite pendente, vbi Papa reuocat, quicquid fuit attentatum per senatores, ibi nos quicquid, & c. iuncta gloss. in verbo, reuocauit, & in cap. bonæ. in fi. ibi decernimus reducendos, & fructus censuum assignandos, & in cap. dilectis filiis. de appella. ibi sententiam promulgatam irritam decernimus, & inanem, & iterum ibidem infra decernimus, viribus caruisse. Et differentia est inter vnum, & alterum casum, † quia si post factam reuocationem attentati, incipiat constare de iniustitia, & non iure illius, qui obtinuerat reuocationem, dubitat aliàs docto. an duret reuocatio, vel potius attentatum, id est quod hoc vltimo casu illa reuocatio non sit reuocanda, in qua Lap. originaliter dictam distinctionem adhibebat, quod si reuocatio fuisset facta per principem ad instantiam partis, tunc durat attentatum, & consequenter fit reuocatio illius reuocationis, quasi petitio reuocationis per partem facta fuerit subreptitia, si verò fuerit facta uotu proprio, & ex certa scientia, tunc duret reuocatio, & non attentatum, vt post Lap. tradit eleganter Gemina. in ca. 1. nu. 6. vt lite pendente. in 6. quod remissiuè reassumpserat Franc. in ca. non solum. in prin. col. fi. sub num. decimo, vers. in ea gloss. in fi. de appell. in 6. Hoc autem quod in hac reuocatione per viam gratiæ dictum est, quod si post reuocationem attentatorum factam ad instantiam partis incipiat constare de iniustitia, & non iure illius, qui obtinuerat reuocatione, fit dicta reuocatio reuocanda, videtur etiam ad reuocationem per viam iustitiæ ad partis instantiam posse extendi, vt colligitur, ex his, quæ habentur in vna Ariminen. bonorum coram Grato decimo tertio Maij 1569. in qua cum præsupponeretur Pancratium attentasse, & contra eum fuisset lata sententia in Rota, & ille pro attentatorum reuocatione, ac purgatione attentatis apud acta cesserit, † & inde ad tredecim annos, quibus iam sententia in rem transuerat indicatam, comperisset, quod re vera nulla extabat attentata, & sic illorum reuocatio, & sententia desuper lata erat notoriè iniusta, & peteret super hoc audiri, fuit per Dominos proponente Grato sub die 12. Decembris 1567. admissus, & iam pluries propofita præsertim 17. Decembris 1568, & demum dicta die decimo tertio Maij 1569. in qua datis multis præsuppositis fuit dubitatum an possessio Pæ

Supradictae autem omnes limitationes, sanè sunt intelligendae, quod licet in dictis casibus ad instantiam partis, quae pretendit fuisse attentatum, illa non sunt reuocanda, & iudex tamen illa ex officio, & in pena attentantis possit etiam parte non petente reuocare, vt per Rot. decif. 5. alias 433. nota nunquid reo. nu. 5. vt lit. pend. in antiq. & apud Bernar. de Bisignett. dec. 1. nunquid reo. eo. tit. 2. vt lit. pend. & deci. 2. alias 14. fuit dubitatum. de restitu. spoliat. in no. & dicemus infra ca. 27. de Iudi. & per quem attent. nu. 8. & seqq.

CAP. XXIII. QUANDO ET INTRA
quod tempus per Actorem Attent. Reuocatio Petenda.

SUMMARIVM.

1. **REVOCATIO** attentatorum in quacumque parte Iudicij peti potest secundum aliquos.
2. Reuocationis attentatorum facultas duobus actibus, sine lapsu duorum terminorum excluditur secundum alios, videlicet
Per litem contestationem, vt nu. 3. &
Per conclusionem in causa, vt nu. 4.
3. Lite contestata, an possit peti attentata reuocata.
4. Litis contestatio in reuocatione attentatorum non requiritur.
5. Attentatorum reuocatio post litem contestatam non fit secundum aliquos, qui etiam de crebriori sententia

ad hoc citat etiam Menocch. de recuperanda possessione in 17. & vltim. remed. numero 37. vbi prater praeallegatos in id allegat etiam Bal. in l. 1. colum. penult. vers. prater ea caurela. C. de appellat. & Deci. in leg. 1. numero 2. C. de bon. poss. secundum tabu. & Bartol. in l. 1. ff. nil nouar. appell. penden. qui tamen referens se ad no. per Ioan. And. potius contrarium videtur sentire. Nihilominus Ioan. And. tam in dicto c. non solum. statim post princ. in glo. ante omnia. colum. 1. & duabus sequentibus, quam in additionibus ad Specu. vbi supra, in additione, in verbo obtinui, fuit in contraria sententia, quod immo non obstante litis contestatione in causa principali pos sunt peti attentata reuocari, vt late ibi per eum, qui refert opinionem, & fundamenta Speculatoris, & Archidiaconi, & illa sufficienter diluit, 8 t quamuis aliqui circa hoc distinctionem adhibuerint, videlicet quod opinio Ioann. And. procedat, quando illa verba ante omnia reuocari peto, & c. sunt expressa in libello, quando vero dicta verba non sunt expressa, vera sit opinio Speculatoris, & Archidiaconi, vt patet ex his, quae ponit Geminian. in dicto c. non solum. qui, & opinioniones refert, & inter caeteras hac distinctionem ponit.

9 Aduertendum tamen est, quod opinio Io. Andr. est indistincte omni casu tenenda, vt animaduertit Franc. in ca. dilecti. el. 3. sub numero 2. vers. secundum queritur. de appellat. & eam post longam distinctionem tenet Io. Monach. in cap. cupientes. §. penulti. numero 156. in fin. de elect. in 6. Bald. in leg. 3. & ibi quoque Salyc. post eum. sub numero 8. C. de appellat. & est decisi. Rot. 25. alias 185. licet pars rea. de appellati. in no. & per eam Mil. in verbo attentata post appellationem in partibus. fol. 30. Et quamuis Guid. Pap. in tractatu de appellat. quaest. 13. in fin. dicat, quod non recordatur vidisse quae opinio in iudicando seruetur, illud tamen hoc loco praetermittendum non est, quod hanc partem in ista opinionum varietate seruat Rot. vt attestatur Vetr. in praxi ro. cu. libro 8. capitulo 4. sub numero 13. Quibus adde Guido. Pap. sibi contrarium decision. 436. cum materia, in fin. numero 110. vbi post Ang. de Aret. in l. vnica. ff. nil no. appe. penden. t appellat istam magis quam opinionem, & eandem tenet etiam Lanfranc. decisi. 476. incip. appellans, & veriore post Aret. & Raphael. dixit etiam Didac. (qui tamen dum tractauit hunc articulum, non videtur semper locutus de litis contestatione, sed quandoque admiscuit etiam conclusionem in causa, in qua est loge diuersa ratio, vt apparet ex his, quae dicemus infra in seq. quaest. prout etiam, & in hoc confusè locutus est etiam Guid. Pap. in supra allegatis consiliis) dicto cap. vigesimo tertio, pract. quae. sub nu. tertio. in fin. cui subscript etiam nouissimè Menocch. vbi supra. n. 1. trigesimo tertio. Qui licet supra dicto num. trigesimo septimo, in prin. dixerit, quod crebrior est sententia, quod reuocatio attentatorum peti possit solum ante litem contestatam, tamen in attestatiōe in hoc minimè est standum, quia immo contraria opinio Ioann. Andr. quod etiam post litem contestatam peti possit reuocatio dicenda est comunis, cum, vt ex dinumeratione colligi potest, eam plures, & numero, & Au-

thoritate teneant, vt patet ex his, quae allegat idè ibi dicto nu. 37. vers. verum contrarium, & quos nos hic vltra eum citauimus, & nouissimè quod in hac opi. diuersitate ista sit veritas affirmat Mandos. in tractat. commissio. in decimo quarto formul. commissiois attent. in verb. in primis, & ante omnia. quae. secunda, ad med. Consideratio autem, quae per Speculatorem, & Archidiacon. ex aduerso fiebat, quod electa via ordinaria non posset rediri ad extraordinariam potius est dicenda subtilitas, & cauillatio textus in c. non solum. de appella. in 6. dum vtitur his verbis, (quod ante omnia, & poenitus attentata sunt reuocanda) quam reale aliquod fundamentum, vt dicit Ioan. And. in dicto c. non solum. & in addit. ad Specul. in dicto §. nouissimè. in verb. obtinui, vbi subdit, quod Speculator male obtinuit. Hanc tamen conclusionem, quod etiam lite contestata possit peti reuocatio attentatorum, licet docto. in dicto c. dilecti. el. 3. praesertim Praposit. & Franc. nu. quarto, & seq. limitent nonnullis modis, vt etiam refert Lanfranc. in dicta decisi. 476. quia tamen re vera dictae limitationes omnes non percutiunt punctum de quo agimus nunc de reuocatione post litem contestationem, sed ex illa vna tantum est ad propositum, ideo in praesenti illam tantum subiicio, videlicet, vt praedicta conclusio non procedat, t quando peteretur post litem contestatam reuocatio super tali attentato, quod de sui natura non posset rescindi, nisi per diffinitiuam sententiam latam super appellatione, vt in casu l. Chirographis. §. 1. ff. de administrat. tut. & tradit Bald. & post eum Saly. in l. appellatione. num. octauo. vers. sed dubitatur. C. de appellat. & resumpsit Franc. in dicto capi. dilecti. numero sexto, versicul. vltimo limita. de appellat. & in capit. non solum. sub numero sexto, vers. tertio limita. de appellat. in 6.

13 SECUNDO queritur, an postquam fuerit in causa conclusum, possit peti attentatorum reuocatio, & quamuis iste articulus videatur care re dubitatione, cum nemo ferè sit praesertim ex centioribus, qui in dubium illum reuocet, quos citabimus infra. num. quadragesimo primo. vers. regula negatiua, & desuper habeamus deci. Rot. expressas, vt decisi. 6. alias 518. nota quod attentata, vt lit. pendè. in antiq. & decisi. 4. alias quinquagesima septima, attentata, vt lit. pend. in no. quia tamen contraria opinio de iure verior videtur libet hoc loco plenius materiam attingere. Potest ergo duplex in praesenti articulo considerari opinio.

14 Prima sit negatiua, t quod postquam est in causa conclusum, non sit vterius locus petitioni reuocationis attentatorum. Quae fundari potest ex pluribus, & Primo, t quia per conclusionem videtur negocium esse finitum, & propterea primo esse pronuncianum, quam reuocanda attentata, vt hanc rationem posuit expressè Rot. decisi. 26. alias 307. nota quod audientia tenet, de appellat. in antiq. Secundo, quia videmus in simili, t quod licet suspensio petitionij, regulariter possit fieri in quacumque parte Iudicij, conclusio tamen in causa etiam suspensio petitionij viam pracludit, quam rationem, & argu. a simili posuit expressè in proposito nostro Rot. dicta decisi. quarta, alias quinquagesima septima, attentata

tata vt lit. pendè. in no. ad not. in c. pastoralis. de caus. possess. & propriet. vt fuit etiam tentum in vna Bononien. Castilliani vigesimo Nouembris 1545. coram Fabio vt est in recollect. Peregri. de cif. 76. alias 9. incipien. fuit resolutum. Tertio pro ista opinione addi potest, t quia in simili spoliatus conuentus iudicio petitorio a spoliante potest contra eum vsque ad conclusionem in causa agere spolio secundum Abba. in c. ex conuentione. col. quarta, vers. quoad secundum dubium. de restit. spolia. ergo idem videtur dicendum in attentatis. Quarto in simili facit quod alias dicitur, t quod licet ius superueniens lite pendente ex causa de praeterito operetur, vt super eo sententia fundari possit, ad tex. in l. si rem. §. fin. ff. de pi. ignorat. act. & alia cumalata per Ant. Gabriel. in tracta. commu. conclus. lib. secundo, de iudi. conclus. secunda, in princ. id tamen procedit, quando ius superuenit ante conclusionem in causa, se cus si post, vt per eundem ibi. nu. nono. Quinto, 19 t quia iudex postquam tulit sententiam dicitur functus officio suo, nec potest aliquid vltra regulatiter in causa facere, & consequenter nec attentata reuocare, ad no. in l. iudex posteaquam. ff. de re iud. t sed paria sunt latam esse sententiam, vel esse conclusum in causa, vt post Bar. in l. si Mater. §. ea. in ff. de excep. rei iud. & Bal. in l. error. qu. secunda, & quarta. C. de iur. & fac. ignoran. & l. incerti. colum. sexta. §. de interd. tradit Ias. in Ladmonendi. nu. quadragesimo nono. ff. de iureiur. ergo. & c. Sexto facit, quia, & alias in simili videmus, t quod & inhibitiō, quae de sui natura causat attentata, non potest fieri post conclusionem in causa. Nota decisi. sexagesima sexta, alias 674. nota quando in aliqua. de appellat. in antiq. cu aliis allegat. supra in secunda parte, ca. vigesimo. de attentatis post inhibitionem, in praefatio. quae sio. quarta. nume. 174. Vnde sicut post conclusionem in causa videtur cessare inhibitiō, quae solet esse potissima causa deducendi attentata in esse, ergo nec debet post conclusionem dari attentatorum reuocatio, vt contrariorum sit eadè disciplina. 22 na: Septimo, quia, t per conclusionem in causa, quis videtur renunciare probationibus, & iuribus non deducis, ad no. in dicto c. quoniam contra. in verb. renunciatum, de probatio. & refert Ias. in dicta l. admonendi. num. quinquagesimo. Quando autem est attentatis renunciatum, non potest illorum reuocatio peti, secundum ea, quae latius diximus supra in secunda parte. c. quarto, de atten. lit. penden. in 15. limit. princip. ergo & c. Et ex his omnibus vltra ea pauca, quae pro hac opinione doctor. ponere videbantur, potest hac prima opinio probari.

23 Secunda affirmatiua opinio huic contraria esse potest, t quod immo etiam post conclusionem in causa huiusmodi reuocatio peti valeat, quam aliquos ex dominis sensisse refert Rot. dicta decisi. vigesima sexta, alias 307. & clarius Ant. de Butr. in c. l. circa si. vt lit. pend. prout eum refert, & sequitur Io. Bapt. de Afin. in sua praxi Iudic. §. 23. ca. 6. vers. limitatur. i. nu. quinto, dum voluit in remedio attentatorum lite pendente iudicem post conclusionem in causa supplere posse, quae pariter pluribus fundatur, & primo ea ratione, t quia reuocatio attentatorum non dependet ab euentu appellationis, vt latius in dicta decisi. 26. Secundo,

quia videmus in simili, quod licet conclusio in causa soleat pracludere viam productionibus, & probationibus, ad no. in ca. quoniam contra. de probatio. t potest tamè Iudex in multis casibus ex aliqua iusta causa procedere, hinc dixit alias Roma. in conf. 176. Iste sunt. col. si. ver. ostenditur hic in fine, t quod post conclusionem in causa potest iudex partes interrogare, quod etiam dixit idem conf. vigesimo, viso puncto. in fi. & est commu. opi. de qua post alios testatur nouissimè Bapti. Villalob. in collect. commu. opi. litera l. num. nonagesimo secundo, vers. interrogare potest. licet alios id reprehendentes ibi citet. quibus adde Natra. in conf. 206. Magnifice. nu. 1. lib. 1. quinto immo in dicto col. 176. amplius dixit, t quod potest etiam deferre iuramentum, t & instrumenta de nouo reperta, si producantur admittere ex iusta causa, quin immo post conclusionem in causa t potest etiam testes Iudex admittere, vt post Fel. in c. licet causam. colum. decima quarta, vers. limita vndecimo. de probat. & Hippol. in singula. no. incip. communis. tradit Io. de Neuizza. in conf. quinto, incipi. misit. nu. vigesimo septimo. Quod si potest iudex etiam post conclusionem praedicta explicare ratione iustae causae, haec iusta causa multo magis videtur militare in reuocatione attentatorum, in quibus concurrat odium attentatis propter contemptum iudicis, & laesionem partis, cum attentans dicatur offendere ius, Iudicem, & partem. ad no. in cap. primo. de appella. in 6. Tertio, quia t Iudex officium suum impendere potest etiam post conclusionem, si sibi videbitur expedire, vt dicit Rot. decisione 2. alias 6. per eadem motiua. de testibus. in no. attentatorum autem reuocatio etiam a parte petita sit ex officio iudicis mercenario, vt supra dictum est, in hac 3. parte, capitu. 21. numero 14. merito. & c. Quarto ex eadem decisione potest ad propositum alium fundamentum colligi, t quod in his, quae non requirunt probationem nisi leuem, iudex etiam post conclusionem in causa potest officium suum impartiri, sed in reuocatione attentatorum leuis probatio requiritur, vt dicemus infra, capitulo 26. de probatio. attentat. numero 82. ergo & c. Quinto, quia videmus, quod immo in certis casibus etiam post conclusionem in causa sit attentatorum reuocatio, de quibus dicemus proximè, in limitationibus regulae ponenda, numero quadragesimo tertio, ergo videtur, quod non possit teneri pro vera praecedens opinio negatiua, quae videtur absolute negare, quod post conclusionem non fiat ista reuocatio. Sexto, t quia de iure canonico ius superueniens ex causa de praeterito post conclusionem in causa, potest proponi in iudicio, & illud validat, vt est commu. opi. de qua post Paris. in conf. 125. num. 13. versicu. nam libellus. libro 1. tradit Anton. Gabrièl. commun. conclus. libro 2. de iudic. conclus. 3. numero 20. versicul. vndecimo limita. ergo ius reuocationis attentatorum, quod est ex causa de praeterito, cum praesupponatur ante conclusionem fuisse attentatum, debet similiter posse post conclusionem valide proponi. Septimo, t quia petitio reuocationis attentatorum potest fieri etiam in secunda instantia, vt tradit Bero. in consili. 51. in hac causa. nume. 7. libro tertio, ergo conclusio in causa in prima instantia facta non pracludit viam

viam huiusmodi reuocationi, vt dicemus infra in 4. limitatio. regulę subiciendę. nu. 50.

Et tenendo hanc opinionę, quę mihi verior de iure videtur, non obstant allegata in contrarium, quoniam illis respondetur, &

Ad primum quasi per conclusionem negocium sit finitum, respondetur quod immo non-
34 dum est inceptam, ex quo causa attentatorum est separata, & de sui natura examinatur seorsum a negotio principali, vt per Franc. in cap. dilecti. el 3. nu. tertio, de appellationibus, quam respon- sionem sensit etiam Rot. dicta decis. 26. aliis 507. nota quod audientia. vers. licet aliquibus, de ap- pellat. in antiq.

Ad secundum, & tertium respondetur, quod cū in attentatis vigeat maior ratio odij, quā in spolio, non videtur bonum argumentum a spolio ad attentata, cū in eis ad sit contemptus Iudicis, qui in spolio non consideratur, cuius contemp- tus ratione aliqui ex dominis in d. deci. 26. sen- tiebant, quod etiam post conclusionem in cau- sa, huiusmodi reuocatio peti posset: † Præterea opi. Abba. in dicto c. ex conquestione reproba- tur, vt tradit Capit. post alios: quos allegat decis. 28. in causa. nu. 7.

36 Ad quartum respondetur quod de iure cano- nico etiam post conclusionem in causa attendi- tur ius superueniens ex causa de præterito, vt su- præ. nu. 32. in 6. fundamento secundę opinionis.

Ad quintum, quod regula. Iudex postea quā, procedit in eadem causa, in qua quis pronuntia- uit, secus in diuersa, vt notat doct. in dicta. l. Iudex, attentatorū autem causa dicitur esse diuer- sa, vt supra proximē diximus. nu. trigesimo quar- to, ergo, & c. l. Papinianus exuli. ff. de minor. cum siml.

Ad sextum respōdetur, quod id quod dicitur, quod inhibitio non fiat post conclusionem, pro- cedit potius de stilo dominorum, quā de iure, † & ideo si post conclusionem fuerit inhibitum, talis inhibitio causat attentata. Rot. decis. vige- sima nona, aliis 711. de stilo, de dolo, & contuma- cia in antiq. vt latius diximus in dicta quæst. quar- ta. nu. 157.

Ad septimum respondetur, quod non sequi- tur per conclusionem in causa renuntiat proba- tionibus, & Iuribus non deductis, ergo, & atten- tatis, quod patet, quia videmus, quod non solū, quando quis tacitē, † verū etiam si expressē re- nunciauerit appellationi, & sic causę principali, non tamen per hoc censetur renuntiasse attenta- tis, vt illorum reuocationem petere non possit, vt tradit Franc. in ca. ad audientiam. in fi. & in ca. bonę. nu. 39. vers. sexta conclusio. de appella. & diximus latius supra in 2. parte. c. 12. de attent. ap- pel. pend. in 2. ampliāt. prin. in prin. Præterea esto quod per conclusionem fuerit inducta prædicta renuntiatio, illa tamen intelligi debet in eadem causa, secus in diuersa, prout diximus esse cau- sam attentatorum.

Et ex his potest probabiliter teneri hæc sen- tentia, † quod de iure reuocatio attentatorū pe- ti possit in quacunq; parte Iudicij, etiam post conclusionem in causa, cū contraria opinio au- thoritate potius, quā aliquo releuati fundamē- to fulciri videatur per supradicta: verū, quia dif- ficile est, † nouas opiniones nisi processu tempo-

ris in practica obtineri, si quis dominorum au- thoritati, potius tribuendum duxerit, quā veri- tati, & propterea primę opinionis inherere vo- luerit, illa non est indistincta, & indifferenter ad- mittenda, sed nonnullis limitationibus, ac decla- rationibus necessario intelligenda, & ideo reten- ta cum dominis prima opinione pro faciliori huius articuli intelligentia est in proposito con- stituenda

41 **REGULA** negatiua, † quod ante non autem ^{Attentata non reuo- catur post quam fuit in causa conclusū} post conclusionem in causa attentatorum reuo- catio peti potest: quæ probatur dicta decis. quar- ta, aliis 57. attentata, vt lit. pend. in no. & decis. 6. aliis 518. nota quod attentata, vt lit. pend. in an- tiq. & decis. 26. aliis 307. nota quod audientia, de appella. in antiq. quibus concordat etiam decis. Afflic. 352. quidam. sub nu. 3. vers. procedunt ergo contraria, post Vital. qui id etiam tenuit in attē- tatis ante conclusionem: in tract. de claus. in clau- sula nil nouar. lit. penden. sub nu. decimo quinto, & declar. vers. in quantum dixit. Eandem opinionem post dictam decis. 4. aliis 57. tenuit Io. de Imol. in cap. 1. ad med. extra, vt lit. pend. eandem secutus est Franc. in c. dilecti. el 3. num. quarto, vers. & intelli- ge prædicta, de appell. & ex recentioribus eandē simpliciter secuti sunt Vant. in tracta. de nullita- tit. quibus modis nullit. propo. poss. num. vige- simo tertio, & Vestr. in praxi Rom. cu. lib. octauo, cap. quarto. num. decimo quarto, & ibidem Gra- nat. apud eum, num. quadragesimo, quā etiam te- nuit Guid. Pap. in conf. 205. circa processum, col. octaua, sub num. vigesimo secundo, vers. secundo quia, & nouissimē post aliquos ex prælegatis Io. Bapti. de Asin. in sua praxi Iudic. §. vigesimo tertio. cap. 12. per totum, vbi in id citat etiam Ma- ranth. Capit. & Manfred. eandem conclusionem tenentes, & etiam Mandos. in tracta. commissio. in 14. formul. commissionis attent. in verb. in pri- mis, & ante omnia. quæst. secunda, ad med. & ex recentioribus Lancell. Corrad. de Prætor. §. de offi. Præt. in caus. ciuil. in ca. de appellat. ver. sub- dit etiam. sub num. 24. post Franc. in c. non solū. num. sexto, de appell. in 6. & Iaco. Henric. in cōf. quinquagesimo secundo, in casu. nu. 7. li. secundo. Pro qua regula non parum facit, quod dixerunt aliis domini in vna Cæsaraugustana Archipræ- biteratus coram D. meo Oradino sub die 27. No- uembris. 1556. quod si eodem die, quo erat feren- da sententia super negotio principali (& sic post quā fuerat conclusum in causa) præsentetur cō- missio specialis super attentatis, & per agentem ad illorum reuocationē fuerit in actis facta pro- testatio, quod nihil fiat in negotio principali, ni- si prius purgatis attentatis iuxta formam com- missionis, & iudex nullo etiam assignato termi- no ad docendum de attentatis de quibus tamen nihil in actis apparebat, tulerit sententiam in ne- gocio principali, talis sententia fuit valida a do- minis reputata. Et ex hac resolutione potest col- ligi vna

42 Ampliatio ad præsentem regulam, † vt pro- cedat etiam si petitio reuocationis attentato- rum post conclusionem in causa fieret vigore specialis commissionis, vt erat in dicta Cæsaraugustana.

LIMITANDA est etiā prædicta regula plu- ribus modis, &

Primo

Primo (& hanc dumtaxat limitationem po-
43 nunt doc. († vt non procedat in his, quæ dice- rentur attentata post conclusionem in causa, quia illorum reuocatio peti potest, & ratio est, quoniam quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio, præsertim quia in istis cessat ratio de qua supra numero 22. quod ideo reuocatio peti non possit, quia per conclusionem videbatur tacitē illis renuntiatum, cū non possit dici per conclu- sionem illis attentatis renuntiatum, quæ nondū erant in esse deducta: hanc limitationem origina- liter posuit (licet sub dubio forte) Vital. de claus. in clausula nil nouar. lit. pend. & eum retulit, & secutus est Afflic. dicta decis. 352. quidam. sub numero 3. & eos similiter secutus est Vestr. vbi su- præ. nume. 15. atque etiam retulit, & pariter secu- tus est Mandos. dicta quæstione 2. in fi. Pro qua facit, quod è conuerso in simili diximus supra in 2. parte. cap. 12. de attent. appellatione pendente. 2. ampliāt. princip. in 4. limit. ibi posita. numero 12. quod licet quis † postquam renuntiauit ap-
44 pellationi, possit agere ad reuocationem eorū, quæ fuerant attentata ante renuntiationem, eo- rum tamen, quæ fuissent attentata postquam ap- pellationi renuntiauerat petere non potest, vt la- tius ibi dictum est.

Secundo ego necessario limitandum cen- seo, vt procedat, quando post conclusionem in causa fuisset petita huiusmodi reuocatio, & pars aduersa contradixerit † secus si parte non contradicente Iudex talem petitionem admit- tat, & super probatione dictorum attentatorum aliquas probationes recipiat, quia prædicta re- uocatio ex eo solo, quod fuerit facta post conclu- sionem in causa non impediatur. † Quinimmo per hanc admissionem parte non opponente factam a Iudice, qui sciebat conclusionem fuisse factam, diceretur reuocata conclusio in causa. arg. eorum, quæ ponit Rot. decis. 12. aliis 468. No- ta si post conclusionem de renuntiat. in antiq. & decis. 1. aliis 5. si post conclusionem. de testibus in no. vt tradit etiam post multos per eum alle- gatos Iaf. in l. admonendi. sub numero 49. ff. de iureiur. † In dubio autem iudex præsumitur sci- re conclusionem fuisse in causa factam, vt dicitur in dicta decis. 1. aliis 5. de testib. in no. Cū
45 & aliis generale sit † quod si id quod non erat admittendum, de facto fuerit admissum, præiudi- cat, si pars ab admissione per iudicem facta non appellet, ad not. per Fel. in c. inter monasterium. de re iudic. cum alijs latius adductis infra cap. 4. de Reo, & excep. contra attentata compe. in vltima q. num. 4.

Tertio, vt procedat, quando verē est conclu-
49 sum in causa, & ab vtraque parte, † secus si tacitē, & ab vna tantum parte, puta per missionem citationis, ad sententiam. arg. eorum quæ in simi- li de inhibitione post conclusionem in causa nō decernenda dixit Bero. quæst. 124. quando appel- latio. numer. 3. vbi limitat illud dictum, vt quan- do est tacitē, & ab vna tantum parte, vt supra conclusum, tunc possit fieri inhibitio: Vnde, ad propositum nostrum, ita etiam post talem con- clusionem poterit fieri petitio reuocationis at- tentatorum, cum illa non sit propriē conclusio vt ille ibi dicit.

Quarto, vt non procedat, † quando effemus
50 in 2. instantia, quia conclusio in causa facta in prima instantia non videtur obstare, quo minus in 2. instantia huiusmodi reuocatio peti possit. Sicut dicimus in simili in suspensione petitorij
51 † quæ licet post conclusionem in causa in prima instantia non possit regulariter amplius fieri, ad not. in capitulo pastoralis, de causa possessio. & propriet. quando tamen effemus in secunda instantia, talis suspensio fieri potest non solū, quando effemus in beneficialibus, ad not. in cle- vnica. de causa possess. & propriet. & est decisio Rotæ quinta. aliis 205. in causa appellationis.
52 de causa possessio. & propriet. in no. † verū etiam si effemus in causa profana: quamuis enim dicta decisio. 5. quoad causam profanam aliter dicere videatur Capit. tamen in decis. 28. in cau- sa per totam, præsertim circa finem tenet, & cō- probat, quod etiam in causa profana in secunda instantia possit fieri suspensio petitorij, & ibi. sub numero tertio, inquit, quod dicta decisio Rotæ ab aliquibus reprobat, & in finalibus verbis subdit, quod per omnes de consilio fuit in illa causa decisum, quod suspensio petitorij locum haberet, & ratio illa est, † quia per appellatio- nem etiam conclusio in causa in prima instantia facta dicitur suspēsa, vt latius ibi per eum, & præ-
54 fertim, quia petitio † reuocationis eorum, quæ dicitur attentata in prima instantia, fieri potest etiam in secunda instantia, vt expressē annotauit August. Bero. in consilio 51. in hac causa. numero septimo. libro tertio. Et aliis generale sit, quod conclusio † facta in causa principali nō obstat in causa appellationis, quo minus quis post non deductum deducere, & non probatum proba-
56 re, nisi de causa appellationis fuerit expressā facta mentio, vt per multa eleganter deducit Io. Bapt. de Asin. in sua praxi Iudic. §. 23. cap. 6. in de- cimatertia limit. regulę ibi per eum posita.

Quinto, & vtiliter regulam suprapositam li- mirandam censeo, vt procedat, quando is qui at- tentauit, & contra quem ante conclusionem in causa non est datum de attentatis, obtinuerit in negotio principali, † secus si in eo succubisset, quia si feratur sententia in fauorem illius qui pas- sus fuerat attentata, non videtur ille prohiben- dus, vt post obtentam sententiam non possit in- stare pro attentatorum reuocatione, vt colligi- tur hæc limitatio ex his quæ fuerūt aliis resolu- ta in vna Tirafonen. iurisdictionis coram Robu- sterio. 11. Februarij. 1566. in qua in fortioribus ter- minis (quia aderant tres sententię confirmes su- per negotio principali in fauorem petentis reuo- cationem) placuit Dominis, quod sententia lata in partibus post inhibitionem de clara retur nul- la: Pro qua facit in simili, quod aliis dicitur, quod licet fatalia appellanti non currant, donec agitur causa attentatorum, id tamen intelligitur, nisi appellans in causa attentatorum succum- bat, vt latē deduximus, & declarauimus infra in hac 3. parte. cap. 30. de priuileg. attent. in 10. priui- legio, in 1. limit. reg. ibi posita.

Sexto limitari potest (& hæc limitatio respi- cit primam partem regulę supra posite, quæ concluditur, quod ante conclusionem in causa huiusmodi reuocatio semper peti possit) vt non

Tract. de Attent.

N

78 procedat, t quando illi, qui prætenderet attentata, fuisset præfixus terminus ad docendum de attentatis, & in termino nihil releuâter docuerit, quia per lapsum huiusmodi termini priuatus videtur iure petendi hanc reuocationem, etiam ante conclusionem in causa, ad no. per Cassad. decis. 4. in attentatis. nume. 5. de dilationibus, de qua præfixione termini dicemus etiam latius infra cap. 4. de Reo, & except. contra attentata cō pet. q. 16. num. 1. & per totam.

Declara eandē regulam duobus modis, Primo, quod licet post conclusionem in causa huiusmodi reuocatio ad instantiam partis regulariter fieri non possit, t à iudice tamen ex officio suo bene fieri potest, vt dixit Mil. in verb. attentata lit. pend. non possunt. fol. 30. Cū & aliās regulare videatur, quod per conclusionē in causa nūquā censetur ipsi iudici cōclusum, ad not. in c. cū Ioannes hæremita. de fid. instrum. & post Corn. in cons. 135. numero 37. in fi. lib. 1. tradit Lancell. Corrad. de Prætor. de offic. prætor. in causa civil. §. 2. cap. de publicat. & conclusionē. numer. 2. De cuius tamen dicti veritate subsistendum non parum videtur, cū aliās generale sit, quod iudex post conclusionem in causa, nihil de nouo facere potest, nisi cum aliqua ambiguitas oritur super iam actitatis, non autem super nouo articulo, vt post Specul. in tit. de position. §. quarto quæritur. sub numer. 3. & Bald. in l. per hanc. col. 2. C. de temp. appell. notat Aufser. in addi. ad de eis. Tolos. 174. ad med. & post Inn. Ant. & Io. de Imol. tradit etiam And. Barbat. in consil. 30. in causa. col. 2. nume. 1. lib. 1. reuocationis autem attentatorum videtur nouus articulus, cum (vt supra etiam diximus) attentatorum causa sit diuersa, & separata à causa principali, & in propria materia attentatorum, quod nec ex officio Iudex possit ea reuocare, id posuit Guid. Pap. in dicto consil. 4. quod non debeat. numer. 6. & consil. 205. circa processum. col. 8. sub nume. 22. vers. ex quibus inferitur. Secundò t quod si (retentata illa opi. quod causa attentatorum non suspendat causam principalem in petitorio, de cuius tamen veritate dicemus infra ca. 30. de priuileg. atten.) fuerit in negotio principali conclusum in causa, attentatorum autem causa necdum fuerit ad finem perducta, non poterit in negotio principali ferri sententia, quousque causa attentatorum non sit instructa, & tunc primo erit pronuntiandum super attentatis, & deinde in causa principali, secundum Minsinger. sing. obser. centuria 3. decis. 34. incip. quid autem, vbi subdit, quod hæc sententiam domini crebrius secuti sunt, & consequenter licet conclusio in causa secundum illorum opi. supra, numero 41. videatur præcludere viam petitioni reuocationis attentatorum, non tamen præcludit viam expeditioni ipsius causæ attentatorum si ante conclusionem fuerint petita reuocari.

61 TERTIO quæro t an iuri petendi reuocationem attentatorum currat præscriptio, & cuius temporis. Et quia nemo hanc quæst. specificè ponit, & frequenter vsui venire potest, & aliās in contingentiâ facti in vna Perusina hæreditatis, de hoc fuit dubitatum, licet ob superuenientem obitum alterius partis, articulus non

fuerit aliter disputatus, operæ præcium esse duximus, nonnulla quæ in vtramque partem possunt circa propositum articulum considerari hoc loco ante oculos proponere.

Triplex ergo potest esse circa hoc opi. & pro Prima, posset quispiam opinari, quod reuocationi attentatorum præscribatur eo tempore quo solet aliis criminibus præscribi, videlicet spacio viginti annorum. ad l. quærelam. C. de fal. & ibi notat. per docto. & per Balb. in tracta. de præscript. in 4. parte quartæ partis principalis. q. 62 2. t quia attentare videtur delictum, vt sentit Aegid. in decis. 18. oneratio. Quod ex eo etiam clarè deduci videtur, quod aliās dicunt docto. quod attentans plus delinquit, quàm spolians, ad not. in c. 1. de appellat. in 6. & tradit Fran. in c. bonæ. sub nume. 14. & nume. 39. de appellat. Hinc dicitur, quod procurator regulariter non attentat, nisi habeat speciale mandatum, ex quo per generale mandatum non censetur quis mandasse procuratori suo, vt delinquat, ad no. in l. si procurator. ff. de conditio. indeb. de quo diximus latius supra in prima parte. cap. primo. de attent. à parte. numero 12. & seqq. & quod attentans dicitur esse in dolo, vt diximus ibidem numero 24. & 75. Sed hæc opinio (quam primo loco ideo posuimus, ne sequentes confunderet) nullo modo videtur admittenda, quamuis enim attentare sonet in malam partem, vt dicebat Aegid. verè tamen, & propriè non potest dici delictum, & crimen, de quo loquitur dicta l. quærela, & in iudicio attentatorum dicitur civiliter procedi, vt est decis. Bisignet. 4. vtram innouata. sub nume. 3. de appellat.

63 Secunda potest esse opinio, t quod iuri petendi huiusmodi reuocationem nullo tempore præscribatur, sed duret perpetuo, quæ fundari potest ex pluribus, &

Primò quia in simili (omissis disputationibus, & distinctionibus) de quibus tate per Menoch. in tracta. de recuperan. possessio. in 15. remed. qu. 33. nume. 415. & seqq. t remedium can. reintegranda duret perpetuo, vt tenuit alias Rota moderna in vna Florentina bonorum pro fratribus Cartusien. coram Hugone, vt est decis. in recollet. Simonet. 61. incip. in causa Florentina. sub rubr. de remed. can. reintegranda, vbi tenuit communem esse opinionem canonistarum, vt dictum remedium perpetuo detur, etiam vltra quadraginta annos. Quam opi. videtur amplexa Rota etiam in vna Fesulana coram Iacobatio, vt est in recollet. Simonet. decis. 87. incip. in vna Fesulan. sub rub. de titulo putatiuo, & vero, vbi voluerunt domini, quod tale remedium sit perpetuum, id est duret centum annis, prout idè sapissimè fuisse firmatum in Rota, refert Caputaquen. in recollet. suis parte prima. decis. 291. incip. quod aliās sapissimè: vbi hoc etiam ampliatur, vt procedat etiam t vbi agitur inter Romanos, licet inter ipsos ex forma statutorum sit seruandum ius civile, & ita fuisse resolutum in vna Romana Castrorum coram Guido bono. 10. Octobris 1522. t quod competat post mille annos, & in perpetuum tenuit etiam Rota in vna Placètin. Castrorum coram Io. Paulo. de mense Martij Aprilis, & Maij. 1545. vt est in recollet. Sarnien. decis.

decis. 42. incip. canon. reintegranda. in fi. quibus concordare videtur alia decis. in recollet. Put. 8. incip. contra. sub rubr. de præscript. in qua fuit dictum, quod nullo tempore præscribitur, &

67 t comunioem opi. esse, quod perpetuo duret attestatus est nouissimè Minsinger. sing. obser. centuria tertia. decis. 86. inci. valde conuertitur. Vnde si in dicto remedio in odium spoliantis nulla currit præscriptio, multo minus debet currere in attentatis, ex quo iura maiori odio prosequuntur attentantem, qui dicitur offendere ius, Iudicem, & partem. c. 1. de appellat. in 6. quàm spoliantem, qui offendit tantum ius, & partem, vt considerabat etiam Franc. in dicto c. bonæ. sub numero 14. & 39. & Rot. decis. secunda. aliàs 14. fuit dubitatum, & decis. quinta. aliàs 25. ex quibus. de restit. spoliat. in no.

68 Secundo quia attentata t illorum reuocatio proponi potest etiam per viam exceptionis, vt tradit Franc. in c. dilecti. el. 3. qu. 5. num. 9. de appellat. & diximus latius supra in hac tertia parte cap. primo, quibus, & quot modis attentata reuocentur, in fi. numer. 40. t officium autem Iudicis, quod proponitur per modum exceptionis durat perpetuo, vt post Barr. in l. si societatem. §. arbitrarium. col. 5. vers. quæro infra quantum tempus. ff. pro soc. tradit Balb. in tractatu præscriptionum. in 4. parte quartæ partis principalis. qu. 30. nume. 2. vers. primo limita, ergo dicendum videtur, quod officium Iudicis super reuocatione attentatorum duret perpetuo, & sibi nõ præscribatur.

70 Tertio quia attentata t regulariter sunt ipso iure nulla, secundum ea, quæ latè diximus supra in secunda parte, cap. 12. de attent. appell. pend.

71 in 17. ampliatione principali. numer. 4. t talis nullitas potest dici euidens, & manifesta, ex quo etiam si appellatio deferatur, aut si sit ei renunciatum, attentata non conualescunt. Aegid. decis. 624. & diximus in prima ampliatione, dictæ

72 17. ampliationis, numero 12. t & attentatorum reuocatio peti potest etiam per viam nullitatis, vt latius diximus supra in hac tertia parte, dicto c. 1. nume. 34. t Officio autem iudicis, quod competit super nullitate euidenti, non præscribitur, sed duret perpetuo, vt tradit idem Balb. vbi supra. qu. 32. sub nume. 4. quem refert, & nouissimè sequitur Minsinger. in consil. 17. 2. decad. incip. in hac nullitate. num. 7.

74 Quarto, vbi potest t opponi exceptio dominij ibi currit præscriptio, aliàs frustra curret præscriptio, nisi de dominio, quod per præscriptionē videtur acquiri, posset exceptio opponi, vt considerat aliàs Balb. vbi supra. qu. 24. num. 4.

75 t sed reuocationi attentatorum, non potest opponi exceptio dominij regulariter, vt dicemus infra cap. 24. de reo, & exceptionibus contra attēt. competen. qu. 11. nume. 10. ergo nec debet contra ea currere præscriptio per supradicta.

Tertia demum potest esse opinio, quod attentatis, & illorum reuocationi præscribatur spacio triginta annorum, ea potissimum ratione, 76 quia t attentatorum reuocatio fit officio Iudicis, vt diximus supra in hac 3. parte. cap. 21. nume. 14.

77 17. & 18. officio t autem iudicis dicto tempore præscribitur, vt est glo. sing. in l. sicut. in principi. in verb. prosecutione. C. de præscript. tri-

ginta, vel quadraginta annorum, vt latè præbat, & declarat Balb. vbi supra, q. 30. in princip. & per totam, & plenius per Tiraquell. in tractatu de vtroque retract. §. 35. glo. 4. numero 40. vbi innumerat ad hoc auctoritates citat: quibus adde ex recentioribus Burfat. consil. 87. constat. num. 60. libro 1.

78 Secundò, quia videmus in simili t quod remedium l. si quis in tantam. C. vnde vi, quod videtur remedium similiter valde odiosum, & magna seueritate contra facientem puniens, vt notant docto. ibi, & nouissimè Menocch. de recuperand. possess. remed. 9. in prin. tollitur præscriptione triginta annorum, vt cōcludit Balb. vbi supra, q. 25.

79 Tertio pariter, quia videmus in simili, t quod & executioni sententiæ, quæ similiter expeditur officio iudicis, vt per Bartol. & docto. in l. iudex posteaquam. ff. de re iudica. præscribitur spacio triginta annorum, vt similiter cōcludit Balb. vbi supra q. 21. per totam, cui adde Ruyn. consil. 67. in causa vertente. colum. 1. libro 5. & inter recentiores Ioā. Bapt. de Asin. in sua praxi iudic. §. 31. cap. 2. in 18. limit. & est nouissimè in recollet. Acchil. de Grass. decisio. 138. incip. sententiæ præscribitur, & alia in recollet. Caputaquen. parte 1. decisio. 189. incip. in vna Tullen. præemptiarum coram Robulterio. sub die 31. Martij. 1563. & faciunt quæ aliās latissimè ponit Tiraquellus vbi supra. §. 36. glof. secunda. numero 37. & seqq.

80 vbi latè, & eleganter deducit, t quod per præscriptionem triginta annorum tollitur ius ad eundem hæreditatem, petendi legitimam, dicendi testamentum nullum, petendi reductionem ad arbitrium boni viri, petendi legatum, ratificandi, insinuandi, præstandi cautionem, collectandi, eligendi, agendi ad commissum, & dicendi contra eum simulatum, vt latius ibi per eum, quibus in eo de reductione ad arbitrium boni viri, adde post alios Aug. Bero. in consil. 33. visis. numero 6. lib. 3. vbi testatur de commu. opi. Vnde cum per hanc præscriptionem videamus tolli omnia iura, t & etiam quæ sunt magis fauorabilia, quàm attentata, prout est ius petendi legitimam, vt dicit Tiraquell. ibi sub numero 37. & nouissimè Minsinger. sing. obser. centuria. 2. decis. 71. incip. variant. & decisio. 72. incip. quamuis. non videtur inconueniens concludere, quod quamuis attentatorum reuocatio fit aliàs fauorabilis, spatio tamen triginta annorum illi præscribatur in pœnam quodammodo negligentia differentis reuocationem attentatorum petere.

Verum quia tenendo hanc tertiam opinionem 82 t quæ sanè verior videtur, opus est respondere ad allegata in contrarium pro 2. opinione, & omnia illa fundamenta in se vera videntur, & ex illis præter quartum possunt, ac debent colligi limitationes ad regulam, quam pro faciliiori intelligentia huius materiæ, secundum hanc tertiam opinionem constituemus, ideo, ad dictum quartum, & vltimum fundamentum responderetur, primo ex intentione Balb. in dicta quæst. 24. sub numer. 4. vers. & contrariū debet intelligi quod non tenet consequentia, non potest opponi exceptio dominij, ergo nõ currit præscriptio, quia intelligi debet de dominio aliter causato, quàm per præscriptionem, vt dicit Balb. vbi supra Traç. de Attent. N 2

Atten-
tis, & illo
rū reuo-
cacioni
præscri-
bitur spa-
cio 30. an-
norum.
Quod ta-
mē octo
modis li-
mitatur.

84 † Præterea exceptio præscriptionis non semper obijcitur ratione dominij, sed potest obijci etiã ratione possessionis, quam passus attentata ex tanti temporis negligentia amississe dicitur, vt re- Et animaduertit nouissimè Mepoch. de recupe. posses. in 15. remed. nu. 423. potest itaque in proposito formari.

Regula, quòd i tripetendi reuocationem attentatorum nõ minori, quã triginta annorum spacio præscribitur, quam

L I M I T A nonnullis necessariis modis, qui ex præcedentibus colliguntur, &

Primo, nisi reuocatio attentatorum deduce- 85 retur † per modum exceptionis, quia tunc perpetuo, etiam vltra triginta annos duraret ius re-

uocandi attentata, ex quo † temporalia ad agendum dicuntur esse perpetua ad excipiendum. l. purè. in fin. ff. de exceptio. tradit plenè Felyn. in ca. si autem. vers. temporalia ad agendum. de script. refert, & sequitur Balb. in dicto tractatu præscript. in 4. parte quintæ partis principalis. quæ. 2. numero 2. vbi post Bald. de quo ibi subdit

87 † quòd iuri excipiendi nunquam præscribitur,

88 sicut in simili dicimus, † quòd licet iuri offerendi præscribatur regulariter spacio triginta annorum, si tamen proponatur ab excipiente durat perpetuò, vt tradit Balb. in loco proximè citato, & post eum, & alios, etiam de communi opinione attestantes tradit nouissimè Ant. Gabriel. commu. conclus. lib. 5. conclus. 7. numero 3. vers. secundò limita, & ita procedant ea, quæ dicta sunt in 2. fundamento secundæ opinionis, numero 68.

Secundo, nisi reuocatio attentatorum petere- 89 tur † per viam nullitatis ordinariæ, quia cum iuri dicendi de nullitate non præscribitur triginta annis, sed duret perpetuo, etiam reuocatio de qua agitur non obstante lapsu dicti temporis poterit proponi, & ita procedant, quæ in contrarium supra adducebantur in 3. fundamento secundæ opinionis, nume. 70.

Tertio, probabiliter videtur posse limitari, 90 † vt non procedat, quando essemus in spolio attentato, & pro reuocatione attentatorum ageretur ad recuperandam possessionem, tunc enim videtur, quòd non debeat sibi vindicare locum præscriptio triginta annorum, quia si quando agitur simpliciter ex remedio canonis reintegranda nullo tempore præscribitur, vt diximus secundum Rotam modernam supra nume. 63. multo magis id obtinere debet in spolio attentato, quod est magis odiosum, & maiori pœna dignum, & cuius reuocatio videtur favorabilior, quod ex eo patet, quod aliàs videmus † quòd licet Monachus ad nutum amouibilis spoliatus ab Abbate nõ restituitur, nec aliquod remedium in causa restitutionis possessionis sibi competat contra suum Abbatem, si tamen fuerit spoliatus lite, & inquisitione contra Abbatem pendente, quam ipse monachus prosequeretur, vtique restituitur, vt est decis. Rot. x. aliàs i. incip. primo, quod monacho. de restit. spoliat. in antiq. † Sic etiam licet agenti spolio regulariter obstat exceptio reuocacionis, † quando tamen sumus in spolio attentato, illa minimè obstat, vt fusius dicemus infra, cap. 24. qu. 9. numer. 9. Et generaliter quòd spolum attentatum sit magis odiosum tradunt

91

92

93

docto. præsertim Ias. nume. 130. & seq. Rip. num. 67. & sub nume. 68. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. posses. & tradit post alios etiam Sigismund. Loffred. in conf. 21. quoniam. numero 6. Pro qua limitatione non parum facit id, quod fuit aliàs tentum in vna Calaguritana præsentia medietatis fructuum coram Aldobrandino, 14. Aprilis 1567. in qua cum ageretur de intrusione (& sic de attentatis circa possessionem) antiqua & vltra triginta annorum spacium commissam, Domini dixerunt constare de intrusione. Vnde quando via attentatorum vteremur ad recuperandam possessionem, non est incoueniens dicere, quòd officium Iudicis hoc casu duret perpetuò, sicut remedium canonis reintegranda, secus autem sit si essemus in alio genere attentatorum, puta ad inualidandum processum, vel sententiam post inhibitionem, aut appellationem latam, ea enim longiorem vitam triginta annis non habebunt, secundum regulam supra positam, ex quo in eis non viget tanta ratio odij, sicut in spolio attentato, & faciunt quæ dicemus proximè in 5. limit. numer. 95. de mala fide, quæ sicut in succedente in re litigiosa, & post appellationem vendita esse dicitur, vt post Iano. ibi dicemus, ita, & multo magis in spolio attentato, semper adesse dicendum, est, vt est notab. decis. Rot. 5. aliàs 25. ex quibus. de restit. spoliat. in 10. & decis. 34. aliàs 482. nota quòd attentans. de re iudi. in antiq.

Quarto quia supra in 3. fundamento tertiæ opinionis fuit dictum pro confirmanda regula supra posita, quòd sicut triginta annis sententiæ, & illius executioni præscribitur, ita etiam potest dici, quòd præscribatur attentatis, & illud dictum fuit aliàs eleganter per dominos vno modolimitatum, potest etiam eorum limitatio ad materiam nostram adaptari, & ideo præsupposito, quòd fuerit lata sententia super attentatis in fauorem petentis illorum reuocationem, & antequàm vigore dictæ sententiæ attentata fuerint actualiter reuocata lapsi fuerint triginta anni, an tunc petenti vigore sententiæ actualem reuocationem attentatorum obstat dicta præscriptio, & quamuis secundum regulam supra positam dicendum sit, quòd regulariter illa obstat, fallit

94 tamen, † (& hæc erit quarta limitatio) quando executio sententiæ fuisset cæpta, licet non finita, quia tunc subintrat limitatio, quam dederunt domini ad illud dictum, quòd sententiæ præscribitur per triginta annos in vna Asculana Gabbellarum coram Guid. Bon. vt est decis. in recollet. Acchil. de grass. 178. incip. sententiæ præscribitur, videlicet, vt non procedat quando executio vigore dictæ sententiæ fuisset cæpta, licet non finita.

95 Quinto, & vtiliter limitari prædicta regula potest, vt non procedat † quando volens opponere exceptionem præscriptionis contra attentata, esset in mala fide (& hæc limitatio procedit sicut præcedens nu. 90.) quando via attentatorum ageretur pro reuocanda possessione rei alicuius lite pendente alienatæ & vitio affectæ, & differt à præcedenti, quia potest esse citra spolum attentatum. Exemplum si post appellationem appellatus rem, super qua litigabatur alteri vedat, atque hoc casu licet emptor non possit dici quòd

quòd commiserit spolum attentatum, quia tamen habet causam ab attentante, quamuis videatur esse tertius, tamen etiam contra eum datur remedium attentatorum, secundum ea quæ fusius diximus supra in 1. parte. cap. 3. de attent. 96 à tertio. numero 16. & seqq. † Et quia emptio facta post appellationem facit eum malæ fidei possessorem, vt tradit notanter Iano. in c. dilecti. sub numero 2. vers. quidam tamen dicunt. ad med. de maiori. & obed. & quando adest mala fides nec nullitati, nec sententiæ præscribitur spacio triginta annorum, vt declarat expressè Balb. vbi supra qu. 30. sub numer. 4. vers. quam conclusionem intelligo, ita dici debet in attentatis in cassibus, in quibus potest considerari mala fides, prout est quando tractatur de attentatis circa possessionem alicuius rei, secus esset si via attentatorum ageretur ad inualidandum processum, vel sententiam, quo casu consideratio malæ fidei videtur cessare.

Sexto, (& hæc, & sequens limitatio respiciunt primam partem regulæ, in qua dicitur, quòd attentatis non præscribitur minori spacio, quàm triginta annorum) nisi † per statutum esset induta aliqua præscriptio minoris temporis in locum præscriptionis triginta annorum, quia cū præscriptio minor subrogata à statuto loco maioris sapiat eandem naturam, vt post Bald. in l. in contractibus. C. de non numerata pecunia. tradit Brun. in 3. volum. de statut. in verb. præscriptio. col. 1. vers. 3. incip. statuta quæ minuunt, & verum. col. 6. vers. præscriptio minor, vbi alios allegat, hoc casu attentatis præscriberetur etiam minori tempore, quàm triginta annorum, propter præscriptionem in eius locum subrogatam à statuto, vt de se patet.

98 Septimo, † Nisi agenti pro reuocatione attentatorum fuisset per Iudicem etiam vigore specialis commissionis præfixus aliquis breuis, & peremptorius terminus ad docendum, quicquid vult, & potest super præsentis attentatis, quæ elapso, & nihil quod releuet per eum docto, potest Iudex reiectis attentatis procedere ad expeditionem causæ principalis, secundum consilium Cassad. decis. 4. in attentatis, numer. 5. de dilatio. de cuius termini præfixione latius dicemus infra cap. 24. de reo, & exception. sibi contra attentata compet. qu. 16. numero 3. Vnde si agens pro reuocatione attentatorum intra terminum sibi præfixum, nihil releuanter docuerit, si denuo instet pro reuocatione, quamuis non sit lapsum tempus triginta annorum, poterit tamen per exceptionem lapsus termini, de quo supra, merito excludi, secundum ea, quæ latius dicta sunt in dicta questione 16. Quibus adde pro corroboratione presentis limitationis, id quod aliàs in simili videmus † in Iure adeundi hereditatē, cui licet regulariter spacio triginta annorum præscribatur, vt post Tiraquell. de vtroque retract. §. 36. glo. 2. numer. 37. & seq. terigimus supra nume. 80. vers. 3. pariter, & tradit nouissimè Ant. Gabriel. commu. conclus. lib. 5. de præscript. conclus. 8. in princ. vbi innumeros in id allegat etiam de 100 communi opinione attestantes. † Minus tamen tempus sufficit quando Iudex heredi aliquod tempus præfixisset, quia tunc etiam ante lapsum 30. annorum per solum lapsum temporis à Iudice

101 præfixi, heres excluditur, † etiam si sit filius, vt post glo. in l. cum antiquioribus. in verb. beneficio. ad ff. C. de iur. deliberan. & Bart. in l. quãdiu. la. 3. ff. de acquiren. hered. Paul. de Castro in l. si quis suus. ff. de iure delib. & in l. fin. col. fin. C. de repud. hered. & Guid. Pap. questione 332. tradit idem Ant. Gabriel. ibi. numero 5. vers. secundò limita.

102 Octauo videtur posse limitari, † vt non procedat quando essemus in tertio, qui veller dare de attentatis lite inter alios pendente commissis; is enim minori temporis spacio videtur excludi: exemplum in eo, qui obtinisset tres sententias, & illarum vigore literas executorialias, & absque eo quòd appareret factam fuisse intimationem executorialium, reperiretur fuisse in possessione per 20. annos, si enim tertius cõtra eum daret de attentatis, quasi ille lite adhuc pendente ingressus fuerit possessione, non auditur, nã ex quo per 20. annos ille fuit in possessione, omnia præsumuntur solenniter acta, & eius possessio bona, & non esse attentata, & cõsequenter dicto spacio 20. annorum hoc casu ille tertius à sua petitione excluditur, vt tenuit Rota in vna Calaguritana coram Guid. bon. vt est in recollet. Acchil. de grass. decis. 33. attentata, dixerunt domini. sub rubr. de atten. & in recollet. eiusdem Guid. bon. decis. 156. incip. Calaguritana, vt fuit dictum supra in secunda parte cap. 4. de attent. lite pendente. in prima illatione. numero 336. vers. sexto non procedit in notabili casu.

Quarto principaliter queri potest, posito quòd attentatorum reuocatio fuerit debito tempore petita, sed causa intra triennium per l. properandum. C. de iudicij præfixum, non fuerit expedita, † an saltim de iure ciuili etiã in huiusmodi causâ attentatorum censeatur instantia 99 perempta, ita vt secundum dispositionem d. l. properandum, petens hoc casu non sit absque nullo processu vterius audiendus, & quamuis non le- 100 nis sit apud iuris vtriusque interpretes cõtrouersio de iure ciuili percat, 104 fia, † an in causis summarijs, ac etiam executiuis, talis instantia consideretur, & triennio pereat, vt colligitur ex his, quæ ponunt doct. in dict. l. properandum, præsertim Ias. col. tertia, post Bart. in l. litibus. C. de agric. & censit. lib. 11. & nouissimè late, & eleganter per Io. Bapt. Asinium in sua praxi Iudic. in princ. cap. tertio. numer. 25. & seqq. immo idem ibi sub num. 42. attestatus fuerit, † quòd illa frequentiori calculo recepta sit 105 sententia, quòd etiam in summarijs, & executiuis causis cõsideretur, & procedat instantia, prout etiam de hac magis communi opi. post alios quos allegat attestatur nouissimè Burlar. in cõf. secundo, visis. num. tertio. li. primo. Quia tamen ille 101 sub nume. 42. post Affli. & Francis. Curt. Bero. & alios per eum allega. † ponit in proposito vnã distinctionem. num. 48. & seqq. illamque expressè sequitur ibi. num. 52. videlicet, quòd aut proceditur iure actionis, & tunc consideretur, & pereat instantia, aut imploratur officium iudicis mercenarium, & tunc secus: ex tali distinctione resolutio quoque presentis questionis haberi potest, vt scilicet in causa attentatorum etiam de iure ciuili (de iure enim canonico certius iuris est tempore instantias non perire ad no. in c. venerabilis, de iudi.) non consideretur, neque

lapsu triennij pereat instantia, attento quod in reuocatione attentatorum ad instantiam partis regulariter procedatur officio iudicis mercenario. Franc. in c. dilecti. nu. 3. de appellat. Aegid. de cif. 72. lata. & diximus in hac tertia parte, cap. 21. quib. & quot mod. attent. reuocantur. num. 14. & supra in prima parte in prefatione, & in descriptione attentati in verb. officio. num. 28.

Cap. XXIII. DE REO, & exceptionibus contra attentata competent. SVMMARIUM.

1 REMEDIUM attentatorum licet sit summarium, & in eo sine libello, & solemnitatibus procedatur, possunt tamen in eo legitime opponi exceptiones.

ET cum satis sit actor instructus quibus medijs contra reum in hoc reuocationis iudicio intendere valeat, consequens est, vt & ipsi reo defensiones subministremus, eundemque quibus se modis ab actore tueri possit instruamus: Et opportune hoc loco de exceptionibus, quae dari possunt contra attentata, & illorum reuocationem petentem breuiter pertractemus. Sciendum est ergo quod licet remedium attentatorum soleat appellari facile, ac expeditum, & in quo summarie, sine libello, & sine solemnitatibus proceditur, vt dicemus infra cap. seq. de process. in causa attentatorum. nu. 7. & per totum, Non tamen est adeo summarium, quin reus in multis casibus possit contra illorum reuocationem excipere. Inter quas exceptiones cum illa sit caeteris vtilior, ac efficacior, per quam concluditur clare, & notorie constare de non iure petentis attentatorum reuocationem, & ista sit latius, & praeter ceteris discutienda, idcirco eam primo loco collocabimus. Prima itaque exceptio, quae pro parte rei opponi potest, illa est quod clare, ac notorie constat de non iure actoris, & quod propterea a sua petitione repellendus est. Circa quam, cum & materiae difficultas, & vtilitas, id suadeant diligentius est insitendum.

QVAESTIO PRIMA. SVMMARIUM.

- 1. EXCEPTIO quod notorie constat de non iure petentis attentata reuocari, auctora attentata opponi possit, Tres sunt opiniones, vt num. 2.
- 3. Exceptio notorij non iuris contra attentata opponi non potest, secundum aliquos.
- 4. Etiam si sumus in beneficialibus, ex sententia aliquorum, & infra num. 15.
- 5. Etiam frequentiori calculo approbata ex quorundam attestacione, de quo etiam infra latius num. 16. de qua tamen subsistendum videtur, vt infra num. 17.
- 6. Tex. inc. si constituerit. de accusat. & in c. 1. vt lit. pend. in 6. in lucitur, & declaratur, vt infra. nu. 19.
- 7. Interesse illius de cuius non iure constat: satis consideratur secundum aliquos ob fructus medio tempore perceptos, & ammissionis iuris quod attentans habebat in re, quae per spoliū attentatum occupauit.
- 8. Attentata passus de cuius non iure clare constat indistincte non potest petere illorum reuocationem secundum alios.
- 9. Exceptio notorij non iuris petentis attentata reuocari obstat quando sumus in beneficialibus, secundum re

riorem, & communiorem opin. de qua infra. num. 13. 18. 21.

Et vbi vertitur periculum animae, vt infra. num. 13. Secus in profanis. num. 10.

- 11. Spoliatus beneficio non restituitur si contra eum obicitur notorius tituli defectus secundum commu. opin.
- 12. Arg. de spolio ad attentata quandoque assumi solet.
- 14. Femina agens ad reuocationem attentatorum in causa feudali restituitur ad statum in quo erat.
- 19. Tex. in c. si constituerit. de accusat. declaratur.
- 20. Fructus per attentantem medio tempore percepti non restituntur ei, qui passus est attentata, si de illius non iure constaret, secundum aliquos.
- 22. Iudex non debet aliquem autorizare in suo delicto.
- 23. Constat de non interesse dicitur quando constat de non iure alicuius.
- 24. Agens sine interesse regulariter est repellendus.
- 25. Vitiosus ingressus dari non debet in beneficialibus. Etiam per restitutionem possessionis ex privilegio attentatorum num. 26.
- 27. Peccati occasio dari non debet.
- 28. Spoliatus regulariter non restituitur, vbi constat de illius non iure. Secundum commu. opi. num. 29. Etiam si fundaret intentionem excipientis. nu. 30.
- 31. Iudex debet agentem repellere si sibi constet quod nullum ius habeat in hereditate secundum commu. opi.
- 32. Attentata non reuocantur ad instantiam actoris de cuius non iure constat, etiam si constaret de non iure rei, & possessoris hanc exceptionem opponentis.
- 33. Reus, & possessor non est a nouendum a possessione etiam si de illius non iure conuerter, si eodem modo de non iure quoque ipsius actoris constat.
- 34. Spoliatio non obstat exceptio sui non iuris, nisi copulatiue etiam constet de iure spoliantis secundum aliquos.
- 35. Reus de cuius non iure constat potest dare obiectus.
- 36. Reo sufficit vincere per non ius actoris.
- 37. Exceptio non iuris actoris licet videatur esse obiectiua potest tamen quandoque esse de iure dantis.
- 38. Articulus quando dicitur esse de iure dantis.
- 39. Intrusus non potest dare obiectus, nec opponere exceptionem non iuris petentis attentatorum reuocationem.
- 40. Exceptio non iuris excludit etiam agentem ad reuocationem spoliij attentati.
- 41. Spolium attentatum est magis odiosum, quam spolium simplex.
- 42. Reservatio beneficii licet obstat agenti spolio non tamen obstat agenti spolio attentato.
- 43. Monachus ad nutum Abbatis amouibilis spoliatus ab eo lite pendente restituitur, licet alias non esset restituendus.
- 44. Spolium attentatum committens appellatione pendente censetur sua appellationi renunciare secundum commu. opi.
- 45. Spolium attentatum commissum cum violentia personali non excluditur per exceptionem non iuris agentis ad illius reuocationem. Nisi spoliatus violenter eodem modo antea suum spoliatorem spoliasset. num. 46.
- 47. Attentata ad instantiam eius de cuius non iure constat non solum non reuocantur, quando certum est sibi nullum ius competere, verum etiam si satis verisimile sit sibi ius non competere.
- 48. Gratia si neutri, ex eo quia quandoque potest sortiri effectum, excludit exceptionem non iuris de qua datur contra petentem attentatorum reuocationem.
- 49. Reuocatio attentatorum facta per viam gratiae ad instantiam

- stantiam partis est reuocanda, si incipiat constare de non iure illius qui reuocationem obtinuerat.
- 50. Executio facta pendente appellatione, quae non habebat effectum suspensiuum, sed tantum demolutiuum, si in 2. instantia feratur sua infirmatoria prime reuocatur.
- 51. Exceptio non iuris agentis ad reuocationem attentatorum illa non impedit, quando sumus in causa profana. Secundum commu. opi. vt nu. 52. licet aliqui contra, vt num. 55. Quae etiam tunc videtur, & ab ea in iudicando, & consulendo non esse discedendum secundum aliquos. nu. 53.
- 54. Reuocatio attentatorum in causa profana, licet fiat etiam ad instantiam illius de cuius non iure constat, possessio tamen rei sibi non restituitur.
- 57. Attentata licet ad instantiam illius de cuius non iure constat regulariter non reuocentur, ex officio tamen iudicis reuocari possunt.
- 58. Possessio tamen non restituitur illi de cuius non iure constat, sed sequestratur de silo Rotae. Nisi dicas esse restituendum postquam per aliquod tempus stetit sub sequestro, vt supra nu. 56.
- 59. Causa vbi est intricata, & non habet bonum odorem, consuevit Rotae suspendere etiam res iudicatas, & sequestrare beneficium, & deinde cognoscere de bono iure in negotio principali. Idem si possessio multiplices pateretur difficultates, num. 60. Vel attentata essent multum antiqua, vt nu. 61.
- 62. Exceptio quod constat de non iure agentis ad reuocationem attentatorum illam non retardat, si indiget discussione, & infra nu. 80.
- 63. Reuocatio attentatorum, & restitutio, quae fieret ex officio iudicis ad peccatum euitandum, non impeditur ex obiectu defectus proprietatis notoria.
- 64. Notorium non ius actoris, vt impedit reuocationem attentatorum debet resultare ex confessione actoris, secus si ex aliis probationibus, licet aliqui contra, vt nu. 66.
- 65. Spoliatus non restituitur vbi notorie constat de non iure ipsius, resultate ex illius confessione, vel per rem iudicatam, secus si aliunde, quia ista materia strictè procedit.
- 67. Possessor non est sua possessione priuandus, etiam si constitueretur semillum ius possidendi habere, antequam clare appareat de iure aduersarij.
- 68. Confessio ex qua resultat non ius contentis ad effectum, vt excludatur a reuocatione attentatorum debet esse clara. Secus si non est omnino liquida, & recipit aliquam disputationem, vel dubitationem. nu. 69.
- 70. Executio rei iudicatae impeditur, quando de illius iniquitate constat per confessionem partis, quae sit clara.
- 71. Constare de non iure petentis reuocationem attentatorum non dicitur, etiam si gratia, quae contra eum al legatur habeat decretum irritans.
- 72. Decretum irritans inficit titulum, & possessionem. Non tamen detentionem, vt nu. 77.
- 73. Regressum habens si lite pendente capiat possessionem, & velit contra petentem reuocationem attentatorum allegare, quod constat de illius non iure ob decretum irritans, quod est in regressu non impedit reuocationem. Nisi regressus esset iam iustificatus, vt nu. 74. Idem si allegetur decretum irritans in casu regulae de valore, vt nu. 75.
- 76. Probatio non veri valoris non inducit nullitatem tituli: quia potest probari contrarium.
- 78. Non dicitur de alicuius non iure constare quousque potest docere de iure suo.

- 79. Actor in iis casibus, in quibus etiam si de illius non iure constat fit attentatorum reuocatio, de aliquo suo interesse etiam colorate docere debet secundum aliquos.
- 80. Exceptio non iuris, vt in beneficialibus impedit attentatorum reuocationem debet esse taliter notoria, vt non requirat altiore indaginem, & supra num. 62.
- 81. Exceptio non iuris, vt in beneficialibus excludit agentem ad attentatorum reuocationem debet proponi coram Iudice competenti. Secus si coram incompetenti, puta coram Iudice seculari, secundum aliquos. nu. 82.
- 83. Constare notorie de non iure alicuius dici non potest ante conclusionem in causa. Nisi constaret per confessionem partis, vt nu. 85.
- 84. Constare de non iure non dicitur quousque potest de iure doceri.
- 86. Constare alias dicitur id de quo ex probationibus, & indicis, vel per instrumenta constat.
- 87. Regulae alicuius productione, au dicitur constare, denotat iure illius, qui aliquid contra regulam fecisse praedicitur remissive.
- 88. Clare constare de non iure tunc dicitur quando iura partium sunt plene aeducta, & disputata.
- 89. Certum id dicitur, quod non potest deduci in dubitationem.

1 QVAERITUR ergo primo an exceptio notorij non iuris impediatur reuocationem attentatorum.

2 Triplex tamen videtur fuisse opinio, vt colligitur ex his quae ponit Franc. in c. bonae. sub num. 15. vers. septimo. de appell. & Afflic. deci. 98. pulchrum. in fi. & post eos animadvertit etiam Grauar. apud Vestr. in praxi Ro. cu. lib. 8. cap. 4. sub nu. 40.

3 Prima negatiua, quod huiusmodi exceptio non obstat, sed quod immo illa non obstant ex privilegio sint attentata indistincte reuocanda.

4 Tadeo quod etiam si essemus in beneficialibus illa procedat. Quam tenuerunt Imol. & Petr. de Perus. quos refert Franc. dicto c. bonae. numer. 15. & Ant. & Franc. ibi, & in capitu. ad decimas. sub nume. 8. vers. quinto limita. de restit. spoliat. in 6. prout refert Didac. pract. quaest. capit. 23. num. quarto. vers. quinto haec reuocatio, quinimodo ibi ad finem dictae quintae declarationis tamen videtur attestari hanc frequentiori docto. consensu approbatam, licet ipse eam (quatenus essemus in beneficialibus) non teneat. Quibus adde quod hanc opinionem sentit etiam Franc. in capitulo 1. sub nume. 5. vers. cogita tamen, quia text. & c. vt lit. pend. in 6. Et moti videtur docto. & Iure, & Ratione, iure scilicet t per tex. in capi. si constituerit, extra de accusat. inducendo, vt per Franc. ibi in vers. sed aduerte, nec non per tex. in dicto capitu. 1. vt lite pend. in 6. ponderando secundum Franci. ibi. sub numero 5. quod ille text. inducit ibi nullitatem actus ipso iure, ita vt ipsa litis pendencia inducat actus nullitatem, nec curetur an constet, vel non constet, de iure litigantis, vt latius ibi per eum. Ratione vero, quia etiam is, de cuius non iure constat, t potest dicere, quod sua multum intersit attentata reuocari, tum propter fructus medio tempore perceptos, qui sibi deberentur, tum quia praesupposito, quod attentatum de cuius reuocatio

ne agitur fuisset commissum in spoliando auctorem suam possessione propria auctoritate, si fieret reuocatio attentati, & consequenter sibi restitueretur possessio, & deinde Reus rem, ut præfertur restitutam, peteret, posset sibi obicere, quod omne ius suum ammisit, quando rem propria auctoritate occupauit, per l. si quis in tantam. C. vnde vi.

§ Secunda autem videtur esse opinio contraria, tunc simpliciter, & absque distinctione concludere videtur, quod immo ille de cuius non iure constat, non debet admitti ad petendum reuocationem attentatorum, prout dicit formaliter Aeg. dec. 356. incip. ille de cuius non iure. vbi subdit. quod in hoc omnes concordant, & sensit etiam Afflic. dicta dec. 98. in fi. & ante eos Lap. & Gemin. in c. 1. vt lit. pend. in 6. vt refert, licet non sequatur Franc. ibi. nu. 5.

Tertia demum est opi. distinguens inter beneficalia, & profana, tunc quando sumus in beneficalib. exceptio notorij non iuris obstat petenti reuocationem attentatorum, tunc si in profanis. Hanc distinctionem posuit Cassad. decif. 3. petens restitutionem. sub numer. 5. vers. & pro hoc de restit. spolia. & sensit Rota decif. 2. alias 7. nota quod vbi agitur. de restit. spoliati. in antiq. & dec. prima, alias 46. nota quod vbi aliquis. de ord. cognit. in antiq. & tunc quod spoliatus beneficio non fit aliquo modo restituendus si contra eum obicitur notorius tituli defectus: commu. esse opi. & in iure verissimam nouissimè testatur Viuius commu. opi. li. 2. opi. lib. 2. opi. 258. incip. spoliatus. quæ licet loquatur in spolio tab ea tamen ad attentata etiam in ista materia solet quandoque argum. sumi, vt patet in decif. 2. alias 53. ad instantiam, vt lit. pend. in no. & pro primo capite huius distinctionis est decisio Rot. 2. alias 14. fuit dubitatum. de restit. spoliati. in no. & Aegid. decif. 101. si constat. quæ loquuntur in beneficalibus, & concludunt talè exceptionem agentem debere repellere: Hanc distinctionem expressè tenet Franc. in dicto c. bonæ, sub nu. 15. col. quarta, in fin. vbi post Imol. ibi, & Butrig. & Gemin. in cap. ad decimas. sub num. 10. de restit. spoliato. in 6. inquit, post relatas varias opiniones, & fundamenta, quod in beneficalibus, tunc vbi vertitur periculum anime, tenendum est, quod talis exceptio obstat petenti reuocationem attentatorum. Eandem secutus est Alex. in col. 99. visis. num. 4. lib. quiato, & Oldrad. conf. r. in causa eboracen. col. penult. vers. nec priuilegium restitutorij iudicij, iuncto vers. nec obstat si diceretur. Afflic. decif. 98. pulchrum. in fi. quem refert, & sequitur Hiero. de monte in tracta. fin. regun. cap. 108. numer. 5. & Philipp. Prob. in addit. ad Io. Monach. in dicto c. ad decimas. num. 1. & Didac. prædic. quæstio. cap. 23. sub numero 4. vers. quinto hæc reuocatio. in fi. & Vestr. in praxi Ro. cu. libro 8. cap. 4. num. 16. & Grauat. apud eum numer. 39. Quam etiam tenet post alios Berro. in conf. 57. in causis. num. 22. lib. 3. remittens se ad latius per eum dicta in cap. in literis. de restit. spoliati. Eandem opi. quod in beneficalibus huiusmodi exceptio non obstat, tenet & receptissimam esse dicit nouissimè. Pet. Anton. Angussol. conf. 15. ad euidentiam. sub numero 23. libro 4. prout eandem etiam in beneficalibus loquens

tenet Iacob. Henric. in conf. 52. in casu. numero 1. lib. 2. Et pro hac opinione plurimum facere videtur, quod alias dicit Mohed. in collect. suis decif. 127. bonorum, dum vult, tunc quod femina agens ad reuocationem attentatorum in causa feudali, & sic profana, restituitur ad illum statum, quamuis ex quo femina regulariter est incapax feudi, per hoc posset dici, quod apparet de non iure suo. Est autem aduertendum, tunc circa primum, quæ circa secundum caput huius distinctionis, quod licet illa vera sit in se, & ex tot docto. autoritatibus illa posset merito dici communis opi. non defuerunt tamen qui contrarium dixerunt, prout de secundo, quod etiam in profanis exceptio non iuris obstat petenti huiusmodi reuocationem, satis patet ex his, quæ dicemus infra in l. limi. num. 52. in fin. Et quoad primum distinctionis caput, tunc contrarium posuit Menocch. de recuper. poss. in 17. remed. numero 32. vers. quæro quarto. vbi voluit in beneficalibus non obicere exceptionem notorij defectus tituli, & post alios de quibus ibi, tunc videtur testari etiam circa hoc de commu. opi. prout, & de eadem commu. opi. videtur attestari etiam Did. vbi supra, circa si. dum inquit, priorem opi. frequentiori calculo approbatam, & prior opi. quæ ibi ille ponit in prin. vers. 5. hæc reuocatio. nu. 4. post Fran. & Ant. in c. bonæ. de appel. & Fran. in c. ad decimas. de restit. spoliati. in 6. & Deci. in c. ex parte. col. fin. de rescrip. illa est quod in causa quæ tractatur super beneficio Ecclesiastico fiat reuocatio etiam si obiciatur notorius defectus iuris, & consequenter, quod in beneficalibus non obstat supra dicta exceptio. tunc Quorum attestaciones de commun. valde verendum est, ne forsitan oseitanter, & non visis in fonte Authoribus, quos allegant factæ fuerint. Nam si diligenter omnia considerentur nec prædicta opi. Menocch. (nam Didac. illam non tenet, licet de commu. fuerit attestatus) nec illorum attestatio de communi vera est, nam plerique eorum, & ferè omnes, quos ibi in id citat, aut verè non dixerunt id ad quod illi eos citat, aut id eos dixisse ex eorum scriptis vix extorqueri potest, inter ceteros enim Didac. vbi supra, in princip. ad hoc allegat Ant. & Franc. in c. bonæ. de appella. qui tamen licet varias opiniones referant, concludunt tamè, quod in beneficalibus talis exceptio admittitur, allegat etiam Fran. in c. ad decimas, qui minus facit, vt dicemus proximè dum ponderabimus allegata per Menocch. Similiter Dec. in c. ex parte, nullum verbum facit de hoc, similiter etiam Menocch. ad hoc allegat Fran. in c. non solum. nu. 3. in 4. notab. de appel. in 6. Lap. & Gemin. in c. ad decimas. (alios qui hanc opi. tenent referentes) de restit. spoliati. & Alex. in conf. 99. num. 9. lib. 5. qui omnes si rectè ponderètur non tenent, quod in beneficalibus non possit opponi dicta exceptio, prout Menocch. opinatur, sed immo contrariū in effectu concludere videntur, quamuis enim dicant simpliciter, & generaliter, quod exceptio prædicta non obstat: quia tamen omnes in dictis locis in contrarium videbant esse Rotam decif. 2. alias 14. fuit dubitatum. de restit. spoliati. in no. quæ volebat, quod vbi notoriè constaret de non iure petentis reuocationem non fieret reuocatio, pro solutione contrarij oēs supra dicti respondent, quod

quod illa loquitur in beneficalibus, & consequenter fatentur, quod in beneficalibus dicta exceptio obstat secundum terminos dictæ decif. (secus autè esse in alijs profanis. Est etiam verum, quod Lap. & Gemin. in dicto c. ad decimas. referunt Inn. id tenuisse in c. 2. de rest. in integ. qui tamen in lib. meo id non dixit, similiter allegat Rip. in c. sapè. n. 11. de rest. spoliati. qui non loquitur de exceptione non iuris, sed exceptione dominij, & proprietatis, quæ, & nos regulariter contra attestata non posse opponi, dicemus latius infra. in 10. q. n. 6. Nec etiam Ant. de Matthæis per eum allegatus. in §. nihil commune. n. 5. in fin. loquitur de hac exceptione, sed de coloratione tituli, prout etiam, & dec. Aegid. 49. 101. & 286. per eum citatæ, & ferè omnes autoritates per eum allegatæ loquuntur de coloratione prædicta. Quinimmo in dicta decif. 101. vbi loquitur de exceptione non iuris tenet absolutè, quod si constat de non iure petentis se restitui ad possessionem beneficij per modum attentati, ille talis repellitur. Nec etiam Didac. (quæ Menocch. allegat) defendit hanc opi. quæ in beneficalibus hæc non exceptio non debeat ob stare, quinimmo videtur opinionem Rot. (quæ in beneficalibus hanc exceptionem admittit) etiam Didac. tenere, cum illam etiam ratione comprobet, vt patet per eum ibi in vers. idcirco. Rot. opinio poterit comprobari, & c. Ex tot autoritatibus ibi per Menocch. congestis solus Oldrad. quem allegat in conf. 206. in causa Carnoc. col. 2. vers. ad secundam q. videtur facere pro opinione sua, cuius tamen autoritas non videtur multum faciendæ, tum quia valde suboscure, immo non pro reali fundamèto quæstionis, de qua ibi, sed valde incidenter id protulisse, videtur, tum quia idem Oldrad. sibi parum conitans, contrarij clarè affirmavit in conf. r. in causa eboracen. col. 2. vers. nec priuilegium restitutorij iudicij, & c. vbi expressè tenet, quod in spiritualibus, ne detur alicui materia peccati, non fit reuocatio, quando constat spoliatum nullum ius habere, & loquitur ibi de spolio attentato, vt patet ex his, quæ ponit idè ibi, tamen in prin. quam in fi. dicti consilij. Ex quibus euidenter apparet, quod hæc opi. quod in beneficalibus agenti ad reuocationem attentatorum, obstat exceptio notorij, non iuris, tanquam & melioribus fulcra rationibus, de quibus dicemus proximè in comprobatione regulæ infra ponendæ, & pluribus, & grauioribus suffulta Authoritatibus, tunc verior, & communior dicenda est, prout eam commu. esse testatus est nouissimè Osaic. in dec. Pedè. 116. ex actis. sub nu. 2. immo paulo inferius. sub nu. 10. licet videatur dubitare de dec. Cassad. sup. alle. subdit tamè, quod putat contrariam sententiam crebriorem: quæ vt ex eo colligitur, est ista, quam proximè firmauimus. Et tenendo eam ad motiua supra allegata pro prima opi. respondere potest, tunc primo ad tex. in dicto c. si constiterit. de accus. quod dum tractatur ibi de restitutione possessionis, tunc quæ post appellationem capta, & sic dum agitur de reuocatione attentati, non solum præsupponitur ibi quod constaret de non iure ipsius spoliati, sed immo quod ipse bonus iust foueret, dum præsupponitur in vers. ceterum, quod ecclesia fuerit sibi canonicè concessa: Præterea, & secundo quod dato, quod ibi posset considerari defe-

ctus iuris petentis reuocationem, ille tamen non erat notorius, prout sunt termini quæstionis, de qua agimus, vt considerat Didac. d. cap. 23. sub nu. 4. vers. nec oberit text. in c. si constiterit. Ad tex. verò in c. 1. vt lit. pend. in 6. ponderando, vt per Franc. ibi responderi potest: quod re vera Franc. ibi id protulit dubitanter, & cogitandum reliquit: Ad rationem verò de prætenso interesse, præsertim ratione fructuum potest primo responderi, quod non est absolutè verum, quod fructus sibi debeantur, tunc sunt qui dicant, quod is de cuius non iure clarè constat, excluditur etiam à Petitione fructuum præteriti temporis, de quo per Paris. in conf. 12. in isto iudicio. num. 5. & pluribus sequentibus. libro 4. Secundò quod non sola ratione, quia petens hoc casu non habeat interesse, denegatur sibi reuocatio, sed & alia adsunt rationes, de quibus proximè dicemus numero 22. quando autem in aliqua dispositione concurrunt plures rationes, quamuis vna cesset, per hoc non cessat dispositio, iuribus vulg. Et secundum hanc 3. opinionem est in proposito formanda

21 REGULA, tunc quod petenti reuocationem attentatorum, obstat exceptio, quod notoriè constat de suo non iure, quæ licet, ita generaliter, & vniuersalibus verbis concipiatur propter limitationes infra ponendas, illa tamè quatenus respiciunt illud articulum, an in beneficalibus, aut profanis prædicta exceptio obstat, verè loquitur, & virtualiter in beneficalibus: quia id de causa profana ponitur infra pro prima limit. huius regulæ. num. 48.

22 Quæ regula multiplici nititur ratione. Prima tunc Index talem petentem authorizat in suo delicto. quam rationem post glo. Inn. in c. significasti. de diuort. posuit Rot. decif. 13. alias 348. nota quod si constat. de restit. spoliati. in antiq. Et Aegid. in decif. 101. si constat de non iure, & refert Cassad. decif. 3. petens. sub nu. 4. de restit. spolia. & etiam Vestr. in praxi Ro. cu. libr. 8. cap. 4. sub numer. 16.

23 Secunda ratio assignatur, tunc quia scilicet quando constat de non iure, consequenter constat etiam

24 de non interesse petentis reuocationem, tunc & sic petens sine interesse est repellendus, ad no. in ca. cum inter canonicos. de electio. in ca. veniens. el. 2. de restit. Hanc rationem post Innoc. in c. constitutus. de fil. præsb. & in dicto c. significasti posuit Rota decif. 2. alias 55. ad instantiam, vt lite pendens. in no. & decif. 7. alias 505. nota ad instantiam, vt lite pend. in antiq. Et Aegid. decif. 356. Ille de cuius non iure, & Rota decif. 2. alias 14. fuit dubitatum. post princip. ver. sed si constaret clarè, de restit. spoliati. in no. & reassumpsit Cassad. dicta decif. 3. & Vestr. dicto numero. 16. & ex recentioribus in materia reuocationis attentatorum approbavit etiam Mandos. in tractatu commiffion. formul. 14. commiffionis attentatorum in verbo, in graue damnum. Tertia illa assignatur

25 ratio tunc ne, quæ audio scilicet effemus in beneficalibus, daretur per restitutionem possessionis tunc mediante reuocatione attentati, vitiosus ingressus, contra ea. eum qui. de eo qui mit. in possel. libr. 6. vt considerat etiam Rota dicta decif. 2. alias 55. & Vestr. vbi supra, & Mil. in verbo attentata lite pendente nunquam. folio. 30. in fin. Quarta demum huius dicti assignatur ratio, tunc scilicet, per hanc restitutionem, & reuocationem detur occasio

occasio peccati, quod committeret petēs reuocationem percipiendo fructus rei restitute indebitē, & sine iure aliquo, vt eleganter deducit Rota dicta decif. 2. aliās 55. vt lit. pend. in no. in additione ibi posita, & in dicta decif. 2. aliās 14. de restit. spoliat. in no. nam propter periculum anime notorius defectus iuris impedit reuocationem attentatorum, vt post Butrig. & Gemin. ita tenendum esse affirmat Fran. in dicto c. bonz. sub numer. 15. & Paris. in consil. 2. in isto. numer. 7. & 8. lib. 4. & hanc opin. quatenus regula loquitur in beneficialibus, firmat post multa etiam Did. dicto cap. 23. pract. qq. sub nu. 4. in fi. Quæ conclusio comprobatur. Primo, quia in simili videmus, quod in spolio non fit restitutio, quando notoriē cōstat de nō iure spoliati, de quo vltra dictas decif. 2. aliās 55. vt lit. pēd. in no. & 7. aliās 105. vt lit. pend. in antiq. est etiā decif. 2. aliās 7. nota quod vbi, & decif. 24. aliās 625. nota quod vbi agitur, de restit. spoliato. in antiq. & decif. 1. aliās 46. nota quod vbi, de ord. cognit. in antiq. quibus concordat Boer. decif. 2. beneficia electiua. num. 34. & fa. quæ ponit Gozzad. in conf. 99. in hac causa. num. 12. & melius per Alciat. consil. 29. 36. breuib. num. 5. vbi testatur hanc esse commun. opi. & procedere nō solum, quādo talis notorietas esset respectu iuris agentis, t̄ verūm etiā si fundaret intentionē excipientis, & per Io. Bapti. Ferret. in cōf. 101. in causa. nu. 18. lib. 1. Secundo quia in simili videmus, quod quando iudici cōstat, quod quis nullū ius habeat in hereditate, debet illū repellere, vt est cōis opinio, de qua testatur Ruy. in cōf. 145. quāuis. nu. 8. lib. 3. Et ex præmissis fatis apparet regulā præfatā, & rationib⁹, & authoritatibus sufficienter esse firmatā. Quā veram, & cōiorem esse attestatus est nouissimē (etiam generaliter prout nos in constituenda regula præfati sumus) Mandos. in tracta. cōmission. 14. formul. commissionis atten. in verb. causam, & causas. col. 8. sub vers. quoad septimum priuilegium, licet & ipse paulo infra vers. pro cōcordia opinionum distinctionem adhibeat inter beneficia, & profana, de quibus dicemus infra in prima limit.

AMPLIARI Potest prædicta regula

32 Primò, vt procedat t̄ etiam si constaret per confessionem, vel aliās etiam de non iure ipsius rei, & possessoris hanc exceptionem opponentis, quia nihilominus auctori reuocationem petēti obstat, & quāuis hoc absolute, & specificē nō ponant doctō. & solum id senserit Cassad. decif. 3. petens. sub nu. 4. de rest. spol. dum loquēs de exceptione notorij nō iuris in materia attentatorū, inter alia facit hoc fundamentū post Inn. 33 quod quādo constat de non iure auctoris, etiam si constet de non iure quoque ipsius rei, nō per hoc reus est amouendus à possessione, immo ali 34 qui in spolio loquētes, dixerint, t̄ quod exceptio nō iuris ipsius spoliati, nō obstat nisi etiā copulatiuē constet etiā de iure ipsius spoliantis, vt post Deci. in conf. 191. colu. pen. & alios ibi allegatos sensit Menoc. seu Mauis collegium Papien. in 5. respons. caus. finarien. sub nu. 31. Ego tamē etiam in materia nostra firmari posse reor, tū ex ratione prædicta, pro quo est dec. Rot. 6. aliās 70. nota quod vbi constat, de re iudi. in antiq. & melius decif. 4. aliās 160. reus, & possessor. de re iud.

in no. vbi in vers. nec obstat, vi letur sentire, quod hæc conclusio procedat etiā si auctori reuocatur via attentatorum, dum respōdet ad illud, quod etiā in attentatis nō fit restitutio, quādo notoriē constat de non iure agentis ad auctorem, ita, & assignat rationē diuersitatis, inter casum, & casum, tum etiā quia videmus, t̄ quod reus de cuius iure cōstat, potest cōtra auctorem dare obiect⁹, vt est dec. Rot. 7. aliās 419. Nota an reus, de except. in antiq. & sup. dicta dec. 4. aliās 60. t̄ cum sufficiat reo vincere per nō ius auctoris, & melius fit quod ille remaneat in sua possessione, quā dare alteri vitiosum ingressū, quia si ille erit in iustus possessor poterit à suo ordinario remoueri, vt cōsiderat Rota dicta decif. 7. Vnde si Ficus hoc casu potest dare obiectus, magis debet posse opponere hanc exceptionem non iuris auctoris, t̄ quæ licet videatur obiectiua, tamen possit euenire casus, quod esset etiam de iure dantis, cum sufficiat, quod etiam per indirectum Reus ostendendo auctori ius non competere includat validitatem iuris sui, secundum Cassad. decif. 2. in eadem causa, de exceptio. & fa. Rot. decif. 10. de decima octaua, aliās 828. nota quod materia, de exceptio. in antiq. quoniam ad hoc, vt articulus indicatur de Iure dantis non consideratur solum an in personam, vel formam alterius aliquid incidat, sed consideratur solum an causa vnde competit ius agendi, vel excipiendi dicitur descendat à Iure dantis, vt declarat Rot. decif. 10. prima, aliās 36. fuit dubitatum. numero 3. de accus. in no. Quæ ampliatio necessario limitata est, vt procedat in reo, qui possessionē cepit ante litem motam, t̄ secus si post litem motā fuerit intrusus, cum enim ille hoc casu non possit dare obiectus, vt tradit Rot. decif. 5. aliās 433. nota nunquid reo, vt lit. pend. in antiq. & iterum inter decif. Bisignett. decif. 1. nunquid. eod. vt lit. pend. non poterit etiam hanc exceptionem opponere. Pro qua limitatione fa. quia in isto intruso lite pendente cessat ratio, de qua supra, quod melius fit tueri reum in possessione, quā dare auctori vitiosum ingressum, quia intrusus lite pendente, videtur quod etiam lite pendente possessionis commodo priuari possit, vt diximus supra, in 2. parte, capitulo 4. de attent. lite pend. in 2. declaratione quartæ declarationis principalis. num. 45.

40 Secundo Amplia, t̄ vt procedat etiā si sumus in spolio attentato, vt est dec. Rot. 13. aliās 348. nota quod si constat, de restit. spoliat. in antiq. & vis huius ampliationis consistit in hoc, t̄ quia spoliū attentatū dicitur esse magis odiosum, vt tradunt doctō. in l. naturaliter. §. nihil commune. vbi l. a. numero 130. & Rip. numero 67. ff. de acquirenda possessione, & post Alex. in conf. 99. visis. libro 5. tradit Sigismund. Loffred. in consil. 21. quoniam nume. 6. Hinc videmus, quod licet agenti spolio obstat t̄ reseruatō beneficij. Rot. decif. 2. aliās 7. nota quod vbi agitur, de restit. spoliat. in antiq. in spolio tamen attentato illa non obstat, quo minus attentata saltem ex officio reuocentur. Rot. decif. 11. aliās 56. nota quod vbi aliquis, de causa 43 posses. & propriet. in antiq. t̄ Et similiter, quod si Monachus habes prioratum ad nutum Abbatis amouibile, si illo spoliatur, nō restituitur, nisi sit spoliū attentatū. Rot. decif. 1. aliās 1. incip. primo quod

quod Monacho. & de cif. 23. aliās 359. nota quod 44 Monachus, de restit. spoliat. in antiq. t̄ Hinc etiā videmus quod committēs spoliū attentatum, dum pendet appellatio censetur suæ appellatio non renunciare, ad no. per doctō. in c. an lit. præsertim Franc. nume. 4. qui dicit, hanc commun. opinionem, & Dec. nu. 1. de appella. & idem Dec. in 45 conf. 103. in causa. post princ. libro 1. t̄ Quam ampliationem limita nisi spoliū attentatum fuisset factum cum violentia personali, vt considerat Ant. de Matthæis in repet. §. nihil commune. naturaliter. ff. de acqui. poss. in 15. fallen. princip. sub num. 49. vers. primum caput, qui hoc latius deducit, præsertim auctoritate Rot. in similit. de ci. 16. aliās 393. si A. conferatur. in vltimis verbis, 46 de restit. spoliat. in no. Sublimitando tamen nisi si spoliatus violenter eodem modo suum spoliatorum antea spoliasset, vt ibidem per eum, vers. quod tamen limito.

47 Tertio, vt procedat non solum, quando ita est notorium, quod certum est auctori nullum ius competere, verūm etiā, quando satis est verisimile sibi nullum ius competere, vt post Abbat. in cap. literis. col. penultim. de restit. spoliat. tradit Cassa. decif. 3. petens restitutionem, circa finem, vers. & pro hac decif. de restitutione spoliatorum, quod etiam videtur fecutus idē Cassad. decif. 4. fuit dubitatum. sub nu. 4. de restit. spoliat. Est tamen circa hanc Ampliat. aduertendum, 48 quod ad repellendum hanc exceptionem non iuris petentis attentatorum reuocationem, sufficeret, quod passus attentata allegaret aliquod ius, vel aliquam gratiā quæ posset locum quādo que habere, prout cōsiderabāt aliās Domini in vna Aduersana beneficiorum corā Quiroga. 16. Nouembr. 1556. in qua cum Episcopus attentasset, & ad excludendum Nicolaum à reuocatione attentatorum allegaret, quod per prouisionem quam ipse Episcopus obtinuerat à Papa de beneficio vacanti in curia cohabitabat de non iure Nicolai, ipse verò Nicolaus produxisset gratiā si neutri, quam obtinuerat, contra quam Episcopus allegabat, quod illa non erat attendenda, quia erat conditionalis, & consequenter adhuc constabat de non iure Nicolai. Fuit tandem resolutum, quod Episcopus purgaret attentata, eo, quia sufficiebat, quod gratia si neutri posset habere locum. Vnde ex his potest colligi, quod ad excludendā exceptionē nō iuris sufficit, quod passus attentata producat aliquod ius quod in potentia sit cōsiderabile, vt valeat sortiri effectum.

Quarto, videtur posse ampliari, & notabiliter, t̄ vt exceptio ista non iuris auctoris, nō solum impediatur reuocationem attentatorum, verum etiam si attentata fuissent reuocata, & post illorum reuocationem inciperet constare de non iure ipsius auctoris, reuocatio prædicta si fuerit facta per viam gratiæ ad instantiam partis veniat reuocanda, vt latius dicunt Lap. & Gemin. quos ibi etiam refert Fran. in c. primo, sub num. 5. vt lit. pend. in 6. Pro qua ampliacione plurimū facit id quod dixit aliās Bald. Nouell. in tractatu de dote. in 12. & vltima parte q. 23. sub nu. 69. & 70. t̄ quod si lata sententia pro dote (à qua quoad effectum suspensiuum non licet appellare) si quoad deuolutiuum causa appellationis sit cōmissa, & interim sit facta executio, licet dicta exe-

cutio non reuocetur tunc per viam attentati, si tamen in secunda instantia feratur sententia cōtra dotem infirmatoria primæ, tunc etiam illa executio reuocatur, quod ex eo prouenire dicitur est, quia lata secunda sententia (quæ facit notorium) incipit constare de non iure illius, qui obtinuerat executionem pendente appellatione. Et huc referri possent omnes alij casus, in quibus executio fieri potest, etiam pendente appellatione, ex eo quia illa licet deuoluta, tamē non suspendat, & in quibus lata postmodum sententia in fauorem appellantis executio reuocatur beneficio iniustitiæ, & cōsequenter in omnibus casibus, in quibus attentata reuocantur per sententiam latam in causa appellationis, & sic beneficio iniustitiæ, de quibus aliquid diximus supra c. 21. quibus, & quot modis attent. reuoc. nu. 25. & melius sub nu. 20.

LIMITATVR Prædicta regula

51 Primò, vt non procedat in causa profana, secundum distinctionem supra positam in 3. opinionione. nu. 9. ex intentione Rotæ dec. 2. aliās 7. nota, quod vbi agitur, de restit. spoliat. in antiq. & aliorum dicto loco allegatorum. Quibus adde Mil. in verb. possessorio recuperandæ agens, necesse habet, & c. fol. 281. vbi hanc distinctionem inter beneficia, & profana expressē ponit post Lap. & alios in c. ad decimas, de rest. spol. in 6. & hanc opi. quādo sumus in causa profana quod talis exceptio non obstat communem dixerunt apostillantes ad Alex. in d. conf. 99. vt refert Didac. d. c. 23. pract. q. sub nu. 4. post princ. quāuis vltius commun. opi. li. 2. opi. 30. incip. attentata. vers. quarto ampliatur. refert eosdem apostillantes contrarium dicentes, quod immo commun. opi. sit, quod etiam in rebus profanis talis exceptio obstat, de cuius attestacionis relatione valde dubitandum videtur, cum, & contrariam attestacionem referat ex eisdem Didac. vt supra, & re vera ita opi. quod in profanis huiusmodi exceptio non obstat verior videatur, & ipsemet Viuius, (& rectē) ibi dixerit, t̄ quod illa est tutior, & quod ab eam iudicando, aut consulendo nō diceretur. Eandem quoque tenet Afflic. (dum loquitur in casu suo in profanis) decif. 98. pulchrum. numero 6. & iterum decif. 352. quidam. num. 4. vbi tamen hanc conclusionem declarat 54 t̄ quod licet fiat reuocatio attentati, (puta possessionis lite pendente captæ) etiam ad instantiam illius, de cuius nō id iure conitat, possessio tamē per hoc illi non restituitur, & ita fuisse pronunciatum in regia Camera attestatur, quæ in hoc sequitur Paris. conf. 108. de bono iure. nu. 27. lib. 1. Et cum hac declaratione supra dicta limitatio videtur omnino tenēda, & eam videtur etiā tenere absque declaratione supra dicta Didac. vbi iuprà in fi. dicti vers. quinto declaratur. quāuis t̄ Franc. Marc. in decif. delphinal. q. 80. nume. 6. loquens in profanis videatur tenere, quod tunc talis exceptio obstat, & Ant. de Matthæis in repet. §. nihil commune. l. naturaliter. ff. de acquirend. posses. in 16. fallen. numero 49. fuerit in alia opinio, quod immo nec in profanis fiat reuocatio, quando notoriē constat de non iure petentis reuocationem, cuius opin. & si de iure non videatur improbanda, cum etiam in profanis verē militet illa ratio, quod per non ius constat de

fiat de non interesse, & consequenter quis non est audiendus, attamen in iudicando, vix posset recedi à presenti limitatione propter autoritatem tot docto. hanc distinctionem inter profana & beneficialia tenentium. Est tamen circa hoc animaduertendum, quod aliàs eueniente casu in profanis in vna Senogalien. attentatorum coram Aldrobandino 26. Februarij 1565. supra dicta distinctio de possessione intanti pro attentatorum reuocatione non restituenda, non videtur fuisse per Dominos tenta: quamuis enim dicta die 26. Februarij, nec etiam presentem limitationem firmare voluisse videantur, dum formaliter dixerunt, quod durum videbatur eis, quod attentata non reuocaretur propter inhibitionem Rotalem, & ex alia parte pugnare videbatur, quia constabat de non iure petentis reuocationem, vt ex facto apparebat, & propterea ordinarunt Domino Poneti, vt ille aliquo modo accommodaret, vel cedendo attentatis, vel alio modo providendo, nihilominus dum iterum causa fuisset proposita, sub die 4. Iulij eiusdem anni, & in specie dubitaretur, an possessio (quæ post primam propositionem fuerat apud Rotam sequestrata) esset restituenda ei qui petebat attentatorum reuocationem, Domini tenuerunt pro attentatis, & sic possessionem illi restituendam, 56 ex qua t̄ relolutione, ne videatur pugnare his quæ diximus infra de possessione hoc casu petenti reuocationem non restituenda, posset colligi vna declaratio, vt possessio non sit illi statim restituenda, sed postquam per aliquod tempus sitisset, sub sequestro, prout fuerat factum etiam in dicta Senogalien. vt adnotauimus etiã infra hoc eodem, c. q. 8. in fi.

Se cundò regulam prædictam intellige, quod licet ad instantiam prædicti actoris talia attentata non reuocentur, t̄ ex officio tamen Iudicis cuius fuit læsa Maiestas bene reuocantur. Rot. decis. 2. aliàs 14. fuit dubitatum. ad med. de restit. spoliat. in no. Mil. in verb. attentata lite pendente, nunquam. fol. 30. & in verb. possessorio recuperandæ in beneficialibus. fol. 284. Franc. in dicto c. bonæ, sub numer. 15. de appellat. & post alios ita etiam expressè limitat Iacob. Henric. in cõf. 52. in casu. num. 13. in fi. lib. 2. & Modern. in annotat. ad Aegid. num. 87. cum declaratione tamen 58 de qua supra in proxima limitatione (quod quãuis Iudex ex officio reuocet, vt præfertur, dicta attentata, per hoc tamen possessio non restituatur attentata passo, de cuius non iure constat, sed debeat sequestrari, prout solet facere Rota, vt attestatur Cassad. vbi supra, & ita etiam concludere videtur post multa Didac. dicto cap. 23. sub numero quarto, circa fi. vbi totam hanc materiam ad hoc redigere videtur, vt tam in beneficialibus, quàm in temporalibus, quando constat notoriè de non iure agentis, attentata non reuocentur ad instantiam partis, sed solum ex officio Iudicis ad effectum sequestrandæ. Verùm quia hæc eius opi. excludens reuocationem fieri posse ad instantiam partis, sed solum ex mero officio Iudicis absque instantia partis, videtur penitus confundere, & destruere distinctionem, quam solent facere docto. inter beneficialia, & profana, de qua supra, & præcedentem limitat. ideo à supra dicta limitatione nõ recederè præ-

sertim adhibita declaratione, de qua ibi, quod possessio nõ restituatur petenti reuocatione, sed ponatur, sub sequestro, prout solet etiam facere moderna Rota, vt tradit Guid. Bon. in recollet. suis. decis. 105. fuit tentum. sub rubric. vt lit. pend. vbi ita in vna Salamantina Abbatiæ coram Vestano, & alia Vlisbonen. quartanariæ, coram Reumano, & aliàs sapissimè in Rota fuisse obseruatum similiter attestatur, quod etiam affirmauit Caputaquen. vt est in recollet. ipsius parte 1. de cif. 131. incip. licet attentata, & Mandof. vbi supra, vbi ita seruatum fuisse refert in vna Assen. optionis, & attentatorum coram Nouato, die 10. & 27. Maij, & 12. Iunij 1549. nam, & aliàs, t̄ quando adest intrusus lite pendente, & causa est intricata, & non habet bonum odorem, cõsuevit Rota suspendere etiam res iudicatas, & sequestrare beneficium, & deinde cognoscere de bono iure in negotio principali, vt fuit factum in vna Laurinen. Archidiaconatus coram Paleot. sub die 23. Iunij 1559. vt est decisio in recollet. Caputaquen. in 1. patre. decisio. 4. incip. quando causa est intricata, & ita etiam fuit nouissimè obseruatum in vna Tudertina bonorum coram Aldobrandino. 17. Octobris 1572. in qua cum intrusus lite pendente ad excludendum reuocationem attentatorum daret de non iure aduersarij, Rota voluit, quod apponeretur sequestrum, & deinde videretur de bono iure. Idè ordinarunt Domini ob multiplices t̄ difficultates, quæ circa possessionem attentatam erant, in vna Brixien. bonorum, & attentatorum coram Sarmiento 8. Nouembris 1568. Similiter, quia materia visa est Dominis implicita, fuit per eos dictum, quod cognosceretur de bono iure attentantis in alia Florentina Sanctæ Mariæ coram Seraphino. 29. Aprilis 1569. Eadem resolutio, quod quando constat de non iure petentis attentatorum reuocationem possessio non sit restituenda, sed sequestranda fuit facta in alia Romana vineæ coram Cotta. 5. Nouembris 1571. Pari modo, t̄ quando attentata essent multum antiqua, & propterea agentes pro illorum reuocatione diceretur fuisse in magna negligentiã, attentata ante omnia non reuocarentur, sed cognosceretur de bono iure, & degustaretur bonum Ius in negotio principali ante illorũ reuocationem, vt placuit Dominis in vna Perusin. hæreditatis, bonorum coram Cotta. 15. Iunij 1571. in qua agebatur de reuocatione attentatorum commissorum ante annum 1503.

62 Tertiò limitari potest, vt nõ procedat t̄ quando talis exceptio indigeret discussione, quia tunc videtur, quod non retardet executionem, & reuocationem, & ideo si tertius intruserit se lite pendente in beneficio, & contra eum agatur ad relaxationem possessionis, & ille excipiat de non iure aduersarij, dicta exceptio non impedit executionem quo minus contra talem intrusum detur declaratoria, & executoriales, si talis exceptio indigeat discussione, vt fuit tentum in vna Florentina Sancti Pancratij, sub die 6. Iunij. 1558. vt est decisio in recollet. Paleot. 87. incip. orta.

63 Quartò videtur, posse limitari, t̄ vt non procedat in restitutione, & reuocatione, quæ fieret officio iudicis ad peccatum euitandum, quæ nõ impeditur ex obiectu defectus proprietatis notorij, vt

torij, vt sentit Franc. in c. ad decimas. sub nu. 11. vers. non obstat. c. porro. de rest. spol. vbi pro responsione ad dictum ca. porro. dat hanc solutionem quæ licet non loquatur specificè de attentatis, tamen ex identitate rationis, ad ea potest extendi, nam si ratione peccati euitandi impeditur restitutio, quando scilicet per restitutionem daretur vitiosus ingressus, vel fructus perciperentur indebitè cum peccato, vt diximus supra, nume. 26. & numero 27. vt contrariorum sit eadem disciplina, eodem modo dici debet, quod quando per reuocationem euitaretur peccatum, tunc non obstante exceptione defectus proprietatis notorij debeat fieri etiam attentatorum reuocatio, secundum dictam doctrinam Franc. vbi supra.

DECLARATVR nunc eadem regula,

Primò, & necessario modo, vt quod sæpe dictum est, quod quando notoriè constat de non iure illius, qui passus est attentata, nõ potest ad illius instantiam fieri reuocatio attentatorum 64 t̄ intelligatur de notorio non iure resultante ex confessione ipsius, qui est passus attentata, secus si resultaret ex pbationib⁹ partis aduersæ, 65 t̄ sicut dicimus in spolio in quo notorium non ius resultans ex confessione spoliati vel per rem iudicatam impedit restitutionem, licet secus sit si resultet ex probatione spoliantis, vt est in recollet. Thom. de Than. decis. 19. quoniam (vt dixerunt Domini in vna Burgen. canonicatus coram D. meo Oradino. 21. Aprilis. 1561.) ista materia strictè procedit, quando scilicet de non iure constat per confessionem, vel per rem iudicatam, 66 quamuis t̄ hanc distinctionem non videatur admittere And. Barbat. in conf. 55. equidè. nu. 6. lib. 4. vbi confessionem, & aliàs probationes equiparare videtur. Quæ declaratio eò magis videtur 67 signanda, ex quo aliàs videmus, t̄ quod possessor non est sua possessione priuandus, etiam si confiteretur se nullum ius possidendi habere antequam clarè appareat de iure aduersarij agētis, vt post Deci. in l. qui accusare. nu. 14. C. de eded. tradit Io. Cephal. in conf. 26. deputati. num. 11. libro 1. Est tamen hæc declaratio declaranda, 68 vt procedat quando confessio est clara, & secus si non est omnino clara, t̄ & liquida, sed recipit aliquam disputationem, vel dubitationem, 70 arg. eorum, quæ aliàs dicunt docto. quod t̄ licet executio rei iudicatæ impediatur quando constat de illius iniquitate per confessionem partis, illud tamen procedit, dummodo illa sit clara, ac liquida, secus si disputationem recipit, vt post Fely. in c. inter ceteras. col. antepen. versicul. secunda declaratio, & seq. de re iudi. tradit Mandell. de Alba. in consil. 14. præsupposita. numero 3. libr. 1. Illud autem quod dictum est, quod non ius resultans aliundè, quàm ex confessione non releuet, nec propterea dicatur constare de non iure petentis reuocationem attentatorum, videtur posse Ampliari, vt t̄ procedat etiam si attentans ad docendum de huiusmodi nõ iure sui aduersarij allegaret aliquam gratiam, quæ haberet decretum irritans, quamuis enim ex eo, 71 quod t̄ huiusmodi decretum inficit nedum titulum, verùm etiam possessionem. Rot. decisio. 3. aliàs 16. si contra. de restit. spol. in no. videretur per hoc dicendum, quod passus attentata non posset in petitorio, aut possessorio ius habere,

& consequenter quod constaret de illius non iure, Contrarium tamè videtur verius, quia per hoc ad effectum impediendi reuocationem attentatorum nõ dicitur constare de nõ iure, & ideo si habens regressum ad beneficium t̄ cum decre 73 to irritanti lite pendente vigore dicti regressus capiat possessionem, non potest attentatorum reuocationem impedire, sub prætextu, quod propterea constet de non iure petentis reuocationem, prout inclinatur primo Domini in vna Roma. beneficiatus Sancti Petri coram Cotta. 10. Iulij. 1568. & demum fuit in eadem resolutum 74 coram Serafino 2. Maij 1569. t̄ hoc nisi regressus fuisset iam iustificatus, vt senserunt Domini in dicta causa dicta die 10. Iulij. quia tunc contra habentem regressum non datur restitutio. Rot. decis. 3. de restit. spol. in no. Cassad. decis. 2. eo. tit. Put. 2. decisio. 140. aliàs 144. incip. decima sexta Maij. & decis. 39. sub Rub. de restit. spol. & Simonett. decisio. 14. incip. coram D. Martino, & fuit etiam tentum in vna Perusin. Sancti Aegidij coram Sarmiento 15. Iunij. 1562. t̄ Similiter licet Regula de valore habeat decretum irritans, nihilominus probatio non veri valoris non impedit reuocationem attentatorum, vt est decisio in recollet. Put. 1. 204. in qua ad literam dicitur, quod probatio non veri valoris non inducit nullitatem tituli, vt dicatur constare de non iure ad effectum, vt quis super attentatis non sit audiendus, quia licet hoc sit probatum, potest tamen probari contrarium, & probatio non excludit probationem, & ideo hoc stante fuit sub die 21. Nouembris 1541. coram Thoma de Tanis conclusum, quod attentata purgari deberent: Quæ conclusio ultra rationem Dominorum ex eo etiam comprobari potest, quia pro attentatorum reuocatione non requiritur probatio possessionis, sed sufficit probare detentionem & statum; ad quem fiat restitutio, vt declarauimus infra in hac 3. parte, capitulo 26. de probatio. attent. numero 20. & seqq. Decretum autem irritans licet inficiat possessionem, t̄ non tamen inficit detentionem. Rot. decisio. 11. aliàs 56. nota, quod vbi aliquis de caus. poss. & propr. in antiq. Prætere cum possit probari contrarium, vt dictum est, sequitur, quod non possit dici constare de non iure petentis reuocationem attentatorum, quia t̄ non dicitur de alicuius non iure constare, quousque ille potest de iure suo docere. Aegid. decis. 103. non dicitur. cum similit. 78

79 Secundò, vt actor t̄ de cuius non iure constat petes attentata reuocari, puta quando esseimus in aliqua ex limitationibus supra proxime positis, debeat compelli docere de suo interesse, etiam coloratè, vt inquit Aegid. decisio. 153. conclusio quod licet petens, vbi subdit, quod in hoc omnes nemine discrepante concordarunt.

Tertiò, vt ista exceptio ad hoc, vt in beneficialibus impediatur restitutionem, t̄ debeat esse taliter notoria, vt non requiratur altiore indaginem, vt post Ferrett. in conf. 4. num. 5. declarat nouissimè Osaf. in decis. Pedemont. 116. ex actis. nu. 8. vers. non obstant.

Quartò, ex intentione eiusdem Osaf. ibi. sub numero 9. vers. item respondetur, declarari, vt huiusmodi exceptio ad hoc, vt operetur, & restitutionem impediatur in beneficialibus t̄ debeat pro- Tract. de Attent. 0

82 poni coram Iudice competenti, & fecus si coram Iudice competenti, put a coram Iudice seculari opponeretur, vt fuit consideratio eiusdā Ferrēt. in cōf. 7. nu. 10. licet de ea Ofasc. ibi dubitet.

Quintò, quia in tractatione huius primæ exceptionis de non iure actoris docto. semper loquuntur hoc loquendi modo, videlicet quòd cōstat de non iure ipsius, potest t̄ declarari, quòd cōstare notoriè de non iure non potest dici ante conclusionem in causa, vt tradit notanter Alex. in consil. 99. visis. numero quarto, libro 5. & est in recollet. Put. decif. 24. notoriè sub rubr. de

84 restitut. spoliat. & alia in recollet. Peregr. Fab. 26. aliàs 9. incip. fuit resolutum. in fin. cōstare t̄ enim de non iure non dicitur quādiu potest de iure doceri. Egid. decif. 103. nō dicitur. doceri autem semper posse videtur, quousque non est cōclusum in causa. arg. eorum, quæ ponit Rot. decif. 1. aliàs 9. nota quòd postquā. de probat. in an

85 tiq. & propterea fuit aliàs per Dominos dictū, quòd si lata contra me sentētia aduersarius me⁹ aliquid attentauerit, & contra me petentem reuocationem excipiat de notorio meo non iure, ex quo reportauit sententiam contra quæ facit notorium, non obstante prætenfa exceptione attentata sunt reuocanda, quia cum lis pendente poterit probari cōtrarium, vt est in recoll. Thomæ de Than. decif. 2. incip. attentata. t̄ Quod videtur intelligendum dummodo non doceretur de non iure per confessionem, quia tunc etiam ante conclusionem diceretur constare de non iure, secundum Mil. in verb. possessorium recu-

86 perandæ intentans. fol. 281. Taliàs autem constare dicitur id de quo ex probationibus, & indicis, vel per instrumenta constat, secundū Ruyn. 87 in consil. 62. discussio. nu. 17. li. 5. t̄ Ex productione verò alicuius regulæ, an diceretur cōstare de non iure illius, qui contra regulam aliquid fecisset, vide remissimè per Cassad. decif. 1. prou⁹ sus. sub nu. 10. ver. item non diceretur constare. de re rest. spoliat. vbi se remittit ad Aret. in §. nihil cōmune l. naturaliter. ff. de acquiren. possess. & ad Bart. in l. scriptus. ff. de religi. & sumpt. funer. & ad Panor. in capi. vestra. de cohabit. cler. & mul.

Quādo autē dicatur constare clarè de non iure, 88 adnotauit expressè t̄ in terminis nostris Iacob. Henric. in consil. 52. in casu. numero 11. libro 2. vbi voluit, quòd cum ista verba clarè constare, importent certitudinem, quādo iura partium non sunt plenè deducta, & disputata, non potest dici clarè constare, ex quo certum id dicitur, quod non potest deduci in dubitationem. l. ornamentorum. ff. de aur. & argen. lega. & similiter id in quo nō potest esse fallacia, secundū Bald. in l. hac consultissima. col. 3. C. qui testam. fac. poss.

QVAESTIO II.

SVMMARIVM.

- 1 **EXCEPTIO** quod comparens non est talis qualē se facit, etiam contra agentem ad reuocationem attentatorum opponi potest.
- 2 *Vt in Cessionario, Tuore, Pralato, & Procuratore, vt nu. 2.*
- 3 *Spolio agens debet docere se esse talem qualem se facit.*

4 *Legitimatio personarum etiam in Iudicio summario fieri potest.*

1 **S**E C V N D ò quæro t̄ an agenti ad huiusmodi reuocationē opponi possit exceptio, quòd non est talis qualem se facit, t̄ puta quando esse mus in cessionario, & aliis, qui agunt nomine alieno, vt tutor nomine pupilli, Prælatus Ecclesiæ, Procurator sui principalis, t̄ & sicut in spolio videtur admitti, ita, vt agens teneatur docere se esse talem, vt dicunt Docto. in l. naturaliter. §. Nihil commune, & ibi nouissimè Ant. de Mattheis, qui te statur hanc esse comm. opin. nu. 48. in 15. fallentia. ff. de acquiren. possess. cum aliàs etiā in possessorio obstat exceptio inhabilitatis ipsius agentis, vt post alios tradit Sigisf. mund. Loffréd. in consil. 45. magnificus. nu. 20. Ita etiam in attentatis videtur posse rationabiliter hoc dici, attēto maximè, quia tētiā in summaris (pro ut est iudiciū attentatorum) est faciendā legitimatio personarū, vt post alios, quos in id citat, tradit eleganter Menocch. de recuperand. possess. Remed. 15. q. 24. num. 273. Quibus adde post alios Io. Bapt. de Asin. in sua praxi Iudic. §. 3. capitul. 25. post Lanfranc. Alex. & Iaso. in locis per eum citatis, & Io. de Neuizza. in consil. 18. Cumā. numero quarto, qui alios allegat, & Alciat. in cōsil. 42. breuibus. nu. 5. lib. 6. Grat. consil. 140. quouiam. nu. 39. lib. 1.

QVAESTIO III.

SVMMARIVM.

- 1 **EXCOMMUNICATIO** nis exceptio an obstat attentatorum reuocationi.
- 2 *Excommunicatus nō potest agere aliquo Iudicio possessorio.*
- 3 *Attentatorum iudicium dicitur possessorium.*
- 4 *Excommunicatus non potest intentare iudicium possessorium restitutorium.*
- 5 *Dummodo excommunicatio sit probata in actis, vt numero 5.*
- 6 *Exceptio excommunicationis retardat etiā executionem quæ fit vigore rei iudicata.*
- 7 *Excommunicatio est tanta potentia, vt etiam occulta impediatur collatio: excommunicato factam, vt illa confortiatur effectum.*
- 8 *Et reddit omnino processum nullum post illius oppositionem. nu. 8.*
- 9 *Exceptio excommunicationis nō censetur exclusiua per dispositionem omnes excludentem.*
- 10 *Excommunicationis exceptio non obstat agenti ad reuocationem attentatorū secundū veriorē opinio.*

1 **T** E R T I ò, quæro t̄ an exceptio excommunicationis obstat petenti reuocationē attentatorum, & pro opi. affirmatiua, quòd sic, fa. 2. quia t̄ excommunicatus non potest agere aliquo possessorio, secundum Mil. verb. excommunitatus licet non possit. folio 125. t̄ Iudicium autem attentatorum videtur possessorium, secundum Aegid. decif. 72. lata, & annotauimus supra in prima parte in præfatione. numero 78. t̄ Item in simili quia excommunicatus non potest intentare possessorium restitutorium, vt est Decif.

Decif. Tolof. 172. an excommunicatus, quod etiam dixerunt Domini in vna Parmen. cappelania coram Reymano sub die 16. Decembris 1547. quòd excommunicatus non restituitur in spolio, t̄ quando excommunicatio nō reperitur probata in actis, vt est in recollet. Put. decif. 15. excommunicatus, sub Rubr. de restit. spoliat. Præterea videmus, t̄ quòd exceptio excommunicationis est tanta potentia, quòd retardat etiam excommunicationem, quæ fit vigore rei iudicata, ad tex. in capitulo pia. §. sed si post rem iudicatam. de except. in 6. vt est decisio Guid. Pap. 215. an executio. numer. 5. & tradit eleganter Io. Bapt. de Asin. in sua praxi Iudic. §. 31. capitulo secundo, in 17. limit. & reddit processum omnino nullum post illius oppositionem. Abb. & ibi quoque Deci. in capit. intelleximus. colum. penul. de iudic. sequitur Io. Bapt. Ferrēt. in consil. 35. exceptio excommunicationis. libro 1. per totum; & t̄ aliàs excommunicatio est tanta efficaciam, quòd etiam si sit occulta impedit collationem excommunicato factam, vt nullum sortiatur effectum, vt per multa deducit Cassad. decifio. 1. non valet collatio, de præbend. per totam, quin immo si omnes aliæ exceptiones per aliquam dispositionem essent exclusiua ipsa tamen excommunicationis exceptio non censetur exclusiua, vt post alios voluit nouissimè Io. Bap. de Asin. in sua praxi Iudic. §. 13. capitul. 10. in 11. Ampliat. secundæ princip. limit. regulæ per eum ibi posita, vnde ita etiam deberet retardare reuocationem attentatorum, quæ non videtur, tanta authoritatis. Pro opinione verò t̄ negatiua, quòd illa non admittatur (quæ est verior, & tenenda) faciunt ea, quæ supra posuimus in 2. parte capit. 12. de attent. appellat. pendens. in 13. ampliat. princip. nume. 1. post Rot. decif. 2. aliàs 14. fuit dubitatum, in additione, ver. tertia differētia, sub nu. 3. de restit. spoliat. in no. & Franc. in dict. c. bonæ, sub nu. 14. ver. quinto) vbi expressè ponit etiā hanc differētiā inter interdictū, vnde vi. & remedium attentatorum) de appellat. & Deci. & Rip. ibi allegatos. Quibus adde eundē Deci. in c. ex parte. el. 2. ver. quarta cōclusio. de rescript. & post Deci. cōf. 200. in casu, nu. 2. lib. 1. Marāth. in specul. in 3. parte sextæ partis princip. q. 7. nu. 393. & Hier. de Monte in tracta. finiu. regund. ca. 108. quod est vltimū. nu. 4. & nouissimè Menoch. de recuperand. possess. remed. 17. nu. 31. ver. quæro tertio, vbi præter plerosque ex supra allegatis in id citat etiam Coras. in 2. parte, nu. 123. & Ruben. nu. 301. & Ant. Matth. nu. 42. in l. naturaliter. §. nihil commune. vbi id etiā affirmavit Rip. nu. 68. ff. de acquiren. possess. Nec aliquid mouent, quæ supra in contrariū facere videbantur, quia hæc est specialis differentia inter spolium, & attentata, vt in hoc sint priuilegiata, vt dicunt omnes supradicti Docto.

QVAESTIO IIII.

SVMMARIVM.

- 1 **DESERTIONIS** exceptio regulariter nō obstat agenti ad reuocationem attentatorum.
- 2 *Nisi de desertione notoriè constaret ex actis, &*
- 3 *In reuocatio attentatorum pendente appellatione ab*

interlocutoria.

- 4 *De stilo curiæ parlamenti Desinat. &*
- 5 *Quando quis dum posset non dedit de attentatis.*
- 6 *Causa attentatorum etiam principaliter ab initio commissi si in progressu causæ fuerit vna cum appellatione prosecuta, si appellatio fiat deserta etiā causa attentatorum censetur deserta & de hac desertione potest opponi.*

Q V A R T ò quæro, an exceptio desertionis appellationis, qua pendente prætenditur attentatum, obstat petenti reuocationem, & quāuis iste articulus non videatur admodum expeditus, cum super hoc videatur adesse decisiones etiā Rotæ inter se parum concordantes, vt diximus latius supra in 2. parte c. 12. de attentat. appell. pend. in prima ampliat. princip. in princ. ver. si. circa primā, attingendo tamen quod particulariter attinet ad materiam, de qua agimus potest concludi, t̄ quòd regulariter non obstat, nisi in quinque casibus, qui ibidē in quinque limitationibus sunt comprehensi. t̄ Primò quando de desertione constaret notoriè ex actis, vt ibi. nu. 8. t̄ Secundò, quādo sumus in reuocatione attentatorum post appellationem ab interlocutoria, vt ibi nu. 10. Tertio, quādo essemus in Curia parlamenti desinat. vt ibi nu. 13. t̄ Quarto, quando sumus in executione directa, vt ibidē, nu. 14. Quintò, t̄ quando is qui poterat petere reuocationē attentatorū ante desertionē non dedit de attentatis, nec super illis causam cōmissit, si enim post desertionem petat illa reuocari vtiq̄e sibi obstat ista desertionis exceptio, vt ibi nu. 17. Illud tamen ad propositū præsentis quæ, omnino prætermittendū non est. t̄ Quod si causa attentatorū fuisset etiā principaliter ab initio commissi, deinde in progressu causæ fuerit prosecuta vna cum causa appellationis, si cōtingat appellationē deseri, illa deserta cēsebitur etiā deserta causa attentatorū, vt fuit dictū in vna Baren. Iurisdictionis corā D. meo Oradino, sub die 20. Februarij 1568. Vnde hoc casu instanti pro reuocatione attentatorū poterit nō immerito opponi exceptio desertionis causæ ipsorū attentatorū. Quod ex eo in simili cōprobari potest, quod aliàs dicitur, quòd deserta appellatione, nullitatis quoque causa vnā cū ea commissi cēsebitur deserta, vt adnotauimus supra in 2. part. c. 17. de attent. nullit. pend. nu. 69.

QVAESTIO V.

SVMMARIVM.

- 1 **EXCEPTIO**, quòd quis renuntiauit appellationi non est regulariter admittenda contra agentem ad reuocationem eorum, quæ appellatione pendente attentata dicuntur.
- 2 *Nisi in quatuor casibus de quibus hic remissimè, vt numero 2.*

Q V I N T ò similiter queritur, an reo competat hoc casu contra actorem exceptio, quòd ipse renuntiauit appellationi, qua pendente prætendit fuisse attentatum, & sic an obstat exceptio renunciationis appellationi factæ, de quo pariter diximus latius supra eodem capitulo. 12. de attent. appell. pēd. in 2. ampliat. principali, Tract. de Attent. O 2

& secundum ea quae ibi dicta sunt concludendo dici potest, Quod regulariter talis exceptio non fit admittenda, nisi in quatuor casibus, qui ibidem pro quatuor limitationibus ad regulam ibi positam datur. nu. 7. 8. 9. & 11. quae breuitatis causa non reperuntur.

QVAESTIO VII.

SUMMARIVM.

- 1 EXCEPTIO spontanea renunciationis beneficii vel alienationis rei litigiosae (in casu quo illa vendi potuit) an obstat agenti ante auocationem attentatorum disputatur.
Verior opinio, quod non obstat, vt infra nu. 12.
- 2 Renunciatio, & cessio perditur dominium, & possessio in beneficiis.
Sic & venditio in re profana, vt num. 3.
- 4 Exceptio spontanea renunciationis videtur in effectu concludere non ius in agente.
- 5 Spoliato regulariter obstat exceptio spontanea renunciationis.
- 6 Remedium cano. reintegranda, in re profana regulariter non competit vbi quis facto suo ab illius possessione cecidit.
- 7 Attentata videntur accessoria ad causam principalem. Et ex illius natura puenire vt num. 8.
- 9 Exceptio renunciationis factae principali, id est appellatione non nocet in accessoris, id est causa appellationum.
- 10 Interdictum vnde vi datur etiam ei, qui postquam renuntiavit incumbit tamen possessioni.
- 11 Detentionis probatio sufficit in causa attentatorum ad obtinendam reuocationem.
- 12 Reuocatio attentatorum dicitur fieri in poenam attentantis.
- 14 Ius reuocandi attentata potius causatur ex culpa, & facto attentantis, quam ex aliquo iure, quod coheret ipsi contra quem attentatur.
- 15 Incumbens possessioni si spoliatur restituitur.
- 16 Renunciationis ante attentionem factae exceptio an obstat agenti ad dictorum attentatorum reuocationem, distinguitur.
- 17 Attentans si transferat rem, circa quam est attentatum in eum, in quem resignans volebat rem peruenire, obstat exceptio renunciationis hoc casu secundum aliquos.
Licet de hoc videatur subsistendum, vt nu. 18.

SEXTO quæro tan exceptio spontanea renunciationis beneficii, vel alienationis rei de qua agitur quando sumus in profanis, & alienatio etiam lite pendente fuisset licita, secundum ea quae diximus supra in prima parte capit. quarto de attent. lite pend. in præfatio. in tertia illatione. numer. 464. & multis seqq. obstat petenti reuocationem attentatorum: Pone enim, quod lite pendente me in possessione turbaueris, puta partem fructuum auferendo, deinde ego beneficium renuntiauerim, aut rem vendiderim, & postea incumbens adhuc possessioni, saltem de facto velim agere ad reuocanda attentata, & tu contra me obicis exceptionem spontanea renunciationis, & venditionis, in isto articulo li-

cet non inuenerim illum ab aliquo factum) duplex potest esse opinio.

Prima, quod talis exceptio fit admittenda & actorem repellat, Primò quia non videtur dubium, quod per huiusmodi renunciationem, & cessionem sit abdicatum à cedente, & renunciante omne ius, quod antea haberet, & cum per renunciationem, & cessionem dicitur perdi dominium, & possessio, vt eleganter deducit (loquens in beneficiis) Cassad. decis. 4. fuit dubitatum. numer. 10. & per totam de restit. spoliat. & per venditionem in re profana, saltem apposita clausula solita constituti dicitur translatum in emptorem, & possessio, & dominium. l. traditionibus. C. de pactis. Tiraq. in tracta. de constit. possess. in 2. parte. in 1. ampliat. nu. 2. & seqq. Ex quo sequitur, quod cum fuerit ammissa possessio, & dominium, nullum ius apud renunciantem, & vendentem remanserit, & consequenter, quod per huiusmodi exceptionem dicatur notorie constare de non iure petentis reuocationem, quae exceptio non iuris regulariter impedit reuocationem, vt diximus supra q. 1. nu. 21. Secundò, quia si concederetur huiusmodi reuocatio, daretur occasio peccati, fructus scilicet indebiti, & sine titulo percipiendi, quod non videtur aliquo modo tolerandum, secundum ea, quae ibidem diximus, numer. 27. Tertio, quia in simili videmus, quod renuntianti non competit interdictum vnde vi, & sibi regulariter obstat exceptio spontanea renunciationis. Rot. decisio. 6. aliàs 216. nota quod existenti. de renuntia. in antiq. Cassad. decisio. 4. fuit dubitatum. numero nono, & ferè per totam, de restit. spoliat. Alciat. consil. 139. pro resolutione. numero 14. libro quinto, cum aliis decisionibus ad hoc dictum congestis per Papaz. in addit. ad decis. 1. aliàs 118. sub numer. 7. versic. & circa materiam principalem, de renuntia. in no. nam, & aliàs in profanis quando quis proprio facto, atque contractu cadit à sua possessione, non habet remedium capit. reintegranda, 3. quæst. 1. vt notant docto. præsertim Soc. in l. rem quæ nobis. colum. penult. ff. de acquiren. possess. & etià dicit Cassad. dicta de. il. 4. nu. 6. Vnde sicut hæc exceptio obstat spoliato petenti restitutionem, ita etiam potest dici, quod habeat obstat petenti reuocationem attentatorum.

Secunda potest esse opinio, quod huiusmodi exceptio nullo modo obstat. Primò quia videmus quod licet causa appellationis dicitur esse principalis, & causa attentatorum accessoria ad ipsam. Rot. decisio. 1. aliàs prima, attentata de appellat. in no. timmo ex natura ipsius appellationis attentata prouenire dicantur, vt fuit singulare dictum Inno. in capit. dilecti. el. 3. & ibi Franc. numero 1. qu. 1. de appell. vbi id dicit esse tenendum menti, & per hoc videtur dicendum quod exceptio renunciationis factae principali haberet obstat in accessorio, & Nihilominus, renunciatio, quæ fit appellationi, non impedit quo minus ea, quæ fuissent attentata appellatione pendente peti possint reuocari, vt diximus supra in 2. parte, capit. 12. de attent. appell. pend. in 2. ampliat. princip. in regula ibi posita, numer. 1. & 2. Secundò & quia sicut quando quis post cessionem, & renunciationem incumbit possessioni, datur sibi interdictum vnde vi.

Rot.

Rot. de cis. 1. aliàs 158. licet reus de renunciatione in no. & eo casu non obstat sibi exceptio renunciationis, ita etià debet dici, quod detentio (quam supra in facto præsupponimus, & quæ aliàs sufficit diutaxat probare in hoc remedio reuocationis attentatorum, Rot. decisio. 11. aliàs 56. nota quod vbi aliquis de causa possessionis, & propriet. in antiq.) hoc casu causet reuocationem attentatorum, non obstat exceptione renunciationis. Tertio quia si obseruantia Rotæ, (quæ quando renuncians incumbit possessioni dat etiam renuncianti restitutionem) fundata est potius in odio spoliantium, quam in iure petentis restitutionem, vt animaduertit Papaz. vbi supra, sub numero 10. Ista ratio odij multo magis militat in reuocatione attentatorum, quam in spolio, cum attentans, dicitur magis odiosus, & offendere, & lædere ius, iudicem, & partem, capitulo primo, de appell. in 6. vt dixit Franc. in capit. bonæ. sub numero 14. vers. 5. quia. de appellat. Quarto, quia cum attentare sit delictum, & sonet in malum, Aegid. decis. 18. oneratio, & reuocatio attentatorum dicitur esse in poenam attentantis, vt dicimus latius infra capitulo 31. de poena attentant. Ergo etiam postquam passus attentata renunciauit, debeat attentata reuocari, cum Reip. intersit delicta non remanere impunita, iuribus vulg. Et tenendo hanc opinionem, quæ verior, & tenenda videtur, non obstant ea, quæ in contrarium allegantur, & primo, quod per renunciationem videbatur constare de non iure: quoniam responsetur, quod ius reuocandi attentata potius causatur ex facto, & culpa attentantis, quam ex aliquo iure, quod cohereat illi, contra quem attentatur, vnde licet per renunciationem, abdicasset à se omne ius, quod sibi coherebat, ius tamen istud extrinsecum, quod ex facto, & culpa attentantis fuerat causatum, non potest dici ab ipso esse abdicatum. Secundum quoque non obstat, quod daretur occasio peccati, & c. quia cum fructus quos mediante reuocatione attentati consequuturus essem, fuissent percepti tempore, quo ego verè eram dominus, & ante renunciationem, si mihi restituerentur, nulla cadit consideratio peccati. Ad tertium respondetur, quod præsupposito; quod post renunciationem in cuberim possessioni competit etiam hoc casu interdictum vnde vi, vt in dicta decision. Rot. 1. de renuntia. in no. præterea non sequitur non datur interdictum vnde vi, Ergo nec remedium attentatorum, quia in multis sunt magis priuilegiata attentata, quam spolium, vt docet Rot. de cis. 2. aliàs 14. fuit dubitatum. nu. 3. de restit. spoliat. tradit Franc. latè in c. bonæ. nu. 13. & seqq. de appellat. & dicimus latius infra. ca. 30. de priuileg. attent. nu. 6. & multis seqq.

Ex quibus firmari potest conclusio, quod exceptio renunciationis factae post attentionem regulariter non obstat petenti reuocationem attentatorum, per supradicta, & quod si fuerit facta ante attentionem maius videtur dubium, & esset recurrendum ad ea, quæ notat docto. in c. sollicitè. de restit. spoliat. præsertim ad distinctionem, quam dat Lap. alleg. 23. limitat. in princ. & ibi per Mandos. in addit. 1. allegantem, multos eum sequentes an scilicet renunciatio habuerit

omnino principium vel finem post attentionem necne. Et quod attentata post renunciationem non essent reuocanda, plurimum suadet, id quod annotauimus supra in 2. parte, capit. 12. de attent. appell. pend. in 2. ampliat. princ. nume. 12. vers. quarto limita, quod attentata, postquam quis renunciauit appellationi, non veniunt reuocanda. Hæc tamen conclusio, vno modo limitari forsan posset, vt non procedat, quando attentans cessisset, aut alio modo transfuisset rem, super qua fuit commissum attentatum in eum, in quem, ex renunciatione, vel cessione mea deuenire debebat, puta in resignarium, quamuis enim regulariter contra attentantem non obstat exceptio renunciationis post attentionem factae, agere possum pro reuocatione, vt supra, in conclusione, & similiter pro reuocatione attentatorum, possit agi etiam contra habentem causam ab attentante, vt diximus supra, in prima parte, capit. 3. de attent. à tertio. limit. 1. num. 16. quia tamen regulariter resignans spoliatus, à resignario non restituitur, Cassad. decisio. 4. in princip. de restit. spoliat. Mandos. remissiue, in dicta addit. 1. potest dici, quod contra hunc resignarium, etiam habentem causam ab attentante, non habeat locum reuocatio, cum ad eum resignans voluerit transferre possessionem, & fructus, vnde petendo reuocationem, postquam res deuenit ad resignarium, videtur quodammodo venire contra factum, & contra proprium, vt ea, quæ sibi semel placuerunt, quid non videtur dicendum, iuribus vulg. Quæ tamen limitari firmare non auserim, quia, præsupposita detentione post resignationem, & quod renuntians litem sustineat, videtur omnino concludendum, quod hoc casu dentur attentata: quoniam quoad attentata sufficit probare detentionem. Rot. de cis. 11. aliàs 56. nota. de causis possessionis, & propriet. in antiq. & dicimus latius infra capitulo 26. de prob. attent. numero 30. & pendentialitis quam ille sustinet, videtur causare debere attentata, quæ sine lite non datur. Cassad. decis. 6. voluerunt. nu. 2. super reg. Cancell. Quod si aliquis eum tenere vellet, esset necessario declaranda, quod quantum ad instantiam resignantis huiusmodi attentata non veniret reuocanda, Iudex tamè cuius fuit læsa maiestas, poterit ea ex suo puro, & mero officio reuocare, iuxta ea, quæ vniuersaliter diximus infra c. 27. de iudi. & per quem attent. reu. nu. 7. vers. circa primam inspectionem.

QVAESTIO VII.

SUMMARIVM.

- 1 EXCEPTIO alterius spoliationis an obstat contra agentem ad reuocationem attentatorum.
Et concluditur quod non, secundum communem opinionem. de qua infra nu. 5. vt nu. 2.
- 3 Spoliationis exceptio repellit solum illum qui tenetur iudicio vnde vi. secus si tenetur alijs remedijs possessorijs.
- 4 Remedium, si quis in tantam non admittit exceptio nem alterius spoliationis.
- 6 Spoliatus primo loco regulariter quando agit contra eundem spoliatorem præfertur ei qui fuit ultimo loco spoliatus.
Nisi ultimo spoliatus, sit spoliatus spolio qualificato, Tract. de Attent. O 3

puta spolio attentato nu. 7.

8 Attentatorum Iudicium suspendit omne aliud iudicium etiam spolij.

1 **S**EPTIMO QUARO, t an reo hoc casu competat exceptio alterius spoliationis, & breuiter, licet hæc exceptio in multis casibus admittatur, de quib' per docto. in c. freques. de restit. spoliat. in 6. ad propositum tamen nostru, t concludendum est, quod in iudicio, & remedio attentatorum hæc exceptio non sit admittenda, vt tradit expressè Abb. in capit. bonæ. col. penul. versicul. 4. differentia est, & ibi etiam Franc. sub nu. 14. versic. quarto quia. vbi dicit hoc esse bene notandum ad limitationem dict. c. frequens. extra de appellat. quod etiã posuit post Abb. vbi supra Afflic. decis. 98. Pulchrum, numero quarto, & iterum decis. 19. quidam Baro. vbi licet explicitè non loquatur de hoc remedio attentatorum, illud tamè implicitè includit, dum inquit, t quod exceptio spoliationis solùm repellit illum qui tenetur interdicto vnde vi, secus si tenetur aliis remediis possessorij: Attentatorum autem remedium possessorij est, vt diximus supra, in prima parte, in præfatione. numer. 78. immo ex dictis ibi per Afflic. (quod in attentatis, hæc exceptio, non procedat) hæc alia ratio colligi potest, quia, si non procedit, t quando intentatur remedium l. si quis in tantam, C. vnde vi, multo minus debet procedere in attentatis, ex quo, est cæteris remediis possessorij fauorabilius, vt dicemus infra capitulo 30. de priuileg. attent. numero secundo, & 3. expressè autè quod attentatis non obstat post Abb. vbi supra dixit Deci. in conf. 200. in casu proposito, numero secundo, & 3. lib. 1. & Rip. post Abb. vbi supra in c. sape, sub nu. 10. vers. secundo quia. de rest. spoliat. & elegantè etiam Menoch. de recuperad. possess. remed. 17. nu. 28. vers. quaro secundo, vbi præter aliquos ex supra allegat. in id citat Ferrett. conf. 170. nu. 2. & Coras. in l. naturaliter. §. nihil commune, in 2. parte, nu. 123. & ibidem etiã Ruben. nu. 301. ff. de acquir. possess. t attestantè hæc esse veram, & cõmunem opinio. Eandè conclusionem nouissimè secutus est Mandos. in tract. commissio. in 14. formula cõmissionis attentat. col. 4. vers. circa quartum priuilegium, vbi in id citat etiã Deci. in c. ex parte. col. fin. de rescript. & Cassad. decis. 4. de dilat. numero 3. quæ tamen parum facere videtur, quibus addi potest Rot. (quam nemo ipsorũ allegat) decis. 27. aliàs 185. licet pars rea. in fin. de appellat. in no. & post eã Mil. in verbo spoliatio, & violètia vltima. fol. 367. & in verb. attentatorum remedium. fol. 30. & iterũ in verb. possessorio recuperandæ agi potest, fol. 283. Pro qua cõclusionè plurimũ facit quod fuit tentum in vna nullius castrorum coram D. meo Oradino, sub die 18. Martij. 1568. quod licet quãdo cõtra eundè spoliatorè agunt duo prætedè res se ab eo spoliatos) t ille regulariter præferatur, qui nititur antiquiori spolio, & qui melius probat de iure suo, t si tamen vltimo spoliatus sit spoliatus spolio attentato, & qualificato, ille ex priuilegio attentatorũ præfertur antiquiori spoliato, & consequenter reuocationi attentatorum non videtur ob stare aliã, etiam antiqua

spoliatio, & meli' quod fuit decum in vna Tra nen. spolij, coram Caputaquen. 8. Nouembris. 1560. quod sententia lata in causa spolij penden te iudicio attentatorum sit nulla, ex eo, quia

8 t Iudicium attentatorum suspendit omne aliud iudicium, etiam spolij, vt est decisio. in recollect. Caputaquen. parte 1. 226. incip. sententia lata.

QVAESTIO VIII.

SVMMARIVM

- 1 **A**TTE NT ATO RVM reuocatione petenti, an saltem obstat exceptio alterius spoliationis. Et non obstat secundum aliquos, vt nu. 2.
- 3 **A**tte ntatione secunda licet pars non videatur lædi, ius tamen, & iudex dicuntur contemni.
- 4 **V**ltimum spolium est purgandum.
- 5 **A**rgumentum de spolio ad attentatum valet, secundum aliquos, vbi nõ est specialiter cautum, quod inter ea sit differentia.
- 6 **P**riuilegiatus regulariter non vitur priuilegio cõtra pariter priuilegiatum.
- 7 **P**robatio neque tituli neque possessionis requiritur in attentatis.
- 8 **D**etentionem, & statum in quo quis erat tempore at tentationis probare sufficit in iudicio attentatorum.
- 9 **R**estitutio quæ fit ex priuilegio attentatorum fit ad illum statum, in quo quis erat tempore attentationis, nõ habito respectu, an ille fuerit legitimus, vel illegitimus.
- 10 **P**riuilegiatus faciens actum cõtrarium suo priuilegio videtur illi renunciare.
- 11 **A**ppellans pendente appellatione attentando videtur suæ appellationi renunciare.
- 12 **A**tte ntationis alterius exceptio (secundum alios) obstat agenti ad attentatorum reuocationem.
- 13 **P**ossessio capta lite pendente dicitur vitiosa & à iure non habetur in consideratione.
- 14 **A**tte ntans, & intrusus non habetur pro possessore.
- 15 **R**euocatio attentatorum fit auxilio & ministerio legis & iudicis ex officio iudicis, vel mercenario, vel nobili.
- 16 **F**rustra auxilium legis, aut iudicis implorat, qui in legem committit, aut iudicem contemnit.
- 17 **E**xceptio quæ tendit ad differendum reuocationem attentatorum videtur à iure repellèda, sicut dicimus in appellatione.
- 18 **A**tte ntans præsertim cum violentia videtur cadere à iure suo.
- 19 **V**is secunda contra primam non videtur punibilis in casibus in quibus vim vi repellere licet.
- 20 **A**tte ntans non videtur quod possit dare de attentatis.
- 21 **E**xceptio alterius attentationis an reuocationi attentatorum obstat, secundum alios, est distinguendum, an in continenti sit facta vel ex interuallo.
- 22 **A**tte ntationis alterius exceptio an obstat reuocationi attentatorum, est similiter secundum alios distinguendum, an per primum spoliũ perditã fuerit naturalis & civilis possessio, an vò civilis tantum.
- 23 **C**iuilem possessionem habens etiam in casu legis si quis in tantam, potest impunè occupare naturalem per alium clandestinè captam.

Reuota

- 24 **R**euocationi attentatorum an obstat exceptio alterius attentationis potest similiter distinguere an super prima attentatione fuerit iudicium institutum, vel nõ.
 - 25 **A**tte ntatorum reuocationi an prædicta exceptio obstat secundum alios distinguendum videtur an fuerit simplex attentatio, an vò cum violentia.
 - 26 **E**xceptio attentationis præcedentis secundum alios non obstat, sed quod
 - 27 **P**aria delicta mutua compensatione tollantur.
 - 28 **P**eriuirium cum periuirio, & culpa cum culpa compensatur.
 - 29 **A**tte ntatio vltima est purganda, nõ obstante exceptio ne alterius attentationis secundum veriore opinionem. Ex officio tamen iudicis non autem ad instantiam partis, vt num. 30.
 - 31 **E**xceptio prioris attentationis opponi potest etiam post tres conformes super reuocatione attentatorum vltimo loco commissorum.
 - 32 **P**ossessio sequestratur, quando hinc inde sunt attentata.
- O**CTA VO huic affinis, sed maximè utilis quæstio moueri potest, an contra petentem reuocationem attentatorum, si non obstat exceptio alterius spoliationis (vt supra proximè conclusum est) an t saltem obstat exceptio alterius attentationis, Pone enim quod ego dominus, & possessor alicuius rei fui à te super eadem re in iudicium vocatus, & tu lite huiusmodi pendente attentando, & innouando me spoliasti, & deinde ego lite huiusmodi adhuc pendente iterum te possessione eiusdem rei spoliauerim, tunc in stes coram Iudice pro reuocatione huius vltimi spolij, & vltimæ meæ attentationis, Ego vò ad impediendum huiusmodi reuocationem excipiam, de priori tua attentatione, dubitari potest an hæc exceptio alterius attentationis sit admit tenda nec ne, & an ad instantiam tuam sint hæc vltima attentata purganda? In quo articulo licet plenè per Docto. tractum non viderim, sed dũ taxat à Mandos. (etiam postquam ego infra scripta omnia subordinaueram) excitatum repererim in tract. commissio. in 14. formul. commissio nis attent. in verb. causam, & causas. col. 4. vers. circa quartum priuilegium, quia tamen ille satis ieiunè illum videtur attigisse, pro veriori illius resolutione dicendum est, quod circa hoc plures possunt considerari opinio.
- 1 **P**rima potest esse, t quod talis exceptio non obstat, quominus vltima mea attentatio sit pur ganda, & tu sis restituendus ex pluribus, Primò, quia non videtur dubium, quin ego per secundã attentationem licet partem non videar lædere, ex quo possessio sua, vt præfertur lite pendente capta est à iure improbata, ius tamen, & iudicem ipsum offendere, & contemnere dicor, cuius contemptus ratione præcipuè attentatorum reuocatio videtur causari, vt diximus supra, in 1. parte in præfat. ac descriptione attentati. nu. 26. Secundò, quia cum attentatio mea sit vltimo loco facta debet non obstante exceptione primæ attentationis reuocari, cum quasi adagio vsurpetur, t quod vltimum spolium est reuocandum, vt tradit Rot. decis. 27. aliàs 185. licet, de appell. in no. quæ vniuersaliter dicit, quod semper vltima spoliatio, ac violentia purganda est, quo præcipuè fundamento nixus videtur hanc opin. affir-

5 maffe Mandos. vbi supra, præsertim quia, t vbi non est specialiter cautum, quod inter attentatum, & spolium sit differentia, potest, secundum eum, de vno ad alterum argumentum sumi. Tertio, fa. quia vterque nostrum videtur fundare intentionem suam in priuilegio, quod competit causæ attentatorum, vt ante omnia reuocentur, de quo dicemus latius infra capi. 30. de priuileg. attent. in vltimo priuileg. & consequenter vterque allegat suum priuilegium, t priuilegiatus autem regulariter non vitur priuilegio contra pariter priuilegiatum, ad no. in l. ff. ex quibus caus. maior. & in leg. verum. §. penult. ff. de minor. merito.

7 t Quarto, quia in reuocandis attentatis non requiritur probatio, neque tituli (vt dicemus infra dicto ca. 30. in 2. priuileg.) neque possessionis, sed sufficit simpliciter, t probare detentionem, & statim, in quo quis tempore attentationis erat, vt diximus infra cap. 26. de probat. attentatorũ. nume. 29. Et t fit restitutio ad illum statum non habito respectu an ille fuerit legitimus, vel illegitimus, secundum Aegid. decis. 101. si constat. igitur, & c. Quintò, quia non est dubium, quod ego qui fui à te primo spoliatus lite pendente ex beneficio huius litis pendentiæ eram in hoc priuilegiatus, vt tua attentatio in primis, & ante omnia reuocaretur, t Sed priuilegiatus facies actũ contrarium priuilegio (prout videtur quando ego contra te secundo loco attento (cõsetur suo priuilegio renunciare, ad no. in c. accedentibus, & in cap. si de terra. de priuileg. & in l. 2. C. de iur. domin. impetr. Aug. Bero. conf. 152. visis. numer. 14. libr. 3. ergo mea exceptio, de prioritate attentatione non videtur admittenda, cum ego attẽtando tacitè illi renunciauerim, Sicut & aliàs dicimus, t quod appellans attentando censetur ap pellationi renunciare, vt dicemus infra, ca. 31. de pœn. attent. in quinta pœna.

12 Secunda huic contraria põt esse opi. t quod immo talis exceptio obstat, quæ suadetur ex pluribus, Primò, t quia tua possessio capta lite pendente à iure in hac materia ad excusanda attentata non consideratur, vt patet ex his, quæ diximus supra, in 2. parte, capitulo 4. de attentat. lite pendente, in 2. declar. quartæ declarat. princip. numero 45. vbi post Crescent. decisione 216. in frus, adnotauimus, t quod attentans, & intrusus non habetur pro possessore, quod si pro possessore non habetur, ergo sibi non debet dari tãquam spoliato restitutio, cum priuatio præsupponat habitum, Secundò, quia reuocatio attentatorum proculdubio fit per officium iudicis, vel nobile, vel mercenarium, t & consequenter fit auxilio, & ministerio iudicis, & legis, Frustra t autem auxilium legis, aut iudicis implorat, qui in legem committit, aut iudicem contemnit. ca. quia frustra, de vsur. merito tu non videris restituendus cum prius attentando, & me spoliando in legem commiseris. Tertio, t quia ista exceptio quod debeant reuocari ea, quæ sunt per me vltimo loco attentata, tendere videtur ad differendum reuocationem eorũ, quæ contra me fuerunt priori loco per te attentata. Ea aut quæ tendunt ad differendũ attentatorũ reuocationem videntur à iure repelli, vt diximus capi. 12. de attentat. appellat. pendente. in 7. limitat. princip. merito

O 4

18 &c. Quarto, quia tu primo loco attentando praesertim cum violentia videris cecidisse ab omni iure tuo, ad no. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. & dicemus in c. 31. de poen. attent. 12. poen. ergo quando tu petis reuocari per me ultimo attentata non immerito debeo posse excipere, quod constat, de non iure, & de non interesse tuo, quo casu regulariter non fit attentatorum reuocatio, vt diximus sup. in hoc c. 24. q. 1. nu. 21. Quinto fac. in si

19 mili, quia sicut in casibus in quibus vim repellere licet (de quibus per Doct. in l. vim. ff. de iust. & iur.) secunda vis contra primam non videtur punibilis, ita videtur dicendum quod secunda attentatio contra primam non sit punibilis. Sexto haec opi. ex multis suaderi potest, quae possumus supra in 2. parte, c. 4. de attenda. lit. pend. in 2. limit. princ. num. 79. & seq. ad deducendum, quod non possit litis pendentiam ille allegare, qui a primo iudice recedens coram secundo comparuit lite adhuc coram primo pendente. Septimo, quia cum tu prius attentaueris, non videtur, quod contra me tu possis allegare attentata, quia

20 attentans non videtur posse dare de attentatis. arg. eorum quae habentur decis. 17. alias 429. nota, nunquid de restit. spol. in anti. & allegetur de cif. A. August. 708. lib. 3.

Tertia potest esse opinio, vt distinguamus, 21 quod aut vltima mea spoliatio, & attentatio fuit facta incontinenti postquam tu me spoliasti, & tunc quasi mea spoliatio censeatur facta per modum recuperationis, tunc non fit reuocanda neque tu sis restituendus, ex quo recuperans incontinenti dicitur suam possessionem continuare, continuans autem non attentat, vt late diximus supra, in 2. parte, c. 4. de attend. lit. pend. in 1. limit. princ. praesertim in 6. ampliati. ibi posita. nu. 25. vbi de continuatione, per modum recuperationis differuimus, Aut mea attentatio fuit facta ex intervallo, & tunc quasi cesset consideratio recuperationis sis restituendus.

Quarta potest similiter considerari distinctio, & 22 opi. quod Aut ego per spoliium, & attentationem tuam perdidisti non solum naturalem, verum etiam civilem possessionem meam, & tunc non liceat mihi te vltimo loco spoliare, & consequenter tu sis restituendus, Aut ego ammissa naturali retinui civilem possessionem, & tunc licet mihi impunè occupare naturalem, sicut in simili videmus, quod quamuis contraveniens. l. si quis in tantam. C. vnde vi. sit valde legibus despectus, & odiosus, vt no. ibi doct. Nihilominus etiã in casu illius l. si quis in tantam, habens civilem, potest impunè occupare naturalem ab alio clandestinè captam, vt post Rip. Alexand. Veronen. Soci. & alios per eum allega. concludit nouissimè Menoch. de recuperan. possess. Remed. 9. quaestio. 24. numer. 194. quod si eo casu impunè potest occupari possessio clandestina, ergo multo magis impunè debet posse occupari possessio attentata, per te lite pendente, vt praesupponitur capta, quae, vt patet est magis vitiosa, & odiosa.

Quinta insuper pro quinta opin. videtur haberi posse consideratio, quod Aut ego super tua prima contra me facta attentatione nodum institui iudicium reuocationis attentatorum, & tunc mihi liceat te spoliare, & tibi instanti pro

reuocatione huius vltimi spolij valide obiciere exceptionem primae attentationis per ea omnia, quae supra dicta sunt, in 2. opin. numer. 12. Aut intentauit reuocationem implorans officium Iudicis pro purgatione tuae primae attentationis, & tunc mea vltima attentatio sit purganda, & tu restituendus, Tum quia, via quam elegi illa mihi patere debet, nec conuenit, quod postquam ego rem ad Iudicem detuli aliquid de facto innoeuem, Tum quia lis ipsa super attentatis introducta, reddit actum illicitum, esto, quod antea fuisset facit licitus, vt per multa exempla deduximus supra in 2. parte, c. 4. de attend. lit. pend. in 1. ampliati. princip. num. 2. Praesertim si occasione praedicti Iudicij emanasset in causa inhibitio a Iudice nequid in causa innoeuatur, quia inhibitio multo magis operaretur, vt actus etiam alias licitus reddatur facienti illicitus, vt etiam diximus supra in dicta secunda parte, capitul. 20. de attend. post inhibiti. in prima ampliati. ibi posita. num. 1. & seqq.

Sexta pariter distinctio, & opin. haberi posse 25 videtur. Quod Aut vltima mea attentatio fuit simplex spoliatio, & tunc non sis restituendus, & consequenter obstat sibi exceptio primae attentationis, Aut fuit spoliatio cum violentia, & ratione huius supra dictae qualitatis, tu sis restituendus, & mea attentata purganda, quam opi. in eo articulo an occupans possessionem lite pendente si ea spoliatur sit restituendus, sensit nouissimè Anton. de Marth. in repet. l. naturaliter. §. nihil commune. in 26. fallent. nu. 61. ff. de acquir. possess.

Septima quoque adhuc posset esse sententia, 26 vt neque prima tua, nec vltima mea spoliatio 27 sint reuocanda, sed quod paria delicta mutua compensatione tollantur, ad regulam c. intellectu. & ibi no. extra, de adulter. cum simil. sed sicut dicimus quod periurium cum periurio, & culpa cum culpa compensantur, vt alias dicebat post alios Augu. Bero. in consil. 6. & si plura. numer. 3. libr. 3. Quod in propriis terminis attentatorum videtur quandoque fuisse de mente Rotae in vna Legionen. decimarum, coram Grato. 17. Nouembris 1564. in qua Domini ordinarunt, quod quia gesta in partibus erant per vtranque partem attentata, illis vtraque pars teneretur renunciare.

Quid dicendum licet Mandos. vbi supra column. 6. referat, quod alias Domini in vna Salamantina, abbatiae coram Pereg. de anno 1548. tenuerint, quod vltimum attentatum ante omnia fuerit reuocandum, eo casu, quia vltimum erat magis clarum, quia tamen dictam resolutionem inuenire non potui, nec ex praedictis constat an eo casu reuocatio fieret ex officio iudicis, vel ad instantiam partis, inter quae differentiam constituendam esse crediderim, idcirco, ego omnibus ponderatis ita considerando 29 hanc difficultatem absoluerem, quod vltima attentatio sit omnino reuocanda, & purganda, 30 non autem ad instantiam tuam, sed ex officio iudicis, cuius fuit laesa maiestas, & consequenter, quod vtraque opinio substineatur, & quod illa sint purganda, & quod tibi exceptio alterius attentationis obstat: cum non sit nouum, quod in multis casibus attentata quae ad

partis

partis instantiam reuocari non possunt, ex officio tamen iudicis reuocanda veniunt, vt diximus infra cap. 27. de iudice, & per quem attentata reuoc. numero 7. & sequ. versic. quoad primam inspectionem. Ratio autem quae me mouet, illa est, quia (ommissis pro nunc ceteris opinio.) per allegata supra in prima opinio. non est dubium, quod te concluditur in me quaedam temeritas, qui te lite inter nos pendente possessione spoliatus vltimo loco attentauit, per allegata vero in secunda opi. concluditur in te defectus iuris petendi huiusmodi reuocationem, & quoniam iste defectus, qui est ex parte tua non tollit, quominus ius, & iudex per meam vltimam attentationem dicantur offendi. Idcirco non immerito firmari potest id, quod supra dictum est, vt attentata sint purganda, & tu non sis restituendus: solum enim sapè Rota ex causa id facere, puta, quando constat de non iure petentis reuocationem, vt est decis. 2. alias 14. fuit dubitatum. de restit. spoliati. in no. & rem, circa quam est attentatum in sequestro ponere, & diximus latius supra hoc eodem cap. quaestio. 1. numero 57. versic. secundo Regulam praedictam: Pro causa autem hoc casu illa haberi sufficiens debet, ne scilicet temeritas mea remaneat impunita. Itaque si causa coram me verteretur, rem sub sequestro tamdiu ponerem, quandiu arbitrio boni viri existimarem temeritatem vltimò attentantis fuisse sufficienter punitam, tam ex rei ipsius, & fructuum carentia, quam etiam ex expensarum refectione, a die vltimae spoliationis in iudicium deducta (si ex violentia in spoliando commissa, vel ex contemptu inhibitionis, forte in causa emanata, haec vltima attentatio videretur aggrauari) quo facto, eidem instanti pro reuocatione primae attentationis, etiam rem ipsam, vna cum fructibus per primum attentantem praecipis, ac expensis propterea erogatis restituendam censerem, secundum ea, quae latius dicemus infra in hac 3. parte, de poenis attent. in 1. & 2. poena. cap. vltimo, & consequenter redeundo ad propositum, & decisionem quaestio. supra posita, concludi posse censeo, quod exceptio alterius attentationis regulariter obstat agenti ad reuocationem attentatorum, & quod attentans spoliatus non sit restituendus, vt diximus dicto cap. vltimo, in 7. poena, sed bene vltima attentata reuocentur, & purgentur per iudicem, cuius fuit laesa maiestas ex suo puro, & libero officio per supra dicta. Pro qua opin. non parum facere deinde animaduerti id, quod fuit resolutum in vna Senogalien. attentatorum coram Aldobrandino 26. Februarij. 1565. & iterum 4. Iulij eiusdem anni, in qua cum constaret, de non iure petentis reuocationem attentatorum, Domini in prima positione noluerunt non reuocare attentata stante inhibitione Rotali, nec etiam voluerunt reuocando attentata dare possessionem illi de cuius non iure constabat, sed ordinarunt, vt D. Ponens aliquo modo accommodaret, qui ab initio possessionem, apud Rotam sequestrauit, & deinde postquam per aliquot menses possessio stetit sub sequestro, fuit illi pro reuocatione attentatorum instanti restituta, sub dicta die 4. Iulij. Vnde sicut ibi ab initio possessio non fuit restituta attentata passo, sed inde ad aliquod tempus ita simile temperamen-

tum ex causa supradicta in casu proposito sumere non esset incongruum. Et ferè secundum hanc opi. eueniente simili casu videntur alias tenuisse Domini in vna Braccharen. monasterij S. Romani inter Card. de S. Flora, qui vltimo loco attentauerat contra Petrum Ferdinandi, qui prius attentauerat, coram Iunio. 20. Octobris 1557. in qua fuit dictum, quod Cardinalis, (qui excipiebat contra Petrum de priori attentatione ad effectum, vt Petro non restitueretur possessio monasterij, quam Cardinalis occupauerat attentando, & super cuius restitutione iam fuerat per tres conformes condemnatus iamque attentata per refectionem expensarum in ceteris purgauerat) deberet audiri, & eius exceptio admitti, & quamuis ex corpore decidit. & notatorum super ea non appareat clarè, quod ibi fuisset imploratum officium iudicis pro purgatione prioris attentati, & sic pro restitutione possessionis hoc casu Petro non facienda, in informationibus tamen aduocatorum id euidenter apparet, & consequenter decisio illa plurimum concordat cum supradicta opi. in hoc quod exceptio prioris attentationis admittitur, & possessio priori attentanti non restituitur, & quamuis ibi nihil dicatur, de sequestro, tamen in voto Domini mei Oradini, clarè id eos sensisse apparet, & ex illa decis. potest notabiliter colligi, etiam vna ampliatio, ad supra positam conclusionem, vt exceptio prioris attentationis possit opponi, ad impediendam restitutionem possessionis antea attentando capta, etiam post tres conformes super reuocatione attentatorum vltimo loco factorum, vt erat in illo casu. Et eodem modo, quod quando sunt hinc inde attentata, & possessio sit sequestranda, fuit tentum, etiam nouissimè in vna Pampilonen. parochialis coram Aldobrandino, 17. Nouembris. 1572.

QVAESTIO IX.

SVM MARI VM.

- 1 Reseruatiōis exceptio an retardet attentatorum reuocationem.
Spoliatio obstat exceptio reseruatiōis, vt num. 2.
- 3 Reseruatiō Papae propter decretum in ea appositum inficit nedum titulum, verum etiam possessionem.
Praesertim si sit cum decreto speciali ad certum corpus beneficij, vt num. 4.
Vel generalis facta tamen motu proprio, num. 5.
Vel esset probata, aut incontinenti probanda quando illa est exclusoria possessorij, vt num. 6.
- 7 Reseruatiōis exceptio admittitur etiam post probatum spoliū si sit Papalis, quae inficit titulum, & possessionem.
Secus si sit reseruatiō ob familiaritatem Cardinalis, vt num. 8.
- 9 Reseruatiōis exceptio non admittitur contra attentata, nec retardat illorum reuocationem.
- 10 Reseruatiō licet inficiat titulum, & possessionem, non tamen inficit detentionem.
- 11 Detentionis sola probatio sufficit in attentatis.
- 12 Attentata passus licet obtineat eorum reuocationem, non obstante reseruatiōis exceptione, possessio tamen sibi non restituitur.

Nisi

Nisi reservationi fuisset derogatum in gratia si neutri, vt num. 14.

13 *Reservatio facit, vt per eam certo modo constet de non iure illius, contra quem opponitur.*

NONO, quæro quid de exceptione reservationis, tan illa impediatur, aut retardet reuocationem attentatorum? & quamuis quando sumus in spolio videatur absolutum, t̄ quod illa obstat spoliato agenti ad restitutionem, cū t̄ reservatio Papæ propter decretum in ea appositum inficiat, nedum titulum, verum etiam possessionem, vt deducit latè, & eleganter Rota decif. 3. aliàs 16. si contra agentem, de restit. spoliat. in no. & decif. 2. aliàs 7. nota quod vbi agitur. e. o. tit. in antiq. & decif. 10. aliàs 475. nota si agenti, de caus. possess. & propriet. in antiq. & decif. 20. aliàs 183. nota, vbi aliquis, de præbend. in antiq. & tradit post Aegid. decif. 505. nota, ad instantiam, & alios per eum allegatos Sigismund. Loffred. in conf. 21. quoniam. nu. 5. t̄ præsertim si sit reservatio cum decreto specialia ad certum corpus beneficii, vel t̄ generalis facta motu proprio, de quibus omnibus habetur apud Cassad. decif. prima, quoniam decretum, de causa possess. & propriet. & decif. prima. fuit, de rerum permutat. Mil. in verb. possess. contra referuat. fol. 274. Cappel. To. lof. decif. 15. & ibi Aufreer. Lap. allegatio. 23. limitatio. & alleg. 51. Latatus. num. 9. secundum moderam impressionem, & apud eum Mandos. in addit. t̄ maxime quando reservatio, quæ est excluditoria possessori fuisset probata, vel incontinenti probanda secundum Rot. decif. 11. aliàs 275. nota, vbi spoliatio, de restit. spoliat. in antiq. t̄ & admittitur, etiam post probatum spolum quando inficit titulum, & possessionem, prout est reservatio Papalis, t̄ secus quando esset, puta reservatio ob familiaritatem Cardinalis, vt de his sunt decif. in recoll. Put. 9. & 10. exceptio reservationis, sub Rubrica, de restit. spoliat. Nihilominus quando effemus in causa attentatorum, & in spolio attentato, t̄ hæc exceptio reservationis non admittitur, nec retardare debet, quo minus Iudex ex officio ad instantiam partis attentata reuocet, vt est Deci. Rot. 11. aliàs 56. nota, quod vbi aliquis, de caus. possess. & propriet. in antiq. ea ratione, vt ibi dicunt, quia t̄ licet reservatio inficiat titulum, & possessionem, non tamen inficit detentionem, In attentatorum autem reuocatione non requiritur probatio tituli, & possessionis, t̄ sed sufficit sola detentio, vt post Innoc. in capit. dilecti, de maior. & obed. dicit Rot. ibi, cui concordat alia decif. Rot. 13. aliàs 348. nota, quod si constat, in fin. de restit. spoliat. in antiq. & alia Aegid. 101. si constat, nam in attentatis sufficit probare simplicem statum in quo quis erat tempore attentionis, Franc. in c. bonæ. numer. 14. versic. 3. de appellat. fa. decif. in recollect. Crescent. 158. Tertius. sub Rubrica, de restit. spoliat. in fin. vbi vult, quod etiam is, qui detinet si spoliatur ad dictum statum restituatur, & hanc opi. post Rot. d. decif. 11. aliàs 56. tenuit Bero. in cap. in litteris. num. 88. in fine. de restit. spoliat. quem refert, & sequitur nouissimè Menoch. de recuperat. possess. remed. 15. q. 35. declarat. 3. num. 455. & ad propositum nostrum secundum supra dictam

decif. 11. aliàs 56. fuit nouissimè tentum in Rota, in vna Roma. Archipræsbiterus sanctæ Priscæ coram D. meo Oradino. sub die 11. Martij. 1560. quod exceptio reservationis non obstat reuocationi attentatorum, t̄ fuit tamen dictum per Dominos ibi, quod quamuis attentata essent reuocanda, non tamen erat possessio danda illi, qui fuerat passus attentata, t̄ quia per reservationem videbatur certo modo constare, de non iure petentis reuocationem, quod dixit aliàs Mil. in verb. possessorium recuperandæ, principaliter intentatum, fol. 281. Et cum dicta decif. in eo, quod dicit, quod possessio non sit restituenda ei qui erat passus attentata concordare videretur, quod fuit etiam dictum in alia Auerfana beneficii coram Iunio, 5. Aprilis. 1557. in qua præsupposito, quod Nicolaus vigore expectationis suæ acceptauerit, & ceperit possessionem beneficii, cuius deinde possessionem, quia erat reservatum, ceperunt executores apostolici vigore Breuis habentis clausulam citra vitium spolij, & attentatorum, & quod Nicolaus deinde iitem introduxerit super dicto beneficio contra Episcopum aduersarium qui lite huiusmodi pendente possessionem beneficii est adeptus, cuius possessionem, licet Nicolaus diceret attentatam, & sibi restituendam, Domini tamen in eo casu inclinabant, quod possessio non esset Nicolao restituenda, sed sequestranda, habita consideratione dictæ reservationis, vt ex informationibus colligitur, quamuis in alia eiusdem causæ propositione coram Quiroga. 26. Octobris. 1556. Domini dixerunt possessionem Nicolao restituendam, ex eo, quia ille in gratia, quam obtinuerat si neutri, habebat derogationem vacationis in curia. Ex quibus potest colligi bona t̄ limitatio ad supradicta, vt exceptio reservationis non impediatur actuali possessionis restitutionem, ei qui passus est attentata faciendam, quando reservationi fuisset derogatum, & licet contra gratiam Nicolai ex aduerso diceretur, quod cum illa esset conditionalis non erat attendenda, Domini tamen proponente eodem Quiroga. 16. Nouembris. 1556. tenuerunt purganda esse attentata, & sufficere, quod gratia si neutri posset habere locum.

QVAESTIO X.

SVMMA RIVM.

- 1 *Exceptio dominij, & proprietatis an possit opponi contra petentem reuocationem attentatorum.*
- 2 *Et potest opponi secundum aliquos de quibus infra, numer. 5.*
- 3 *Regula dolo facis, & c. procedit non solum in spolio, verum etiam in attentatis, Alij contra quod non procedat in possessorio, vt infra, numer. 9.*
- 4 *Attentata pendente appellatione si de illius desertione notorie ex actis constat non reuocantur propter regulam dolo facis petere, & c.*
- 6 *Dominij exceptio regulariter in spolio non admittitur secundum magis communem opinionem. num. 8.*

Differe

- 11 *Differentia quæ sit inter exceptionem dominij, & notoria proprietatis, & exceptionem notorij non iuris declaratur.*
- 12 *Notoria dominij exceptio obstat etiam in attentatis, nisi attentans cum violentia spoliasset, vt infra, numer. 16.*
- 13 *Attentans si docet de suo bono iure non solum in reuocatione attentatorum est super sedendum, verum etiam inhibitiō moderanda.*
- 14 *Spoliatus patiens per aduersarium produci iura super proprietate, per quæ constat de suo bono iure, exceptione dominij excluditur.*
- 15 *Secundum magis communem opinionem. num. 5.*
- 17 *Violenter contra l. si quis in tantam, lite pendente alterum spolians, cadit à iure suo.*
- 18 *Tertius contra eum, qui passus est attentata videtur posse opponere exceptionem dominij, ex quo in eo cessat ratio odij, quod est in attentante.*
- 19 *Nisi ius ipsius tertij esset connexum cum iure attentantis, qui commodum exinde sentire possit. nu. 19.*
- 20 *Dominij exceptio etiam contra attentata posset opponi, quando facta restitutione rei per reuocationem attentatorum non remaneret salua causa proprietatis, vt in Fortilicio.*
- 21 *Remedium attentatorum non habet locum in irretractabilibus.*
- 22 *Executio vbi esset irreparabilis etiam in possessorio appellatur, remissiuè.*
- 23 *Cautio idonea si præstatur, per exceptionem dominij etiam vbi difficilis esset recuperatio, non retardatur rei restitutio etiam in attentatis.*
- 24 *Recuperatio difficilis quoad arcem non impedit quominus fiat restitutio castri.*
- 25 *Difficilis recuperatio rei, facta restitutione vbi esset per exceptionem dominij oppositam non retardatur restitutio, quando partes sunt sub eodem Principe.*
- 26 *Dummodo si sunt sub eodem principe agatur quoque coram eodem Principe, num. 26. & c.*
- 27 *Nisi Principi quoque esset difficilis recuperatio numero 27.*
- 28 *Papæ etiam lite pendente, aliqua re spoliato fit restitutio non obstante exceptione dominij opposita, quod ratione suæ potentie videretur difficilis recuperatio.*
- 29 *Papali cet ratione potentie posset præsumi difficilis ad restituendam rem in iudicio petitorio, quam obtinuit in possessorio, ratione tamen æquitatis, & Iustitiae, quæ debet esse apud eum præsumitur facilis.*
- 30 *Spoliato qui poterat propria auctoritate rei possessionem capere, datur restitutio, etiam præsupposita difficilis recuperatione, si succumbat in petitorio.*
- 31 *Spoliato cui est opposita exceptio dominij à quo (si in petitorio succumbat) præsumeretur difficilis recuperatio restitutio fit, quando probatio exceptionis proprietatis esset difficilis, & non esset in promptu.*

DE CIMO quæro, t̄ an in iudicio attentatorum contra petentem illorum reuocationem possit opponi exceptio dominij, & notorie proprietatis, & videtur, t̄ dicendum quod sic, quod suadetur Ratione, & Auctoritate: Ratione, quia quado opponitur huiusmodi exceptio dominij quæ videtur fundata in regula dolo facis, & c. id in effectu concludi videtur, quod dolo facit pe-

tens petendo sibi via attentatorum restitui id quod statim ratione sui dominij est sibi restitutus, t̄ quæ regula non solum procedit in spolio, vt tradit remissiuè Guid. Pap. decif. 37. si appelletur. numer. 4. verum etiam in attentatis. Hinc dicebat Rot. decif. 1. aliàs 1. attentata. sub numero 3. de appellat. in no. t̄ quod quando ex actis constat, de desertione appellationis, attentata appellatione pendente non veniunt reuocanda per dictam regulam dolo facis, & c. Auctoritate, t̄ vero hoc suadetur. Mil. in verb. possessorio recuperandæ agenti obstat proprietatis exceptio. fol. 285. qui in fin. formaliter inquit, & quod dictum est, de exceptione notoria procedit etiam si agatur ad possessionem per viam attentatis, & Card. in c. sapè, de restit. spoliat. quem ibi refert Rip. sub num. 10. in illaq. an remedium attentatorum fit magis priuilegiatum, quam spolum: dum inter cetera ad probandum quod hæc duo remedia sunt tanquam excedentia, & excessa, vtitur hoc fundamento, quia scilicet, contra attentata obstat exceptio dominij, quæ nõ opponitur secundum eum, in spolio. Et quauis auctoritas istorum non sit contemnenda, contrarium t̄ tamen videtur tanquam verius tenendum, t̄ quia cum regulariter in spolio (quod est minus fauorabile, vt supra sapè dictum est, & à quo ad attentata videtur posse negatiuè argumentari, prout facit Rot. in simili decision. 2. aliàs 55. ad instantiam, vt lite pendente. in no.) non possit opponi exceptio dominij, de quo per doctorem in leg. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. & nouissimè per Ant. Gabriel. in tracta. commun. conclus. libr. quinto. de restit. spoliat. conclus. 1. numero 43. versic. 23. ampliat, t̄ vbi testatur hanc esse magis communem opin. quibus adde Menoch. in 1. responsio causæ finarien. numero 83. vbi latè dictam conclusionem in spolio tuetur, & similiter sub numero 86. post alios de dicta magis communem attestatur, multo minus videtur admittenda in materia attentatorum, & ex hoc tollitur id quod dicebat Card. vbi supra, quia: vt rectè animaduertit ibi Rip. in hoc ille inaduerterter loquitur, & patet ex proximè allegatis, præsertim: quia t̄ regula prædicta dolo facis, & c. non procedit in possessorio secundum Blanc. in tractatu de compromiss. in 4. q. princip. numero 114. versic. dolo facit. post Paul. de Castro. in l. 1. focer. §. Lucius. ff. soluto matrimo. quod etiam dixit nouissimè Rot. in vna Romana domus. sub die 30. Octobris 1558. vt est in recollect. Paleott. decisione 289. incip. aliàs, & per hoc tollitur decif. Guido Pap. 37. supra, in contrarium allegata, præsertim: quia re vera id ibi nõ firmat, sed se remittit. Nec mouet decisio Rot. 1. supra allegata, quia licet loquens de attentatis, faciat fundamentum in regula dolo facis, tamen id intelligit, quando notorie constat de illa desertione, quando autè exceptio de qua agitur esset notoria, vbiq. deberet admitti, prout dicemus proximè in limitationibus, & ideo conclusiuè procedendo

Regula fit, t̄ quod petenti reuocationem attentatorum non obstat exceptio dominij, & proprietatis, quæ pro parte aduersarij obiecit, & aduertendum est, t̄ quod ista exceptio est diuersa ab exceptione de non iure ipsius petentis reuocationem attentatorum, de qua supra in prima q. num.

nume. 2. & multis sequentibus, quia illa concludit non ius in petente reuocationem, ista autem concludit ius, & dominium in eo, qui attentauit, & quamuis præsupposito iure, & dominio in attentante videatur consequenter deduci non ius aduersarij, cum duo eodē tempore eiusdem rei in solidum esse domini non possint, illud tamen procedit, vt plurimum, quia potest quandoque esse non ius in petente reuocationem attentatorum, & eodem modo in reo cōtra quem petitur huiusmodi reuocatio, & stante non iure in vtroque quamuis nō obstat exceptio dominij, & proprietatis, de qua hic, quia illa reus caret, obstat tamē alia, de qua supra, scilicet, non iuris in ipso petēte reuocationem, cum sufficiat sibi vincere si non ex iure suo (de quo nunc loquimur) saltē ex nō iure aduersarij, de quo supra locuti sumus in dicta qu. 1. præsertim in prima ampliata. regulā ibi positā. numer. 32. His consideratis euidenter apparet, quod hæc differt ab illa. Redeūdo, ergo vnde digressi sumus dicendum est, quod regulariter exceptio dominij, & proprietatis non obstat reuocationem attentatorum petenti per supra dictā. Quæ Regula

Limitatur nonnullis modis, ex quibus quæ videbantur contraria concordantur,

- 12 Primò, vt non procedat, t̄ quotiescumq. exceptio dominij, & proprietatis esset notoria, quia tunc obstat, etiam in causa attentatorum, & ita procedat Mil. in verb. possessorio recuperandæ agentis obstat. fol. 285. prout diximus in casu e-conuerso quando constat notoriè, de non iure petentis reuocationem supra qu. 1. numer. 21. & quādo notoriè constat de desertione, prout diximus supra proximè. nu. 4. post Rot. decis. 1. aliās 1. attentata, de appellat. in no. quæ limitatio ex eo probari potest, quod aliās fuit dictum in vna Cæsaraugustana electionis Cappellæ, sub die 12. Martij. 1558. t̄ Quòd quando clarè constat, de bono iure illius, qui præ tenditur contra inhibitionem attentasse non solum super sedendum est in reuocatione attentatorum, verum etiam & ipsa inhibitiō est moderanda, vt est decis. in re collect. Paleot. 176. incipiens Collegium, t̄ nam, & aliās si spoliatus patitur per aduersariū produci iura super dominio, & proprietate, per quæ cōstat, de suo bono iure exceptione dominij excludi potest, vt per multa deducit Ant. Gab. cōmu. conclus. lib. 5. de restit. spoliati. conclus. 1. num. 52. vers. 4. limit. t̄ vbi dicit hanc esse magis communem. Hanc tamen limitationem, t̄ sublimitandam censeo, vt non procedat in attentante lite pendente cum violentia, puta si aduersariū violenter spoliauerit, Quamuis enim ille ante attentionem fuisset verè dominus, de eius dominio notoria constaret, & consequenter contra eum, qui passus est attentata regulariter secundum hanc limitationem potuisset opponere exceptio nem notoriam sui dominij: Quia tamen, t̄ per violentiam, quam attentando commisit censetur à iure, & dominio suo cecidisse, per l. si quis in tantam, C. vnde vi. vt adnotauimus etiam infra, cap. 31. de pœn. atten. vers. duodecima pœna est, &c. non debet sibi permitti, vt ad retardandam reuocationem attentatorum, quæ est fauorabilis, vt colligitur ex his quæ latè posuimus infra, cap. 30. de priuileg. atten. post princip. possit hoc

casu opponere exceptionem (quæ alioquin fuisset notoria) illius dominij, quòd stante violentia non solum est offuscata, verum etiam perditū, & ammissum, & quæ stante dispositione dictæ l. si quis in tantam (violentiam in dominij ammissione punientis) efficitur odiosa.

- Secundò limitari posse videtur, vt non procedat, t̄ quando ista exceptio dominij opponeretur à tertio, qui pro suo interesse compareat, ad impediendam restitutionem possessionis, sicut enim videmus, quòd aliās in spolio admittitur, vt post Barto. & Cyn. in leg. si quis. C. locat. & alios per eum citatos tradit Guid. Pap. decis. 37. si appelletur. nu. 4. vers. sed an tertius, ea ratione, quia in hoc tertio cessat ratio odij, quod concurrat in spoliante, ita etiam videtur in simili posse dici in attentatis, quia & in eis respectu tertij, qui nihil attentauit cessat ratio odij, quod iura habent contra attentantem, Quod si eam tenemus necessario sublimitandam censeo, t̄ vt procedat in tertio, cuius ius sit omnino separatum à iure attentantis, secus si sit ita connexum, vt hæc exceptio per eum non possit opponi, quin afferat commodum ipsi attentanti, vt tradit Mil. in verbo, possessorio recuperandæ agentis non potest. fol. 283. & aliis adductis per Ant. Gab. vbi supra, nu. 47. qui licet loquatur in spolio, attamen sicut limitatio principalis à spolio extenditur ad attentata, ita & hanc sublimitationem forsitan extēdi posse prima facie videtur, Verum quia ista limitatio in puncto Iuris non videtur vera, vt patet ex his quæ latius diximus infra, c. 30. de priuileg. atten. ad finem, dic vt ibi.

- Tertiò, egolimitandam prædictam conclusio nem puto, vt non procedat, t̄ quando exceptio dominij, & proprietatis opponitur ab eo, qui si mediante reuocatione attentatorum rem restitueret, illam postea cum difficultate recuperare posset, & sic quando facta restitutione non remaneret salua causa proprietatis, vt quia essemus in Castro, Arce, vel fortificio, in quibus purgatis per restitutionem attentatis, non posset postea fieri recuperatio, prout videmus hoc casu concludi in possessorio, vt post Paul. de Castro in l. 2. in fin. C. de edicto diui Adri. tollen. tradit Ruyn. conf. 37. prosequenda in princ. & iterum conf. 42. quoniam, nu. 10. & seq. lib. 4. & Gozzad. in confil. 1. nu. 12. Alciat. in confil. 132. incip. factum. nu. 53. & conf. 136. incip. accedo. num. 15. lib. 5. & nouissimè Ant. Gab. vbi supra, nu. 134. vers. 23. vbi præter supra allegatos multas authoritates in id citat, quibus adde, quòd circa supradictā doctrinā Paul. de Castro ponit Menocch. in primo responso causæ Finariens. num. 52. & melius num. 56. vbi per plura ad declarationem dictæ doctrinæ considerat, & quæ replicauit Idem Menocch. in confil. 2. magni ponderis. nu. 202. lib. 1. quæ & si in spolio dicta sunt à doct. ex eadem ratione, etiam ad attentata videntur extendenda, cum non videatur hoc casu considerabilis ratio diuersitatis. Quinimmo præfata extensio ex intentione, & autoritate Rot. probari potest decis. 51. aliās 379. si committatur, in finalibus verbis, de appellat. in no. post Ioan. Monach. in capit. cupientes. super verb. gratiæ. de electione in 6. & post eam Mil. in verbo. attentatorum reuocatio. fol. 31. dum volunt, t̄ quòd remedium attentatorum nō habet locum

locum in irretactabilibus, Pro qua fa. quæ latius diximus in tracta. de appellat. in possessio. prohib. vel permis. in sexta limitat. regulā ibi positā 22 ad illud propositum, t̄ quòd quando executio est irreparabilis & irretactabilis in eo casu, etiā in possessorio datur appellatio. Quæ tamen limitatio ad attentata extensa est necessario sublimitanda nonnullis modis, quibus eam limitant doct. in spolio loquentes, &

- 23 Primò, nisi t̄ per petentem reuocationē præstaretur idonea cautio, vt per Gabriell. vbi supra. numer. 141. & Grat. confil. 10. quæritur. numer. 31. lib. 1. Quod etiam est de mente Bero. in conf. 57. in causis. sub numer. 25. vers. præterea vbi cunque. lib. 3. & Menocch. in dicto 1. respon. causæ Finariens. numero 60. de quo etiam per eundem in 2. responso dictæ causæ. in 3. artic. numer. 31. & nouissimè etiam per eundem in conf. 2. magni ponderis. numer. 214. & seq. lib. 1. vbi tamen videtur aliter sentire.
- 24 Secundò, quia t̄ si difficilis esset recuperatio quoad arcem debet fieri restitutio quoad Castrum, vt post Ruyn. in conf. 37. prosequendo. col. 2. lib. 4. ibidem Gabr. vbi supra. num. 142. & Menocch. vbi supra, sub nu. 62. vers. præterea possit.
- 25 Tertiò, nisi t̄ vterque esset sub eodem Iudice & Principe, quia præsumitur, quòd idem Princeps parti postea in causa principali obtinēti Iustitiam administrabit: idem ibi. numer. 137. post Ruyn. Paris. Ias. & Gozzad. de quibus ibi, & de hoc tractat etiam Menocch. in dicto conf. 2. num. 217. sublimitando t̄ vt procedant quando essent sub eodem Principe, & coram eodem Principe ageretur, t̄ nisi eidem etiam principi esset difficilis postea recuperatio, vt per eum ibi. numer. 138. & 139. ad quod vide etiam Grat. dicto conf. 10. numer. 27. & seq. & Alexand. Rubeum in conf. 13. viso. sub num. 17. & Menocch. in primo responso causæ Finariens. numero 59. de quo etiam per eundem in 2. respon. dictæ causæ, in tertio articulo. numer. 34. & quòd non censetur difficilis recuperatio castri, quando sumus in terris Ecclesiæ & sub eodem principe, dixerunt etiam Domini in vna Imolen. Castri Ducia coram Acorambo. no. 10. Maij 1557. & quamuis illas sublimitationes non ponat, ex his tamen quæ ponunt Ruyn. & Gozzad. in confil. per eum ibi citatis videtur quòd alia, &
- 28 Quarta posset dari limitatio, t̄ vt non procedat quando essemus in summo Pontifice, qui tanquam lite pendente spoliatus, peteret se restitui: t̄ quoniam licet facta restitutione videatur difficilis recuperatio ratione suæ potentia, ratione tamen æquitatis & Iustitiæ: quæ debet esse apud eum præsumitur facilius, vt sentit Gozzad. in conf. 1. col. fi. vers. ad decimum, dum respondet rationibus in contrarium adductis.
- 30 Quintò, vt non procedat t̄ quando spoliatus aliās ex priuilegio, vel de iure posset propria autoritate possessionem rei capere, quoniam tūc etiam præsupposita difficili recuperatione fit restitutio, secundum Gozzad. in conf. 7. in causa. numer. 22. & conf. 9. in hac causa, numer. 69. conf. 10. nume. 42.
- Sextò, ex his quæ ponit Bero. in dicto conf. 57. in causis. num. 25. lib. 3. limita t̄ vt procedat quando exceptio dominij opposita est facilis, & in

promptu: tunc enim si facta restitutione præsupponeretur recuperatio difficilis, bene impeditur restitutio, secus si probatio exceptionis proprietatis esset difficilis, & non esset in promptu, quia tunc debet fieri restitutio non obstante difficultate in recuperando, vt latè deducit idem ibi, ita declarando Paul. de Castro. in dicta l. 2. C. de edict. diu. Adr. toll.

QVAESTIO XI.

SVMARIVM.

- 1 ATTENTANS contra petentem reuocationem attentatorum an possit dare de literis per eum non expeditis ad excusanda attentata.
- 2 Exceptio de literis non expeditis contra attentata dari non potest secundum aliquos.
- 3 Verior videtur opi. contraria, vt infra. nume. 7. & num. 15. vbi ponitur regula affirmatiua.
- 4 Literis non expeditis causam committens facit beneficium litigiosum quoad eius præiudicium.
- 5 Commissio causæ literis non expeditis facit litem.
- 6 Lite facta cessio habetur pro bona, etsi litera non fuissent expeditæ ad effectum sustinendi regressum reuersatum in euentum, quòd fuerit cessum iuri, liri, & causæ.
- 7 In possessorio an requirantur litera, vel sufficiat supplicatio, & numer. 14.
- 8 Regula quòd commissiones causarum &c. auferens à Iudice iurisdictionem facit consequenter cessare litem & pariter attentata.
- 9 Lis non habetur pro bona ad impediendum triennale, si causa fuit commissæ literis non expeditis, & infra nume. 20.
- 10 Commissio literis non expeditis nō dicitur facere litem, nec beneficium litigiosum ob defectu iurisdictionis.
- 11 Etiam si reus compareat, & multos actus faciendo processum instruat, & infra num. 8.
- 12 Attentata non sunt reuocanda stante lite introducta literis non expeditis.
- 13 Iurisdictione Iudicis vigore commissionis ante literarum expeditionem presentata censetur data sub conditione & cum clausula quòd interim non sit vera lis.
- 14 Pacificum dicitur beneficium respectu eius, contra quæ committitur causa super beneficio, literis ante rem num ad articulandum non expeditis.
- 15 Exceptio de non lite, id est, quòd non fuerat lis, vel quia extincta, vel calumniosa, vel quia non afficiebat, potest opponi contra attentata.
- 16 Inhibitio emanata vigore commissionis ante literarum expeditionem presentata non facit attentata.
- 17 Successor in beneficio vti potest decre. o supra dictæ: regula contra eum, qui literis non expeditis mouerat contra defunctum.
- 18 Regula prædicta dicitur realis & non personalis.
- 19 Lis ante literarum expeditionem non dicitur, etiam si fuerit derogatum regulæ quòd commissiones causarum, &c. sed cum appositione clausulae. dummodo ante terminum ad articulandum expediantur, &c.
- 20 Literarum expeditio facta paulo post seruatum terminum ad articulandum, puta post duos dies substat in iurisdictionem Iudicis, & litem.
- 21 Licet de vigore secus esset dicendum. num. 23.
- 22 Attentata per eum, qui causam commisit literis non expeditis sunt reuocanda: quia quoad eum per huiusmodi commissionem dicitur esse lis.
- 23 Citatio ad effectum attentatorum facit litem quoad actorem, etiam si non fuerit contra eum executata.
- 24 Lis secundum aliquos etiam ante literarum expeditionem tractat de attent. P

nem quoad effectum attentatorum dicitur quousque de regula quod commissiones. & c. non fuerit data. Nisi tempore quo datur de regula litera reperirentur ex pedu. a. num. 27.

28 *Attentans si ad excusandum attentata dicat literas (quae dicuntur expeditae) fuisse expeditas post presentationem dictae commissionis. petens autem reuocatio nem id neget, onus probandi incumbit ei qui dicit.*

Nisi sint in iudicio productae. num. 29.

30 *Supplicatio sola sufficit ad obtinendum in possessorio. Nisi de literis constet, quia tunc secundum illas est iudicandum. num. 31.*

32 *Attentata quae fuerunt lite literis non expeditis introducta, licet ad instantiam partis non reuocentur ob stare sibi exceptione Regulae quod commissiones causerunt, & c. Index tamen an illa reuocet, videtur subsistendum.*

33 *Contemptus Iudicis cessat, ubi cessat iurisdicatio.*

VND E C I M O Quæro quia regula cancellaria 29. in ordine cauetur quod commissiones causarum super beneficio quando desuper literæ non sunt expeditæ nullius momenti sint, præsertim apposta clausula, quæ solet apponi per Referendarios pro derogatione dictæ regulæ dum modo litteræ expediuntur ante terminum ad articulandum. & interim non sit vera lis, An si aliquis hoc medio tempore attentet possit per reum in hoc iudicio attentatorum contra petentem reuocationem opponi exceptio prædictæ regulæ, & dare de literis non expeditis ad excusandum attentatam in quo articulo duplex potest esse opinio.

1 Prima, quod prædicta exceptio non sit admittenda, Primò, quia videmus, quod committens causam literis non expeditis facit beneficium litigiosum in eius præiudicium, ut fuit dictum in vna Hispanen. dimidia portionis coram Puteo sub die 11. Octobris 1546. ut est in recollet. eiusdem decif. 2. committens causam. sub Rubrica de Regula de trienniali, cum qua concordat in eadē causa etiam decif. in recollet. Peregrini. 90. aliàs 8. incip. fuit resolutum, ubi subdit quod id nemine discrepante fuit obtentum. Secundò, quia

4 huiusmodi commissio facit litē, & stante mandato ad consentiendum regressui in euentum, quod fuerit cessum iuri, liti, & causæ: Domini aliàs sustinuerunt regressum, non obstante quod ex aduerso allegaretur, quod forma mandati non fuerit seruata, ex quo verè non fuerit cessum liti, attentato, quod nulla fuerit vera lis, ex eo quia litteræ non fuerant expeditæ, & consequenter in casu illo ad sustinendum regressum etiam cessante litterarum expeditione lis fuit habita pro bona, ut est in recollet. Mohed. decif. 110. vtrum consensus. sub Rubrica de egressibus, quod si per huiusmodi commissionem lis introducitur: ergo & attentata danda videntur, quæ siue lite non cadunt. Cassad. decif. 6. voluerunt. numer. secundo, super reg. cancell. quæ tanto magis procedunt ad hoc, ut dicatur esse introducta lis quousque de regula non est datum, ut per Mohed. ubi supra, & si dantur attentata, ergo ad illorum reuocationem deueniri potest, non obstante exceptione dictæ regulæ, cuius prohibitio ad hoc tendere videtur, quod non sit lis, non autem quod si præsupponeretur lis attentata non sint reuocanda: Tertio, quia in iudicio possessorio, communiter re-

ceptum est non requiri expeditionem litterarum, & regulam, quod commissiones causarum, & c. non habere locum in possessorio, ut post Casad. decif. 1. super reg. cancell. fuit aliàs datum in vna Burgen. canonicatus coram D. meo Oradino, sub die 19. Ianuarij 1560. quod etiam post Casad. decif. 8. quamuis. numero decimo quarto, de restit. spoliat. affirmavit nouissimè Hier. Gigas in tractatu, seu Epithomate de intruso. numero trigesimo sexto, & latius hæc reassumpsit Menoch. de recuperan. possessione, remed. 15. quæstio. 29. numer. 373. & seq. præsertim. num. 378. ubi fen sit non esse tutum ab hac Rotæ sententia recedere, & iterum quæst. 36. declarat. quarta, num. 465. ubi multos ad hoc citat, quod si hæc exceptio non admittitur in spolio multo minus erit admittenda in attentatis, in quibus, ut aliàs dictum est, viget maior ratio odij.

7 Secunda opinio esse potest, quod immo huiusmodi exceptio sit admittenda:

Primò quia Regula prædicta auferens, iurisdictionem à Iudice facit consequenter cessare litem, & pariter attentata quæ non dantur non præsupposita lite. Cassad. decif. 6. voluerunt. numer. 2. super reg. cancell. & ideo fuit & aliàs lis habita pro non bona ad impediendum triennalem, ex quo fuerat commissæ causa literis non confectis, ut est decif. in recollet. Guid. bon. prima, voluerunt. sub Rubrica de alleg. Lap.

9 Secundò, quia commissio prædicta non dicitur facere litem, nec beneficium litigiosum, & etiam si Reus compareat, & multos actus faciat, & processum instruat propter defectum iurisdictionis, sine qua iudicium esse non potest. l. 1. §. iudicium. ff. de iud. cap. forus. §. iudex. ext. de verb. signif. cum simil. non obstantibus, quæ dicit Sarnen. super reg. de Annal. possess. quæstio. 45. (quæ voluerunt domini procedere ubi non esset defectus iurisdictionis) ut est decif. in recollet. Guid. bon. tertia, in vna Segobien. sub Rubrica, de annal. possess. cum qua in eadem causa concordat etiam in recollet. Caputaquen. prima parte, decif. 78. incip. quando in dicta Segobien. de villa castrorum coram Vestano. 7. Nouembris 1532. Quam opi. contra Sarnen. secutus est etià Mandos. super reg. de annal. quæst. 32. sub num. 2. verf. contraria opi. est vera.

Tertio hoc videtur in terminis in materia attentatorum decifum per Rot. in vna Hippoligen. ministratus coram Thoma, sub die 30. Aprilis 1545. in qua licet ex aduerso allegaretur, quod iurisdicatio Iudicis hoc casu erat elidibilis, & ideo interim faciebat litem, & operabatur effectum suum, Domini tamen in dicta causa tenuerunt & attentata non esse reuocanda stante lite introducta literis non expeditis, & ex quo iurisdicatio erat data sub conditione, & cum clausula, quod interim non sit vera lis, quæ faciebat conditionem (& ita respondebant ad contraria) qua conditione deficiente non erat iurisdicatio, & per consequens, neque lis, neque attentata, ut est decif. in recollet. Put. 13. attentata. sub Rubrica, ut lite pendente.

Et tenendo hanc ad allegata in contrarium pro prima opi. respondetur, & ad primum, quod cum regulariter talis commissio non faciat beneficium litigiosum, nisi quoad committentem regulariter

13 gulariter etiam obstabit exceptio, præterquam in attentatis ab ipso committente, ut dicemus proximè in limit. 1. numero 25. nam & respectu eius contra quem committitur causa super beneficio literis non expeditis ante terminum ad articulandum beneficium dicitur pacificum, ut est in recollet. Caputaquen. parte prima, decif. 92. incip. si facta. Ad secundum eodem modo respondetur, quod in attentatis antequam sit datum de regula, non obstabit exceptio quo minus reuocari possint, in attentatis verò postquam de regula fuit datum exceptio sit admittenda, ut dicemus infra, in limit. 2. numero 27. Ad tertium, quod non est nouum quod multa, quæ denegantur in spolio in attentatis concedantur, ut patet ex differentiis, quas ponunt docto. in c. bonæ, ubi Frac. numer. 14. de appellat. & ponit Rot. decif. 2. aliàs 14. fuit dubitatum. in addit. numer. 3. de restit. spoliat. in no. & nos duodecim collegimus infra, cap. 30. de priuileg. attent. in prima ampliata regulæ ubi positæ. numer. 11. & seq. Præterea & nec est absolute verum, quod hodie in spolio sola sufficiat supplicatio propter extraneam fe. re. Iulij 3. publicatam sub die 27. Maij 1553. ut latè declarat nouissimè Mandos. super reg. de non iudic. iuxta formam supplicationis. quæstio. 3. numer. 3. & iterum super reg. 31. quod commissiones causarum & c. quæstio. 2. num. 3. ubi præter dictam extraneam. Iulij in idicitat etiam Felyn. in cap. veniens. coll. 2. numer. 3. de accus. & Cassan. consi. 16. visis. verf. quoad aliud. numer. 13. & numer. 24. Itaque restringendo punctum potest in proposito firmari

15 Regula, quod petenti reuocationem attentatorum obstat sibi exceptio regulæ supradictæ, quæ regula probatur ex dicta decif. Put. 13. & aliis supra allegatis in secunda opin. pro qua beneficium facit alia decif. in recollet. Acchill. de grass. 89. litem extinctam. sub Rubrica de lite, ubi magis vniuersaliter voluit, quod contra attentata possit opponi exceptio de non lite, id est, quod lis (qua pendente prætenditur attentatum) non erat lis, quia vel erat extincta, vel calumniosa, vel non afficiebat beneficium, de quo litigabatur, sicut enim prouisus à Papa potest dare de lite, ita prouisus ab ordinario potest dare de non lite. Quæ regula

AMPLIATUR,

17 Primò, ut procedat & etiam si vigore prædictæ commissionis fuisset subsequuta inhibitio, quam uis enim inhibitio aliàs multum operetur, ut diximus abundè supra in secunda parte, cap. 20. de attent. post inhibitionem, in prima ampliata. quia licitum facit illicitum: in hoc tamen casu inhibitio subsequens non faceret attentata, ut dixit Put. dicta decif. 13. quam conclusionem, ut talis inhibitio non afficiat, sequitur, & tenendam esse affirmat remissiuè Mandos. in tract. de inhib. quæst. 27. de quo aliquid etiam, & nos diximus supra in secunda parte, cap. 20. de attent. post inhib. in 13. limit. regulæ ubi positæ. num. 4.

18 Secundò, ut procedat & etiam si post dictam commissionem reus compareat, & multos actus faciat, ac processum instruat, quia per hoc non censetur inducta vera lis, nec factum beneficium litigiosum propter defectum iurisdictionis, quæuis illa videretur per huiusmodi tacitum consen-

sum prorogata. ad l. primam. ff. de Iud. cum simil. ut colligitur ex dicta decif. Guid. bon. tertia. sub Rubrica. de Annal. possess. & quod per commissio nem causæ, decretum citationis, & illius executio nem beneficium non fuerit litigiosum, tenuerunt Domini in vna Toletana parro. chialis de Yepres, coram A. Augulino 29. Aprilis. 1557. quando causa fuit commissæ literis non expeditis propter decretum irritans, quod est in regula, Quæ (ut colligitur ex his, quæ ibi in facto præsupponebantur) procedit etiam respectu successoris in beneficio & potest colligi ad propositam

Tertia ampliatio ad regulam suprapositam, ut decreto dictæ regulæ uti possit non solum ille, contra quem literis non expeditis fuit commissæ causa, & vis ampliacionis in hoc consistit, quia regula videtur in fauorem eius, contra quæ causa sic committitur, vnde illius dispositio, præsertim quoad decretum irritans operari non debeat, nisi colligens illo uti voluerit. l. & eleganter. §. r. & ibi gloss. ff. de dolo. capitu. 1. & ibi gloss. in verb. re ferri. de concess. præben. in 6. cum aliis adductis per Ant. Gab. commu. conclus. libr. 6. de clausulis. conclus. 3. num. 26. & tamen ibi tenuerunt etiã successorem eo casu potuisse dare de dicta regula, cum illa (ut allegabatur in dicta causa) non dicatur personalis, sed realis in ordinem committentium causas literis non expeditis, secundum Cassad. decif. 5. super regul.

21 Quarto, ampliari potest, ut procedat & etiam si in commissione fuisset dictæ regulæ derogatum, sed cum oppositione clausulæ solite, dummodo ante terminum ad articulandum & c. Quia & sicut hæc lis non censetur bona ad impediendam triennalem, ut est decif. in recollet. Guid. bon. cum dubitaret. sub Rubrica de trienniali possessore, ubi subdit, quod fuit hoc habitum pro absolute, & quod fuit sapinus testum, ita potest dici quod ad propositum nostrum non causet attentata, donec literæ non fuerint expeditæ, Declarando tamen quod si illæ expeditur paulò post, puta per duos dies post seruatum terminum ad articulandum, licet de rigore videretur Iudicem dare iurisdictionem, & non esse veram litem secundum formam supradictæ clausulæ Domini tamen fuerunt, pro validitate iurisdictionis in vna Elur. coram Domino Camillo, ut est in recollet. Crefcent. decif. 128. in vna. sub Rubrica de reg. quod commiss. cau. non val.

LIMITATUR eadem regula,

24 Primò nisi committens causam literis non expeditis, & ipse aliquid contra Reum attentasset, quia quoad eum dicitur facta lis & beneficium litigiosum, ut est supra allegata decif. in recollet. Put. 2. committens. sub Rubrica de reg. de trienniali. non videtur, quod ipse reo petenti reuocationem attentatorum opponere possit hanc exceptionem, quod lis non fuerat propter non expeditas literas. Sicut & aliàs dicimus quod licet, quoad reuocationem attentatorum lite pendente regulariter requiratur quod citatio per actorem obtenta sit contra reum executam. Regid. decif. 399. Quoad attentata tamen per ipsummet actorem sufficit, quod tantum sit à Iudice decreta, cum per tale decretum quoad actor dicitur fecisse beneficium litigiosum, ut declarauimus supra Tra&. de Attent.

prà in 2.parte, capit. 4. de attent. lit. pend. in præfatione. num. 36.

Secundò limitari potest (& hoc attenda vltima ratione, quam sensit Mohed. in supra allegata decif. 110. sub Rubrica de regressibus) quòd lis vigore dictæ commissionis sit bona quousque non fuerit de regula datum, & oppositum (vt nò procedat in reuocatione eorum, quæ fuissent attentata antequam fuerit exceptum de dicta regula, quia si ante oppositionem lis est bona, vt per eum, ergo etiam cadit attentatorum confideratio, & reuocatio, cum illa dentur præsupposita lite. Cassad. dicta decif. 6. super reg. cancell. Declarando tamen eam, Primò, nisi litteræ, quæ tempore actus, qui præcedit attentatus non erant expeditæ, & tempore tamen, quo datur de regula reperiretur expedita. Sicut enim dicimus, quòd conclusio illa, quæ habet, quòd processus factus literis non expeditis licet ab initio valeat, inuolidatur tamen, & redditur retro nullus, quando datur de regula, vt tradunt omnes super dicta reg. & fuit etiam per Dominos dictam in vna Corduben. Capellania coram Caputaquen. S. Martij. 1566. limitari, quando tempore, quo de regula datur, litteræ essent expeditæ, quia tunc de factis iurisdictionis, & illa retroractio videtur sublata, vt considerabant Domini in d. Corduben. Ita potest in terminis attentatorum idem dici quòd illa datio de regula non operetur nullitatem litis, & processus, & consequenter lis præcedens censetur valida, cum pondentia considerata intrant etiam attentata, vt sæpè ad alias dictum est. Secundò, quòd si quando attentans ad excusandum attentata dicit litteras (quæ dicuntur expeditæ) fuisse expeditas post præsentationem dictæ commissionis, petens autem reuocationem id neget, onus probandi incumbit qui dicit. Cassad. decif. 3. super eadem causa. super reg. Cancell. quando scilicet non sunt in iudicio productæ, & locus si sint productæ, & per Cassad. ibi. & decif. 5. agebat. Pro quo vltimo dicto factum quòd alius in vna Maioricens. beneficiorum coram Aochill. 16. Martij. 1553. fuit dictum, quòd licet sufficit & alius possessori supplicatio ad obtinendam abolitionem, iuxta decif. Cassad. 8. num. 7. de restit. spoliat. illud tamen procedit quando nò constat de literis, & locus si de illis constet, quia tunc secundum illas est iudicandum, vt est in re collecta. Caputaquen. in 1. parte decif. 23. incip. fuit etiam tunc dictum, & de primi dicti veritate vide apud Mandol. super reg. quòd commisi. caul. q. 14. per totum.

Tertiò, ego adhuc limitandam quandoque in contingentiã facti censui, & iudex admittit, vt regula non procedat respectu iudicis volentis talia attentata ex suo officio reuocare. Quamuis enim parti pro reuocatione instanti prædicta exceptio obstat, ex officio tamen potuerunt huiusmodi attentata reuocari, quia potest iudex etiã parte non petente attentata reuocare, ex quo attentans dicitur eum offendere. Rot. decif. 3. alias 43. nota nunquid Reo. nume. 5. vt lit. pend. in antiq. repetita apud Besignet. decif. 1. eo. titu. & decif. 2. alias 14. fuit dubitatu de restit. spoliat. in no. Que limitatio & si ab initio prima facie vera videtur, & tenenda, dubitabilis tamen facit se eo potest modum reddi posse animaduerti, quòd iam

suprà diximus, præsertim nume. 9. & seq. quòd lis hoc casu esse non dicitur ob defectum iurisdictionis & quo præsupposito videbatur cessare iudicis contemptus, cuius contemptus ratione conceditur, vt iudex in multis casibus attentata reuocet, quæ ad instantiam partis non reuocarentur, vt diximus supra in 1. parte, in præfatione in descriptione attentati, in verbo contemptum. num. 26. & latius infra, capitu. 27. de Iudic. & per quem attendent. reuoc. post princip. num. 7. & seq. vers. circa primam inspectionem. Cum & aliàs generale sit, quòd extra iurisdictionem, & territorium Ius di centis impunè sibi non pareatur, & consequenter cessante iurisdictione cessat contemptus, ad no. in l. si. ff. de iurisdic. omni. Iud. cum similibus.

QVAESTIO XII.

SVMMARIVM.

- 1 PACTVM de non petendo reuocationem attentatorum an obstat illorum reuocationi.
- 2 Spoliato obstat exceptio de non agendo spolio.
- 3 Præscriptio si sit firmatum iuramento. nume. 2.
- 4 Iuramentum quòd sine interitu salutis etiam seruari potest semper est seruandum.
- 5 Attentata non reuocantur, quando per pactum fuit illis renuntiatum.
- 6 Transactio super attentatis fieri potest.

D VODECIMO Quæro an possit opponi exceptio pacti de non petendo reuocationem attentatorum, & quamuis docto. specificè non ponant hanc questionem nisi in spolio, in quo concludunt post gloss. in c. ex infirmatione. de procurat. quòd talis exceptio obstat spoliato, vt est decif. Rotæ 16. alias 393. Si A. conferatur. numero 4. de restit. spoliat. in no. & præsertim si pactum sit firmatum iuramento, Rot. decifio. 18. alias 401. si agenti, eodem titu. in no. & post eas Mil. in verb. possessorium recuperare intentans. fol. 281. cum aliis congestis ad hoc per Ant. Gab. commu. conclus. libr. 5. conclusionem 1. de restit. spoliat. numer. 1. 6. & seq. vers. 18. limita. Attamen, etiam in attentatis idem concludendum videtur, quia inter spoliatum, & attentata hoc casu non videtur ratio dineritatis & cum pacta, & iuramenta quæ possunt seruari sine interitu salutis æternæ semper sint seruanda. l. ff. de pactis. capit. cum contingat. de iure iuran. tum etiam, quia cū expresse supra in 2. parte, capit. 4. de attent. lit. pendente, in 15. limit. princip. firmauerimus post Rot. & alios ibi allegatos quòd attentata non reuocantur, quando per pactum fuit illis renuntiatum, consequens est etiam, vt hic similiter firmemus, contra petentem attentatorum reuocationem exceptionem, & pactum de non agendo competere, & per eam impediri reuocationem, non solum quando huiusmodi pactum fuit factum antequam fuerit attentatum, verum etiam & multò magis & quando post perpetrata attentata super eis partes transigerint, & desuper de non agendo conuenerint, quia si procedente tempore iterum pars molestaretur occasione aliorum attentatorum, vtique posset sibi obijci exceptio dicti pacti, & transactionis, quamuis enim posset quis forsitan dubitare an super attentatis posset transigi, cum illa videantur super delictu, vt tenet Argul. decif. 8. generatio, quia tamè nulli reper

libi reperitur prohibita, hoc casu transactionem fieri posse non inficiaret.

QVAESTIO XIII.

SVMMARIVM.

- 1 EXECRABILITATIS exceptio contra petentem attentatorum reuocationem an opponi possit. Et videtur quòd possit secundum aliquos. nume. 1. & 2.
- 2 Contrarium videtur verius, vt numer. 10.
- 3 Non tamen per hoc prohibetur iudex ex officio illa reuocare, vt infra. nume. 11.
- 4 Execrabilis spoliatus non restituitur, secundum aliquos. Quod non tenet moderna Rota. vt num. 6.
- 5 Nisi exceptio sit admissa & probata, nume. 7.
- 6 Vel de ea constet per commissionem partis. num. 8.
- 7 Vel sit notoria, vt nume. 9.
- 3 Execrabilis est magis odiosus quàm attentans.
- 4 Priuationem beneficiorum, & inhabilitatem ad ea ipso iure incurrit execrabilis.
- 5 Pœna maioritas, & qualitas arguit maioritatem odij, & delicti.

D ECIMOTERTIO, Quæro an similiter obstat exceptio execrabilitatis, & quòd petens reuocationem vna cum beneficio (cuius occasione præcedit esse attentatum) possidet aliud incompatible? Et profectò licet Doctor. hanc questionem non ponant affirmatiuè tamen respondendum prima facie videtur, tum quia idè videmus statutum in spolio in quo & execrabilis spoliatus non restituitur, vt est decif. Rot. 15. alias 371. nota, quòd vbi aliquis, de restit. spoliat. in antiq. & decif. 3. alias 16. si contra. numero 5. in 3. addit. eo. titu. in no. & Cappel. Tolof. decif. 464. an aliquis, Roman. in conf. 499. in præmissa. colum. 3. quod pro notabili posuit nouissimè Hiero. Gigas, in tract. seu Epitomate de intruso. num. 60. vers. scias tamen. vbi præter dictam decif. Rot. 3. in id allegat etiam Oldrad. consilio 227. Card. consilio 132. Præposit. Bald. Nouell. & Gomef. in locis per eum citatis. Tum etiam, quia licet magno odio iura prosequantur attentantem, vt colligitur ex iis, quæ dicemus infra, in capitul. 31. de pœna attentantis, in princ. & Maioritamen videtur prosequi execrabilem, & cum illo ipso iure incurrat priuationem beneficiorum, & inhabilitatis, ad illa, tex maioritate autè pœnæ non incongruè licet argumentari ad maioritatem odij, vt post Bald. in l. leuia. in princip. ff. de accus. tradit Deci. in conf. 65. & pro tenui, in princip. & tanto magis, quia ratio quæ militat in spolio, videlicet quia in execrabili constat notoriè de suo nò iure, militat etiã in attentatis, in quibus, vt diximus supra, hoc eodem cap. q. 1. numero 21. quando notoriè constat, de non iure, opposita exceptione retardatur reuocatio: Verù, quia Moderna Rota tenet, & quòd contra agentem spolio non admittatur exceptio execrabilitatis, & sufficiat, quòd quomodocunquè còtradicat, nisi & obiectio fuerit admissa, & probata, & vel de ea constet per confessionem partis, & vel sit notoria, quia his casibus repellit agentem, vt fuit decifum in vna Ciuitatis Castellanae Sanctæ Mariæ corà Quiroga. 9. Decembris 1556. & est decifio. Rot. 13. exceptio. de restit. spoliat. & alia Thomæ de Thanis 70. incip. in possessorio, negatiuè concludendum - 10 est, & quòd regulariter exceptio. execrabilitatis

non impediatur attentatorum reuocationem, nisi in dictis tribus casibus, arg. sumpto de spolio ad attentata, cum hoc casu inter ea non videatur diuersa ratio. Declarando tamen, quòd quamuis in dictis casibus ad instantiam execrabilis, non fiat attentatorum reuocatio, iudex tamen ratione sui contemptus possit illa ex officio reuocare, cum & aliàs generale sit, prout diximus capit. 27. de Iudice & per quem fiat reuoc. numer. 7. & seq. vers. circa primam inspectionem, quòd in multis casibus, etiam quando pars non vult, aut non potest petere huiusmodi reuocationem, iudex potest attentata reuocare.

QVAESTIO XIII.

SVMMARIVM.

- 1 RECONVENTIO an habeat locum in attentatis, ita vt per eam retardetur illorum reuocatio. Et non est admittenda secundum aliquos. num. 2.
- 2 Verior opi. videtur, vt distinguamus vt hic num. 3.
- 4 Reconuentio super diuersa re, non retardat reuocationem attentatorum.
- 5 Priuilegium attentatorum potissimum in hoc consistit, vt faciat super sederi in causa, & negotio principali.
- 6 Spoliatio deducta per modum reconuentionis contra attentata non retardat illorum reuocationem, sicut nec quando opponitur per viam exceptionis.
- 7 Reconuentio de aliis attentatis an admittatur contra petentem aliorum attentatorum reuocationem. Et hic declaratur, quæ sit differentia inter attentionem deductam per modum exceptionis, de qua supra, quæst. 8. & deductam per modum reconuentionis. nume. 8.
- 9 Reconuentione post litem contestatam proposita non retardatur primum Iudicium sed causa tractantur tanquam se minimè contingentes. Secus si ante litem contestatam, quia respectu vicissitudinis simul tractantur. nume. 10.
- 11 Lis contestatur in causa attentatorum.
- 12 Reconuentio in attentatis semper videtur bona, ex quo in illis semper censetur esse ante litem contestatam cum in eis illa non contestetur.
- 13 Spolio admittitur reconuentio alterius spoli.
- 14 Reconuentio locum habet etiam in implorantibus officium Iudicis.
- 15 Attentatorum reuocatio an per reconuentionem retardetur, quadruplex opi. recensetur. Prima, vt prius procedatur super attentatis prius reuocari petitis. nume. 16.
- Secunda huic contraria, quòd procedatur super vltimo attentato, quia vltimum spoliatum semper est purgandum. nume. 17.
- Tertia quòd super neutro sed paria delicta mutua compensatione tollantur. num. 18.
- Quarta (quæ videtur verior & tenenda) vt procedatur super vtroque, & qui prius probabit suam attentatam ille prius obtinebit reuocationem. nume. 19.

D ECIMOQUARTO, Quæri potest, an in iudicio attentatorum contra petentem reuocatione habeat locum reconuentio & per eam impediatur aut retardatur reuocatio. Quæstio huius quamuis ab initio visum fuerit modicam habere difficultatem argumento, eorumque quæ pernit Dec. in còf. 200. in ead. proprio, per totum, præsertim num. 3. vbi concludere videtur reconuentio. Traç. de Attent. P 3

tionem in causa attentatorum non esse admittendam, melius tamen cogitanti non modicam continere in se difficultatem compertum est, & considerando, quod necessario in hoc articulo distinguendum est, quod, Aut reconuentio fit super re poenitus diuersa, Aut de spoliatione super eadem re circa quam ex aduerso praetenditur attentatum, Aut de attentatione super eadem re, vel etiam super re diuersa, nam t quo ad primu caput videtur omnino concludendum, quod reconuentio non retardet reuocationem attentatorum, & quia cum in hoc consistat potissimum priuilegium attentatorum, vt faciat superferri etiam in negotio, & causa principali, vt apparebit ex iis, quae dicemus infra in hac 3. parte, cap. 30. de priuileg. attent. in 14. priuilegio. multo magis hoc priuilegium erit exercendum quo ad causas diuersas per viam reconuentionis intertatas, Quod vero ad secundum caput, quando reconuentio esset de spoliatione eiusdem rei per eum, qui passus est attentata alias facta, & hoc casu cu supra, q. septima. nu. 2. & seq. conclusum fuerit, quod exceptio spoliationis in hoc remedio regulariter non obstat, erit dicendum, quando spoliatio deducatur per modu reconuentionis. Quod vero ad tertium, quando reconuentio fit de aliis attentatis, puta quia tu contra me attentaueris, instituerim ego contra te iudicium pro reuocatione, deinde tu praetendens me aliquid contra te attentasse super hmoi praetensis attentatis vis me reconuenire, & in hoc differt hac q. ab illa, quam posuimus supra q. 8. quia illa loquitur quando ego volo te pro reuocatione attentatoru agem repellere ea exceptione, quod tu primo loco contra me attentasti, Hanc autem loquitur, quando ego insto pro reuocatione eoru, quae primo fuerunt per te attentata: & tu ad differenda illoru reuocatione vis me reconuenire super aliis, quae a me contra te praetendis antea fuisse attentata, & consequenter non intendis per hanc petitionem tua per modu reconuentionis propositam, velle me excludere a petita tuoru attentatorum reuocatione: (prout quando petitio proponeretur per modum exceptionis, de qua in dicta q. 8.) sed solum intendis, quod super vtrisque attentatis procedatur. In quo articulo dicendum est, quod licet alias doct. in cap. 1. de mutuis petitio. & in cap. cum dilecti. de ord. cognit. prout etiam considerat Deci. vbi supra, soleant distinguere quod aut reconuentio fit post litem contestata, & tunc per reconuentionem (cu illa no sit proprie reconuentio) non retardatur primu iudiciu, sed causa tractantur tanquam se minime contingentes. Aut sit ante litem contestatam, & tunc tractantur simul respectu vicissitudinis in procedendo, & diffiniendo, & quia tamen in attentatis lis non contestatur. Franc. in c. bonae. nume. 13. vers. amplius, de appellat. cum praefata distinctio non possit accommodari, potest teneri primu caput semper, & quod ex quo in attentatis lis non contestatur semper censetur esse ante litem contestatam, & consequenter semper erit bona reconuentio. Et quod etiam in attentatis reconuentio sit admittenda, si quia sicut in simili videmus, & quod in spolio admittitur reconuentio alterius spolij. Mil. in verb. reconuentionem non habet locum. fol. 239. ita etiam potest dici, quod in attentatis sit admittenda reconuentio alterius attentati, praesertim, quia (vt

dicit Enric. Ferrar. in addit. ad Mil. vbi supra, post Iacob. de sancto Georg.) & etiam in implorantibus officium Iudicis (prout est in attentatis) habet locu reconuentio, & consequenter videtur concludendum ex praedictis, quod etiam in causa attentatorum possit fieri reconuentio alterius attentati. Qua conclusione praesupposita, ant reconuentio super attentatis impediatur, vel retardet reuocationem attentatoru primo loco reuocari petitoru, Quadruplex potest considerari opinio, & Prima ex mente Deci. in supradicto conf. 100. vt prius procedat super attentatis primo reuocari petitis, ex regula qd qui prior appellat, prior agit. & Secunda quod procedatur super vltimo attentato quamuis fuerit vltimo loco reuocari petitum ex regula in simili. quae habet quod semper vltimum spoliu est purgandum. ad no. in l. fed si fundum. C. vnde vi. ita etiam vltimum attentatu sit reuocandum: & Tertia potest esse opinio, quod super neutro illoru procedendu sit ex regula l. viro atque vxore. ff. solut. matr. & no. in c. intelleximus. de adult. quod paria delicta mutua compensatio ne tollitur, & ex alia, quod priuilegiatus non vti tur priuilegio contra pariter priuilegiatum. l. verum. §. penult. ff. de minor. cu simili. & Quarta demum potest esse opinio, quod eodem tempore super vtraq; causa procedatur, & qui prior probabit intentionem suam prior obtineat reuocationem, quauis enim ex natura attentatorum in priuilegio sint in hoc pares, vt ante omnia reuocentur, quia tamen, etiam & quod attentatoru iudicium sit summariu, & priuilegiatu, nihilominus etiam prosequenti reuocationem attentatorum incumbit probare fundamentum, & necessaria suae intentionis, prout est esse appellatu, & esse innouatum pendente appellatione, vt per Franc. in c. ad audientiam, in finalibus verbis, de appellat. & dicemus infra, cap. 26. de probat. attent. numer. 3. & 7. & seq. hoc casu, cum non Ius (quod vtrisque vult dari reuocationem ante omnia) sed potius probatio deficiat, merito concludi potest, quod stante causa conuentionis, & reconuentionis super reuocatione attentatorum, debeat super vtraque causa eodem tempore per iudicem procedi, & illius causa prius expediri, qui prius probauerit, vt est de mente Deci. in dicto conf. 200. Pro qua opinione plurimu facit, quod fuit alias dictum in vna Brachare. monasterij coram Iunio 5. Iulij. 1557. inter Cardinalem de Sancta Flora, & Petrum Ferdinandi, in qua (cu vtraque pars praetenderet attentata, & Petrus peteret se admitti ad probandum statum, in quo erat tempore quo contra eum fuerat per Cardinale attentatum, E conuerso vero Cardinalis peteret se admitti ad probandum, quod etiam status Petri erat attentatus, Domini votauerunt, quod vtraque pars ad probandum admitteretur.

QVAESTIO XV.

SUMMARIVM.

- 1 EXCEPTIO, quod actus, qui praetenditur attentatus sit factus de consensu petentis reuocationem, admittitur contra attentata.
- 2 Etiam si consensus esset tacitus. nume. 2.
- 3 Possessio vigore executorialium sine illarum intimatio ne capti, vni tanquam attentata reuocanda si sint lapsi

lapsi 30. anni, quia ex hoc praesumitur capta de consensu.

1 DECI MO QVINTO Quero an liceat reo conueto excipere, quod actus, qui praetenditur attentatus fuit factus de consensu petentis reuocatione, & cu supra, in 2. parte, capit. 4. de attent. lit. pend. in 16. limit. princip. num. 1. & per totam, firmauerimus, quod actus de consensu gesti non veniunt vti attentati reuocandi, & etiam si essemus in consensu tacito, & hic quoq; firmandum est, vt hec exceptio admittatur per ibidem alleg. Quibus in eo, quod diximus de consensu tacito addere potes bonam deci. in recollet. Put. 21. attentata, sub Rubrica vt lit. pend. vbi refert, quod sub die 25. Martij 1547. in vna Parochialis de Antedo coram Reumano, & Domini tenuerunt esse excusanda attentata, si post captam possessionem vigore executorialium etiam sine intimacione transierunt triginta anni, ea ratione inter alias quia praesumitur illum consensisse.

QVAESTIO XVI.

SUMMARIVM.

- 1 EXCEPTIO lapsus termini sibi ad docendum de attentatis praefixi obstat petenti attentatorum reuocationem, & infra num. 5.
 - 2 Attentata quandoque calumniose proponuntur ad ferendam expeditionem negotij principalis.
 - 3 Signatura solet reo in causa attentatorum (vt se valeat a praetensis attentatis liberare) succurrere per praefixionem termini ad docendum de illis, & in hoc concedere sibi commissionem.
 - 4 Praesertim instantibus aliquibus magnis feriis, num. 4.
 - 6 Termini lapsus ad docendu de attentatis praefixi sicut excludit agentem ad illorum reuocationem, ita lapsus termini praefixi a Iudice a quo ad docendum de prosecutione, & praesentatione coram Iudice ad que.
 - 7 Lapsus termini vigore statu. delphin. praefixi ad faciendum citari partem infra 30. dies post introductionem appellationis processuram excludit agentem ad attentatorum reuocationem.
 - 8 Inhibitio etiam si non fuerit moderata, non facit vltra attentata, quando lapsus est terminus sibi ad docendum de attentatis praefixus.
 - 9 Attentata passus exclusus per lapsum termini primo praefixi possit vigore nouae commissionis super eisdem attentatis audiri secundum aliquos.
 - 10 Dummodo in commissione sit facta mentio de primo termini praefixione, vt infra num. 11.
 - 10 Terminus primo praefixus non potest excludere ius, seu officium Iudicis ex noua commissione quaesitum.
 - 12 Termini praefixio facta ei qui poterat duplici iure in Iudicio comparere potest tanquam prosequens interesse proprium, & etiam commune, non excludit eum quo minus possit alio iure comparere in quo non fuit facta praefixio.
- 1 DECI MO SEXTO Quero an Reo competat exceptio lapsus termini ad docendum de attentatis, vel de prosecutione appellationis seu alias praefixi: & affirmatiue respondendum est, ad cuius intelligentiam sciendum est, quod licet actor, qui agit pro reuocatione attentatorum in multis sit priuilegiatus, vt dicemus infra, capit. 30. de priuileg. attent. & quia tamen attentata quandoque proponuntur calumniose, & animo differendi expeditionem cause

in negotio principali, & propterea solet Signatura quandoque ipsi reo (vt a praetensis attentatis se liberare valeat) succurrere, & concedere sibi commissionem, qua datur, quod praefixo auctori aliquo breui, & peremptorio termino ad docendu quicquid vult, & potest per omne genus probationis super praetensis attentatis, quo elapso, & nihil quod releuet docto, Index reiectis attentatis ad expeditionem cause principalis procedat, cuius formulam ponit Mandof. in tractatu commissionis. in 15. formul. attentatorum exclusiue per totam, praesertim & instantibus aliquibus magnis feriis, vt puta natiuitatis domini, carnis prinij, paschatis, vel messium, vt docet Cassad. decisi. 4. in attentatis. numer. 5. de dilatio. sequitur Vestr. in praxi Ro. cu. lib. 8. cap. 4. sub nume. 21. & Moder. post Cassado. vbi supra in annotat. ad Aegid. nu. 108. & seq. vbi rationem ponunt, & nu. 154. atque etiam Mandof. in dicto tracta. commif. in 14. formul. commissio. attent. in verbo causam, & causam. Vnde praesupposita hac commissione, & termini praefixione, & illius lapsu, absque eo, quod fuerit aliquid super attentatis releuater docti, si denuo actor agat, & proponat causam attentatoru, poterit non immerito per hac exceptione excludi, & per lapsum termini sibi praefixi fuerint praesentata attentata (de quibus in termino non docuit) sublata, vt dicunt supradicti Docto. in supra citatis locis. Quam exceptione lapsus termini non solum procedere dicendum est, quando terminus fuit praefixus ad docendum de attentatis vigore commissio nis, vt supra dictum est, & verum etiam in lapsu termini a Iudice a quo ad prosequendum appellationem, & ad faciendum fidem coram eo, de prosecutione, & praesentatione coram Iudice ad quem praefixi, si enim appellans in huiusmodi termino non docuerit de prosecutione, & praesentatione appellationis praedictis, potest Iudex a quo citra vitium attentatorum procedere ad executionem suae sententiae, & si appellans allegauerit executionem praedictam tanquam appellatione pendente factam esse attentatam, poterit Reusiure optimo excipere contra eum de lapsu termini sibi, vt praefertur, praefixi: ad no. in c. personas, & in c. cum sit Romana. & in c. reprehensibilis, de appellat. & per dicta iura Rot. decisi. 13. alias 94. si Iudex de appellat. in no. Roma. in singulari suo 192. incip. hoc nesciunt legita (vbi mandat hoc dictum litteris aureis scribi) vt latius diximus, & aliis auctoritatibus comprobauimus supra, in 2. parte, capitu. 12. de attentat. appellat. pend. in 14. limit. princip. num. 2. Et non solum in praedictorum terminorum lapsu praedicta verificari possunt, & verum etiam & in alio termino, quisecondum statuta delphinalla solet praefigi appellanti ad faciendum citari partem aduersam infra triginta dies post introductionem appellationis processuram in causa appellationis, quia si infra dictum terminum non fuerit facta citatio, attentata medio tempore non reuocantur, sed remanent in eodem statu, donec definitiua sententia feratur, & consequenter cum perdant priuilegium suum, vt ante omnia reuocentur contra actorem, qui non citauit infra dictos triginta dies petentem, illorum reuocationem autem omnia, & via priuilegiata poterit dari de lapsu dicti termini, vt colligitur ex his, quae po-

nit Guido Pap. decifi. 213. statuta delphinalia, in princip. vbi etiam rationem assignat, quod hoc fuerit factum in odium tardantium suas appellationes prosequi. Præmissa autem omnia, quæ dicta sunt de præfixione termini, Amplia vno modo, vt procedant etiam si inhibitiõ, quæ emanauerat vigore commissionis attentatorum nõ fuisset per iudicem moderata, quoniam si facta hac termini præfixione, & eo lapsõ Iudex procedat ad sententiam in causa principali, validè procedit, vt est in recollet. Cottæ, decisione 200. Et similiter duobus modis limitari possunt, ex intensione Oldrad. in consili. 206. incip. in causa Carnocen. ad fin. versicul. ad quartam partem. ¶ Primo nisi is, cui fuisset præfixus terminus vigore nouæ commissionis ageret ad attentata: ¶ quia, (vt ille inquit) terminus primo præfixus, nõ potuit excludere ius, seu officium Iudicis ex noua commissione quæsitum. l. non potest. ff. de Iudic. ¶ quod tamen ego verum intelligerem, ¶ quando in hac noua commissione fuisset facta mentio de primi termini præfixione, aliàs tanquã subreptitia non posset operare hunc effectum, arg. no. in capitul. super literis, de rescrip. ¶ Secundo ex intentione eiusdem ibi limita, nisi ille, cui fuerat terminus præfixus posset in iudicio comparere duplici iure, puta tanquam prosequens interesse proprium, & interesse commune, vel e contra, nam si sibi fuerit præfixus terminus tanquã prosequenti interesse comune, vel e contra non prohibetur per dictam præfixionem, quominus petere possit attentata reuocari tanquã prosequens interesse proprium, vel e contra, ea ratione, quia tunc videtur præfixio facta in causa diuersa, & consequenter non obstat, arg. l. Papinianus exul. ff. de minor.

QVAESTIO XVII.

SVMMARIVM.

1. **IRRETRACTABILITATIS** exceptio obii ci potest contra attentata.
 2. **Matrimonium secundum contractum lite pendente super primo valet, quia est irretractabile si primum de claretur inualidum.**
 3. **Quos Deus coniunxit homo non separet.**
- D**ECIMO SEPTIMO, queri potest an reo competat exceptio irretractabilitatis, asserendo quod actus qui præteditur attentatus sit irretractabilis, & cum Rot. decifi. 51. aliàs 379. si committatur, in finalibus verbis, de appellat. in no. post Io. Monach. in cap. cupientes. in verb. gratia. de electione, in 6. & post eam Mil. in verb. attentatorum reuocatio. fol. 31. absolutè dixerint ¶ quod in irretractabilibus non habet locum attentatorum reuocatio, reo prædicta exceptio non videtur deneganda, cuius exceptionis forsitan exemplum poni posset ¶ in matrimonio secundo contracto lite pendente, super primo, quia tale matrimonium dicitur valere, vt in c. 2. de matri. contra interdict. eccles. contract. cuius dicti ea ratio esse potest: quia scilicet tale matrimonium (quando tamè declaratur primum inualidum, iuxta ea quæ latius diximus supra in 2. parte, cap. 4. de atten. lite pend. in 17. limit. princ. num. 1.) est irretractabile, ¶ quia quos Deus coniunxit homo non separet, quam sentit etiam tex. in dicto c. 2. ibi non est conueniens vt ob id sacramentum coniugij dissoluatur.

QVAESTIO XVIII.

SVMMARIVM.

1. **SCANDALI** exceptio an opponi possit contra agentem ad reuocationem attentatorum, & concluditur quod sic, infra numer. 4.
 2. **Corporis humani exhumatio dicitur scandalosa in populo.**
 3. **Attentatorum reuocatio dicitur prohibita: quando in populo scandalum causaret.**
 5. **Spoliatus non restituitur quando ex restitutione scandalum sequeretur.**
- D**ECIMO OCTAUIO huic affinis esse quæstio potest ¶ an reus agenti ad reuocationem attentatorum opponere possit exceptionem scandalali, quod in reuocatione oriri posset, ¶ prout esset in exhumatione corporis humani, ¶ & cum reuocatio attentatorum quando causaret scandalum in populo sit prohibita, iuxta ea quæ post Rot. decifi. 8. aliàs 854. cum partes, vt lit. pend. in antiq. & alia allegata supra in prima parte, c. 4. de attent. lit. pend. in 13. limit. princ. num. 2. ¶ potest probabiliter dici, quod reo hoc casu prædicta exceptio permittatur. Quibus adde in simili ¶ quod etiam spoliatus non restituitur, quando ex restitutione scandalum sequeretur, vt per tex. in c. inter sollicitudines, de purg. can. & in c. 3. de iur. patron. & in c. ad petitionem, de accusat. tradit Mil. in verb. spoliatus an debeat restitui. fol. 367.

QVAESTIO XIX.

SVMMARIVM.

1. **EXCEPTIO** per quam concluditur quod attentatorum cognitio omnino pedit à cognitione causa principalis admittitur contra attentata.
2. **Interdicto uti possidetis intentato si quis prætedatur attentasse, ille però ad excusandum attentata alleget se continuasse possessionem, reuocatio attentatorum non fit, quia pendet à cognitione causa principalis.**
3. **Attentatorum cognitio si pendet à validitate regressus est vna cum attentatis etiam de validitate regressus cognoscendum.**
4. **Mandati de manutenendo cognitio quando pendet à negotio principali expectanda est finis articuli principalis.**
5. **Attentatorum causa quando pendet à negotio principali & habet factum intricatum, solet Rota non obstantibus prætens attentatis discutere de bono iure negotij principalis, & apponere sequestrum.**
6. **Sequestratur beneficium & cognoscitur de bono iure principalis, quando causa est intricata.**

DECIMO NONO Illam reo exceptionem contra petentem reuocationem attentatorum competere dicendum est, ¶ per quã concludat, quod cognitio attentatorum omnino pendet à cognitione cause principalis: pone enim, quod ¶ intentato interdicto uti possidetis & retinende, & lite huiusmodi pendente actor bona, de quibus agitur locauerit, & aliquos alios actus possessorios fecerit, quos aduersarius prætedat vitio attentatorum esse subiectos, actor però ad excusandum, & ad excludendum attentata (asserens se fuisse, & esse in possessione) alleget dictos actus fecisse per modum continuationis, & consequenter nõ attentasse, quia cognitio allegatæ continuationis ad excusandum attentatam pedit omnino (vt patet) à cognitione cause principalis, ¶ erat vter illorum possideret, si hoc excipiat attentatorum reuocatio impedit, vt est not. decifi. Capit. 72. in

Capit. 72. in causa, per totã, per quã decifi. Capit. id tenuit nouissimè Rot. in vna Nolan. Monasterij corã Paleotto, ¶ in qua cũ cognitio attentatorum penderet à validitate cuiusdã regressus, fuit vnã cum attentatis cognitum de validitate præfati regressus, vt est decifi. in recollet. eiusdẽ 147. incip. agebatur, quod ipsum affirmavit idem Paleott. decifi. 220. erat lis. sub die 12. Februarij 1558. vbi refert post dictam decifi. Capit. ita fuisse centum per dominos in vna Burgen. iurisdictionis coram eo, & iterum in alia Perusina Iurisdictionis coram Cariaten. quibus adde eundem Capit. de cif. 209. in causa. sub num. 4. vbi idem sentit. facit quod aliàs dicitur, ¶ quod quãdo causa mandati de manutenendo pendet à negotio principali, tunc expectandus est finis articuli principalis, vt fuit dictum in vna Anconitana bonorum coram D. meo Oradino. sub die 6. Nouembris 1562. Pro ut solet etiam ¶ quandoque Rota, quando causa attentatorum pendet à negotio principali, & quando causæ habent factum intricatum, & multas ambages, & difficultates, non obstantibus prætens attentatis eligere mediam viam, & discutere de bono iure negotij principalis, & interim in beneficio opponere sequestrum, vt in vna Camacem. Archidiaconatus coram eo, sub die 23. Iunij 1558. factum fuisse refert Paleott. in recollet. suis decifi. 201. incip. sequendo, & generaliter quod ¶ quando causa est intricata beneficii sequestretur, & cognoscatur de bono iure. est in recollet. Cottæ decifi. 242.

QVAESTIO XX.

SVMMARIVM.

1. **CONTINUATIONIS** possessionis exceptio potest opponi contra attentata.
 2. **Exceptio, quod actus, qui præteditur attentatus tendit in faciliorem exitum appellationis potest opponi contra attentata.**
 3. **Et sic de singulis casibus qui supra in discursu totius tractatus ponuntur pro limitationibus regularum, quod lite vel appellatione pend. nihil est inuoluendum.**
- V**IGESIMO, Ad impediendam reuocationem eorum, quæ præteduntur attentata lite pendente, vel etiam appellatione pendente, potest exceptionis loco, reus allegare, quod sumus in aliquo ex casibus, qui ibi enumerantur pro limitationibus regularum, supra in 2. parte, cap. 4. & cap. 12. positurum, qui cum, & numero quamplures sint, & de eis latius in supradictis locis tractatum fuerit breuitatis causa hic singuli non repetuntur, ¶ Prout exẽpli gratia esset, si actus qui præteditur attentatus diceretur factus lite quidem pendente, sed per modum continuationis, de quo latè dicto cap. 4. in 1. limit. princip. ¶ Vel quod tenderet in faciliorem exitum appellationis, de quo latè dictum est dicto cap. 12. in 4. limit. princip. ¶ & sic de singulis.

QVAESTIO XXI.

SVMMARIVM.

1. **ATTENTATORUM** reuocationem petens nõ tenetur colorare titulum.
2. **Petitorum ex infecto titulo colorans in reuocatione attentatorum non auditur.**
3. **Titulum infectum ostendere peius est, quàm si nullum ostendisset.**
4. **Exceptio infecti tituli si sit productus, obstat etiam in attentatis.**

5. **Titulo ex infecto videtur resultare nonius petentis reuocationem attentatorum.**

VIGESIMOPRIMO, licet petens reuocari attentata ¶ non teneatur colorare titulum, Aegid. decifi. 101. si constat, & dicemus latius infra cap. 30. de priuileg. attent. in 2. Priuileg. num. 54. ¶ si tamen procuratoris sui incuria, aut aliàs colorauerit petitorium ex infecto titulo, tunc in reuocatione attentatorum non auditur: ¶ quia peius est infectum, quàm nullum titulum ostendere, vt dicebat Aegid. decifi. 393. si petens, ex quo videtur posse colligi, quod contra attentata potest opponi ¶ exceptio infecti tituli, quatenus scilicet fuerit in iudicio productus, Nec sine ratione, ¶ quia cum ex infecto titulo videatur resultare nonius petentis reuocationem, merito, debet actor hoc casu excludi: secundum ea quæ latius diximus q. prima.

QVAESTIO XXII.

SVMMARIVM.

1. **ATTENTATVM** siquid prætedatur appellatione pendente, necessarium est docere de appellatione.
 2. **Attentata passus si produxerit instrumentum appellationis potest contra eum opponi exceptio falsitatis ipsius instrumenti appellationis.**
- V**IGESIMO SECVNDO, si aliquid prætedatur fuisse attentatum appellatione pendente, ¶ & ad docendum de appellatione (quod est necessarium, vt per Franc. in cap. ad audientiam. in fine de appellat. & dicemus infra, cap. 26. de probatione attentatorum. numer. 2. & seq.) produxerit instrumentum appellationis, ¶ poterit contra petentem reuocationem attentatorum opponi exceptio falsitatis ipsius instrumenti appellationis, vt tradit Aegid. decifi. 217. incip. exceptio falsitatis instrumenti.

QVAESTIO XXIII.

SVMMARIVM.

1. **SPOLIATVS** siasserat se lite pendente spoliatum admittitur contra eum exceptio, & materia contra via videlicet continua possessionis vsque ad tempus quo spoliatio attentata dicitur inclusiuè secundum aliquos.
- V**IGESIMOTERTIO, si quis prætedebat se lite pendente spoliatum, & instet pro reuocatione huius spolij attentati, ¶ admittitur contra eum exceptio, & materia contraria, videlicet continua possessionis vsque ad tempus quo spoliatio attentata dicitur inclusiuè, vt est de cif. Aegid. 288. Item quod possessor. in fi. quæ tamen si rectè consideretur non videtur diuersa exceptio ab ea quam supra tetigimus, quando actus allegatur factus per modum continuationis, prout aliquos informando Signaturam falso quandoque affirmasse animaduerti.

QVAESTIO XXIII.

SVMMARIVM.

1. **PRAESCRIPTIONIS** exceptio an currat contra attentata remissiuè.
- V**IGESIMO QUARTO, queri potest an contra attentata, & illorum reuocationem petentem possit opponi exceptio aliqua præscriptionis: Et quoniã hunc articulum plenè examinamus supra in hac tertia parte, c. 23. quãdo & intra quæ temp. reuoc. pet. deb. q. 3. nu. 61. & seq. solutionem huius quæstionis ex ibi dictis collige.

QVAESTIO

QVAESTIO XXV.

S V M M A R I V M.

EXCEPTIO compromissi vigore statutorum facit di. in retardet attentatorum reuocationem.

- 2 *Causa attentatorum an sit compromittenda stante statuto quod causę inter consanguineos compromittantur.*
- 3 *Statutum de compromissis non comprehendit causam attentatorum secundum aliquos.*
- 4 *Causa priuilegiata non comprehenditur in generali dispositione, & infra nume. 35.*
- 5 *Frustra auxilium l. implorat, qui in legem committit.*
- 6 *Attentans in legem committit, quia etiam Ius ipsum dicitur offendere.*
- 7 *Attentatorum causa videtur habere executionem paratam, ex quo ante omnia attentata sunt reuocanda.*
- 8 *Causa executiua, puta vigore instrumenti guarentigiatum non comprehenditur sub statu. de compromissis.*
- 9 *Attentatorum in reuocatione non videtur versari nisi quodammodo executio, & retractatio actus prius attentati.*
- 10 *Causa executionis cum sit mixti imperij non comprehenditur sub statu de compromissis.*
- 11 *Officio iudicis nobili quę expediuntur non sunt compromissibilia.*
Etiam si tendant ad priuatam vtilitatem. numer. 12.
- 13 *Iudicis quoque interesse versari dicitur in reuocatione attentatorum ratione sui contemptus.*
- 14 *Spolij causa non videtur compromissibilis.*
- 15 *Compromissi petitio in causa attentatorum videtur ad differendum illorum reuocationem.*
- 16 *Causa attentatorum est compromissibilis secundum alios & sub statu comprehenditur & hęc videtur reuocari vi infra, num. 34.*
- 17 *Arbitri nullibi prohibentur de attentatis cognoscere.*
- 18 *Transactio per attentatis fieri potest.*
- 19 *Transactio vbi fieri potest, ibi & compromissum.*
- 20 *Officio Iudicis mercenario, quę expediuntur compromittuntur.*
- 21 *Compromissum fieri potest de omnibus, quę expressę non prohibentur.*
- 22 *Dotis, & alimentorum causę, quę sunt alijs favorabiles, & priuilegiatę comprehenduntur sub statu de compromissis.*
- 23 *Emergens, & incidens causę sub statu de compromissis comprehenditur, & infra nu. 33.*
- 24 *Causa attentatorum dicitur emergere remissiuę.*
- 25 *Exceptio compromissi impedit executionem.*
- 26 *Attentata dicitur habere se per modum accessorij ad causam principalem.*
- 27 *Attentatorum causa an sit compromissibilis, secundum alios est distinguendum, vt hic.*
- 28 *Spirituales causę non compromittuntur minusque restitutionis in integrum, nu. 29. aut Mixti imperij, nu. 30. aut Vsurarum, nu. 31. vel Criminalis, num. 32.*
- 36 *Passus attentata potest compromissum petere qui in legem non committit.*
- 37 *Causa attentatorum re vera non potest dici executiua.*
- 38 *Appellari potest a sententia lata in causa attentatorum remissiuę.*
Et in ea proceditur per tres conformes, vt numero 39.
- 40 *Retractatio super attentatis non fit via executiua.*
- 41 *Compromissa regulariter fiunt ad lites abbreviandas,*

42 *Causa attentatorum regulariter est compromittenda iuxta secundam opinionem & exceptio compromissis retardat illorum reuocationem.*

43 *Causa attentatorum non compromittitur quando causa principalis esset talis nature, quod non esset compromissibilis.*

44 *Attentans non potest petere causam attentatorum compromitti.*

45 *Appellatio vbi est in torie friuola, licet regulariter attentata non reuocentur, si tamen ipse appellans aliquid attentauit reuocantur.*

46 *Iudex si vult officio eius nobili reuocare attentata non retardatur per exceptionem compromissis.*

VIGESIMO QUINTO, quæro t an contra petentem huiusmodi reuocationem obstat exceptio compromissi faciendi, iuxta formam alicuius statuti dictantis, quod causę inter consanguineos compromittantur, ita vt præsupposito, quod causa attentatorum vertatur inter consanguineos per exceptionem propositam impeditur dicta reuocatio t & an causa attentatorum sit compromittenda? in hoc artic. (licet Docto. non ponant) triplex potest esse opinio.

1 Prima negatiua, t quod causa attentatorum sub dicto statuto de compromissis non comprehendatur, & quod dicta exceptio non retardet reuocationem hanc ex priuilegio ante omnia faciendam, ex pluribus. Primò, t quia in generali dispositione non comprehenditur casus priuilegiatus, ad no. in l. 3. C. de silentiar. libr. duodecimo, sed causa attentatorum est multipliciter priuilegiata, vt patet ex nouem, supra viginti priuilegijs, quę enumerauimus infra, capit. 30. per totum, numero quinto, & seq. &c. t Secundo quia frustra auxilium legis (& sic compromissum vigore statuti) quis implorat, quando in legem committit, c. quia frustra, de vsur. cum similib. t attentans autem in legem committit, quia non solum iudicem, & partem, sed & ius ipsum offendit, ad no. in cap. cordi. de appell. in 6. Rot. decis. 2. alijs 14. fuit dubitatum, de restitu. spoliar. in no. & alijs sæpè merito. Tertio t causa attentatorum videtur habere executionem paratam, ex quo ante omnia attentata sunt reuocanda. capit. non solum. de appellat. in 6. secundum ea quę dicemus infra, capit. 30. in 29. & ultimo priuileg. t causa autem executiua, prout quando agitur vigore instrumenti guarentigiatum non comprehenditur dicto statuto de compromissis, vt per Blanc. post alios in tracta. de compromissis. in 4. quęstio. princ. num. 4. vers. ex instrumento guarentigiatum, ergo &c. Quarto t quia in reuocatione attentatorum non videtur versari, nisi quodammodo executio, & retractatio actus prius attentati, t causa autem executionis cum sit mixti imperij, non cadit sub dicto statuto de compromissis, ad tex. in cap. penultim. de restitu. in integr. & in l. fin. C. vbi & apud quem, & per Barto. in l. non distinguemus. §. de liberali. & §. quęsitum. ff. de arbit. ergo &c. Quinto t quę expediuntur officio iudicis nobili t etiam ad priuatam vtilitatem non sunt compromissibilia, secundum Alexand. in consilio 65. in causa. colum. 1. libr. 7. & post eum Blanc. in dicta 4. quęst. principa. num. decimo tertio, vers. quod notarius indubitati autem iuris est, quoad attentatorum reuocat

uocatio expeditur officio iudicis, vt annotauimus supra in prima parte, in præratione, in descriptione attentati. numer. 28. & infra capit. 27. de iud. & per quem attent. reuoc. post princ. ergo, &c. Sexto quod partes non possint causam reuocationis attentatorum compromittere, facit, quia in huiusmodi reuocatione non versatur duntaxat interesse attentantis, & illius qui est passus attentata, t verum etiam iudicis cuius fuit lesa maiestas, qui potest etiam quando pars non vult, aut non potest, ratione solius sui contemptus illa reuocare, vt declarauimus infra in dicto capit. 27. de iud. & per quem reuoc. fiat. numer. 7. vnde non debet partibus permitti, vt possint compromittere, & sic certo modo iudici præiudicare. Secundo t quia ita in simili videmus in causa spoliar. quę non videtur compromissibilis, secundum Afflict. decis. 84. fuit dubitatum. Octauo ea quę tendere videntur ad differendum reuocationem attentatorum a iure improbari videntur, vt de appellatione diximus supra, in 2. parte, capit. 12. de attent. appellatio. pend. in 7. limit. princ. numero 2. t Sed per petitionem huiusmodi quod causa attentatorum compromittatur, videtur illorum reuocatio differri, merito, &c.

16 Secunda huic contraria potest esse opinio t quod immo causa attentatorum sit compromissibilis ac dicto statuto comprehendatur. t Primò quia nullibi videtur prohibitum, quod arbitri de attentatis non possint cognoscere, vt etiam admodum supra, in 2. parte, capit. 15. de attent. pend. comprom. in 2. ampliat. reg. ibi positę. numero 143. t Secundò super attentatis videtur posse transigi, attento quod illis potest renunciari, & quod actus probaretur factus de consensu partis, cessat reuocatio attentatorum, secundum ea, quę latius diximus supra, in 1. parte, de attent. lit. pend. in 15. & 16. limit. princ. & supra hoc eodem capit. quęstio. 15. numero 1. t vbi autem fieri potest transactio, ibi etiam procedit compromissum, & econtra, vt post Barto. in l. ius dandi, alijs est l. prætor. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. tradit Blanc. in dicto tracta. de compromissis. in 4. quęstio. princ. nume. 7. vers. spiritualis incidens, ergo, &c. Tertio t cum ea, quę expediuntur officio iudicis nobili compromitti non valeant, a contrario sensu videtur dicendum, quod, quę expediuntur officio iudicis mercenario compromittantur, sed attentatorum reuocatio ad instantiam partis expeditur officio iudicis mercenario, vt annotauimus supra, in 1. parte, in descriptione attentati. numer. 28. ergo partes debent causam attentatorum posse compromittere.

20 Quarto t de omnibus, quę expressę non prohibentur potest fieri compromissum, vt post Iaf. & alios tradit idem Blanc. ibidem numer. decimono, versic. alimentorum. Ista non reperitur expressę prohibita, merito &c. Quinto t quia in simili videmus, quod etiam causę alijs multum fauorabiles, ac priuilegiatę, prout est causa dotis & alimentorum, ad no. in l. i. ff. solut. matrim. hoc statuto comprehenduntur, vt expressę ponit idem ibi dicto versic. alimentorum m, & in vers. dotis. numero secundo. Sexto t quia vt dicit idem ibi, numero vigesimo primo, versic. emergens, causa emergens & incidens, cadit sub hoc compromisso.

24 t Hęc autem dicitur emergens, vt diximus supra, in 2. parte, capit. 15. de attent. pend. compromiss. num. 90. ergo, &c. Septimò t quia videmus quod exceptio compromissi impedit executionem, vt tradit Alciat. in cons. 27. de iure communi. numer. 5. libr. 2. ergo dato, quod in reuocatione attentatorum versetur executio, vt dicebatur supra, numer. 9. tamen per hanc exceptionem debet retardari.

26 Tertia demum potest considerari opinio, t vt cum attentata dicuntur habere se per modum accessorij ad causam principalem, secundum Quidrad. in consilio 199. pro fundamento. in fin. & sensu Rot. decis. 1. alijs 1. post princip. de appellat. in no. (distinguiamus t quod, Aut sumus in attentatis pendente causa, quę non erat de sui natura compromissibilis, prout esset t causa spiritualis; 29 restitutionis t in integrum t Mixti imperij, t & 30 vsurarum, quę non compromittuntur, vt deducit Blanc. ibi, numero 7. quęstio. 10. & 14. t vel in causa criminali, quę pariter non compromittuntur, vt est text. in l. non distinguemus. §. Iulianus. ff. de arbit. & tradit Afflict. decis. 84. & tunc nec causa talium attentatorum sit compromittenda, Aut causa principalis erat compromissibilis, & tunc secus, Pro qua opi. plurimum facit similis distinctio, quam faciunt alijs docto. in eo articulo, t an causa incidens & emergens sit compromittenda, vt si causa principalis erat compromittenda, incidens quoque compromittatur, alijs secus, vt per Socin. in consilio 300. in causa, versic. circa tertiam quęstionem. libr. 2. quem refert, & sequitur etiam Blanc. ibidem. sub numer. vigesimo secundo, versic. veritas tamē in contrarium est, vbi in id etiam alios citat.

34 Quid dicendum? mihi magis placet, t Secunda opi. vt regulariter etiam causa attentatorum compromittatur, & consequenter quod per exceptionem compromissi retardetur reuocatio attentatorum a Iudice ad instantiam partis faciendam, secundum regulam quam proxime constituemus, Præsertim cum ea, quę dicta sunt in 3. opi. & nonnulla etiam motiua facta, pro prima, deferuiant pro limitatione, ac declaratione prædictę regulę. Et tenendo eam non obstant quę in contrarium pro prima opi. sunt adducta, quoniam illis respondetur, &

35 Ad primum t quod immo statuto de quo agitur, comprehenduntur etiam causę priuilegiatę, vt est causa dotis, & alimentorum, vt diximus supra in quinto fundamento 2. opin. numero 22.

36 Ad secundum, t quod cum hoc compromissum petere possit etiam is, qui passus est attentata, vtique in eo cessat omnino illa ratio, ex quo nihil in legem commisit, quamuis quoad attentantem aliud videatur tenendum, vt dicemus infra, in 2. limit. num. 44.

Ad tertium, quod re vera causa attentatorum licet in multis sit priuilegiata, & specialiter vt illa ante omnia sint reuocanda, t non tamen videtur executiua, t ex quo secundum opinionem aliquorum a sententia in eis lata datur appellatio, vt latius dicemus infra capit. 28. de sen. in causa attent. feren. quęst. 2. nu. 44. immo videtur t quod in ea procedatur per tres conformes, arg. eorū quę ponit Rot. deci. 2. alijs vigesimater tia, tres sententię, de re Iud. in no. & decis. 28. alijs

517. nota quod tres. de re iud. in antiq. quamvis contraria verior de iure videatur opi. vt ibidem late deduximus. numer. 49.

Ad quartum quod licet in causa attentatorum agatur de retractatione eorum, quae suat attentata, tamen ista retractatio non fit via executiua, sed demum latis desuper sententiis vt supra proximè.

Ad quintum respondetur retorquendo, quia quando agimus an causa attentatorum sit compromittenda, videmus principaliter considerare eam reuocationem, quae ad instantiam partium compromittere debentium esset facienda: illa autem cum fiat officio Iudicis non nobili, sed mercenario, vt diximus supra, in 3. fundamento. 2. opin. ergo compromittenda videtur, & ex hac responsione potest colligi declaratio ad regulam infra ponendam.

Ad sextum dicitur quod motium est verum & ex eo colligitur declaratio, de qua supra proximè & infra, in 3. limit. num. 46.

Ad septimum respondetur quod Affict. potissimum fundat decis. suam in quadam pragmatica, quae cum sit localis non extenditur vniuersa liter ad omnes casus.

Ad octauum quod immo per compromissum citius inducitur attentatorum reuocatio, attentato, quod vt notum est, compromissa regulariter fiant ad lites abbreviandas, praesertim cum alias etiam in causa attentatorum procedatur per tres conformes, vt diximus supra proximè. Et propterea retenta secunda opin. tanquam veriori secundum illam videtur constituenda in proposito

Regula, quod causa attentatorum sit compromittenda, & exceptio petiti compromissi regulariter retardet illorum reuocationem ad instantiam partis per Iudicem faciendam, quae probatur ex omnibus allegatis supra pro secunda opin. Quam (vt nonnulla, quae in contrarium oblitare videbantur concordentur, & pro necessariis declarationibus, ac limitationibus subiiciantur)

LIMITA,

Primò vt non procedat t quando effemus in attentatis pendente aliqua causa, quae de sui natura non esset compromissibilis, quia tunc nec causa attentatorum tanquam accessoria ad aliam causam principalem esset compromittenda, & ita procedant, quae supradicta sunt in 3. opin. numero 27. Secundo potest limitari, vt non procedat t quando ipse attentans peteret huiusmodi compromissum, tum quia frustra auxilium legis implorat, qui in legem committit, tum quia &

alias videmus in simili, t quod licet quando appellatio est notorie nulla, attentata non veniunt regulariter reuocanda, vt latius deduximus supra, in 2. parte, capitu. 12. de attent. appell. pend. in 6. limit. princ. numer. 6. vers. Regula quae probatur, quando tamen ipse appellans, aliquid attentauit, non gaudet beneficio illius regulae, sed immo attentata per eum omnino reuocantur, vt diximus ibidem in 5. sublimitat. ibi posita. numero quadragesimo tertio. Ita hoc casu attentans non gaudeat beneficio dicti statuti. Tertio, vt premissa procedant quando reuocatio attentatorum peteretur ad instantiam partis ex officio Iudicis mercenario, tunc enim exceptio compro-

missi retardaret dictam reuocationem, t fecus si Iudex ex suo officio nobili, & ratione sui contemptus vellet ea reuocare, prout eum posse deduximus infra c. 27. de Iudice, & per quem attent. reuoc. nume. 7. quia talis reuocatio per huiusmodi compromissum non impediretur, cum partes in hoc non possint ipsi Iudici praediacare, & ita procedant, quae dicta sunt supra, in 6. fundamento primae opin. num. 13.

QVAESTIO XXVI.

SVMMARIVM.

- 1 EXCEPTIO periurij an obstat agenti ad reuocationem attentatorum, & infra num. 6.
- 2 Periurus est à limine iudicij repellendus.
- 3 Periurij exceptio solet impedire lites contestationem. Et dicitur lites finitae, vt num. 4.
- 5 Iudex potest periurum repellere etiam si pars non opponat.
- 6 Attentato spolio agenti non obstat exceptio periurij. Nisi esset periurus, quia iurasset non petere reuocationem attentatorum, vt nume. 7.

VIGESIMO SECTO quæro quid de exceptione periurij, t an contra petentem reuocationem attentatorum opposita impediatur reuocationem, t & quamvis periurus videatur à limine Iudicij repellendus, vt per docto. in l. si quis maior. C. de transaction. in capitu. dilecto. de except. Paris. in conf. 43. numer. 24. libr. 1. & consil. 25. numer. 95. lib. 3. t ista exceptio solet impedire lites contestationem, t cum sit exceptio lites finitae, vt post alios tradit Blanc. in tracta. de compromiss. in 4. q. principali, dum tractat de exceptionibus. numer. 15. & ponit nouissimè Ioannes Bap. de asin. in sua praxi Iudic. §. 13. capitu. 9. numer. 13. & t periurus possit à Iudice repelli etiam si pars non opponat, vt post Anchar. Imol. Corn. & Bologni. tradit Io. de Neuizz. in consil. 21. incip. scripsit, in princip. Alias tamen in contingencia facti in vna Vrgelen. canonicatus de Guiffona, coram D. meo Oradino, sub die 20. Decēbris 1563. visi sunt Domini inclinasse in partē negatiuam, t quod talis exceptio non obstat petenti reuocationem spolij attentati, prout erat in casu illo: Pro qua conclusionem faciunt, quae diximus supra q. 3. quod in attentatis exceptio excommunicationis non obstat, cum possit dici maior exceptio excommunicationis, quam periurij. Nec est attendendum, quod supra diximus hanc exceptionem tanquam lites finitae impedire lites ingressum, ac illius contestationem, ex quo in attentatis non fit lites contestatio, vt dicemus infra capitu. 25. de Process. in caus. attent. numer. 20. Praemissa tamē conclusio videtur limitanda, nisi quis t iurasset non petere reuocationem attentatorum, quia tunc exceptio periurij videretur admittenda, sicut diximus hoc casu in spolio, vt est decis. Rot. 18. alias 401. si agēti. de restit. spol. in no. tum quia iuramentum hoc casu feruari potest sine interitu salutis aeternae. c. si verò. de iureiuran. cum simili. tum quia quando quis renunciauit privilegio attentatorum, & illorum reuocationi, regulariter cessat hoc remedium, vt diximus latius supra in secunda parte, cap. 4. de attent. lit. pend. in 15. limit. princ. per totum.

QVAESTIO

QVAESTIO XXVII.

SVMMARIVM.

- 1 SIMONIACAE exceptio retardat reuocationem attentatorum, quando est realis in causa beneficii, secundum aliquos. Licet contrarium eueniente casu fuerit resolutum, vt num. 7. Cū declaratione tamen, quod licet talis exceptio non impediatur attentatorum reuocationem. per hoc non est possessio Simoniaco restituenda. sed sequestranda, vt num. 8.
 - 2 Spolio agenti obstat exceptio Simoniae.
 - 3 Simoniacus efficitur inhabilis ad beneficia.
 - 4 Inhabilitatis exceptio etiam in possessorio debet admitti, quando est probata. Etiam in executiuis, vt nu. 6.
 - 7 Exceptio Simoniae, quae quando est probata concludit etiam inhabilitatem ad beneficia facit, vt dicitur notorie constare de non iure Simoniaci.
 - 9 Haeresis exceptio an obstat agenti ad reuocationem attentatorum remissiuè.
 - 10 Haeresis exceptio obstat agenti possessorio.
- VIGESIMO SEPTIMO quæri potest an similiter obstat exceptio Simoniae? t & quauis videretur dicendum, & forsan probabiliter, quod si effemus in causa beneficii, & petere reuocari puta spoliū attentatum lite pendente, & Simonia esset realis, concludi posset, quod ista exceptio sit admittenda, tum quia solet admitti in t simili contra spoliatum in possessorio, vt tradit Cassad. decis. prima, quod Simoniacus. in princ. de simonia, tum etiam t quia talis Simoniaco efficitur inhabilis ad beneficia. c. consuluit. de simonia. Paris. consilio vigesimo sexto, libro quarto. t Quae exceptio inhabilitatis etiam in possessorio quando est probata, debet admitti, vt est dec. Affict. 361. Monasterium. numero sexto, & est etiam decisio in recollet. Thomae de Than. 70. in possessorio, faciunt quae ponit Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. numero nonagesimo primo. ff. de acquirend. poss. t & admittitur etiam in executiuis, vt fuit tentum in vna Cordubē. dimidię portionis coram D. meo Oradino, sub die 14. Decēbris 1558. & tanto magis: t quia per hanc exceptionem concludentem inhabilitatem, quando sit probata videtur constare notorie de non iure petentis, quo casu regulariter non fit reuocatio attentatorum, vt diximus supra qu. 1. numero 21. Est tamen, t sciendum, quod in contingencia facti Domini alias tenuerunt contrarium, quod immo etiam stante simonia, (de qua dicebatur constare per confessionem partis) attentata essent reuocanda, vt fuit tentum in vna Vlixbonen. Quartanariae coram Reumano 3. Octobris 1555. cum t declaratione tamen, quod possessio non daretur simoniaco, sed poneretur sub sequestro. An t autem exceptio haeresis obstat petenti huiusmodi reuocationem, solutio colligi potest ex his, quae ponit Rip. vbi supra, num. 88. vers. 15. fal. lit. Et concludi potest, quod obstat, t attento, quod exceptio inhabilitatis ipsius agentis, puta quod sit haereticus, obstat etiam agenti possessorio, vt post Compostell. Io. Andr. & alios in cap. quia sicut, de electione. & Inno. in c. constitutus. de fil. presbyt. tradit Sigismund. Loffred. in col. 45. magnificus, num. 20.

QVAESTIO XXVIII.

SVMMARIVM.

- 1 COMPENSATIO in causa attentatorum, non admittitur in causa attentatorum.
 - 2 Compensatio in executiuis non admittitur, prout quādo sumus in obligatione in forma camerae. Secundum communem opinionem contra Bart. vt num. 3.
 - 4 Compensatio in spolio non admittitur.
 - 5 Causa attentatorum, & compensationis non sunt pariter priuilegiatae, ideo compensatio in eis non procedit.
 - 6 Compensatio contra attentata non admittitur etiam si opponeretur de causa pensionis habentis clausulam sine retardatione solutionis pensionis.
 - 7 Iudicium attentatorum est fauorabilius spolio.
- VIGESIMO OCTAUIO quæro (& hæc, & sequētes duæ respiciunt executionem sententiarum lata super attentatis) an in causa attentatorum possit admitti exceptio compensationis.
- 1 t Et negatiuè respondendum est, tum quia in simili videmus, t quod huiusmodi exceptio non admittitur in executiuis, prout quando sumus in obligatione in forma camerae, t secundum communem opinionem, contra Barto. de qua post alios testatur Gallef. de obligatio. cameral. qu. 2.
 - 4 quartae particulae, numero 6. fol. 83. prout, t nec etiam in spolio admittitur, vt est decis. in recollet. Caputaquen. 2. decis. 10. tum etiam quia ita expressè fuit resolutum in Rota in vna Cesenaten. compensationis coram Aquen. sub die secunda Martij. 1541. vt est decis. in recollet. Put. 2. exceptio, sub Rubrica de exceptio. ea ratione
 - 5 t quia causae non sunt pariter priuilegiatae. Prout & in alia Taruifina coram Prospero fuit dictum, t quod huiusmodi exceptio non potest opponi etiam si obiceretur ex causa pensionis, quae haberet clausulam sine retardatione solutionis pensionis, tum quia attentans non est hoc dignus tanquam qui contempsit maiestatem Iudicis, tum quia spoliator non opponit compensationem, & t Iudicium attentatorum est fauorabilius spolio, vt dicit formaliter Achil. de grass. in recollet. suis decis. 24. attentatorum causa, sub Rubrica de attent. in quo spolio admitti compensationem fuit etiam nouissimè resolutum in vna Viterbien. spolij coram Robustero 10. Octobris 1569.
- QVAESTIO XXIX.
- SVMMARIVM.
- 1 RETENTIONIS exceptio occasione melioramentorum in re factorum an retardet attentatorum reuocationem.
 - 2 Exceptionem retentionis secundum aliquos non retardat reuocationem attentatorum.
 - 3 Melioramenta faciens in re, circa quam est attentatum videtur temere, in re non clarè sua impundisse.
 - 4 Retentionis exceptio videtur in effectu quodammodo exceptio compensationis.
 - 5 Attentatorum reuocationem per exceptionem retentionis impediri verius videtur.
 - 6 Retentionis exceptio admittitur contra executionem sententiae.
 - 7 Impesa in re aliena facienti constituitur Ius in ipsa re. Sententia non est exequenda, quando constat de melioramentis, & illa vel sunt liquidæ, vel parata est pars illa incontinenti liquidare.
 - 8
- Traçt. de Attent. Q

Etiā si vellet prestare cautionem de illis reficiendis, num. 9.

10 *Exceptio retentionis procedit etiam in executiuis, & privilegiatis, quando probatum est extare melioramenta.*

VIGESIMO nono, quæro quid de exceptio-
ne retentionis occasione melioramento-
rum in re, circa quam præteritur attentatum fa-
ctorum, an petenti reuocationem possit op-
ponere, quæ pendente appellatione
ego fuerim à Iudice à quo immisus in possessio-
nem, & dum litigatur an talis immisus sit atten-
tata, necne, ego rem ipsam melioravi, deinde
pronunciatur immisionem fuisse attentatam,
& in executione sententiæ, quæ fit contra me su-
per attentatis, ego oppono exceptionem, & me-
lioramentorum, & retentionis. Et primo vide-
tur dicendum, quod non sit admittenda, quia
attentata sunt in primis, & ante omnia reuocā-
da. Item quia videor temerè in rem non clarè
meam impèdisse, sicut dicimus, quod in ualores
castrorum nō possunt repetere expensas in cas-
tri refectioe erogatas, vt per textum, & ibi
not. in l. argento. ff. de cond. furt. & in l. i. C. de in-
fant. exposit. id firmat Martin. Laudens. in trac.
de Castellanis. q. 13. prout eum refert Menocch.
in 2. respon. caus. Finarien. in 8 artic. nu. 1. quod
etiam replicauit in conf. 2 mag. ponderis. nu.
370. li. 1. præsertim, quia talis exceptio videtur
quodammodo quædam compensatio, quæ con-
tra attentata non admittitur, vt supra q. proxi-
ma dictum est, in contrarium tamen facit, quia
aliàs videmus, quod contra executionem sen-
tentię, huiusmodi exceptio admittitur, vt post
Paul. de Casfr. in pluribus consiliis tradit Goz-
zad. in conf. 86. videtur. numer. 25. & Pet. de Be-
nitend. post alios, quos allegat in decis. 27. capra
fuit, in princip. & ferè per totam, præsertim sub
nume. 3. vers. & hæc opin. videtur comprobari,
vbi allegat etiam hanc rationem, quia facienti
impenlas in re aliena constituitur ius in ipsa re,
per l. creditores. §. 1. & l. si quis rem. ff. de furt. &
quod fuit aliàs dictum per dominos, quod t quā-
do constat de melioramentis, & illa vel sunt li-
quida, vel parata est pars illa incontinenti liqui-
dare, sententia non est exequenda, etiam t præsti-
ta cautione de illis reficiendis, vt est in recollec.
10 Peregr. 2. decis. 16 & similis exceptio procedit
etiam in executiuis, & privilegiatis, quando pro-
batum est extare melioramenta, prout in obli-
gatione in forma Camera, vt eleganter dedu-
cit, & comprobat Galle. de oblig. Camera. in 4.
particula. q. 2. nu. 12. fol. 85. quem refert, & in casu
suo sequitur nouissimè etiam Burfat. in conf. 60.
fuit aliàs. nu. 31. lib. 1. aliàs si contrarium conclu-
deremus petens reuocationem locupletaretur
cum aliena iactura, præsertim si expensæ huius-
modi fuerint necessariæ, vel etiam vtilis, & factę
à bonæ fidei possessore, prout est iste, qui autho-
re Prætoris fuit immisus in possessionem, cum
his casibus regulariter detur retentio, vt conclu-
dit nouissimè Menocch. de recuperan. possess. re-
med. 15. q. 36. numer. 499. & multis seqq. vbi latif-
simè hanc materiam melioramentorum tra-
ctat, distinguendo in ea tresdecim casus, & præ-
sertim nu. 500. vbi de necessariis, & num. 517. vbi
de vtilibus agit, quod ipsum suadet ex his quę

ponit idem in dicto 2. respon. causæ finarien. in
8. artic. nu. 2. & seqq. vbi concludit tales impen-
sas fore reficiendas, & iterum in dicto conf. 2. ma-
gni ponderis. nu. 371. & seqq. lib. 1.

**QVAESTIO XXX.
SVMMARIVM.**

- 1 *Nullitas exceptio non potest opponi contra attentata, & executionem sententiæ in eis lata.*
- 2 *Sententiæ super attentatis latae sunt ante omnia executioni demandandæ.*
Dummodo diffinitivæ sint, vel vim habeant diffinitivæ. num. 3.
- 4 *Exceptio nullitatis non ipsius sententiæ, sed appellationis quando sumus in eo qui fuit restitutus ad appellandum, potest contra attentata in executione opponi.*
- 5 *Nullitas proveniens ex eo, quia in sententiæ attentatorum sui ommissa citat o, & causa cognitio potest etiam contra attentata, & illorum executionem opponi.*
- 6 *Citatio partis, & causæ cognitio requiritur in reuocatione attentatorum remissivè.*

TRIGESIMO quæro an contra executio-
nem sententiæ, quæ fertur super attentatis, & cōtra eum qui obtinuit reuocationem at-
tentatorum possit opponi exceptio nullitatis. Et
breuiter negatiuè concludendum est: nam sen-
tentia & lata super attentatis antequam procedatur in petitorio, ante omnia sunt executioni
demandandæ, vt est dec. Rot. 2. aliàs 113. tres sen-
tentia, de re iud. in no. & decii. 28. aliàs 517. nota,
quod tres. de re iud. in antiq. Quod tribus mo-
dis intelligendum videtur. Primo dummodo di-
ctæ sententiæ diffinitivæ sint, vt declarant exem-
plificando supra dictæ decis. Secundo, t nisi alle-
garetur nullitas non sententiæ, sed in instrumenti
ipsius appellationis, quando effemus in eo, qui
appellasset vigore restitutionis in integrū ad ap-
pellandum, quia exceptio talis nullitatis, cōtra
petentem reuocationem opponi potest, vt vide-
tur decis. Aeg. 217. Tertio, puto necessario limita-
dam, t nisi sententia lata in causa attentatorum
esset nulla ex defectu citationis, & ommissæ cau-
sæ cognitionis, cum enim t in reuocatione at-
tentatorum sit necessaria citatio partis, & causæ co-
gnitio, vt dicemus infra c. sequenti de Process. in
caus. attent. num. 33. vers. quinimodò firmiter tenendum est, si ista ommittantur, & consequen-
ter sententia sit ex hoc capite nulla, non est incō-
ueniens, quod in executione sententiæ attenta-
torum, possit dari de nullitate ex huiusmodi de-
fectu proveniente.

**QVAESTIO XXXI.
SVMMARIVM.**

- 1 *Exceptio, quæ nō erat de iure admittenda, de facto admittenda an obstet reuocationi attentatorum.*
- 2 *Exceptio non admittenda, parte non contradicente admittenda, vel contradicente, & ab admisione non ap-
pellante in qualibet materia operatur effectum suum & aduersario præiudicat.*
- 3 *Sententia & res iudicata non debet exequi, quando pars fuit admittenda ad probandum de iniquitate sententiæ, nec fuit aliquid oppositum, nec minus appellatum.*
Immo confitit de illius iniquitate, iudex debet illā reuocare,

reuocare, vt nu. 4.

Secundum communem opinionem, vt nu. 5.

- 6 *Renocatio attentatorum non solum non retardatur, quando constat de bono iure attentantis, verum etiam inhibitiō est moderanda.*
- 7 *Remedium attentatorum cessat vbi quis fuit admittendus ad probandum de suo bono iure, & illud probauit.*
- 8 *Attentata non veniunt reuocanda, quando ex actis constat de bono iure attentantis.*
- 9 *Appellatio non admittenda, de facto admittenda operatur effectus suos remissivè.*
Præsertim appellatio non contradicente, vt nu. 10.
- 11 *Cautus debet esse procurator petentis attentatorum reuocationem, vt non patiatur admitti exceptionem non admittendam.*

VLTIMO necessariò quærendum est, t an
si in iudicio attentatorum fuerit admittenda
de facto aliqua exceptio, quæ de iure non fuisset
admittenda, illa obstet, Et sicut aliàs t generaliter
ferè in qualibet materia, exceptio non admittenda,
si parte non contradicente, vel contradicente, & ab
admissione non appellante, fuerit admittenda, operatur
effectum suum, & aduersario præiudicat, secundum
Roma. in conf. 384. in casu proposito. vers. quo ad
tertium. Fel. in c. inter monasterium. colu. 14. in 8. limit. de
Iud. & Rip. in dicta l. naturaliter. §. Nihil commune. nu.
72. ff. de acquiren. possess. & per eundem respon. libro
1. de except. respon. l. & post prædictos, & alios per
eum allegatos omnium elegantissimè per Galle. de obligat.
Camerat. in 4. particula. quæsti. 4. per totam. fol. 93. & post
Ruyn. in conf. 3. numero 10. libro 3. tradit Ioann. Bapt. de
Asin. in sua praxi iudi. §. 12. capitul. 2. numero 2. & seqq.
vbi plura de ista admisione ponit. Ad quod facit, quod
fuit tentum in vna Hispanen. canonica coram Decano
1552. & in alia Cæsarauogustana coram eodem 25. Martij. 1547. & in
alia Vafionen. coram Mohed. quas omnes citat Caputaquen.
in recollec. suis parte prima. decisio. 283. incip. quando
pars in quibus fuit tentum, quod t quando pars fuit
admittenda ad probandum, de iniquitate sententiæ,
& rei iudicatæ, & nihil fuerit oppositum, nec minus
appellatum sententia dicta non debet exequi, t quinimodò
confitit, de iniquitate iudex debet illam reuocare,
post Inno. & alios ibi allegatos, t etiam de communi
opinionem attestantes, Ita & in hac materia nostra
attentatorum dicendum videtur, cum non adsit
cōsiderabilis diuersitatis ratio. Quinimodò si per
exceptionem propositam constaret de bono iure
attentantis, concludendum est, quod omnino
aduersario præiudicaret, quia quando constat de bono
iure eius, qui præteritur etiam post inhibitionem
attentasse, non solum superfedetur in causa circa
reuocationem attentatorum, verum etiam inhibitiō est
moderanda, vt in propria materia nostra, aliàs
tenuerunt Domini in vna Cefaraugustana ele-
ctionis capellæ. sub die 12. Martij. 1558. vt est
decis. in recollec. Paleott. 176. incip. collegium, &
dicebat aliàs Paris. cōf. quadragesimo primo, op-
timū. nu. 37. lib. 1. t quod cessat remedium atten-
tatorum, quando attentans fuit admittendus ad
probandum de suo bono iure, & illud probauit:
& ratio videtur esse, ne quis vna manu cogatur
dare per exceptionem attentatorum, & alia re-

cipere, ex eo quia constat eius bono iure, contra
decis. Chiffanen. 7. Quod etiam dixerunt domini
in vna Gerūden. camerariæ coram Fabio, vlti-
ma Iannarij. 1547. t quod quando ex actis constat
de bono iure attentantis, attentata non veniunt
reuocanda, vt est decis. in recollec. Peregr. 92. aliàs
534. incip. fuit dictum eodem die, vbi ampliat
id procedere tam in beneficialibus, quā in profanis.
Pro qua vltra præmissa faciunt multa, quæ
posuimus supra in 2. parte, cap. 12. de attent.
appellat. pendens. in 4. limit. sexta limitationis
principalis. nu. 27. & pluribus seqq. ad deducendum,
t quod appellatio, quæ in aliquo casu non fuisse
admittenda, si fuerit de facto admittenda, præsertim
t appellatio non contradicente, operatur effectum
attentatorum. Itaque t cautus debet esse procurator
petentis reuocationem attentatorum, vt non patiatur
proponi quidē, nedum admitti exceptionem aliquam,
quæ de iure non fuisset admittenda, cum nil magis
debeat eius ignauiam, quam huiusmodi conuiuetia,
vt animaduertit etiam Galle. in proposito suo, vbi
supra nu. 10.

**CAP. XXV. DE PROCESSU
in causa attentatorum**

SVMMARIVM.

- 1 *Iudicium debet procedere iuris ordine seruato, videlicet præcedente libello, litis contestatione, processu publicatione, & aliis solemnitatibus.*
- 2 *Iudicium agitarum sine dictis solemnitatibus est nullum regulariter.*
- 3 *Ordo iuris in quocunque iudicio seruari debet.*
- 4 *Etiā in possessorio, & infra. nu. 2. 3.*
- 5 *Et inter quascumque personas, etiam matrem, & filium.*
- 7 *Reuocationis attentatorum iudicium in pluribus est privilegiatum, & primo, vt in eo procedatur sine ordine iudiciario.*
Etiā si quis iurasset seruare ordinem iudiciarium, vt num. 8.
- 9 *Iurans seruare ordinem iudicarium in causis, non videtur iurare, in his quæ ordinem non requirunt.*
- 10 *Libellus non requiritur in iudicio reuocationis attentatorum.*
Secundum communem opinionem, vt nu. 11.
- 12 *Libellus nō est necessarius vbi imploratur officium iudicis, secundum communem opi. vt nu. 13.*
- 14 *Qualis qualis petitio etiam in iudicio reuocationis attentatorum est necessaria.*
- 15 *Remedio can. reintegranda licet solennis libellus non requiratur, est tamē qualis qualis petitio adhibenda.*
- 16 *Summario in iudicio vbi libellus nō requiritur aliqua lis tamen petitio est necessaria.*
- 17 *Tacita etiam petitio in attentatorum reuocatione sufficit.*
- 18 *Fructus medijs temporis eius rei petens, circa quam commissum attentatum, censetur tacite petere reuocationem attentatorum.*
- 19 *Incerta etiam petitio sufficit in iudicio reuocationis attentatorum.*
- 20 *Litis contestatio non requiritur in reuocationis attentatorum iudicio.*
- 21 *Litis contestatio in summaris non requiritur.*
- 22 *Nullitatis causa, aut desertionis non requiritur liti contestationem.*

- 24 Spolio requiritur litis contestatio.
Secundum commu. opi. vt num. 25.
- 26 Litis contestatio facta etiam in causa principali, an praecludat viam attentatorum reuocationi remissiuè.
- 27 Summariè, & de plano proceditur in causa attentatorum.
- 28 Termini non seruantur in causa attentatorum, Et ita communiter Rot. tenet, vt infra nu. 30.
Quamuis aliqui opinati fuerint contrariù, vt n. 29.
- 31 Termini in causa attentatorum non seruantur, tam si finis in causa beneficiali, quam profana.
- 32 Terminus ad iustificandum prætensa attentata solet per Signaturam quandoque praesigi, praesertim feriis instantibus.
- 33 Reuocatio attentatorum quando fit ad instantiam partis fit citata parte, & cum causa cognitione.
- 34 Causa diligens inquisitio procedat oportet, quòdo quid reuocatur lite pendente per officium iudicis.
- 35 Causa quantumuis summaria sit, in ea tamen requiritur citatio partis, & iudicis declaratio.
- 36 Legitimatío personarum principaliter versari debet, in causa cognitione in attentatis.
- 37 Spolio agens debet se docere talem, qualem se facit, secundum communem opinionem.
- 38 Possessorio quoque iudicio legitimatío personarum facienda est.
- 39 Personarum legitimatío etiam in summaris facienda est. Item etiam in executiuis, prout est obligatio in forma cameræ, vt nu. 40.
- 41 Mandati defectus etiam iudicium attentatorum reddet nullum.
- 42 Sententia ferenda in causa attentatorum cum minori maturitate videtur ferri, quam ferantur alia sententia diffinitiuè.
- 43 Citatio partis in reuocatione attentatorum non requiritur, quando antea in causa principali procedebatur per audientiam literarum contradictarum, quia tunc sufficit etiam in attentatis, per audientiam citationis. Etiam si super huiusmodi reuocatione procederetur vigore specialis commissionis, vt nu. 44.
- 45 Attentata possessio ab aliquo eo non citato per iudicem ablata potest etiam sine alia citatione reuocari.
- 46 Factum de facto, de facto quoque reuocari potest.
- 47 Ordinata per iudicem sine citatione, etiam sine citatione, reuocari possunt.
- 48 Citatio in reuocatione attentatorum non requiritur, quando fit ex puro, & merito iudicis officio.
- 49 Citatio non requiritur in his, quæ iudex ex officio facere potest.
- 50 Intrusio vbi est notoria, citatio partis non videtur necessaria.

QUAMVIS processus appellatio, libelli porrectionem, litis contestationem, obseruationem terminorum, exceptiones rei, vtriusque partis probationes, ac denique iudicis sententiam contineat, & consequenter, sub hoc capite tota reuocationis attentatorum materia reponi potuisset, quia tamen distinctio faciliorem præstat intellectum, secundum glo. in verb. in proœmio institutionum, & supra c. 12. distinctè fuit dictum de petitione huiusmodi reuocationis, & c. 24. similiter fusè fuit pertractatum de exceptionibus contra attentata competentibus, sicut etiam infra c. 26. latè dicturi sumus de probatione attentatorum, & demum infra cap. 28. de sententia, & quæ ad sententiam pertinent in hoc iudicio attentatorum reuoca-

tionis latè discussuri sumus. In præsentibus cap. reliqua de processu ponemus, id est quo ordine, quibus solemnitatibus, & qua terminorum obseruatione in eo sit procedendum. Est autem sciendum, quòd licet regulariter in iudiciis debeat procedi iuris ordine seruato, scilicet præcedente libello, interueniente litis contestatione, processus publicatione, & aliis solemnitatibus in iudicio requisitis, de quibus habetur in l. 1. & in Authent. offeratur, C. de lit. contestat. & in l. prolatam, & ibi Bar. & Docto. de sentent. & in cap. quoniam contra. de probat. in tantum, 2. quòd iudicium agitatum sine dictis solemnitatibus regulariter dicatur esse nullum, vt dicunt Docto. in supradictis locis, & tradit Maranth. in speculo in 4. parte principali, in 9. distinctione iudiciorum in princ. & melius Vant. de nullita. in tit. de null. ex defect. process. numero secundo, & seqq. vbi eleganter deducit prædictum iuris ordinem in quocunque iudicio, tertiam possessorio, inter quascunque personas, & etiam matrem, & filium esse seruandum. Nihilominus huiusmodi attentatorum reuocatio in pluribus est priuilegiata, &

Primo, vt in ea sine ordine iudiciario procedatur, vt est decif. Rot. Bisignet. 2. incip. vtrum postquam numer. 2. de appellat. secundum modernam impressionem, aliàs secundum antiquam est decisio. 30. incip. postquam, & decisio. 1. aliàs 474. nota, si attentata, de offi. iud. in antiq. Aeg. decif. 148. sententia, & decif. 274. incip. id autè, Mil. in verb. iudex in causa. fol. 175. Franc. in c. bonæ. sub numero decimotertio, ver. amplius, de appell. & ex recentioribus Vant. de nullit. in tit. quib. mod. nullit. propo. poss. nu. 28. vbi plures aliter, & eo multo plures in id citat nouissimè Menocch. de recuperan. posses. remed. 17. nume. 34. ver. quæro sexto, prout facit etiam Mandos. in tracta. commissio. in 14. formul. commiss. attent. in verb. causam. col. 2. vers. quoad primum priuilegium. vbi etiam alios præter præallegatos in id citat, & Minfing. còf. 7. primæ decad. in cip. ad decisionem. numero 14. Quod ex intent. Franc. (post antiquos, quos ibi citat) in c. non solum. sub nu. 6. de appell. in 6. ampliori notabili ter potest, vt procedat, tertiam si quis iurasset seruare ordinem iudicium, ea ratione quia, transferuare ordinem iudicium in causis, nõ videtur iurare in his, quæ ordinem nõ requirunt.

Secundò quia, in hoc reuocationis iudicio non requiritur libellus, vt dixit originaliter gl. in clem. 2. in prin. vt lit. pend. & tradit dicta de cif. Bisignet. 2. de appell. Aegid. decif. 101. si constat. Pet. de Anchar. post Io. Andr. in c. 1. in fin. vt lit. pend. Franc. in dicto c. bonæ. sub nu. 13. & in c. consuluit. el. 2. nu. 8. & in c. dilecti. el. 3. nu. 3. de appell. Alex. còf. 99. iuris. nu. 4. lib. 5. Vestr. in praxi Ro. cu. lib. 8. cap. 4. sub num. 17. versic. quòd si agatur. post Bald. & Salyc. in l. appellatione. C. de appella. Afflic. post Io. Monachum in c. cupientes. de elect. in 6. in decif. 351. bis fuit dubitatum. in prin. & nouissimè Io. Bap. de Afm. in sua praxi Iudic. §. 4. cap. 3. vers. 16. non requiritur, & iterum versic. 36. non requiritur, vbi post Alberic. in l. C. de procurat. Tid dicit communiter seruari, & Iacob. Henric. in conf. 53. in casu. num.

4. lib.

lib. 2. & Minfing. in d. còf. 8. num. 14. & aliàs passim Docto. Et ratio esse potest, quia quòdo imploratur officium iudicis (prout est in attentatis) libellus nõ requiritur, vt tradit post alios Lanfranc. decif. 362. & test. còmunis opinio, de qua testatur idem Io. Bap. in dicto §. 4. cap. 3. nume. 1. vers. secundo enim loco: Quamuis autè non requiratur libellus solemniter, tqualis qualis tamè petitio est nihilominus necessaria, vt colligitur ex his, quæ post Inno. & Host. ponit Fran. in d. c. consuluit. nu. 5. dū ponit practicā libelli, & petitionis reuocationis attentatorum, de quo (& particulariter huiusmodi petitione, & eius formā) ponit Spec. in tit. de appel. §. nouissimè. nu. 14. ver. vtrū autè, & nos aliquid de hac practica diximus supra, c. 21. huius 3. partis. num. 22. Tunc in simili videmus in remed. can. reintegranda, in quo licet solènis libellus non requiratur, tamè qualis qualis petitio est necessaria, vt còcludit nouissimè Menocch. de recuperan. posses. Remed. 15. q. 2. num. 241. Cum, & aliàs generalis sit, quòd in causis summaris, in quibus libellus nõ requiritur, necessaria tamè est aliqualis petitio, vt post alios, quos allegat tradit idè Io. Bap. dicto §. 4. c. 1. nu. 3. & etiam Io. de Neuzza. in còf. 89. Benedictus, sub nu. 3. Quæ conclusio videtur ampliari posse. Primò, vt procedat etiam si ista qualis qualis petitio esset tacita, puta si quis petat fructus medij tēporis rei, circa quā fuisset attentatū, cū enim attentatū teneatur ad fructus, vt dicemus infra cap. 31. petendo quis fructus, videtur tacitè etiam petere reuocatione attentatorum, vt còsuluit Dec. in còf. 200. in casu petosif. 19. col. fi. in fi. li. 1. Secundò, vt procedat, tertiam si ista petitio esset incerta, vt post Inn. in c. consuluit. el. 2. de appell. tradit expressè Rip. in l. edita. nu. 24. ver. quarto fallit. C. de edend.

Tertio: quia iudicium hoc reuocationis expeditur absque litis contestatione, vt tradit gl. in dicta clement. 2. & Bisignet. in dicta decif. 2. Franc. in d. c. bonæ. sub numer. 13. vers. amplius, & in c. consuluit. el. 2. numer. 8. de appell. & in c. non solum, sub nume. 6. & ibi omnes de appella. in 6. & Vestr. vbi supra, sub num. 17. Minfing. dicto còf. 8. numer. 14. & ratio esse potest, quia iudicium hoc est summarium, vt mox dicemus, in 21. summaris t autem non requiritur litis contestatio, vt est decisio Afflic. 283. din est. numero 22. quarto. Sic aliàs in simili t videmus, quòd in causa nullitatis, & causa desertionis appellatio non est lis contestanda, de quo remissiuè per Guid. Pap. decif. 58. de stilo. In hoc autem còf. fit priuilegium attentatorum, quòd quamuis aliàs, tertiam in possessoris (prout videtur esse causa attentatorum, secundum ea, quæ diximus supra in prima parte in Præfatione, numero septuagesimo octauo) sit seruandus ordo iuris (& còsequenter etiam litis contestatio) vt post Bart. & alios per eum allegatos tradit Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defectu processus. numero 24. ro quinto, immò in spolio communis t fit opi. 25. quòd requiratur litis contestatio, vt testatur nouissimè Menocch. de recuperanda posses. Remed. 15. quæstione vigesima secunda. numer. ducentesimo quinquagesimo tertio, in causa tamè attentatorum lis nullatenus est contestanda, per supra dicta. Quod si fuerit forsitan ob partis incu-

riam lis contestata etiam in causa, & negocio principali t, an censeatur præclusa via petitionis reuocationis attentatorum, dictum est latè supra cap. 23. quòdo, & intra quæ temp. reuocatio fit petenda. q. 1. num. 5. & seqq. dic vt ibi.

Quarto quia t in causa attentatorum proceditur summarie, & de plano, vt est decif. Rot. aliàs 474. nota si attentata. de offic. iudic. in antiq. & apud Bisignet. decif. 4. vtrum innovata. sub numero 3. de appell. aliàs secundum impressionem antiquam decif. 3. §. vtrum. numero 4. & de cif. 13. alias 348. nota quòd si constat. de restit. spoliat. in antiq. & decif. 2. aliàs 14. fuit dubitatum. sub numero 3. in fin. de restit. spoliat. in no. & alia Aegid. 101. si constat. & alia Afflic. 351. bis fuit dubitatum in princ. post Io. Monachum in c. cupientes. de elect. in 6. & tradit Franc. in c. bonæ, sub numero 13. versiculo. amplius, de appellatione. & Vital. in tracta. de clausulis, in clausula nil nou. lit. pendente. numero 15. post Host. & docto. in c. dilecti, de maiorit. & obed. & in dicto c. bonæ, & Iacob. Henric. in consilio 52. in casu. numero 4. lib. 2.

Vltimò, quia in iudicio reuocationis attentatorum non seruantur termini, qui aliàs solent, præsertim in curia seruari, vt est decisio Rot. 78. aliàs 765. sciendum. de appellat. in antiq. & post eam Vestr. in praxi Ro. cu. dicto lib. 8. cap. 4. numero 18. vbi & aliàs Rot. decif. citat, quæ tamen de hac terminorum obseruatione tangere nihil videntur, idem post Rot. vbi supra tradit etiam Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu processus. numero 63. & post eum Grauat. apud Vestr. lib. 5. de obseruat. termin. in caus. nullit. numero 3. & firmat etiam Mandos. in tractat. commiss. in 14. formul. commissionis attentat. in verb. causam. col. 3. vers. adde etiam. & Iacob. Henric. in

conf. 52. in casu. numero 6. lib. 2. t & quamuis nouissimè Modern. Bononien. in adit. ad decif. 2. aliàs 33. quando committitur, numero 57. de rescript. in no fuerint in opi. quòd etiam in attentatorum causa termini sint seruandi, quicquid dicat dicta decif. 78. A prædicta, tamen conclusione non videtur discedendum, quia nec rationem aliquam concludentem, nec auctoritatem probabilem allegant, immò nonnullæ ex his quas ibi citant, non videntur facere ad propositum. Nec aliquid mouet id, quòd videntur ibi considerare, quòd Domini, ad tollendas difficultates, volunt semper terminos seruari, quia potest ad hoc responderi, quòd cum super hoc habeamus decisio. Rot. claram quæ etiam subdit

t quòd ita communiter Rot. tenet, non videtur, quòd aliqua difficultas possit probabiliter oriri, præsertim eum hanc opi. supradicti Docto. & insignes Practici curia Rom. simpliciter secuti fuerint, nec de præsenso contrario stilo, quem annuunt dicti Moderni aliquod verbum fecerint, quòd vti que nõ permisissent si modernus Rot. stilus esset ille, quæ ipsi prætendunt. Itaque tenèdo quòd in causa attentatorum terminorum obseruatio non sit necessaria, Amplia ex intentione Vestr. vbi supra, vt t procedat hæc còclusio tam in causa beneficiali, quæ profana, vt per eum, & licet secundum supradicta, termini, & illorum obseruatio certo modo videatur exclusa, t nõ tamè negatur, quin in ea sæpius soleat, ac debeat ad

Traç. de Attent.

Q 3

obiandum calumniis temerè attentata præ-
tendentium etiam aliquis terminus præfigi ad
iustificandum attentata: solet enim Signatura,
quandoque præsertim instantibus aliquibus fe-
riis, reo in causa attentatorum conueto succur-
rere, & concedere commissionem, quod præfixo
actori aliquo breui, ac peremptorio. termino
ad docendum quicquid vult, & potest super
præsentis attentatis, quo elapso, & nihil quod re-
leuet docto Iudex reiectis attentatis ad expedi-
tionem causæ principalis, procedat, secundum
consilium de quo per Cassad. decis. 4. in atten-
tantis. numer. 3. de dilat. quem referunt, & sequitur
Vestri. dicto libro 8. cap. 4. sub numero 21. &
Moderni in anno. ad Aegidianam, numero 108.
& 154.

Quamuis autem in causa attentatorum pro-
cedatur sine ordine iuris, sine libello, sine litis
contestatione, summarie, & de plano, ac absque
terminorum obseruatione, vt supra conclusum
est, & in his attentata sint plurimum privilegia-
ta, non tamen quispiam credat immoderatum,
& indiscretum fore fauorem, quem exhibent iu-
ra causæ attentatorum, vt per hoc causæ cog-
nitio censeatur sublata. Quinimmo firmiter te-
nendum est, quod reuocatio attentatorum ad
instantiam partis, citata parte, & cum causæ co-
gnitione sit facienda, vt tradit post Speculat. in
tit. de appellat. §. nouissimè. numer. 29. vers. sed
quæro vtrum. Franc. in c. bonæ. sub numero de-
cimotertio, vers. amplius de appel. quem refert,
& sequitur Maranth. in specul. suo in 3. parte sex-
tæ partis principalis. q. 7. num. 392. vbi in id alle-
gat etiam Deci. in consilio 200. (qui tamen ni-
hil ponit de hoc) quod etiam post Franc. & De-
ci. vbi supra affirmavit Grauat. apud Vestri. in
praxi Ro. cu. libro octauo, cap. 4. sub numero tri-
gesimo secundo, & licet ipsi non allegent, est de
hoc in terminis decisio Rot. 2. alias 14. fuit
dubitatum. in vltima addit. in fin. de restit. spol.
in no. vbi post Specul. vbi supra formaliter dici-
tur, & nota, quod quando aliquid reuocatur
per officium Iudicis lite pendente oportet, quod
diligens causæ inquisitio præcedat, & quod pars
sit vocanda, videtur decisio. 3. alias 56. si lite, in
princip. vt lit. pend. in no. quam sequitur etiam
in hoc nouissimè Hier. Gigas, in tracta. seu Epi-
to, de intruso. numero 55. vers. an antea, atque
etiam Aemilia. in consil. 51. in præmissis. sub nu-
mero 21. Quæ conclusio ex eo etiam comproba-
tur, quod alias dicitur, quod causa quantun-
cunque sit summaria, in ea tamen necessario in-
teruenire debet causæ cognitio, partis citatio,
ac Iudicis declaratio, vt post Doct. in clement.
sæpè. de verb. signific. & Alexan. in consilio 42. vi-
so. numero 4. libro quarto, tradit Vant. in tract.
de nullit. in tit. de nullit. ex defectu process. num.
52. in qua causæ cognitione illud præcipue ver-
sari debere dicendum est, vt personarum legiti-
matio fiat, si enim prælati nomine Ecclesiæ,
vel tutor pupilli nomine, vel cessionarius, & si-
miles personæ agerent ad reuocationem atten-
tatorum, posset contra eos opponi exceptio, quod
non sunt tales quales se faciunt, quoniam quam-
uis causa attentatorum summaria sit, quia ta-
men in ea causæ cognitio adhibetur, personarum
legitimitas erit facienda, sicut videmus in

37 simili, quod in spolio actor debet docere ta-
lem se esse, qualem se facit, vt tradunt Docto. in
l. naturaliter. §. nihil commune, & ibi nouissimè
Ant. de Matthæis, nume. quadragesimo octauo,
in 15. fallentia, quæ testatur hanc esse communem
opi. ff. de acquiren. possess. & cognitio petitioni
incidens in legitimatione personarum admittit.
38 da est, etiam in possessorio, vt est in recollect.
39 Guid. bon. decis. 162. & quod etiam in summa-
riis sit facienda huiusmodi personarum legiti-
matio tradit Menocch. qui alios citat, de recu-
per. possess. remed. 15. quæstio. 24. numero 273. &
eodem modo in executiuis, prout est proces-
sus, vigore obligationis in forma camere, talis
personarum legitimitas est necessaria, vt docet
elegantè Gallef. de obligat. Camer. in 3. parte,
princip. in cap. de processu ipso. numero 11. fol.
157. de qua personarum legitimatione, etiam ali-
quid diximus supra hac eadem parte, cap. 24. de
reo, & exceptionibus, contra attentata compe-
tent. quæst. 2. per totam, vbi præter præallega-
tos, alios quoque in id citauimus ibi. sub numer.
4. Et propterea non semel apud Dominos dubi-
tari contigit an sententia in causa attentatorum
lata esset nulla, ex quo fuerat obtenta per mi-
nus legitimam personam, puta per procurato-
rem, qui per constitutionem secundi absque
clausula citra reuocationem, prætendebatur re-
uocatus, vt in vna Brixien. attentatorum, coram
Sarmiento. 16. Ianuarij 1568. in qua licet Do-
mini bonis respectibus (vt dicebant) nolissent
illum articulum determinare, & ordinassent,
quod videretur de bono iure, & iustitia senten-
tiæ, in alia tamen Mantuana attentatorum cor-
am Robusterio 28. Februarij. 1569. in qua ap-
parebat de mente constituentis, quod per con-
stitutionem secundi non intendebat per hoc,
quod primus non posset petere, & prosequi
causam attentatorum, tenuerunt pro validita-
te sententiæ, Ex quibus: colligitur, quod etiam
Iudicium attentatorum ex defectu mandati red-
deretur nullum. Quamuis autem in proferenda
sententia in causa attentatorum secundum præ-
missa requiratur causæ cognitio: Illud tamen
sciendum est, quod cum maiori maturitate fe-
runtur sententiæ diffinitivæ in aliis causis, quam
in causa attentatorum, vt considerat (ponendo
specialiter hanc differentiam inter vnā, & al-
teram sententiam) Aegid. deci. quinquagesima-
quarta, in sententia, in fin. & tenuit licet nimis in
distinctè Minsing. consilio 8. ad decisionem. nu-
me. 14.

Quod autem supra dictum est, quod in re-
uocatione attentatorum est citanda pars, id sanè
tribus modis limitari potest. Primo, vt non
procedat quando lite pendente in negotio
principalis procederetur vel ob absentiam pro-
curatoris, vel aliās per audientiam literarum
contradictarum, quia stante huiusmodi proces-
su per audientiam si contingat per citatum,
vt supra aliquid in causa principali attentari
potest super reuocatione dictorum attentato-
rum procedi, etiam parte attentante ulterius,
de nouo non citata, nisi per audientiam litera-
rum contradictarum. Quod procedit non so-
lùm si talis reuocatio fieret vigore primæ com-
missionis impetratæ super negotio principali
(quasi

(quasi causa attentatorum, tanquam emergens,
& dependens virtualiter etiam in prima com-
44 missionem dicatur comprehensa,) vt verum etiam
si super huiusmodi attentatis fuerit specialis im-
petrata commissio, quia talis impetratio potius
cenetur facta ad cautelam, quam ex necessita-
te, vt fuit dictum in vna Nullius spolij, & attent.
coram Sarnen. contra monasterium Alemano-
rum, vt est decis. in recollect. Put. 19. commissio
causa. sub Rubrica, vt lite pendente. Est tamen
circa hoc aduertendum, quod licet Put. in supra
dicta decis. simpliciter videatur dicere, quod in
huiusmodi reuocatione attentatorum, non est
de nouo pars citanda, non tamen per hoc cre-
dendum est Dominos in dicta causa omnem cita-
tionem etiam procuratoris ipsius attentantis
(si adesset in curia) tollere voluisse, sed solummo-
do intellexisse non esse principalem, ipsum in
partibus attentantem de nouo vigore dictæ spe-
cialis commissionis citandum, quod apertè de-
prehenditur ex his, quæ ponit Mohed. in recolle-
ct. suis decis. 100. commissio erat impetrata, sub
Rub. de iudic. & procurator. vbi loquens in ea-
demmet causa inter easdem partes de dicto tem-
pore per Sarnen. proposita expressè dicit, quod
hoc casu super attentatis poterit procedi cum
procuratore attentantis, sine alia citatione prin-
cipalis, Quod si præsupponeremus procurato-
rem attentantis abesse, vtique procederetur et-
iam in huiusmodi causa attentatorum per au-
dientiam, secundum dictam decis. Put. aliās dictæ
decis. sibi inuicem quodammodo aduersari vide-
rentur. Secundo limitari potest ex intentione
Vital. in tracta. de clausul. in clausula nil nou. ac-
cusat. pend. in princ. in vers. hinc descendit. post
Inno. in c. quærelam. num. 6. vers. alij dicunt. de e-
45 lect. vt non procedat quando Iudex alicui, il-
lo non requisito professionem abstulit, & in al-
ium attentandum transfuit, quia talem possessio-
nem potest Iudex reuocare, etiam illo non cita-
to, in quem antea transfulerat, secundum supra
dictos: Quod etiam dixit Ang. in l. fin. C. si per-
vim, vel alio mod. vt eum refert, & sequitur ex re-
centioribus Aemilian. in consil. 51. in præmissis.
col. 5. sub nume. 14. vers. idem etiam voluit Ang.
& iterum in consil. 134. viso. nu. 6. in fin. post Bald.
in l. 2. col. 7. vers. quarto quæro si Iudex. C. de ser-
uit. & aqua. & in l. si pacto quo pœnam. col. 1. in
5. notab. C. de pact. & Bart. & Alex. in l. minor. ff.
de iudic. Pro quo facit vltima illa propositio
46 quod de facto factum de facto etiam reuoca-
ri potest. ad no. in l. 1. §. hoc edictum. ff. si mulier
vent. nomi. cum simil. Pro qua limit. vltra allega-
ta per Vital. in terminis istis de citatione non
facienda plurimum faciunt ea, quæ ponit post
glo. in l. si minor. in princ. ff. de euct. & Tiraq. in
tracta. res inter alios acta. in 39. limit. tradit nouis-
simè Io. Bapt. de Af. in sua praxi iudic. §. 7. cap.
5. in 134. limit. vers. 134. citatio non requiritur, vbi
47 voluit quod ea, quæ sine citatione per iudicem
fuerunt ordinata etiam sine citatione retractari
possunt: quibus adde Sigismund. Loffred. in col.
47. quatuor in hac. n. 16. vbi multa de huiusmodi
reuocatione ponit, & particulariter reasumit id
quod ex Inno. in c. quærela. de electio. diximus
supra proximè. num. 4. Tertio hoc de citatione

deklarari posse videtur, vt procedat quoad reuo-
48 catio ad partis instantiam est facienda, tunc si
iudex ex suo puro, & mero officio nobili vellet
attentata reuocare, quod vtique potest, iuxta ea,
quæ dicemus infra capitu. 7. de iud. & per quem
attent. reuoc. num. 27. & seq. vers. circa primam
inspectionem, tunc enim non videtur necessaria
49 citatio, cum recepta conclusio videatur, vt in
his quæ Iudex ex officio facere potest citatio
non requiratur, vt post multos quos allegat tra-
dit hoc pro limitatione ad regulam, quod pars
sit regulariter citanda nouissimè idem Io. Bapt.
de Af. in dicto §. 7. capitul. 5. in 94. limitat. pet
50 tot. Quarto intellige nisi intrusio esset noto-
ria, tunc enim non videtur quod sit necessaria
partis citatio, vt post Abbat. in c. quia clerici. in
vlt. not. de iur. patro. & Felyn. in capi. qualiter, &
quando. el. 1. column. 10. de accusat. vbi dicit hoc
in æternum esse menti tenendum, tradit Hip-
pol. de Marf. in sing. 195. incip. nemo priuandus,
vbi etiam multa ponit ad corroboracionem eo-
rum, quæ supra dicta sunt. nu. 44.

CAP. XXVI. DE PROBA- tione attentatorum.

SYMMARIUM.

- 1 PROBATIO in iustificandis attentatis licet leuor
requiri videatur, illa tamen concludens esse debet,
vt infra num. 55.
- 2 Attentatorum probatio, secundum aliquos, in tribus co-
sistit, videlicet diffinitum fuisse, Appellatum, & At-
tentatum.
- 3 Causa attentatorum ad sui victoriam (secundum alios)
duo tantum probari requirit, videlicet litem penden-
tiam, & inuocationem.
- 4 Reuocationem attentatorum petenti incumbit probare
fundamentum, & necessaria sua intentionis, scilicet
esse appellatum, & pendente appellatione inuocatum.
- 5 Attentata etiam præter litem, vel appellationis penden-
tiam causantur.
- 6 Inhibuit etiam nulla lite pendente quandoque fieri po-
test, vt faciunt Domini Veneti.
- 7 Attentatorum probatio verè circa duo versatur, Pri-
mo, vt probetur exilientia rei, & causæ quæ fecit
attentatam. Secundo ipsæ attentatio.
- 8 Probatio causæ facientis attentatam in catariis præter-
quam in appellatione est facilis, in probanda verò
appellatione aliquam continet difficultatem.
- 9 Litem pendente dicitur probari, per mandatum datum
ad cadendum liti.
Etiam pro iustificatione gratiæ, in qua lis narratur
num. 10.
Non tamen probaretur ex sola sententia in aliqua
causa lata. num. 11.
Nec ex articulis per reum & possessorem per ma-
dum exceptionis productis si non petuit super illis
pronuntiare. num. 13.
- 12 Sententia non dicitur facere rem litigiosa m.
- 13 Litigiosum beneficium fac. re velle non censetur reus,
& possessor, per dationem articulorum per modum
exceptionis, si super illis non petierit pronuntiare.
- 14 Appellatum cum dicimus, necessario videtur præsup-
ponendum antea fuisse diffinitum.

- 35 Probatio attentatorum appellatione pendente (quando sumus in appellatione à diffinitiva) iura principaliter continet.
Primo fuisse appellatum, & hoc debet ante omnia probare, & est fundamentum suae intentionis.
Secundo fuisse infra 10. dies appellatum, vt infra num. 17.
Tertio appellatum fuisse per legitimam personam, vt infra num. 19.
- 36 Rota communiter tenet, quod facta fide legitima de appellatione, & etiam de attentatione immediate post sunt attentata reuocari.
- 38 Appellandi facultas non vinit ultra decem dies.
- 20 Probatio attentatorum appellatione pendente quando sumus in appellatione, vel ab interlocutoria, vel ex tra iudiciali, vltra praemissa tria, duo alia requirit de quibus hic.
- 21 Innovatio est omnino probanda, quia is, qui dicit aliquid illicitum, & dolosum fuisse attentatum, debet illud tanquam suae intentionis fundamentum probare.
- 22 Attentatio, & innovatio dicuntur mutationem.
- 23 Attentatio duo praesupponit extrema, primum est statum, quo quis tempore innovationis erat. Secundum est desinencia illius status mediante innovatione.
- 24 Status, ista vox significat praesentiam, conditionem, & qualitatem in qua quis reperitur.
- 25 Spoliatus post appellationem restituitur ad statum, in quo erat tempore appellationis.
- 26 Privilegium litis, vel appellationis pendens vult statum in aliquo interim non mutari, non habito respectu, an status ille legitimus sit, vel illegitimus.
- 27 Reuocatio attentatorum fit ad eum statum, à quo quis cecidit propter innovationem aduersarij.
Etiam si ex aduerso negetur huiusmodi statum habere fundamentum vbi subsistere possit, sed esse aerum beneficium, vt numer. 28. vbi ponitur exemplum.
- 29 Status in quo quis tempore innovationis erat, est primo probandus in attentatis.
- 30 Detentio simplex rei, circa quam est commissum attentatum sufficit in attentatis probare.
- 31 Possessio per se, qui passus est attentata regulariter non est probanda sed sufficit solius detentionis, & status, in quo reperiebatur probatio.
Nisi esset in probanda intrusione, tunc enim petens reuocationem debet probare suam possessionem tempore litis motae, vt infra num. 33. & nume. 33. & Nisi ille contra quem petuntur attentata reuocari de iure communi, & ex causis verisimilibus possidere praesumatur, vt infra num. 34.
- 32 Officium iudicis competit etiam pro recuperatione detentionis, qua quis fuit priuatus.
- 35 Continuans non attendit.
- 36 Possessio etiam tertij de eodem tempore, per passum attentata allegata excludit praesumptam continuationem in attentatis.
- 37 Attentata per procuratorem, vt dicantur probata requiritur quod ille fuerit procurator, & insuper habuerit speciale mandatum regulariter.
- 38 Intrusio ex tribus probari debet. Primo deducendo litem pendentiam, Secundo, quod agens contra intrusum probet se tempore litis motae fuisse in possessione. Tertio, quod ille se lite pendente intruserit.
- 39 Intrusio cessat vbi constaret de lite calumiosa.
- 40 Possessionem suam, tempore litis motae, an probet a-

gens contra intrusum, vt intrusionem probet, vel potius intrusus ad hoc, vt intrusionem excludat, non leuiter videtur habere dubitationem.

- 41 Intrusi videntur maxime odibiles.
- 42 Executio contra intrusum absque nouo processu fieri potest docto de intrusione.
- 43 Executoriales capiunt intrusos.
- 44 Intrusus non potest dare obiectus.
- 45 Possessionem suam tempore litis motae, regulariter probare debet ille qui agit contra intrusum, non autem ipse intrusus.
- 46 Tertij possessio de tempore litis motae sufficit probari per intrusionem, & passum, vt intrusio dicatur probata.
- 47 Possessio de tempore litis motae non dicitur probari per confessionem colligatam in praedictis tertij ad effectum, vt habet causam à d. tertio dicatur intrusus.
- 48 Inquilinus negando monitorium, si dicat se non recognoscere ab alio, se ipsum esse Dominum, & possessorem, an per huiusmodi responsum dicitur sibi acquiescere possessionem?
Et talem possessionem non sufficere ad probandum intrusionem tenuit maior pars Dominorum, vt infra num. 59.
Non tamen pro hoc intrusus prohibetur, quin possit probare contrarium, vt nu. 57.
- 49 Possessio praesumptiua illius, qui passus est intrusionem resultans ex eo, quod in aliqua sententia ille asseritur possessor non concludit intrusionem aduersarij. Nisi cum sententia concurrat etiam communis reputatio, quod ille fuisse possessor, vel aliquod aliud administratum nu. 50.
- 51 Possessio praesumpta resultans ex anteriori plurium annorum fructuum perceptione videtur sufficere ad intrusionem probandum.
- 52 Possessionem tempore litis motae probare debens sufficit, si de illa praesumptiue doceat ex anteriori plurium annorum fructuum perceptione.
- 53 Intrusionem passus, non probat suam possessionem tempore litis motae, quando obtinuit sententiam contra primo intrusum, & post sententiam alius se intrusum contra secundo intrusum absque possessionis probatione sola sententia sufficit.
Idem si intrusio primi probaretur per confessionem factam in aliqua supplicatione, num. 55.
Etiam si intrusio primi non esset in iudicio contra secundum intrusum in iudicio adhuc probata secundum aliquos, nu. 54.
- 56 Passus intrusionem non tenetur probare, quod intrusus sciuisset rem litigiosam, & quod sciret in re vicio sa successerit.
- 58 De intrusione potest dari etiam post triginta annos.
- 60 Intrusio est concludenda probanda.
- 61 Constare de intrusione dicitur per instrumentum possessionis lite pendente vigore prouisionis ordinarij captae.
Et similiter per instrumentum possessionis captae, per generalem procuratorem iuncta narratiua nouae prouisionis, in qua de dicta possessione fiat mentio. n. 62.
- 63 De intrusione constare non diceretur si praesupposita lite de anno 1528. aliquis articuletur quod N. possedit ab anno 1531. usque ad obitum.
- 64 Instrumentum factum à procuratore in quo asseritur, quod is, qui praetendebatur intrusus, & sui autores fuerunt in quasi possessione exigendi certas decimas non probat intrusionem.
- 65 Intrusio non probatur per instrumentum possessionis extractum

- extractum ab exemplo, & non ab originali, & copulso rem recusatum.
- 66 Scriptura extracta per alium notarium, quam qui de illa fuerat rogatus non sufficit ad probationem attentatorum.
Nec dicitur in forma probanti, num. 67.
- 68 Intrusio non probatur ex depositionibus testium examinationum inter fiscum, & eum qui passus est intrusionem, non citato eo, qui praetenditur intrusus.
Nisi ille haberet causam à fisco, num. 69.
- 70 Verba enuntiativa, quod aliquis sit in possessione, non probant intrusionem.
- 71 Confessio resultans ex productione instrumenti per procuratorem generale facta, in quo narratur possessio ipsius principalis non sufficit ad probandum intrusionem.
- 72 Confessio resultans ex mandato ad cedendum attentatis, non probat attentata.
Immo nec ipsa cessio vigore dicti mandati facta illa probat, si verè non extabant attentata, vt num. 73.
- 74 Mandatum ad cedendum attentatis & ipsa cessio intelligitur & quatenus verè adint attentata.
- 75 Conscientia deputati sequi se non validat sequestrum si erat alias inualidum, quia commissio intelligitur quatenus sequestrum locus esset.
- 76 Obligatio etiam in forma camerae de soluendis expensis litis non facit, vt si obligatus impetret illas referuari in se, ne litis non possit inuari dicto rescripto.
- 77 Obligatio facta de aliquid soluendo, intelligitur quatenus illud de iure sit soluendum.
- 78 Promittens facere tharam intelligitur quatenus de iure thara sit facienda.
- 79 Haeres promittens soluere omnia legata intelligitur saluo legitima & beneficio.
- 80 Promissio de tota dote reuertenda intelligitur quatenus de iure tota dos esset reuertenda.
- 81 Attentata quomodo probanda.
- 82 Attentatorum via etiam in probando dicitur leuor.
- 83 Testium etiam absentium receptio valet in causa attentatorum.
Etiam super articulis expressè non admissis, num. 84.
- 85 Probatio non exacta non requiritur in probanda intrusione lite pendente facta.
- 86 Probatio de auditu, etiam alieno sufficit in spolio, secundum aliquos.
- 87 Spolio sufficit praesumptiua probatio ad probandum primum extremum.
- 88 Probatio praesumptiua, & etiam de auditu videtur posse in causa attentatorum admitti.
- 89 Probatio in causa attentatorum licet leuor, concludens tamen esse debet, & clara, vt num. 98.
- 90 Instrumentum captae possessionis rogatum ab vno, & subscriptum, & publicatum ab alio, non probat attentata concludenter.
- 91 Intrusio debet concludenter probari.
- 92 Litem quo defectum attentatorum non probatur per instrumentum sententiae in qua litem, & litem initium narratur.
- 93 Litem pendente non probatur per scripturas si non sunt in forma probanti.
- 94 Probatio litem pendente coram delegato concludens dicitur si commissio reperitur inserta in citatione ad partes decreta, & in forma expedita, & de illius distributione in libris Regentis apparet non obstante, quod de originali, aut eius praesentatione nullatenus constaret.
- 95 Spolium non probatur per instrumentum in quo no-

- tarius narraret se fuisse praesentem, quando ille, qui dicebatur spoliatus petijt, & obtinuit à curia Regia auferri fructus spoliato, & dari sibi.
- 96 Notarius non debet rogari, nisi de his, quae ipse facit & partes cum rogant.
- 97 Delictum non probatur per instrumentum.
- 98 Probatio attentatorum debet esse clara.
- 99 Testes de auditu non sufficiunt in causa attentatorum.
- 100 Reuocationem attentatorum, quae fit per officium Iudicis, oportet, quod praecedat diligens causa cognitio.
- 101 Si fuerit in ematum spolium attentatum, & non probata qualitate illa attentati pronuntietur super spolio, si n. entia subdinetur si in commissioe adej clausula quam & quas.
- 102 Passus attentata admittitur, etiam post conclusionem in causa, & postquam sententia in eius fauorem lata transuerunt in rem iudicatam ad probandum statum in quo erat tempore innovationis.
- 103 Attentans quoque si admittendus ad probandum, quod status, ad quem passus attentata petijt se restitui, erat attentatus.
- 104 Attentata non probantur ex eo solum, quod illis fuerit apud acta facta cessio nisi verè fuisset attentata.
Praesertim si cessio fuisset facta à procuratore, vel tutore, & non ab ipso principali, num. 105.
- 106 Sententia per quam quis condemnatur ad purganda attentata non d. cerentur illa probati, si sententia tanquam non oriè iniusta reuocaretur in dubium.
Etiam si in rem transisset iudicatum, vt nu. 107.
- 108 Probationes in causa attentatorum vbi sunt faciendae.
- 109 Actor agens ad attentatorum reuocationem debet probationes in curia facere.
- 110 Remissoria in causa attentatorum regulariter non datur, Etiam si per testes constaret de fumo attentatorum, vt num. 112.
- 111 Simonia in causa non datur remissoria.
- 113 Remissoria reo conceditur ad excusanda attentata.
Etiam si reus vellet examinare ad repulsam testium per actorem examinato, um, 114.
- 115 Consilium Neapolitanum consulit Rotam Romanam.
- 116 Remissoria ad excusanda attentata non datur, quando attentata iam essent probata.
Vel essent in continenti probanda secundum aliquos, num. 117.
- 118 Remissoria in spolio non datur, quando spolium est iam probatum.
- 119 Violatio sequestri appellatione pendente facta, vt probetur datur remissoria.
- 120 Attentata per ipsum appellatorem videntur ceteris attentatis odiosiora.
- 121 Penae maioritas arguit maiorem odij, & d. d. d. d.
- 122 Appellans spoliatus aduersarium censetur suae appellationi renuntiasse.
Etiam in causa diuersa secundum aliquos, nu. 123.
- 124 Attentata per ipsum appellatorem reuocantur etiam in casu, in quo alias non reuocantur.
- 125 Remissoria videtur concedenda ad probanda attentata per ipsum appellatorem.
- 126 Remissoria in causa attentatorum videtur concedenda quando ipsi testes essent in remotissimis partibus ita, vt non nisi cum maximo dispendio ad iudicem adduci possint.
Vel quando testes essent aliquo legitimo impedimento d. tenti, puta infirmitatis, vt ad Iudicem adduci non possent, num. 127.
Praesertim si esset datus aliquis sumus super attentata, nu. 128.

- 129 Remissoria etiam in causa attentatorum videretur concedenda, quando ex illius denegatione petenti irreparabile damnum sequi posset. Dummodo de huiusmodi damno aliquid ipsi iudici constet num. 130.
- 131 Remissoria ad probanda attentata est concedenda, quādo omnino constat in petente calumniam abesse.
- 132 Decis. Caput aq. 1. parte. 136 incip. de attentatis declaratur.
- 133 Remissoria licet non detur ad probanda attentata, datur tamen ad illa liquidanda.
- 134 Remissoria ad probanda attentata regulariter non datur potius procedit de stilo Dominorum, quam de iuri.
- 135 Probandi facultas non est coarctanda sed potius amplianda.
- 136 Remissoria etiam ad probandum spoliū quandoque cōceditur.
- 137 Notarius quandoque destinatur ad locum ubi sunt testes in causa attentatorum licet regulariter remissoria non detur.
- 138 Remissoria datur quandoque ad probanda attentata per viam indirectam, & ponitur exemplum.
- 139 Compulsoriales speciales dantur quandoque ad probanda attentata, & intrusionem.

Postquam pro parte actoris petentis attentatorum reuocatione fuerit porrecta petitio, & simul pro parte rei fuerint oppositæ opportuna exceptiones, si per eas intentio, & petitio actoris non fuerit exclusa consequens est, vt actor necessario se acingat ad probationem suæ intentionis, & porrectæ petitionis, & propterea non immerito de attentatorum probatione hic subijcimus, in qua triplex cadit inspectio, Prima Quid sit probandum, Secunda Quomodo, Tertia Vbi sint faciendæ probationes.

Circa primam quid sit probandum, illud quasi præmissorum loco admonendum est, quod licet aliās multum inter sit a via extraordinaria, & privilegiata, vel magis via ordinaria ad attentatorum reuocationem agatur, vt patet ex his, quæ diximus supra in hac parte, cap. 21. num. 5. & seqq. & num. 20. & seqq. Quo tamen ad effectum probationis attentatorum, de quo agimus nulla, vel saltem modica adest differentia, nā t̄ & si lenior, in iustificandis attentatis probatio requiri videatur, illa tamen cōcludens esse debet, vt dicimus infra in 3. inspectione. nu. Quod etiam sensisse videtur Vestr. in præxi Ro. cu. lib. 8. cap. 4. sub nu. 17. Quamuis autem Docto. circa hoc variasse videatur, cum aliqui, prout inter ceteros glo. & post eā ibi Gemia. & Franc. in c. non solum. de appell. in 6. loquens de attentatis appellatione pendente voluerint quod tria sint probanda, videlicet definitum fuisse, appellatum, & attentatum, quod ipsum dixit etiam Ioan. Monach. ibi in princ. in glo. ante omnia, vbi subdit, quod his tribus, & hoc ordine probatis fiet reuocatio attentatorū, Alij verò duo tantū dicant esse necessario probanda ad victoriam causæ attentatorū videlicet litis pendentiā, & innouationem, vt (post Io. Monach. in c. cupientes, in glo. sua magna. de elect. in 6. & Bald. in l. appellatione. column. 2. vers. quæro vtrum attentata. & ibidem Saly. col. 3. numero 7. vers. quæro an innouata. C. de appellat.) docet Vestr. vbi supra, & Jacob. Henric. in cons. 52. in casu. nu. 4. lib. 2. atque etiam nouissimè Mandos. in

tract. commissio. in 14. formu. commissiois attentatorum. verb. causam. colu. 3. vers. duobus igitur probatis, & post eum ibi, & Nicellum in tract. de concord. glof. quæstio. 70. Pet. de Beninten. in decis. Rot. Bononien. 76. mota lite in principio. & tradit etiam (loquens de attentatis appellatione pendente) Franc. in cap. ad audientiam. in glo. fina. sub num. 5. de appellat. vbi inquit, t̄ quod petenti reuocationem attentatorum incumbit probare fundamentum, & necessaria suæ intentionis, scilicet esse appellatum, & esse innouatum appellatione pendente. Quia tamē non solum litis, vel appellationis pendentiā facit attentata, t̄ verū etiā & aliis modis causantur attentata, prout post Auocationē causæ, Recusationē iudicis, Relationē ad superiorem factam, Consilium sapientis à Iudice obtentum, & Inhibitionem quoque à superiore emanatam t̄ (quam etiam nulla existente lite quandoq; fieri posse diximus supra in 2. parte, cap. 20. in præfatio. qu. 2. numero 37. arg. capi. ex transmissa. de for. compet. prout faciunt domini Veneti, & testatur Staphileus in loco ibi citato, vt de his omnibus abundè diximus supra in 2. parte, in suis Rubricis, & capitulis distinctis videlicet, capi. 6. 8. 9. & 10. præfata doctrina licet in se videatur vera, vt proximè dicemus, quia tamē non omnes casus cōplectitur, videtur certo modo defectiua, ideo plenius attingēdo materiam dicendum est, t̄ quod verè Duo requiruntur pro verificatione attentatorū probanda, sed alio modo, quā dixerint Docto. intellecta. Primò probanda est existentia illius rei, & causæ, quā prætendimus causasse attentata. Secundo ipsa attentatio.

8 Quoad primum, t̄ quia probatio in cæteris causis præter appellationem facilis videtur, cum sufficiat solum probare id, quod quasi solo, ac nudo facto cōtinetur, vt potè litem introductā, Auocationē factam, Recusationem propositam, Relationem per superiorē admittam, Dilationē à Iudice decretam, Consilium sapientis petiitum, & concessum, Inhibitionem executam, & cæteras huiusmodi attentatorum causas in facto consistentes, prout hæc omnia clarius colligi possunt ex his, quæ latius diximus supra in dicta 2. parte, in suis locis particulariter, & præsertim cap. 4. de attent. lite pend. in præfatio. numero 28. vbi ex his quæ ibi latè diximus ad demonstrandum quando lis dicatur pendere, facile quoque colligi potest quomodo litis pendentiā sit probanda.

9 Quibus adde, t̄ quod litis pendentiā diceretur probari per mandatū ad cædendum liti, quia dando tale mandatū cēsetur quis faceri litem, vt fuit tentum in vna Zirafonen. Prioratus corā Grato. 26. Februarij. 1567. in qua cum t̄ esset litem in literis narrata, & ageretur de illius iustificatiōne, Domini dixerunt per tale mandatū litem iustificari. Non tamen t̄ diceretur litis pendentiā probari ex sententiā in aliqua causā lata, quia nisi ex alijs lis ostendatur, sententiā t̄ non dicitur facere rem litigiosam, vt fuit dictum in vna Calaguritanā de vda coram Caputaquen. 7. Maij. 1557. vbi idem dixerunt t̄ si per rem per modum exceptionis fuissent dati articuli, & non perierit super eis pronuntiari, cum non sit verosimile, quod possessor ob id voluerit facere suū beneficiū litigiosum, nisi aliunde probetur. ad no. per glo. &

glo. & docto. in c. 2. de ord. cognit. Et quoniam solum circa appellationis probationem, & illa pendente attentatorū, docto. nonnulla necessario declaranda considerasse videntur, cū in omnibus appellationibus eadem probatio sufficere nō videatur idcirco breuiter dicendum est, Quod quando agitur de reuocatione attentatorum appellatione pendente præsupposito semper pro firmo quod appellationem præcesserit sententiā, à qua potuerit appellari, quod licet (specificè pro vno ex tribus necessario probandis hoc casu aliqui enumerēt, vt annuimus supra. num. 2.) nos tamen hic omittemus quia hoc tacitè, & necessariò videtur includi t̄, vt cū dicimus appellatū intelligamus etiam ante diffinitum (quod attinet ad probandum causam ipsorum attentatorum) illud ante omnia est animaduertendum an sit in appellatione à diffinitiuā, vel potius interloutoria, vel etiam extraiudiciali, quia non eadem in omnibus probatio exigitur, quoniam si sit in appellatione à diffinitiuā tria principaliter probari debent, Primum est fuisse appellatum, & hoc debet probari ante omnia, vt dicit Franc. in c. dilecti. el. 3. sub num. 10. de appellatione. & est fundamentum intentionis agentis reuocationem attentatorum, vt dicit idem Franc. in c. ad audientiam. in glo. fin. in fi. & hoc t̄ communiter tenet Rota, quod facta fide legitima de appellatione, & etiā de attestatione, immediatè possunt reuocari attentata, vt est decis. Rot. 78. aliās 765. sciendum est. de appellat. in antiq. quod etiam de appellatione probanda dixit Rota decis. 30. aliās 190. quoad reuocationem attentatorum. de appellat. in nou. & post eam Mil. in verb. attentata post appellationem si petuntur. fol. 30. Secundum test fuisse appellatum infra decem dies, vt dicit prælegata decis. 30. & Mil. vbi supra, pro qua facit id, quod dicit eleganter Alex. in 18. cons. 95. visis. sub numero 7. lib. 2. t̄ quod facultas ista appellandi non viuat ultra decem dies, & que latius de hoc diximus supra in 2. parte, cap. 12. de attent. appellat. pend. in 50. limit. princip. vers. secunda causa nullitatis. numer. 37. & seqq. Tertium quod requiritur est, t̄ quod fuerit appellatum per habentem potestatem appellandi, vt dicit eadem decis. 30. & Mil. vbi supra, de quo & nos diximus supra in dicta 50. limit. post princ. num. 14. vbi etiam in 8. ampliatione regulæ ibi positæ. numero 97. particulariter etiam disputauimus de eo quod in dicta decis. asseritur, quod non sufficiat probare appellatū esse infra decem dies per partis confessionem, dic. vt ibi. t̄ Quod si esse in appellatione à sententiā interlocutoria, vel in appellatione extraiudiciali, tunc ultra præmissa tria, duo alia requiruntur, Primum est, quod sit appellatum ex causa probabili. Secundum autem est verā esse causam in appellatione expressam, vel saltem se illam probaturum coram Iudice à quo appellantem obtulisse, & non fuisse admissum, vt tradit Rot. decis. 38. aliās 309. attentata. de appellat. in no. vt diximus latius de hoc dicto cap. 12. de attent. app. pend. in prima limit. primæ limitationis principalis. numer. 32. & 38. & in eodem cap. 12. in 2. limit. tertie limitationis principalis. num. 15.

Quoad secundum de attentatione, & innoua

tionem probanda, non videtur circa hoc multis rationibus, seu autoritatibus insistendum, cum rationi consonum sit, vt qui dicit aliquid illicitum, aut dolosum fuisse attentatum. t̄ illud debeat tanquam suæ intentionis fundamentum probare, idque expressè in materia nostra docet glo. magistra. in c. non solum. ad med. ver. dictamen. de appell. in sexto. per nota. in cap. bonæ. de appell. & in c. ex literis, de iure patron. & ex recentioribus post glo. vbi supra, tradit etiam Aug. Berro. in cons. 128. cum Alfonso. nume. 9. lib. 3. Verū quia t̄, vt de se patet, ista dicunt mutationē, ideo ad propositum materiæ nostræ dicendum est, quod sicut spoliū, ita t̄ & ista attentatio duo præsupponat extrema, Primum est status in quo quis erat tēpore innouationis, Secundum sit mutatio, & definitia illius status mediante innouatione: Quoniam iste terminus t̄ status significat præsentiam, conditionem, & qualitatem, in qua quis reperitur, vt ex probatis autoribus dedit eleganter Gozzad. in cōf. suo primo. num. 18. vbi ad id probandum allegat etiam cap. 2. in fi. vt lit. pend. quasi status etiam ad quem reducuntur attentata sit intelligendus, vt supra, Et propterea dicebat aliās Franc. in c. bonæ. in sumario de appell. t̄ quod spoliatus post appellationē restituitur ad statū, in quo erat tempore appellationis, & est decis. Crescent. 158. tertius. sub Rubrica de restit. spol. & ad propositum dixit vterius Aegid. decis. 101. quod t̄ priuilegium litis, vel appellationis pendentiis vult statum in aliquo interim non mutari, non habitorespectu ad hoc an status ille sit legitimus, vel illegitimus: Inde etiam videmus t̄ quod in, & propurgatione attentatorū sit reuolutio ad illum statū à quo quis cecidit propter attentationē aduersarij, vt latius dicemus infra cap. 19. de purgat. attentat. nu. 68. Er iste status attenditur, & ad eum sit restitutus, t̄ etiam si ex aduerso negetur eū habere fundamentū, in quo possit subsistere. Exemplum, si quis prouisus ab ordinario de beneficio seruitorio in aliqua ecclesia tanquā vacatū, illius possessionē acceperit, ac per episcopum fuerit factum sibi de fructibus responderi, alij verò beneficiati eiusdem ecclesiæ à dicta prouisione appellauerint, & deinde commiserint causam in curia cum clausula quam, & quas, & obtinuerint inhiberi, & deinde prouisum lite pendente spoliauerint, prouisus que instet pro reuocatione spoliij attentati, Beneficiati verò ad excludendum reuocationem allegent prouisum non habere aliquem statum considerabilem, ac restitui bilem, attento, quod beneficium, de quo fuerat prouisus, beneficium aereum erat, & quod nunquam in dicta ecclesia extitit, vnde possessio per eum capta, & præterita fructuum perceptio (licet videantur facere quendam statum, tamen ille status nō habet vbi se firmet, non præsupposita existentia beneficij. Quamuis enim hæc omnia secū dum hos terminos aliās in vna Giennen. beneficij de Alcandere corā Robusterio allegarentur, & sub die decima sexta Maij 1569. dubitaretur an huiusmodi attentata per beneficiatos essent reuocanda, & Domini noluerint capere resolutionem, sed dixerint esse necessarium videre an constet de statu beneficij, & deinde in alia propositione sub die prima Iulij 1560. (quia fuerunt inter

ter dominos diuersarū opinionēs, cūm aliqui tenerent constare de existentia beneficij, & statu perceptionis fructuum, aliqui vero contra) causa fuerit remissa, ad calendas, Nihilominus proposita demum causa sub die decimatertia Martij 1570. fuit resolutum constare de existentia beneficij ex quadam cōstitutione synodali, in qua tale beneficium enunciatiuē nominabatur, & ex diuisionibus, & distributionibus fructuum, & ex possessione prouisi vltra triennium, & propterea prouisum esse restituendum ad dictum statum. Vnde circa hoc primum extremum ipsius attentantis dicendum est, quod est probandus status, in quo quis tempore inuolutionis reperiebatur, & propterea sufficere probare simplicem detentionem rei, circa quam committitur attentatum. Rot. decis. 11. aliās 56. nota quod vbi aliquis de ca. poss. & propriet. in antiq. & decis. 13. aliās 348. nota quod si constat. in si. de restit. spoliat. in antiq. Aegid. decis. 101. si constat. non autem requireretur possessionis probatio. Rot. de cis. 10. aliās 89. nota quod vbi, de appellat. in antiq. Et quāuis circa hunc punctum de possessione probanda aliquando docto. etiam in materia probationis attentatorum vtantur hoc modo loquendi, quod sufficit probare simpliciter possedisse beneficium absque coloratione tituli, & eo vtatur Franc. in c. bonar. sub numer. 14. vers. sexto & c. de appell. & Cassad. decis. 3. petens. numero 2. de restit. spoliat. & aliās etiam Aufr. in addit. ad decis. Tolos. 15. dixerit, quod quando quis dicit se spoliatum lite pendente sufficit probare se fuisse in possessione tempore motae litis, & idem etiam Rip. in c. sape. sub numero 10. de restit. spoliat. & aliās saepe Docto. ita loquantur, Nihilominus non est credendum eos per hoc intelligere, quod in probatione attentatorum (de qua agimus) sit formaliter probanda possessio non solū quae est facti, sed etiam, quae est iuris, tum quia contradicerent supradictis decisionibus, tū quia licet vtantur verbo possessionis semper tamen addunt aliquod verbum, puta simpliciter possedisse, vel possessionem, & simplicem statum, & similia verba, per quae satis demonstrant eos non de possessione, quae est iuris, sed potius de illa, quae est facti, & de detentione, ac simplici statu, de quo supra diximus intelligere: Itaque potest in proposito firmari pro

31 Regula, & quod in hoc primo extremo pro parte petentis reuocationem attentatorum non requiratur probatio possessionis, sed sufficiat solius detentionis, & status, in quo quis reperitur, Probatur Regula per dd. decis. 10. 11. & 13. respectiue, cūm, & aliās regulare sit, & quod pro huiusmodi detentione qua quis fuerit priuatus, cōpetat officium Iudicis, quod singulare, & perpetuo notandum dixit Io. de Neuzza. in conf. 80. Benedictus. numer. 3. post Paul. de Cast. in l. aquilius. in fin. ff. de donat. & Luc. de penna in l. si coloni. q. 21. c. de agricol. & censit. lib. 11. Quam regulam limita duobus modis. Primo & quando essemus in probanda intrusione alicuius, tunc enim petens reuocationem intrusionis, & attentatorum debet probare suam possessionem tempore litis motae, vt dicemus proximē in declaratione secundi extremi ipsius attentati. nu. 52. Secundo limita & nisi ille contra quem petuntur

attentata reuocari de iure communi, & ex causa verisimili praesumatur possidere, tunc enim passus attentata tenetur probare se verē tempore attentationis possedisse, & ratio est, quia si is qui praetenditur attentasse praesumitur possedisse tempore attentationis, actus qui praetenditur attentatus diceretur factus per modum continuationis, & consequenter non erit attentatum, cūm & continuans, (vt notum est) non dicatur attentare: de quo, & praesertim de dicta decis. 10. aliās 89. nonnulla etiā diximus supra in 2. parte, capi. 4. de attent. lit. pend. 4. limit. primae limitationis princip. numer. 78. Quam limitationem de possessione plenē probanda, quādo aduersarius praesumitur, vt supra possidere, tenuit etiam post Innoc. in c. dilecti. de maior. & obed. Natta. in conf. 606. approbo. nume. 10. vers. cum praedictis concordat. libr. 3. idem etiam tenuit post Innoc. in c. bonar. de appellatio. Vestr. vbi supra. sub numero 18. vers. nisi fortē, vbi illud ampliat, vt ad excludendum hanc praesumptam possessionem attentantis, (& consequenter illius continuationem) sufficiat illi, qui passus est attentata docere de possessione sua tempore attentationis, cū enim duo eodem tempore eādem rem in solidū possidere non possint. l. 3. §. ex pluribus. ff. de acquire. poss.) necessariō inferitur, quod possessio praesumpta, quam allegat attentans non potuerit esse vera illo eodem tempore attentationis, & quod merito excludatur praesumptio continuationis, decis. tamen, quam allegat parum concludit & sed quod quis probando etiam possessionem tertij exoneretur ab onere probandi negatiuam, quod scilicet ille, qui se intrusit lite pendente tempore intrusionis, & attentationis non erat in possessione, est bona decis. 15. aliās 478. in causa quaestionis in princ. de probat. in no. cui in eadem causa concordare videtur etiam decis. Aegid. 710. in casu, de quibus aliquid etiam dicemus proximē numero 37.

Circa secundum extremum, hoc est de mutatione & definentia praedicti status mediante inuolutione, quoniam praedicta mutatio innumeralibus ferē modis cōtingere potest, tam facto Iudicis in procedēdo, quā partis in aliquid de nouo circa possessionem, vel fructus, aut circa processum per viam impetrationis faciēdo, quā etiam tertij forsā a parte causam habentis litigantes, vel alterum ex ipsis aliquo modo turbantis, vel spoliantis, nec potest ad eius cognitionē certa regula, aut certus modus dari, illud in genere concludendum est, quod quomodo cūque hęc mutatio contingat, illa regulariter tranāt in vitium attentati. (diximus regulariter secundum ea, quae supra in discursu tractatus posuimus, vbi in singulis ferē capitibus de attent. lit. pend. & seqq. posuimus regulas affirmatiuas, quod actus ea pendente facti regulariter attentatorum vitio subiunguntur, adaptando, tamen opportunas in singulis locis limitationes, ac declarationes, de quibus ibi. Et propterea ad declarationē huius vltimi extremi ceteris praetermissis duo tantum ponere visum est, quae magis necessaria videbantur, Primum est quod licet supra generaliter affirmauerimus hanc mutationē per quē cumque fieri posse, & sic per quascūque personas attentari posse, & consequenter etiam per Procurato-

Procuratorem, vt annotauimus etiam latius supra in prima parte, dum locuti sumus per quas personas dicatur attentari, praesertim in cap. 1. de attent. a parte, numer. 5. & seqq. quantum tamen attinet ad materiam probationis, de qua nunc agimus, illud hoc loco replicandum est, & quod quādo ageremus, ad reuocationem eorum, quae per procuratorem attentata fuisse dicerentur, oportet probare duo, videlicet eum verē fuisse procuratorem (ex quo gesta a falso procuratore non dicuntur attentata, vt est in recollect. Achil. de Grass. decis. 28. attentata. sub Rubrica, de attentatis) & insuper eum habuisse speciale mandatum, ad attentandum, vt est decis. Rot. 7. aliās 81. quoad reuocationem, vt lite pendente, in no. quod etiam animaduertit Vestr. vbi supra, sub numero 18. & nos satis late diximus in dicto cap. 1. vbi etiam id nonnullis modis limitauimus, & declarauimus, de quibus ibi. Secundum est, quod cū ista mutatio status, & hoc secundum extremum nullo ferē veriori, & efficaciori, ac magis odioso modo fieri contingat, quā per viam intrusionis, quando quis lite pendente capiēdo possessionem rei super qua litigatur in illam temerē se intrudit, necesse est etiam scire quomodo, & per quem (ad propositum, de quo nunc agimus, ista intrusio sit probanda: Et ad probandū intrusionem, tria videntur necessaria, Primum, quod probetur litis pendencia, quia qui allegat litis pendenciam debet illam probare. Paris. conf. 47. numer. 41. libr. 4. Secundum est, quod Titius qui allegat Meuium esse intrusum probet se tempore litis motae fuisse in possessione, Tertium, quod Meuius lite pendente ingressus fuerit possessionem.

Quoad primū sicut (quantum attinet ad hūc articulum probationis) res non videtur habere difficultatem, & in probanda litis pendencia ad effectum deducendē intrusionis illud solū maxime videtur considerandum, vt scilicet, probetur lis non calumniosa, attento, quod si constaret, de lite calumniosa, & tūc videretur cessare intrusio, vt senserunt Domini in vna Burgen. Canonatus coram D. meo Oradino. 18. Decembris, 1562. Ita

Quoad secundum, videlicet quis probet secundum requisitum, & an Meuius intrusus deducendo ad excludendam intrusionem, qualiter ipse ante litem motam erat in possessione, vel potius id probare teneatur Titius, qui allegat eum intrusum, ita quod si Titius suam possessionem de dicto tempore non probet succumbat, non leuē videtur cōtinere dubitationem. Quamuis enim

41 & intrusi in iure videantur maxime odibiles, & cū

42 contra eos absque nouo processu possit etiā (docto de intrusione) ad executionem deueniri, cūm

43 & vt notū est executoriales capiant intrusos. Crescent. decis. 142. executoriales, de re Iudic. & Nec possit dare obiectus. Rot. decis. 5. aliās 433. not. nunquid Reo, vt lit. pend. in antiq. & propterea in hoc videretur dicendum, quod in odium ipsius intrusi deberet hoc onus probandi possessionem, de qua agitur incumbere ipsi intruso: Contrarium tamen aliās firmavit Rot. quod immo hoc casu Titius, qui agit contra intrusum teneatur probare possessionē suam tempore litis motae, vt sunt decis. Rot. 14. aliās 477. supposito, & de

cif. 15. aliās 478. in causa quaestionis, de probat. in no. quibus concordant decis. Aegid. 709. supposito, & 710. in casu, quas etiam nouissime quoad hoc secuta est Rot. vt est in recollect. Crescent. decis. 142. executoriales. sub Rubrica, de re Iudic. & iterum in vna Tudertina bonorum coram D. meo Oradino. sub die 11. Martij 1560. & ista in proposito potest esse

45 Regula, quod Titius, & qui est passus intrusionem ad illam probandam debet docere, de dicto secundo requisito, videlicet se fuisse in possessione rei, de qua litigatur, de dicto tempore litis motae per omnes supradictas decisiones dum in eis concluditur, quod onus probandi quod is qui praetenditur intrusus possessionem fuerit ingressus post sententias, incumbit ei qui allegat intrusionem, adeo quod si nihil probaret, non posset contra praetensum intrusum deueniri ad executionem.

Quam Regulam Amplia

46 Primō, & vt sibi ad victoriam in hoc Iudicio sufficiat nō solūm si probet suam possessionem, verū etiam si deducat possessionem alicuius tertij, qui de dicto tempore fuerit publicē, & notoriē reputatus pro possessore, vt dicunt dictae decis. 15. aliās 478. & Aegid. 710. per quas comprobatur, quod etiam dixerat Vestr. vbi supra, sub nu. 18. vers. nisi fortē, vt diximus supra, nume. 30. Quod etiam per dictam decis. Aegid. secuti sunt Domini in vna Taurinen. Prioratus coram Quiroga. 8. Nouembris. 1557. in qua, cum praesupponeretur litem motam de anno 1529. contra quēdam Melchiorē intrusum, & quod deinde de anno 1548. dictus prioratus per manus diuersorum tandem deueniret in personam Nicolai Barocelli, qui ad docendum de bono iure suo in articulis posuerat, quod quidam Franciscus, qui antea dictum Prioratum obtinuerat, illum possederat per annos 13. & vltra, videlicet ab anno 1531. vsque ad obitum, & dubitaretur, de intrusione dicti Francisci, quam eius aduersarius deducere conabatur ex eius confessione (quasi si ille possedit ab anno 1531. ergo antea, & sic tempore litis motae) non possedit, & cum ille replicaret, quod consequentia non tenet, cūm potuerit etiam ante possedisse, & Domini propterea dixissent non constare de intrusione Francisci, declarauerunt tamen, quod si cōtra allegatam anteriorem possessionem Francisci cōstaret in actis de possessione dicti Melchioris, & sic de possessione tertij, excluderetur praesumpta possessio Francisci, cum duo eandem rem, eodem tempore, in solidū possidere non possint, l. 3. §. ex pluribus. ff. de acquire. possessio. cum similib. & consequenter probaretur intrusio ipsius Francisci, Et ad hanc ampliationem plurimum facit, quod fuit cōclusum in alia Roma. Viridarij coram Seraphino 27. Octobris. 1570. pro haeredibus Cardinalis, de Saluatis contra Illust. Dominos Farnesios, in qua cum praesupponeretur Dominos de Saluatis viridarium possedisse, & per Capitulum, & Canonicos Sancti Petri de vrbe fuisse spoliatos, & super huiusmodi spolio statim contra Canonicos litem introduxisse, & sententiam fauorabilem, ac executoriales obtinuisse, & vellent cōtra Dominos Farnesios (qui vltimo loco reperiebantur

in possessione viridarij) exequi tanquam contra intrusos lite pendente, & dubitaretur an possent exequi, & constaret, de intrusione, Domini tenuerunt executoriales exequi posse, quia Farne sij præsuntur intrusi lite pendente, ea ratione, (vt ex his quæ deducuntur in informationibus colligitur,) quia tempore litis motæ Capitulum, & Canonici possidebant, & cōsequenter Farne sij possidere non poterant obstante regula dictæ l. 3. §. ex pluribus. ff. de acquir. poss.

47 Secundo, t̄ amplia, vt possessio, de qua agimus, nec etiam per confessionem colligantium probetur in præiudicium tertij ad effectum, vt habens deinde causam à dicto tertio debeat dici intrusus, vt dixerunt Domini in vna Romana spolij domus coram D. meo Oradino. 17. Martij. 1561. in qua Faustina vendiderat domum Almadiano, deinde Petrus successor Faustinae mouit litem contra Paulum Colinum vti inquilinum, 48 t̄ qui negādo monitorium dixit se non recognoscere alium, sed ipsum esse dominum, & possessorem, deinde mortuis Petro, ac Colino illorum hæredes profecuti sunt litem, & ea sic pendente domum vendidit Episcopo Papiensi, contra quæ dicti hæredes dabant de intrusione, illamque deducere conabantur, quia Almadianus, licet domum emerit, tamen possessionem actualem nūquam acceperat, sed remansit pœnes venditorē, quæ cum vacauerit per eius obitum, & Paulus per illam responsonem sibi acquisiuerit, sequitur, quod Almadianus fuerit ingressus lite pendente, & consequenter, quod etiam sit intrusus, & quia probatio possessionis Pauli erat dubia, dixerunt Domini, quod si hæredes Pauli, & Petri faterentur, quod Paulus per illam responsonem acquisiuisset possessionem, tamen talis confessio in præiudicium tertij videlicet Almadiani, & Episcopi habentis causam ab eo nō probaret possessionem Pauli ad effectum probandi intrusionem, Vnde verè potest hæc conclusio ampliari, vt hæc possessio, quam tenetur probare, is qui passus est intrusionem nec etiam per confessionem colligantis probetur in præiudicium tertij, qui nunquam fuit in lite, vt dixerunt Domini ibi in fin. subdentes, quod ita etiam aliàs tenuit Rota.

Limita eandem

Primò, quando Titius passus intrusionē probaret suam possessionē, t̄ præsumptiuè præsumptione resultantē ex aliqua sententia, in qua ille, de dicto tempore assereretur possessor, nam per solam sententiam non dicitur constare de intrusione, sed requiritur, t̄ quod cum sententia concurrat, etiam communis reputatio, quod Titius esset possessor, & aliqua alia adminicula, vt post dictam decif. Aegid. 710. fuit tentum in dicta Tuderina bonorum corā D. meo Oradino 11. Martij. 1560. De qua facit mentionem idem Oradinus in voto suo in vna Cæsaraugustana parochia lis, de chouēda coram Sarmiento. 31. Ianuarij. 1564. vbi præter dictam decif. Aegid. 710. allegat etiā decif. eiusdem 709. & 713. Quod si ex eo præsumptiuè suam possessionem probaret, t̄ quia per aliquot annos ante litem motam possederit, ac fructus perceperit, & consequenter præsuntur, etiam vsque ad diem litis motæ illam continuasse, videtur, quod sibi talis etiam præsumpti-

ua possessio debeat suffragari, nam & aliàs videmus, t̄ quod is, qui tenetur probare se tempore litis motæ possidisse, prout est in interdico retinendæ, hæc præsumptiuæ possessio ex interiori fructuum perceptione resultans dicitur esse sufficiens, vt tradit Osasc. in decif. Pedemont. 43. Antonius. num. 2. & 4. vbi etiam declarando subdit, quod hæc præsumptio in fauorem actoris locum sibi vendicat, quando reus non probauit se possidere, vel saltem detinere, ex intentione Bart. in l. 1. §. si. ff. vt possidet. & Alex. in conf. 88. nu. 18. lib. quinto, & Rip. in c. cum ecclesia. col. 8. vers. tertio ampliari potest, de caus. poss. & propr. atque etiā Afflic. decif. 394.

Secundo, & notabiliter limitari potest, vt nō procedat, quādo t̄ ille, contra quem est lata sententia esset intrusus, nam si post sententiā, & in illius executione reperiatur aliquis Tertius intrusus, ad probandum intrusionem huius secundi Titius non grauabitur onere probandi suam possessionem, quia si ille, cōtra quem est lata sententia erat intrusus in necessariam consequentiā sequitur, quod ipse secundus sit intrusus, cum ex probatione intrusionis illius primi statim etiam appareat de possessione Titij, & consequenter de intrusione huius secundi, vt colligitur ex his, quæ ponit Crescent. dicta decif. 142. vbi id ampliāre videtur, t̄ vt procedat etiam si intrusio primi non fuisset probata in hoc secundo Iudicio, quo agitur contra secundum intrusum, sed in primo Iudicio, quoniam dicta probatio (licet non faciat plenam fidem) tamen facit aliqualem probationem, quæ secundum Bal. in l. si duo patroni, in princ. ff. de Iure iur. transfert onus probandi in aduersariū, licet de hac ampliātionē aliqui dubitauerint, vt ibi latius per eum: Idem t̄ dicendum esset si intrusio non probaretur per sententiam, sed aliunde, puta per confessionem factam in aliqua supplicatione, quoniam statim sequeretur probatio intrusionis secundi immediatè subsequēntis, prout erat casus in vna Calaguritana medietatis fructuum coram Aldobrandino 14. Aprilis. 1567. in qua pars ad probandum intrusionem secundi deducebat probationem primi per supplicationem, & Domini dixerunt constare de intrusione.

Declara prædictam regulam,

Primò, quod licet passus attentata, & intrusionem teneatur probare suam possessionem, de tempore litis motæ, vt in Regula, t̄ non tamen tenetur probare quod intrusus sciuerit rem litigiosam, & consequenter, quod scienter in re vitiosa successerit, sed sufficit sibi si probet se pendente lite fuisse in possessione, & tunc spoliatum fuisse, vt post Rip. in capitu. s. p. e. numer. 10. extra, de restit. spoliat. tradit etiam nouissimè Menocch. de recuperand. possess. Remed. 17. numero 27.

Secundò, quod licet passus intrusionem illam probauerit deducendo possessionem suam, vel etiam tertij, de tempore litis motæ etiam prætextu præsumptæ continuationis, per ea, quæ dicta sunt supra proximè in prima ampliātionē Regule proximè positæ. numero 46. & in fin primæ limitationis eiusdem Regule. numero 52. non t̄ tamen per hoc prohibetur intrusus probare contrarium, quod immo ipse, aut etiam sui auto-

restem

res tempore litis motæ fuerint in possessione, vt fuit dictum in præfata Ro. Viridarij coram Seraphino. 27. Octobris. 1570. in qua Domini dixerunt Farnesios cenferi lite pendente intrusos, nisi ipsi docerent possessionem accepisse antelitem motam, vel saltem eorum autores in possessione fuisse, & per eos fuisse continuatam.

58 Tertio, & vtiliter declara, t̄ quod de huiusmodi intrusione possit dari etiam post triginta annos, prout fuit datū, & per Dominos admissum in vna Calaguritana præsentæ medietatis fructuum coram Aldobrandino. 14. Aprilis. millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, in qua dum dubitaretur, de intrusione commissa iam ante de anno millesimo quingentesimo trigesimo septimo, Domini tenuerunt constare, de intrusione. Quæ declaratio licet videatur reddi posse dubitabilis ex his, quæ posuimus supra in hac tertia parte, capit. 23. quando, & intra quod tempus per actorem atten. reuoc. sit peten. quæstion. 3. numer. 76. & seqq. dum ibi firmauimus, quod reuocationi attentatorum regulariter triginta annorum spatium præscribatur, substatinetur tamen ex his, quæ ibidem posuimus in 3. limita. regulæ ibi positæ. numer. 93. considerando, quod intrusio versatur circa possessionem, & consequenter intrant ea, quæ ibi diximus, de spolio attentato.

Quartò, potest etiam declarari, quod ad verificandam intrusionem non sufficeret, quod is, qui ab initio erat inquilinus, & vacante relocatoræ possessione per mortem locatoris in iudicio conuentus responderit se non recognoscere alium in dominum, & patronum, sed quod ipse est dominus, & possessor, & quasi per hoc dicatur sibi fuisse acquisitam ipsius rei conductæ possessionem, prætendat, quod tertius, qui dicto iudicio pendente rem prædictam emerit, & possessionem etiam adeptus fuerit, dicatur intrusus, quia talis possessio etiam ante litem, vt præfertur, deducta, non videtur sufficiens ad probandū intrusionem emptoris: quoniam enim valde dubium, de iure sit, an per actum huiusmodi responsonis fuerit sibi aliqua possessio acquisita, vt eleganter, & copiosè fuit disputatum in vna Ro. spolij domus coram D. meo Oradino. 27. Februarij. millesimo quingentesimo sexagesimo secundo.

59 t̄ Maior tamen pars Dominorum tenuit, quod emptor hoc casu non dicatur intrusus, & consequenter, quod talis possessio non sit releuans, ac sufficiens pro verificatione intrusionis ad effectum attentatorum, de qua nunc agimus.

Quoad tertiu facilis videtur probatio, quia si per confessionem partis, per testes, aut per instrumentum clarè, & concludenter appareret de tempore adeptæ possessionis, clarè quoque diceretur apparere de intrusione facta relatione ad diem litis motæ, t̄ nam & ipsa intrusio concludenter probanda est, vt est in recollec. Cot. 61. ta. decif. 7. & propterea t̄ per instrumentum possessionis captæ lite pendente vigore prouisionis ordinarij diceretur concludenter de intrusione constare, vt fuit aliàs tētum in vna Burgi Sancti Sepulchri coram D. meo Oradino, vigesimo septimo Octobris, 1560. Et similiter t̄ per instru-

mentum possessionis etiam per procuratorem generalem captæ iuncta narratiua nouæ prouisionis per principalem impetratē, in qua de possessione mentionem faciat, quia cōsetur per hoc illam ratificasse, vt allegabatur in vna Nullius præposituræ coram eodem Oradino 20. Februarij. 1558. in qualicet id de ratificatione Domini non exprefferint, dixerunt tamen de intrusione constare per instrumentum captæ possessionis, & narratiua nouæ prouisionis: Non tamen de intrusione constaret, t̄ si præsupposita lite super beneficio, de anno 1529. aliquis ad docendum de suo bono iure in positionibus diceret, qualiter ipse, seu eius autor illud beneficium possedit ab anno 1531. vsque ad obitum, quia per hoc non diceretur probari, quod de anno 1531. & non antea fuerit capta possessio, & consequenter non diceretur probata intrusio, quia per illa verba ab anno 1531. necessario non inferitur, quod ponens fateatur, quod beneficium ante non fuerit possessum, vt fuit dictum in vna Taurinen. prioratus pro Nicolao Baroncello contra Cardinalem Rehumanum proponente Quiroga. sub die 8. Nouembris 1557. ea ratione inter cætera, quia in positionibus non subauditur dictio: taxatiua, ad no. in l. cum furti. ff. de iure iur. Similiter non probatur intrusio de iur. Domini per instrumentum per procuratorem factum, in quo is, qui prætendebatur intrusus assererat se, & suos prædecessores fuisse in quasi possessione exigendi certas decimas. Et diuersis rationibus mouebantur, aliqui, quia dicta confessio non videtur vsquequaque clara, aliqui quia Petrus successit in castro, & consequenter in perceptione decimarum, aliqui quia sententia apprehensionis nō videtur conformis confessioni procuratoris in dicto instrumēto, vt dixerunt Domini in vna Tirasonen. decimarum, de Vierla coram eodem Oradino 13. Martij. 1564. Sic etiam non diceretur probata intrusio per instrumentum possessionis captæ lite pendente extractum ab exemplo, non autem ab originali, & per compulsorem recusatū, vt præsupponebatur in facto in vna Cremonen. præposituræ coram eodem Oradino, in qua 18. Februarij. 1555. fuit resolutum non constare de intrusione. Quibus concordat id, quod fuit etiam dictum in alia Senen. attentatorum coram Quiroga. 15. Nouembris 1557. t̄ quod cum post Rotalem inhibitionem prætenderetur in partibus attentatum, & ad probationem attentatorum produceretur quædam scriptura extracta per alium notarium, quàm qui fuerit de illa rogatus, & sic minus solenniter, t̄ talis scriptura non erat in forma probanti. Eodem modo ad effectum verificandi intrusionem non t̄ diceretur probari possessio ex depositionibus testium examinatorum inter fiscum, & eum, qui passus est intrusionem, non citato illo, qui prætenditur intrusus, vt dixerunt Domini in vna Tuderina bonorum coram eodem Oradino. 21. Maij. 1561. 69 t̄ nisi tamen is, qui prætenditur intrusus haberet causam à filio. Pari modo dicendum videtur, t̄ quod intrusio non probetur per verba e- 71 nuntiatiua possessionis, & minus per confessionem possessionis resultantem ex productione alicuius instrumenti (in quo talis mentio possessionis, etiā per principalem facta contineretur) per

procuratorem generalem, & minus legitimam personam in iudicio facta, vt colligitur ex his, quæ fuerunt dicta in vna Messanen. Baronia coram eodem Oradino. 5. Nouembris. millesimo quingentesimo sexagesimo quinto in qua fuit tentum, quod instrumentum inuestitura Castri super cuius Baronia lis pendebat, in quo enuntiatuè dicebatur, quod is, qui petebat inuestituram erat in possessione dicti Castri, non probat intrusionem secundum ea, quæ late deducebantur per informantes (ad quæ domini se referebant) in informantibus autem eleganter dicebatur, quod licet ex aduerso præterderetur, quod ex dicti instrumenti tenore, & insuper ex illius productione resultaret confessio possessionis, & consequenter plena probatio intrusionis, ad tradita per Aymonem consilio 201. numero quinto, & sequent. libro primo. replicabatur tamen, quod illa verba enuntiativa possessionis (ex quo sunt prolata ad alium finem, & non agebatur tunc de viribus inuestitura, ad quam illa qualitas possessionis esset necessaria) non possunt probare intrusionem, ad no. in capitu. illud, præfertim per Felyn. in 2. not. de præsump. Dec. conf. 310. column. fin. numero quinto. Ruyn. consilio centesimo quinquagesimo septimo. numer. vige simo quinto, libro primo. Addebat præterea per informantes pro illa parte quod productio instrumenti, de qua supra fuerat facta à procuratore generali, qui non potuit in hoc Domino præ iudicare.

Caterum cum hætenus attentata probari dixerimus, si per actorem illa duo fuerint probata, de quibus supra hoc eodem cap. in princip. num. 7. videlicet existentia illius rei, & illius facti, per quod causantur attentata, Item & ipsa attentatio, antequam ad secundam inspectionem transitum faciamus, necessario videndum est, an si prætermissa probatione singulorum dictorum duorum requisitorum, actor agens ad reuocationem attentatorum velit compendiosius illa probare, text confessione saltem tacita ipsius attentantis, qui alicubi in iudicio fassus fuerit attentata, & se attentasse, an hoc casu per huiusmodi confessionem dicantur sufficienter probata attentata (etiam si re vera illa non extaret) ita vt confitens non possit illa amplius negare, Exemplum, si quis conuentus in iudicio sub prætextu, quod lite, vel appellatione pendente aliquid in præiudicium colligantis attentando innouarit, fuerit super eis condemnatus, ad purganda attentata, & propterea dederit mandatum ad cadendum illis, & eius vigore fuerit etiam facta cessio apud acta, & inde ad aliquod tempus is, qui cesserat comperiat, quod re vera nulla aderant attentata, & ex capite notoria iniustitiæ velit reuocari sententiam aliàs contra eum latam, & quæ transitum iam fecerat in rem iudicatam, & contra verò ille, qui sententiam obtinuerat alleget, quod attentata dicuntur sufficienter probata ex confessione, quæ resultat ex dicto mandato, ad cadendum attentatis, & ex cessione subsecuta, an per hoc dicantur sufficienter, & concludenter probata attentata? Et quamuis dici solet, quod nulla est maior probatio, quàm proprii oris confessio. l. i. de confes. cum similib. & res iudicata pro veritate habeatur, capitulo res

Iudicata. de regul. iur. in 6. Domini tamen eueniente casu in vna Ariminen. bonorum coram Grato, decimatertia Maij. 1569. tenuerunt pro non attentatis, & ad illud de confessione dixerunt, quod procurator cadendo non potuit domino præiudicare: immo nec ipsemet dominus sibi præiudicasset, quia cessio, & mandatum intelliguntur, prout sæpè fieri solet, vt cadant quatenus attentata ad sint: Quæ conclusio vltra considerata ibi per Dominos potest etiam ex eo suaderi, quia cum re vera nulla adessent attentata, (cum illa consistent in facto) per confessionem talem non potuerunt deduci in esse, quia propter nostrum negare, vel affirmare rei veritas non immutatur. leg. assumptio. ff. ad municip. & de incol. Item ex eo, quod in propriis terminis attentatorum videmus, quod etiam confessio partis non probat, & non attenditur, cum enim ad hoc, vt appellatio operetur effectum attentatorum debeat probari appellatum fuisse, & insuper intra 10. dies appellatum fore, si appellans probaret appellationem ex confessione appellati, non sufficeret ad effectum reuocationis attentatorum. Rota decisione 30. aliàs 190. quoad reuocationem, de appella. in no. cum aliis latius adductis supra, capitu. 12. de attentat. appel. pendent. in quinquagesimalimit. princip. numero 97. in 8. ampliatur. Nec aliquid mouet id quod dicebatur, quod res iudicata pro veritate habetur, quia deficientibus attentatis sententia remanet notoriè iniusta, & propterea nunquam transit in rem iudicatam, ad no. in c. inter monasterium, de re iudic. Illud autem quod dicebant domini cessionem ceteri factam quatenus attentata extarent, potest in simili comprobari, & quod si procurator decreto aliquo sequestro, quod de iure non erat apponendum, consentiat super nominatione sequestratorum, talis consensus non validat sequestrum, vt illud reuocari non debeat, quia censetur præstitus quatenus esset locus sequestro, vt dixerunt Domini in vna Pampilonen. Hospitalariæ coram Grato. 26. Ianuarij millesimo quingentesimo sexagesimo quinto. Sic & aliàs in vna Leodien. attentatorum coram Aldobrandino vigesimo Decembris, millesimo quingentesimo sexagesimo sexto.

76 In qua postquam quidam pauperes, & mulieres condemnatæ fuerant ad purganda attentata cum refectione fructuum, & expensarum, & pro dicta restitutione se obligauerant in forma cameræ, obtinuerunt commissionem, quod constituto, de paupertate, fructus & expensæ referantur in fine litis, & licet contra eas diceretur, quod non poterant dicto rescripto iuuari, attentato, quod iam pro restitutione præstiterant dictam obligationem, In contrarium tamen allegabatur, quod dicta, & obligatio censetur facta si, & quatenus, de iure tunc expensæ essent soluendæ, & non essent referuandæ in fine litis, prout videtur, etiam iuri consonum, ad no. in capit. olim.

78 el secundo, & ibi no. Abbas. de restit. spol. texem plo eius, qui promisit facere tharam, cuius etiam promissio intelligitur quatenus, de iure thara veniat faciendæ, secundum Afflic. decis. 399. fuit latum. numer. decimotertio, & quod tradit Bald.

79 in leg. fin. C. ad leg. falcid. de hærede promittente soluere omnia legata, vt intelligatur saluo legis

80 gis falcidię beneficio, Sicut etiam promissio de tota dote restituenda intelligitur in casu, in quo tota dos esset restituenda, secundum Bald. in l. Neratius. ff. de relig. & sumpt. funer. vt refert etiam Afflic. vbi supra. Ex quibus omnibus sufficienter apparet, quid sit probandum pro parte actoris in iudicio attentatorum, quæ erat prima inspectio secundum ordinem supra positum.

Secunda inspectio quomodo scilicet sine in causa attentatorum faciendæ probatio nes.

81 Circa secundam inspectionem, & quæ est quomodo sit in hoc iudicio faciendæ probatio, dicendum est, quod cum attentata sint in multis priuilegiata, vt apparet ex his, quæ dicemus infra capitu. 30. de priuileg. attent. in hoc quoque, quod respicit probationem non videntur priuilegiata, & legio desituta, & quinimo attentatorum via dicitur lenior, etiam in probando, vt post Inno. in cap. dilecti, de maior. & obed. & Io. Monachus in cap. cupientes, de elect. in 6. tradit Rot. decis. 62. aliàs 446. si lata. ad med. de appellatio. in no.

83 & in materia attentatorum valet testium receptio, etiam non ab futurorum, & etiam super articulis expressè non admissis. Rot. decis. 10. aliàs 105. valet testium receptio, de testibus, in no. & 85 Mil. in verbo testium receptio. fol. 377. & propterea in probanda intrusione facta lite pendente non requiritur ita exacta probatio, vt inquit Aegid. decis. 710. in casu, quinimo posset etiam

86 probabiliter dici, & quod sicut in spolio, præsertim antiquo sufficit probatio de auditu non solum partis, verum etiam alieno, vt dixit Mil. in 87 verb. probatio, de auditu, fol. 318. Et in eo, & similiter sufficit præsumptiua probatio ad probandum primum extremum, vt fuit dictum in vna Albanen. parochialis, de Sulmo coram Prospero, sub die 9. Decembris millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, vt est in recoll. Put. decis. 1. incip. præsumptiua, sub Rubrica, de restit. spoliat. & Ita etiam, & multo magis id posset admitti in attentatis, quæ sunt fauorabilia spolio, vt deduximus in dicto capitu. 30. nu. 6. licet hoc de auditu videatur reddi dubium ex quæ his dicemus proximè. numer. 99. & Quamuis autem leuior, & non ita exacta probatio in attentatis requiratur, vt dictum est, illa tamen debet esse concludens, vt dixerunt domini in vna Maioricens. de Iucha coram D. meo Oradino. de mense Decembris millesimo quingentesimo sexagesimo secundo. in qua, cum ad probandam possessionem attentatam produceretur & instrumentum captæ possessionis rogatum ab vno, & publicum, ac subscriptum ab alio notario, Domini tenuerunt per dictum instrumentum captæ possessionis non probari concludenter attentatum, Sicut nec intrusionem eo modo probari diximus supra, numero 66. Pro qua resolutione optimè facit text. in capitul. primo ibi per idoneas personas veritate comperta: extra, de appella. quem tex. videtur in hunc sensum etiam ponderasse Afflic. deci. 351. bis fuit. nu. 9. Et dixerunt

91 aliàs Domini, quod intrusio lite pendente debet concludenter probari, vt est in recoll. Cottæ decis. 7. Et propterea si ad probandum litis pendentiæ, & attentata producatur duntaxat & instrumentum sententiæ, in qua narratur lis, & litis initium, Domini aliàs in vna Bracharen. sancti Petri, de mense Aprilis 1558. coram D. meo Ora-

dino non habuerunt dictum instrumentum sententiæ pro sufficienti attentatorum probatione, cum sententia illa esset sine actis, & non esset aliàs plenè in forma probanti. Sic etiam in vna Messanen. illegitimitatis, & Baronia coram Acoram-bono. 6. Martij. 1556. fuit tentum, & quod non constaret de litis pendentia, quia scripturæ, quæ producebantur non erant in forma probatis: Dicere tamen & concludens probatio litis pendentiæ coram delegato, non obstante, quod de originali commissione, & eius presentatione nullatenus constaret, nisi ex eo quia illa reperiretur inserta in citatiõe ad partes decreta, & executæ, ac per Auditorem, ac notarium subscripta, ac solito sigillo signata, atque etiam, quia in libris Regentis, ac etiam notariorum appareret de illius distributione, & etiam quia cum his concurreret aliquod aliud adminiculum, puta vnus testis super illius amissione, quia his concurrentibus non obstante decisio. Aegid. 323. litera auditoris, quæ allegabatur in contrarium, fuit per Dominos resolutum probari veram litis pendentiam in vna Casalen. Canonatus, & præbendæ coram Acoram-bono. 29. Aprilis 1556. Pro qua facit, & quod nec etiam spoliū probaretur per instrumentum, in quo notarius narraret se fuisse præsentem in partibus, quando ille, qui dicebatur spoliasse petiit, & obtinuit à curia Regia auferri fructus à spoliato, & dari sibi, vt est in recoll. Achil. decisio. 154. noluerunt domini. sub Rubrica de fid. instrum. vbi assignatur etiam ratio, & quia notarius non debuit rogari nisi de his, quæ ipse faciebat, vel partes eum rogabatur, præsertim, & quia solet dici, quod per instrumenta non probatur delictum, Quæ rationes cum militent, etiam in attentatis, potest dici, quod etiam in attentatorum caus. huiusmodi per instrumentum probationes non concluderent, cum & attentare sonet in malam partem, & certo modo videatur species delicti, Aegid. deci. 18. incip. oneratio. Et propterea aliàs domini in vna Calaguritana sancti Ilifonsi coram Sarmiento 16. Februarij 1562. in qua dubitabatur an constaret de attentatis ex eo, quia lite pendente in curia inter Rectorem, & beneficiatos ex vna, & Ioannem ex altera, vnus testis deponeret, quod audiuit ab vno ex cappellanis dictorum Rectoris, & beneficiatorum, quod ibant ad cappellam, de qua agabatur, & postea audiuit, quod dicti cappellani frugerant ostiũ dictæ cappelle, & quod ipse testis inde ad paucos dies vidit ostiũ fractũ, & quod alius testis deponit, de publica voce & fama super dicta fractione: Domini tenuerunt pro non attentatis, & formaliter dixerunt, quod cum attentare sit delictum Rota decis. 7. vt lit. pendent. in no. Fely. in c. 1. col. 7. vt lit. pend. ideo requiruntur probationes claræ, quæ ibi cessabant, nam non constat, de mandato Rectoris, & beneficiatorum? Non obstat publica vox, & fama, quia facit semiplenam probationem, nec potest coniungi primus testis, quia dum loquitur de visu probat factum, sed non quis fecerit, Præterea testes sunt singulares de auditu, & probant de cappellanis, non de beneficiatis, vnde ex dicta decis. vtiliter colligitur, & quod attentatorum probatio debet esse clara, nec sufficeret & testes de auditu, nisi essemus in antiquis, vt supra dictum est. Illud autem hoc loco prætermittendũ

Tract. de Attent. R 3

100 non est, quod si huiusmodi reuocatio lite pendente attentatorum, sit per officium Iudicis, oportet, quod procedat diligens causa cognitio, vt post speculat. in §. pen. vers. sed quaro, de appel. ponit expressè Rot. decis. 2. aliàs 14. in final. 101 verb. de restit. spoliat. in no. Et quod præterea si fuerit specialiter, & expressè intentatum spoliū attentatorum, quamuis illa qualitas attentati non fuerit concludenter probata, si tamen iudex in spolio pronuntiauerit, sententia substituetur si in cōmissione adsit clausula quā, & quas, vt fuit aliās dictum in vna Roma. spoliū coram Vestano. 4. Iunij. 1554. Et insuper, quod si passus attentata, qui obtinuit sententias super illorum reuocatione, quæ transuerūt in rem iudicatam, petat post conclusionem in causa, & rem iudicatam admitti ad probandum statum, in quo erat tempore, quo contra eum fuit attentatum, & ad quem iuxta sententias est faciēda restitutio, vt 102 que est admittendus, & insuper, quod magis est, si ille qui attentauit petat se admitti ad probandum, quod status ad quem passus attentata petit se restitui) erat etiam ipse attentatus, similiter etiam ipse est admittendus ad id probādū, vt fuit notatum in vna Bracharen. monasterij coram Junio 5. Iulij. 1557. Illud etiam in hac secunda inspectione reperendum videtur, quod attentata non dicentur probari ex eo solo, quod quis condemnatus, ad illa purganda, illis in actis cefferit, quia licet ex huiusmodi cessione resultet quædā tacita attentatorū cōfessio, illa tamē non probaret cōcludētē attentata, nisi verē in facto extaret attentata, præsertim si talis tacita cōfessio fuisset facta à procuratore, vel tutore, nō autem 104 ab ipso principali, Nec etiam ex sententia per quam condemnatur ad illa reuocanda, etiam si 105 transuerit in rem iudicatam, si illa tanquam notoriē iniusta reuocaretur in dubium, vt fuit dictum in vna Ariminer. bonorum coram Grato. 17. Decembris. 1568. attento, quod illa cēfio cēfetur facta, prout sapē fieri solet, vt cedatur, si extant attentata, quæ resolutio videtur admodum notabilis, ex quo aliās confessio, & res iudicata plurimum soleant in materia probationis attendi.

108 **CIRCA** Tertiam inspectionem, videlicet vbi sint faciēde probationes in causa attentatorum breuiter dicendum est, (vt etiam considerat Vestr. vbi supra, numero 2.) quod ad hoc, vt loco fauorum, quos actori in reuocatione attentatorum iura tribuunt, in aliquo etiam ipsi reo compensentur, actor teneatur probationes super attentatis facere in curia, & eo loco, in quo causa attentatorum cognoscitur, Nec datur sibi facultas extra dicta loca per viam remissoriae ad partes attentata probandi, vt est decis. Rot. 10. aliās 89. nota, quod vbi. de appellationibus. in antiq. & decis. 7. aliās 220. nota, quod seruat audientia, & decisione 35. aliās 775. Item est sciendum, de probat. in act. & decis. 4. aliās 57. attentata, in fin. vt lit. pendens. in no. quod etiam posuit Vestr. non solum vbi supra, numer. 20. sed etiam in eadem praxi Ro. cu. libr. 6. capi. vltimo. nume. 2. & Hercul. Seuerol. in tractatu de remissio. capit. 11. in princip. post Cassad. decisio. 4. de dilat. in princi. & alia supra allegata, & ita etiam fuit tentum in vna Calaguritana, siue Bono-

nien. loci collegialis coram Robusterio. 11. Aprilis. 1567. & ista in proposito potest esse

Regula (quam generaliter concipimus, vt respiciat tam actorem, quam reū propter ea, quæ dicturi sumus infra in limitationibus, & declarationibus) quod in causa attentatorum non datur remissoria per omnes supra allegatas declarationes. Quæ probatur, etiā in simili, quia nec etiam pro Simonia Domini dant remissoriam, vt dixerunt in vna Mediolanen. Præposituræ coram Chiffanen. 11. Ianuarij. 1555.

112 Ampliatur dicta regula, vt procedat, etiam si per testes constaret de fumo attentatorum, vt senserunt Domini in vna Oxomen. Archipresbyteratus coram A. Augustino. sub die 19. Decembris 1545. & 26. Martij. 1546. vt est decis. in recoll. eiusdem 4. incip. fuit dubitatum.

Limitatur eadem regula,

113 Primò, (& hæc respicit ipsum reum) vt non procedat quotiescunque reus peteret remissoriā ad excusanda attentata, quia hoc casu sibi cōceditur, vt dicit Cassad. dicta decis. 4. nu. 2. de dilat. Vestr. vbi supra in praxi Ro. cur. dicto lib. 6. capi. vltimo. num. 2. & iterum libr. 8. capi. 4. numer. 20. quibus adde Seuerol. dicto cap. 11. versic. & quod diximus, & in recoll. Simonett. decis. 48. licet in attentatis. sub Rubrica, de attentat. Quam limitationem Amplia, & notabiliter vnò modo,

114 vt procedat, etiam si reus vellet examinare, ad repulsam testium per actorem examinatorum, vt dixit Vestr. dicto capit. quarto. numer. 21. post Afflic. decis. 351. bis fuit. in vltimo casu 115 in fin. vbi refert, quod consilium Neapolitanum consuluit Rotam Romanam super hoc, & quamuis Afflic. ibi non loquatur, de remissoria concedenda in causa attentatorum, ad repulsam testium, vt loquitur Vestr. sed tantum an esset concedendus terminus ad dictam repulsam, Hæc tamē ampliatio teneri potest cum Vestr. vt etiam quoad repulsam possit concedi remissoria ipsi reo, Ex quo repulsa tendit ad excusanda attentata, quo casu diximus reo remissoriam dandam esse, Quæ retenta illa limitanda videtur, nisi appareret de manifesta calumnia rei petentis hanc remissoriam ex eo, quia notoriē constaret de ipsis attentatis, tunc enim esset deneganda, vt fuit denegata per consilium Neap. in dicta decis. Afflic. 351. in primo casu, pro qua faciunt, quæ ponit Cassad. dicta decis. 4. in fine, iūctis duabus præcedentibus decisionibus, dū vult, quod sicut in spolio, ita & in attentatis etiā ad ea excusanda datur, vel non datur remissoria, prout Iudices ex iis, quæ fuerint coram eis, (licet nō plenē) deducta in animo suo desuper conuicerint, secundum ea quæ proximē dicemus in sequenti sublimitatione. Sublimitatur igitur hæc prima limitatio, vt non procedat, quando attentata essent per actorem iam probata, quia tunc si reus ad illa excusanda peteret remissoriam, esset sibi deneganda, vt expressè declarat Simonetta in dicta decis. 48. & no. Vestr. dicto capit. vlt. numer. 2. vbi hanc sublimitationem ampliatur, vt procedat non solum quando attentata essent iam probata, vt verum etiā si essent incontinētī probanda, ea ratione (& benē) quia potius est admittenda probatio actoris, quæ est in promptu, quam rei petentis remissoriam, cuius probatio est remota,

mota, & pro hac sublimitatione facit, quod in simili dicitur, quod nec spoliatori datur remissoria quando spoliū est iam probatum, vt est recoll. Simonett. decisio. 18. incip. in spolio.

Secundò, videtur posse limitari regula prædicta, vt non procedat in his, quæ appellatione pendente mediāte violatione sequestri fuissent attentata, quia aliās pro huiusmodi violatione probanda fuit cōcessa remissoria, vt dicit Cassad. decis. 5. dubitatum fuit. in final. verb. de sequest. possess. & fruct. & quamuis Cassad. ibi illius dicit nullam rationem assignet, quia tamen non est ambigendum, quin Patres optima aliqua ratione moti fuerint, potest dici, (vt ex discursu illius decis. colligitur) quod ideo ibi data fuerit remissoria, quia agebatur de probatione violationis sequestri per ipsum appellatorem attentatū, quod ex eo videtur ceteris præsertim per reum attentatis magis odiosum, quia cōcūnit, quod ipsē appellas debeat se abstinere ab huiusmodi inuouatione, ne attentando videatur quodammodo impugnare suam appellationem, & quod attentata per ipsum appellatē cēfatur grauiora, & magis puniēda satis demonstratur ex qualitate pœnæ, cū ex maiore pœnæ arguatur etiā maioritas odij, & delicti. Deci. cons. 65. & pro tenui, post princip. vbi alleg. Hinc aliās iura dicunt, quod si appellas appellatione pendente aduersarium spoliauerit in pœnam censeatur suæ appellationi secundum aliquos perpetuo renunciare, & insuper secundum alios priuatur remedio appellationis, etiam in diuersa causa, vt post Hostiē. & Ant. & alios tradit Frac. in capit. an sit. de appell. de quo aliquid etiam latius dicemus infra capit. 31. de pœna attentantis in decimateria, & 14. pœna. Quod ex eo etiam demonstratur, quia attentata per ipsum appellatorem reuocantur etiam in casu, in quo aliās non reuocantur, Exemplum quando frustratorie, & friuolē fuerit appellatum, regulariter attentata hac appellatione pendente non reuocantur, vt latius deduximus supra in 2. parte capit. 12. de attent. appell. pend. in 6. limit. princip. numero 7. & tamen si eo casu ipse appellans aliquid attentauerit illud reuocat, & quoad appellatē attentatē fallit regula prædicta, vt diximus in supra alleg. loco, in 5. sublimitatione ibi posita. nu. 43. Vnde si ratio quare ibi ad probanda violationē sequestri esset ista, quia sumus in attentatis per ipsum appellatē sua appellatione pendente, posset probabiliter, & magis vniuersali ter concipi hæc secunda limitatio, vt remissoria detur agenti ad reuocationē attentatorum, quando essemus in attentatis per ipsum appellantem, & ratio limitationis sit maius odium, quo iura videntur prosequi hæc, præ ceteris attentatis.

Tertiò, videtur posse limitari ex intentione Menocch. de recuperanda possess. Remed. 15. numero 346. & 348. quæst. 25. iunctis his, quæ ponit idem in 17. Remed. q. 15. nu. 46. vt non procedat, quod quando testes ipsi essent in remotissimis regionibus, ita, vt non nisi cum maximo dispendio ad locum Iudicij adduci possent, vt vel aliquo iusto impedimento detinerentur, puta si aliquo graui morbo laboraret, quominus ad iudicem

accedere valeret, tunc enim esse concedendam remissionem concludit post Felyn. in cap. cum causam. num. 27. & 31. de testib. Pet. de Benign. tend. qui alios allegat decis. 74. vertebatur. nu. 4. & Cassad. decisio. 4. de dilation. qui licet id dicitur, & absolute non firmet, & alij supra allegati non loquantur specificè in causa attentatorum, sed vniuersaliter quando testes non possunt euocari, Hæc tamen eius limitatio satis videtur probabilis, & ad materiam nostram extendenda, cum hoc casu nulla videatur considerari culpa, aut fraus petentis remissoriā, quod tanto magis dicendum esset si petens aliquem fumum super attentatis dedisset.

Quartò, ex intentione eiusdem ibi. nu. 334. quod ex denegatione huiusmodi dilationis, petenti irreparabile damnum sequi possit, vt post multos quos ibi allegat, tenet de Menocch. ibi. Quam limit. ego admitterem dummodo de hoc irreparabili damno aliquid Iudici constaret.

Quintò, limitari potest, vt etiam ad probanda attentata remissoria concedatur, quando omnino constat in petente calumniam abesse, vt post Cassad. decisio. 5. de seq. poss. & fruct. tradit Seuerol. in dicto tractatu de remiss. capitulo 11. in fin. & secundum hanc limitationem videtur necessario intelligendum id, quod simpliciter tetum fuisse in vna Vercellen. parochialis coram Capizuchio 15. Februarij 1555. refert Caputaquē. in recoll. suis part. prima, decisio. 136. incip. de attentatis, dum simpliciter dicit, quod ad ea probanda datur remissoria, licet de titulo non constet, vt scilicet tunc detur, quando omnino calumnia cessat, alioquin dicta decisio vix substitui possit, & repugnaret omnibus quæ supra sunt firmata.

Sextò, limita, quod licet regulariter ad probanda attentata remissoria denegentur, vt concedere tur tamē ad illa liquidanda, vt fuit aliās data per Reuerendissimum Cardinalem Puteū, tunc Auditorem in vna Tirasonen attentatorū, vt patet ex his, quæ in eadē causa fuerunt deducta coram Reimano 11. Ianuarij 1555. & dandā esse si tendit ad liquidationem attentatorū, inclinauerunt etiā Domini in vna Senogaliē. attentatorū coram Cotta 22. Maij. 1565. sed quia dubitabatur ibi, quod illa non esset releuans, fuit dictum, quod daretur sine retardatione negotij principalis, si aduersarius cauisset de soluendo id, quod fuisset liquidatum.

Declarari eadem regula potest

Primò, vt regula, & cōclusio supra posita, quod in attentatis, & ad ea probanda non detur remissoria, procedat de stilo Dominorū, vt verē loquuntur ferē omnes decis. supra in princ. regulę allegatæ, secus autem de iure per ea, quæ ponit Cassad. dicta decis. quarta in attentatis. nu. 2. & 135 seq. de dilat. præsertim quia probandi facultas non est coarctanda, sed amplianda, & quia aliās ad probandū spoliū datur, quandoque remissoria, vt ibi per eum latius.

Secundò potest declarari, quod licet non detur remissoria cum rotulo in forma, tamen solent quandoque Iudices assumere hoc temperamentum, quod ad partes destinatur notarius ad recipiendum probationes super attentatis,

prout ego factū aliās vidi ab Auditore cameræ de anno 1556. in vna Perusina. subdiorum inter R. P. D. Priorem vrbis ex vna, & Magnificam ciuitatem Perusiam (pro qua ego interueniebam) partibus ex altera.

138 Tertio declaro, quod ad probanda attentata per viam iudicem quandoque datur remissoria, puta si iudex excusanda attentata alleges, re fecisse in continuationem tuæ antiquæ possessionis, ego vero ad excludendum præsentam continuationem velim probare, quod tempore litis motæ ego eram in possessione, & consequenter cum duo eandem rem, eodem tempore, in solidum possidere non possint, tu non poteris possidere, si mihi cōcederetur remissoria vtique per viam iudicem diceretur dari ad probanda attentata, nam statim atque ego probaui meam possessionem de illo tempore, cessat tunc præsentam continuationem, & actus remanent subiecti vitio attentatorum: hoc autem casu remissionem non esse denegandam, sed facillè concedendam placuit Dominis in vna Hispalen. decimarum coram Serafino. 26. Maij. 1567.

139 Quarto, quod quandoque ad probandum attentata dantur compulsoriales speciales ad partes, vt inclinarent Domini in alia Astoricens. Abbatia coram Do. meo Oradino. 18. Ianuarij. 1555. & compulsoriales fuisse etiam aliās decretas ad docendum de intrusione, colligitur ex his, quæ fuerunt disputata in alia Cremonen. præposituræ coram eodem Oradino. 4. Februarij 1555. in qua dubitabatur an ex processu factio per compulsorem recusatum probaretur intrusio.

CAP. XXVIII. DE IUDICE
& per quem attentata
reuocantur.

SVM MARIVM

- 1 Iudex tenetur ante omnia reuocare attentata. Alias faceret iniustitiam si non reuocaret, vt numero secundo.
- 2 Iudex, & superior ad quem est appellatum in tantum tenetur reuocare grauamen, quod aliter faciendo diceretur inferre iniustitiam.
- 3 Appellatio à non reuocatione attentati dicitur legitima, ita, vt si quid ea pendente postmodum attentetur, sit reuocandum.
- 4 Officium iudicis est illicd facere omnia in pristinum statum restitui.
- 5 Reuocatio attentatorum dupliciter fieri potest, aut ex officio iudicis nobili & eius motu proprio, aut ad partis instantiam, ex iudicis officio mercenario.
- 6 Iudex cuius fuit lesa maiestas pro voto in omnibus casibus, propter contempum iuris, siue legis in penam attentantis ex suo puro, & mero officio attentata reuocare potest.
- 7 Præsertim in his casibus, in quibus attentata ad instantiam partis reuocari non valent, vt numero octauo.
- 8 Nobile, non autem mercenarium dicitur esse officium, quo iudex motu proprio attentata reuocat.
- 9 Maiestas Prætoris contempta, in reuocandis vindicatur.
- 10 Attentata licet non reuocentur ad instantiam illius de cuius non iure constat notorie, ex officio tamen iudicis reuocari possunt.

- 11 Subrogandus licet attentatorum reuocationem non potest, illa tamen ex officio iudicis reuocantur.
- 12 Attentata quæ ad instantiam execrabilis non reuocantur, ex officio tamen iudicis reuocantur.
- 13 Iudex attentata ex officio reuocat, quando ad instantiam partis non reuocantur, puta, Ad instantiam eius, qui litem vel appellationem impugnauit.
- 14 Vel qui in lite, cuius pendentiā vult allegare, fuisse contumax, vt nu. 15.
- 15 Vel qui in causa restitutionis in integrum ad appellandum succubisset, vt nu. 16.
- 16 Vel qui fuit ad appellandum restitutus, & infra decem dies non appellauit, vt nu. 17.
- 17 Vel qui ab intimatione executorialium appellauit, vt nu. 18.
- 18 Vel qui in termino sibi ad docend de attentatis præfixo nihil releuante docuit, vt nu. 19.
- 19 Vel denique, qui tempore debito literas non expediuit, vt nu. 20.
- 20 Iudex (etiam extra casum attentatorum) potest ex officio multa facere, quæ per partem fieri non possunt.
- 21 Excommunicatus licet non possit agere contra iniuriam, iudex tamen potest iniuriantem punire.
- 22 Exceptiones proponere, quando quis non potest obstatte statuto puta Bannitus, potest tamen iudex exceptiones sibi competentes proponere.
- 23 Intrusionem lite pendente factam, ex officio iudex reuocare non potest, secundum aliquos, sed minus verè.
- 24 Citatio partis requiritur in reuocatione attentatorum. Cuius autem partis citatio requiratur, Declaratur, vt num. 26.
- 25 Iudex etiam ex officio aliquem actum faciens, potest & quandoque debet citari facere partem, quæ ex illo actu ladi posset.
- 26 Iudex per inquisitionem procedens tenetur citare officium, vel eius consanguineos ad declarandum, an velint super crimine accusationem proponere.
- 27 Citatio videtur semper requiri, vbi facta est mutatio personæ, cum qua antea agebatur.
- 28 Citatio semper requiritur vbi excusatio petitur non contra condemnatum, sed contra eius successorem.
- 29 Iudex ex officio an possit attentata etiam post conclusionem in causa reuocare, remissiuè.
- 30 Edictum ne lite pendente aliquid inuouetur, intelligitur, quando quid inuouat, quod sit in præiudicium partis.
- 31 Iudici videtur imposita necessitas reuocandi attentata propter verbum oportet positum in c. non solum de appell. in 6.
- 32 Attentata per iudicem ad quem, sunt reuocanda. Et non per alium iudicem secundum aliquos, nu. 35. Et ista videtur communis opinio, verior tamè videtur illa de qua, nu. 39.
- 33 Attentata citra casum appellationis in multis alijs casibus considerantur.
- 34 Attentata dicuntur fieri in contemptum iurisdictionis iudicis, qui de causa cognoscit.
- 35 Iudex ille regulariter attentata reuocat, cuius iurisdictione contempta, & maiestas per attentatam lesa, contra hoc opponitur, & soluitur, infr. n. 47. & seqq.
- 36 Contemptus iudicis in reuocandis attentatis plus ponderatur, quam ius agentis.
- 37 Lite pendente coram magno consilio Neapolitano, si petatur Ianua executio literarum Cambij, processus Ianua factus reuocabitur per magnum consilium.
- 38 Attentata appellatione pendente regulariter reuocantur per iudicem ad quem.
- 39 Iudex ad quem interposita appellatione à grauamine, non reuocat attentata coram primo iudice ante interpositam appellationem.
- 40 Attentata pendente restitutione in integrum ad appellandum per iudicem causa, qui dicitur lesus sunt reuocanda.
- 41 Arbitrarius reuocat ea, quæ pendente compromisso sunt attentata.
- 42 Iudex restitutionis in integrum, vel nullitatis, vel reuisionis, vel qui inhibuit, reuocat attentata pendente restitutione, vel nullitate, vel reuisione, vel post inhibitionem.
- 43 Contemptus iudicis an consideretur in ijs, quæ recusatione, vel consilio sapientis, vel dilatione pendente, per iudicem attentantur.
- 44 Iudex à quo si quid attentauerit potest illud reuocare.
- 45 Reuocatio attentatorum post iudicis recusationem, secundum aliquos fiet per arbitros iuris.
- 46 Arbitri iuris prout sunt etiam statuarij dicuntur habere iurisdictionem.
- 47 Attentata regulariter reuocantur ab eo iudice, cuius fuit lesa maiestas.
- 48 Successor etiam iudicis, cuius fuit attentando lesa maiestas attentata reuocat.
- 49 Etiam si fuerit à iure tacite subrogatus, vt nu. 56.
- 50 Iudex successor eodem modo procedit, quo prædecessor.
- 51 Lesio maiestatis iudicis, quæ in attentatis consideratur non dicitur facta, nec coherere personæ, sed dignitati.
- 52 Dignitas nunquam moritur.
- 53 Princeps potest motu proprio attentata reuocare quæ nisi immediate ipsius maiestas non dicatur lesa.
- 54 Attentata puta appellatione pendente si sint notorie iniusta, non solum iudex ad quem, sed & inferior potest illa reuocare.
- 55 Notoria iniustitia operatur, vt in actus reuocatione alia cause cognitio non requiratur.
- 56 Attentata quando petuntur reuocari non per modum priuilegiatum sed per viam quæ reles, potest adiri etiã alius iudex, cuius non fuisse lesa maiestas. Idem si aliqua alia via ordinaria, vt nu. 61.
- 57 Iudex à quo reuocat, per ipsummet attentata.
- 58 Iudex à quo reuocat attentata, quando appellans vellet appellationi renunciare.
- 59 Attentatorum reuocatio, quando non tangeret causam, vel negocium appellationis, & citra cognitionem articuli appellationis expediri possit, etiam per alium, quam per iudicem ad quem.
- 60 Iudex à quo potest reuocare attentata, quorum reuocatio tederet in faciliorem exitum appellationis. Etiam si ille appellationi detulisset, vt nu. 66. Vel fuisse inhibitus, vt nu. 67.

- 61 non reuocaret faceret iniustitiam, vt post Io. And. in capitulo non solum, de appellat. in 6. tradit singulariter Afflic. decif. 98. pulchrum. numero. 5. quod ipsum dixit Franc. in c. consuluit, numero 7. & c. dilecti. el. 3. sub numer. 2. de appel. Quinimo idem Franc. in ca. pastoralis, numero 6. verif. dubitatur circa prædicta. de appell. dixit, quod superior ad quem est appellatum, in tantum tenetur reuocare grauamen, quod aliter faciendo diceretur inferre iniustitiam, & posset ab eo propter hoc appellari, & propterea consuluit eleganter Aug. Bero. quod cum per viam attentati peteretur quoddam sequestrum reuocari fructusque sequestratos relaxari, & à non reuocatione, ac non relaxatione fuisse appellatum, talis appellatio dicitur esse legitima, ita vt si quid ea pendente postmodum fiat, sit tanquam attentatum reuocandum, vt in consilio suo 51. in hac causa. versicu. secunda conclusio. numero 5. & ad propositum dixit etiam Alex. in consilio 89. diltingent. in fin. libro 1. quod officium iudicis est, illico facere omnia in pristinum statum restitui.
- 62 Sicut autem huiusmodi reuocatio potest duobus modis per iudicem fieri, videlicet vel ex officio eius nobili in casibus, in quibus pars aut nollet, aut ex aliqua causa non posset pro reuocatione instare, Vel ad instantiam partis ex officio eius mercenario, Ita duplex hic cadit inspectio, Prima quando iudex motu proprio absque partis instantia attentata reuocet, Secunda quando, & quis iudex reuocet ad partis instantiam.
- 63 Circa primam inspectionem (retenta illa propositione pro vera, quam in sequenti inspectione nu. 39. firmauimus, & quæ ad vtrumque ex supra dictis modis est communis, quod scilicet iudex attentata regulariter reuocet, cuius fuit lesa maiestas) breuiter dici potest, quod, ex quo attentans dicitur nedum partem, sed & ius, & iudicem offendere, potest iudex, cuius fuit lesa maiestas, pro voto in omnibus casibus propter contemptum sui iuris, siue legis in penam attentantis, & contemnentis, ex suo puro, & mero officio attentata reuocare, secundum ea, quæ ponit eleganter Rot. decifio. 2. aliàs 14. fuit dubitatum, ad med. de restit. spoliat. in no. & iterum decifio. 5. aliàs 433. nota nunquid reo. num. quinto, vt lit. pend. in antiq. Quod etsi semper iudex facere possit, id tamè præcipue in illis casibus facere solet, in quibus, cum attentata ex aliqua causa ad instantiam partis reuocari non valent, (ne temeritas attentatis impunita remaneat) iustitia suadet, vt iudex partes suas interponat, & (vt dictum est) illa reuocet ex suo officio quod hoc casu dicitur esse nobile, non autem mercenarium, vt rectè considerat Rot. in dicta decifio. 5. aliàs 433. nota nunquid reo, numero. quinto, vt lit. pend. in antiq. repetita apud Bisignett. decifio. 1. eodem tit. In attentatis tamen reuocandis, contempta Prætoris maiestas vindicatur, vt dicebat aliàs Oldrad. in consil. 206. in causa Carnocen. post princ. Plures autem sunt iudici dari casus, quibus attentata, si non ad instantiam partis, saltem ex officio iudicis reuocantur:
- 64 Exemplum tamen in eo de cuius non iure notorie constat, Quamuis enim regulariter ille eorum, quæ contra eum lite, vel appellatione pendente sunt attentata reuocationem petere non, valeat,

valeat, vt firmavimus supra in hac tertia parte, capit. 24. qu. 1. numer. 21. Iudex tamen illa ex officio reuocare potest, Rot. decisio. 2. alias 14. fuit dubitatum, de restit. spoliat. in no. Cassad. decis. 3. petens. numero sexto, de restit. spoliat. & ita ex causa solet sapissimè Rota possessionem, quæ præ tenditur attentata non restituere ei, de cuius non iure constat, sed attentatis reuocatis illam ponere sub sequestro, secundum Cassad. vbi supra, prout fuit factum in vna Roma. Archiepresbyteratus sanctæ Priscæ, coram Domino meo Oradino, sub die 2. Martij. 1560. & in alia Salamantina Abbatia, coram Veltano, & in alia Vlisbonen. quartanaria coram Reumano, vt est decisio in recollet. Guid. bon. 105. fuit tentum, sub Rubr. vt lite pendente, vt declaravimus ibidem, in 2. limit. numero 53. Similiter si reo, & possessore mortuo aliquis mandatur per Papam subrogari, & colligens superstes aliquid attentauerit, licet ad instantiam surrogandi, non reuocentur huiusmodi attentata, Iudex tamen illa reuocat, Rot. decisio. 10. alias 411. si lite, vt lite pendente. in nou. Eodem modo, attentata ad instantiam execrabilis, non reuocantur, sed bene ex officio iudicis, vt annotavimus supra in dicto capitulo 24. q. 12. in fin. Alia quoque huius rei exemplum esse possunt, vt quando esse in attentatis contra eum, qui litem, vel appellationem impugnasset, Vel qui in lite (cuius pendentiam vult allegare) fuisset contumax, Vel qui in causa restitutionis in integrum ad appellandum succubisset, Vel si restitutionem huiusmodi obtinuit saltem intra decem dies postmodum non appellauit, Vel qui ab intimatio- ne executio alium appellauit, Vel qui in termino sibi ad docendum de attentatis, nihil quod releuet docuit, Vel denique qui tempore debito literas non expediuerit, quoniam his omnibus casibus (quos omnes per 11. limitationes posuimus supra in hac tertia parte, capitulo 22. de actore, & quis possit attent. reuocat. per. nu. 28. & seqq.) attentata ex officio iudicis reuocantur, quamuis ad instantiam partis in supradictis, ac similibus casibus non veniant reuocanda, vt ibidem annotauimus. numero 54. versiculo supradictæ autem limitationes: Quæ omnia eo magis comprobantur, quoniam non est nouum, quod in multis casibus, iudex ex officio multa facere potest, quæ non possunt per partem fieri, & propterea excommunicatus licet non possit agere contra iniuriantem, iudex tamen potest iniuriantem punire. l. item apud. §. si quis sic fecerit. ff. de iniur. & qui non potest excipere obstante statuto, puta si simus in bannito, potest tamen iudex, ex officio exceptiones sibi competentes proponere, vt in his, & aliis casibus eleganter hanc conclusionem deducit And. Barbat. in consilio secundo, illud. numero 23. l. tertio, & in consil. 79. circa dubium. numero 2. l. bro 4.

Ex supradictis autem euidenter apparet, quod iudex ex suo puro, & mero officio, etiam parte non petente potest attentata reuocare, & consequenter: quam forsitan officianter contrarium dixerint Moderni in suo Epitome, seu tracta. de intruso. numero 55. dum voluerunt, quod intrusionem lite pendente factam reuocare ex o-

ficio iudex minimè possit, ea moti ratione, quia fin huiusmodi reuocatione requiritur citatio partis, Tum quia hoc falsum esse, ex suprapositis exemplis liquido constat, tum quia eius fundamentum de citatione requisita in reuocatione necessariò non concludit, quamuis enim in reuocatione ad instantiam partis faciendâ, citatio sit adhibenda, non tamen intelligitur quod sit citanda pars, quæ fuit passa attentata, sed pars quæ attentauit, & contra quam est faciendâ reuocatio, Dubitatio autem nostra est, an iudex ex officio absque aliquo facto partis, quæ dicitur passa attentata, possit ad huiusmodi reuocationem deuenire: Et si dicas, quod & si verum sit, quod citanda est pars, contra quam fit reuocatio, ista tamen citatio debet fieri ad instantiam alterius partis, quæ fuit passa attentata, replicari potest, quod nullibi in iure reperitur prohibitum, quod iudex quando aliquid expedit ex officio, non possit etiam ex officio absque alicuius instantia, decernere citationem contra eos, qui ex illo actulædi possent, Immo aliàs videmus, quod iudex non solum potest, immo debet quandoque talem citationem facere, & tideo si iudex velit per inquisitionem, & consequenter ex officio, contra aliquem procedere, tenetur citare offensum, vel eius consanguineos, puta ad declarandum, an super crimine, de quo inquirendum est, velint accusationem proponere, vt tradit Maranth. in spec. in 6. & vltima parte princip. in materia inquisitionis. quæst. 2. numero 58. versicul. septimo requiritur, nec per huiusmodi citationes dicendum est, quod iudex desinat procedere ex officio, vel quod sint factæ ad instantiam partis aduersæ, sed dicuntur factæ per iudicem ex suo officio, Præterea in terminis decisio. quam ipse allegat 3. alias 56. si lite, vt lit. pendente. in no. potest considerari, quod ex eo ibi requiratur illa citatio, quia reperitur mutata persona, & diuersa ab attentate, qui lite pendente permutauit, vnde non debet videri mirum, si eo casu citatio ibi requiritur, cum t & aliàs generale sit, quod quando petitur executio non contra condemnatum, sed contra eius successorem, citatio semper requiritur, vt post Innoc. Bald. Angel. Imol. & alios per eum allegatos, id firmat nouissimè Io. Bapt. de Afin. in sua praxi iudic. §. 7. capitulo quinto, in 3. sublimitatione. 11. limit. ibi posita. numero sexto, Vnde concludi (vt supra) potest, quod iudex potest ex officio attentata reuocare, etiam parte non petente, quæ aut non vult, aut non potest huiusmodi reuocationem petere: An autem t iudex ex officio possit semper, & quandoque etiam postquam fuerit in causa conclusum, hanc reuocationem facere, diximus supra in hac tertia parte, capitulo 23. quand. & intr. quæ temp. reuoc. sit pendente. q. 2. numer. 58. vers. declara eandem regulam, vbi opiniones diuersorum retulimus.

Circa secundam inspectionem de reuocatione attentatorum per iudicem ad instantiam partis faciendâ, vltra contemptum iudicis, de quo supra proximè numero septimo, debet etiã concurrere præiudicium partis: attento, quod editum ne lite pendente aliquid innouetur, intelligitur quando quid innouatur, quod sit in præiudicium partis, vt latius demonstraui- mus supra in 2. parte, capitulo 4. de attent. lit. pendente. in 1. declarat. princip. regulæ principalis ibi posita per tot. Et sicut absolutum videtur, quod iudex tenetur reuocare attentata, propter verbum oportet positum in dicto c. non solum, prout ponderat illud Franc. in c. dilecti. el. 3. numero 2. quæ. 2. de appellat. Ita non satis videtur expeditum, per quem iudicem sit faciendâ huiusmodi reuocatio, quamuis enim text. in dicto capitulo non solum ibi per iudicem appellationis videatur innuere, quod fieri debeat per iudicem ad quem, quod expresse annotauit etiam ibi Gemi. in 5. notab. numero 4. & expressius ibidem Franc. in 2. notab. numero 2. post Ioann. Andr. de quo ibi, qui dixit, quod hæc reuocatio fit solum per iudicem ad quem, & non per alium iudicem. Quem in hoc expresse sequitur etiam nouissimè Lancel. Corrad. de Prætor. §. 2. de offic. prætor. in caus. ciuil. in capitulo de appellatio. numero 24. quod etiam posuit Franc. in capi. sollicitudinem. numero 3. de appell. qui text. elegans est in proposito, dum inquit, quod ad officium eius, qui de appellatione cogniturus est, pertinet prudenter corrigere, quæ contra ipsam inuenit attentata, quam opinionem communè dixit Didac. practic. quæst. capit. 23. sub numero 1. vers. prima igitur sit interpretatio, & eidem subscripsisse videtur etiam Bero. in consilio 51. in hac causa. sub numero 4. in fin. libr. 3. Eandemque communem dixit etiam Viuius, commun. opi. libro 2. opi. 30. incip. attentata, post prin. & Mansuer. in sua praxi iudiciali, in titu. de appellat. columna 14. vers. item si agatur vnâ cum articulo appellationis. Quia tamen hæc doctrina est admodum imperfecta, cum respiciat duntaxat eorum attentatorum reuocationem, quæ fiunt appellatione pendente, attentata autem etiam circumscripta appellatione, in quam plurimis aliis etiam casibus considerantur, quos supra latius in 2. parte per 17. capita distinctè complexi sumus, prout lite pendente, post recusationem, post auocationem causæ, post inhibitionem, & similibus, de quibus supra, necessarium omnino est scire per quem aliorum attentatorum citra appellationem reuocatio fieri debeat. Quinimmo prædicta doctrina, quatenus etiam respicit attentata appellatione pendente, non videtur semper & vniuersaliter vera, vt suo loco infra hoc eodem capit. dicemus. Idcirco, vt plenior habeatur noticia, & quæ ad omnia attentatorum genera referri possit, ita dici posse reor, quod cum attentata dicantur fieri in contemptum iurisdictionis iudicis, qui de causa inter partes cognoscit, vt considerat Rot. decisio. 28. alias 307. nota quod ad instantiam. de appellat. in antiq. & decisio. 10. alias 411. si lite. ad fin. vt lit. pendente. in no. & decisio. 2. alias 14. fuit dubitatum. post princip. de restit. spoliat. in no. t Regulariter is iudex attentata reuocet, cuius iurisdictioni contempta, & maiestas fuit per attentantem læsa, quoniam, vt dicit Aegid. decisio. 49. agens in attentatis plus ponderatur contemptus iudicis, quam ius agentis, & in attentatis reuocandis, contempta Prætoris maiestas vindicatur, vt dicebat Oidrad. in consil. 206. in causa Carnocensi. post princ. Quæ ratio contemptus, & læsæ maiestatis ipsius iudi-

cis non solum militat in attentatis appellatione pendente, verum etiam communis est cæteris attentatis, vt satis de se patet, cum attentans semper dicatur non solum ius & partem, verum etiam ipsum iudicem offendere. ca. cordi. & ibi notatur de appellat. in 6. & ideo siquid attentetur lite pendente, iudex, coram quo lis erat introducta illud reuocabit, & propterea dicebat aliàs Afflic. decisio. 356. in causa. nume. 19. quod si lite pendente coram magno consilio Neapolitano petatur executio literarum cambij Ianuæ, processus Ianuæ factus tanquam attentatus fuit reuocandus per magnum consilium: Similiter in attentatis relatione pendente, ex quo offenditur Princeps, ad quem est facta relatio, ipse vel delegatus ab eo attentata reuocabit. Quod etiam in attentatis post auocationem causæ à Principe factam procedit: Nam, & hoc casu princeps illa reuocat, ad text. in capitulo. Ecclia sanctæ Mariæ. el. 2. ibi nos quicquid aliàs factum fuit postquam prædecessor noster ad curiam suam idem negocium reuocauit irritum decernimus, & cæ. vt lit. pend. Hinc etiam videmus, quod si dilacione pendente aliquid contra ius innouetur, potest iudex causæ etiam pendente dilacione ad reuocationem talium attentatorum procedere, vt dicimus post Franc. Panor. Imol. & Lap. supra in 2. parte capitulo. 7. de attent. dilat. pend. nu. 18. limit. 8. Idemque potest dici, de attentatis recusatione pendente. In attentatis autem, non solum pendente appellatione (de quo non videtur dubium, quod illorum reuocatio ad iudicem ad quem spectat, vt dicebat Franc. in dicto capitulo non solum, & Alex. in consil. 89. diligenter. in fi. libro 1. & in consil. 99. visis. numer. 3. vbi alios allegat libro 5.) verum etiam pendente tempore ad appellandum, & tempore apostolorum petendorum considerari contemptum, de quo agimus, nemo est qui dubitet, arg. dicti capi. cordi. & c. non solum. de appell. in 6. quinimmo ex hac ratione prouenire credendum est, quod licet regulariter iudex ad quem, reuocet attentata, vt dicebat Franc. vbi supra, tamen sit interposita appellatio à grauamine, Iudex ad quem non reuocat attentata ante appellationem coram primo Iudice, vt est decisio Rot. 55. alias 389. si appelletur. de appell. in no. quia hoc casu Iudex ad quem non fuit in aliquo offensus per attentantem, cum tempore innouationis in attentantem nullam haberet Iurisdictionem, sed solum habeat in euentum, quod pronuncietur bene appellatum, vt sensitibi Rot. t Quod si pendente restitutione in integrum ad appellandum aliquid innouetur illud per Iudicem causæ qui fuit læsus reuocandum esse satis constat ex his quæ posuimus supra in secunda parte, capitulo decimoquarto, de attent. pend. restit. in integ. ad appellandum. Eodem modo si quid pendente compromisso sit attentatum, per arbitrum reuocari debere firmavimus supra in dicta secunda parte, cap. 15. de attent. pèd. comprom. Eadem contemptus Iudicis consideratio habenda est quando sumus in attentatis pendente reductione ad arbitrium boni viri, quia & in eis Iudex causæ dicitur lædi, sicut in appell. Iudex ad quem, cum reductio sit quædam species appellationis. ad ieg. non distinguitur.

46 mus. §. cum quidam. ff. de arbit. ¶ Demum in attentatis pendente restitutione in integrum, vel nullitate, vel reuisione causæ, atque etiam in in nouatis post inhibitionem, nemo sane dubitare videtur, quin hoc casu ad iudicem restitutionis, nullitatis, reuisionis, & qui inhibuit respectiue spectet attentatorum reuocatio, Quamuis autem ex omnibus supradictis etiam singulis attentatorum generibus consideratis satis comprobata hæc propositio videatur, videlicet, quod regulariter attentata per illum iudicem reuocentur, cuius fuit contempta iurisdic-tio, & læsa maiestas absque eo, quod totam hanc materiam reuocationis attentatorum restringamus ad Iudicem ad quem, prout dicebat Franc. in dicto capitulo non solum, & in dicto c. sollicitudinem. ¶ Vñ tamen est, quod prædictam conclusionem dubitabilem videtur facere posse: quia potest dari casus in quo attendendo non dicatur lædi maiestas alicuius Iudicis, puta si aliquid attentatur pendente reuocatio-ne, vel consilio sapientis, vel dilatione (non dico per ipsas partes, quoniam hoc casu iudex causæ videtur, quod possit reuocare per ea quæ supradicta sunt) sed per ipsum Iudicem, puta si præmissis tribus casibus in causa procedat, talis enim actus attentatorum vitio subiectus est, vt supra suis locis diximus, & tamen per eum non dicetur contemni aliquis Iudex, cum non sit hoc casu aliquis iudex qui circa præmissa habeat iurisdictionem, & consequenter secundum conclusionem hanc hæc attentata remanent inulta, & absque reuocatione, quod est absurdum: Possumus hanc difficultatē vno modo tollere dicendo, quod sicut attentata post appellationē regulariter reuocat Iudex ad quem, dict. c. nō solum, ¶ & tamen si Iudex ipse à quo aliquid attentauerit si ipse velit actum per ipsum attentatum reuocare, talis reuocatio sibi permittitur, vt in capitulo venientes, in fi. de iureiur. & no. Franc. in dicto capitulo non solum, in 2. notab. versiculo secundo, limita, ita in dictis tribus casibus, licet regulariter iudex, cuius fuit læsa maiestas, attentata reuocet, poterit tamen etiam Iudex, qui attentauit reuocando actum suum etiam attentata reuocare, sed hæc non vndique euacuat difficultatem: Quid enim si iudex his tribus casibus, nolit actum à se factum reuocare, prout facile potest, & vt plurimum, euenire solet, cum quilibet pronus potius sit ad sustinendum, quam ad retractandum actum à se gestum. arg. leg. certi. ff. si cert. petat. Vnde alio modo dici potest, quod his casibus reuocatio actus per iudicem attentati sit ab eo qui est dictorum Iudicum superior expectanda, cum ad illum pertineat, vt per inferiores Iudices iustitia æqua læce administratur, quod ex eo etiam suaderi potest, (quando effemus in attentatis pendente consilio sapientis, vel reuocatione pendente) quia videtur certo modo Iudex attentans ipsum principalem, & superiorem offendere, remissio enim causæ facta ad consilium sapientis videtur æqui parari relationi causæ quæ sit ad principem, vt post Ruy. in consilio 77. ad ea. in princ. libr. quinto, diximus supra in 2. parte, capitulo nono, de attent. consil. sap. pend. post princ. & proposita Iudicis reuocatione, ac illa verificata sicut cogni-

tio, causæ remittenda est ad superiorem, vt notant Docto. præsertim Franc. in c. cum speciali, in 5. notab. sub nu. 4. de appellationibus, ita potest dici, quod superior possit, ac debeat actum attentatum pendente reuocatione reuocare, vel (quoad attentata pendente reuocatione) possit, & forsam probabiliter dici, quod hoc casu illo rum reuocatio spectet ad arbitros, qui secundum formam iuris sint electi, de quo in dicto ca. cum speciali, & in clem. 2. de appella. ea ratione, quia hi dicuntur arbitri iuris, vt declarat Franc. in dicto c. cum speciali. nu. 3. in 3. not. ¶ arbitri autem iuris (prout sunt, etiam statutarij) videntur habere iurisdictionem, & se gerere tanquam Iudices, vt per Blanc. in tracta. de compromif. in 6. quæst. princip. in princ. & Bald. in consilio 470. statuto. numero 3. libr. 1. Vnde cum Iudex reuocatio-ne pendente procedens videatur arbitros electos attendendo offendere, cum illis concedamus iurisdictionem, non videtur, quod reuocatio actus per quem eorum iurisdic-tio fuit contempta sit eis deneganda. Vnde ad propositum de quo agitur magis generaliter quam fecerit Franc. vbi supra concludi potest ¶ quod attentata per eum iudicem sunt regulariter reuocanda, cuius fuit contempta iurisdic-tio, & læsa maiestas, vt tradit etiam nouissimè Mandos. in tracta. commissio. in 14. formul. commissio. attent. in verb. eidem. R. P. D. & secundum hanc conclusionem est in proposito generaliter constituenda.

Regula, quæ pbatur, ex omnibus supradictis, Quam

AMPLIA,

Primò, vt non solū Iudex, cuius fuit læsa maiestas hanc reuocationem facere possit, verum etiam eius successor, & surrogatus, & ideo successor Iudicis à quo, in casibus (in quibus potest reuocare) attentata reuocat, ¶ quia eodem modo procedit successor, quo prædecessor, leg. mortuo. ff. de Iud. & leg. properandum. C. de iudic. vt expresse (hanc materiam reuocationis attentatorum ampliando, tradit post Innoc. ibi Ant. de Butri. in cap. cum M. Ferrariensis. sub numero 58. col. antepenult. in princip. de cōstit. ex quo videtur inferri posse, ¶ quod læsio de qua agimus non dicitur facta personæ, nec cohære re personæ ipsius iudicis, sed dignitati, ¶ quæ nūquam moritur, cum representatiue semper duret idem Iudex. l. cum proponebatur. ff. de iudiciis. Quod ampliari potest, vt non solū procedat quando huiusmodi subrogatio fuerit facta expresse ab homine, ¶ verum etiam si sit facta tacite à iure, & ideo licet Iudex appellationis à grauamine non possit cognoscere de attentatis, & illa reuocare, quæ fuerunt commissa coram primo Iudice. Rot. decisio. 55. aliàs 389. si appelleretur, de appellat. in no. Mil. in verb. attentata lite pendente. folio 30. & in verb. Iudex appellationis à grauamine. folio 175. si tamen dictus Iudex pronuntiauerit bene appellatum, & malè iudicatum, & consequenter ex dispositione Iuris in capitulo. vt debitus, de appellat. assam pferit etiam cognitionem totius causæ principalis, & tacite sit subrogatus in locum primi Iudicis, poterit hoc casu etiam attentata coram primo Iudice reuocare, vt expresse dicit Rota in dicta

dicta decisio. in fi.

LIMITA eandem regulam, Primò, vt non procedat in reuocatione attentatorum, ¶ quæ fit per Principem motu proprio, quia licet eius maiestas immediatè læsa non fuerit, sed illius Iudicis, coram quo causa vertebatur, potest nihilominus ea Princeps, etiam motu proprio reuocare, vt post Lap. tradit eleganter Gemin. in c. r. nume. 6. vt lit. pend. in 6. quod remissiuè re-assumpsit etiam Franc. in c. non solum. in princ. col. fin. sub nume. 10. vers. in ea. glo. in fi. de appellat. in 6.

Secundò nisi attentata, puta appellatione pendente, sint notoriè iniusta, quia illa non solum reuocat Iudex ad quem, cuius fuit læsa Maiestas, ¶ verum etiam inferior Iudex potest se de illis intromittere, & reuocare, ad not. in c. cum teneamur, de appella. & ita expresse limitat Franc. in cap. sollicitudinem. sub numero 3. vers. secundo limita, de appellat. vbi etiam sub numero 4. vers. & ex prædictis, huius limitationis rationē ponit post Imol. ibi, ¶ quia scilicet propter notoriam iniustitiam in huiusmodi reuocatione alia causæ cognitio non requiritur, & ideo inferior Iudex potest se in hoc intromittere, vt latius ibi pereum.

Tertio quando attentatorum reuocatio non peteretur per modum privilegiatum per implicationem officij iudicis: ¶ sed per modum simplicis quærelæ, quia tunc potest adiri non solum Iudex ad quem, & à quo, verum etiam alius iudex, puta ordinarius loci secundum Franc. in dicto cap. non solum. nume. 2. in 2. notab. quem sequitur etiam Lancell. Corrad. de prætor. §. 2. de offic. prætor. in caus. ciuil. in cap. de appell. numer. 24. & quamuis Franc. ibi tantum faciat mentionem de reuocatione per viam simplicis quærelæ, tamen dicendum videtur si attentatorum reuocatio peteretur aliqua alia via ordinaria, puta per viam actionis, vel appellationis, vel nullitatis, vel exceptionis, de quibus diximus supra in hac tertia parte, cap. 21. quib. & quot mod. attent. reuocentur. numero 2. & seqq. cum in eis militet eadem ratio.

Quarto limita, vt non procedat (& hæc, & sequentes respiciunt casus, in quibus iudex à quo, reuocat attentata) ¶ in attentatis per ipsum iudicem à quo, quia licet hoc casu eius non fuerit læsa maiestas, quinimmo ille attendendo dicitur offendisse iudicem ad quem, sibi tamen permittitur reuocatio, vt in c. venientes. in fin. de iureiur. & post Federic. de Sen. in cons. 123. circa princ. ponit hanc limitationem Franc. in dicto cap. non solum. numer. 2. in 2. notab. vers. secundo limita, & post alios quos allegat sequitur etiam Didac. practic. quæst. cap. 23. post prim. vers. prima igitur sit interpretatio, per text. in dicto cap. venientes, quem elegit antem, & singularem ibi dicit: quia tamen si rectè ponderetur non multum stringit, quāuis enim ibi Iudex à quo restituendo possessionem reuocet attentata per ipsum pendente appellatione, id tamen facit non ex se ipso, & ex facultate propria, sed ex speciali mandato Papæ, vt patet ibi, volumus, & mandamus, vt possessione ipsam restituatis eidem, quo mandato præsupposito, non solum iudex à quo, sed & quilibet alius reuocationem facere posset, eandem tamē

limitationem ponit etiam Viuius commu. opi. lib. 2. opi. 30. incip. attentata, post Præposit. in c. cum teneamur. de appel. & Deci. in c. sollicitudinem. eo. tit.

Quinto limita, vt non procedat, ¶ quando effemus in attentatis appellatione pendente, & appellans vellet renunciare appellationi, quia hoc casu non solum Iudex ad quem sed Iudex à quo attentata reuocare posset, secundum Franc. per illum tex. in c. sollicitudinem. nume. 3. de appellat.

Sexto, ¶ quando effemus in attentatis, quæ non tangerent causam, vel negocium appellationis, & possent expediri citra cognitionem articuli appellationis, tunc enim posset inferior, & alius iudex se intromittere super attentatis, & illorum reuocatione, ad no. in dicto capitulo cum teneamur, & per illum text. ita limita Franc. in dicto cap. sollicitudinem. sub num. 3. vers. tertio limita.

Septimo, quando ¶ reuocatio attentatorum appellatione pendente tenderet in faciliorem exitum causæ ipsius appellationis, huiusmodi enim reuocatio etiam iudici à quo est permessa, vt tradit per illum tex. (quem dicit in hoc esse singularem) Franc. in dicto cap. cum teneamur. in 2. notab. de appellatio. Quæ limitatio ampliari potest, ¶ vt procedat etiam si iudex à quo appellationi detulisset, ¶ vel fuisset sibi per iudicem ad quem inhibitum, ¶ vt latius annotauimus supra, in 2. parte, cap. 12. de attentata. appellat. pendente. in quarta. limita. princip. numer. 19. & numero 23.

CAP. XXVIII. DE SENTENTIA in causa attentatorum ferenda.

SYMMARIUM

- 1 SENTENTIA super attentatis potest esse expressa, & tacita.
- 2 Iudex pronuntians appellationem esse iustam, tacite censetur etiam pronuntiare attentata illa pendente fore reuocanda.
- 3 Sententia lata super attentatis, an sit diffinitiva, vel interlocutoria. & infra. num. 11.
- 4 Diffinitiva nō vel interlocutoria sit aliqua sententia, multiplex videtur esse. & remissiuè.
- 5 Iudex pronuntians attentata esse reuocanda & omittens condemnare in expensis, an possit post sententiam huiusmodi condemnationem facere, & infra. num. 25.
- 6 Appellans à sententia lata super attentatis an alligetur clem. appellanti, de appellata vt non possit appellationem ex noua causa iustificare.
- 7 Appellans à sententia super attentatis lata an teneatur seruare dispositionem c. cordi. de appellat. in 6. & in appellatione exprimere causam sui grauaminis, & infra. num. 23.
- 8 Sententia super attentatis an possit per iudicem reuocari, & infra sub num. 26. & 27. & 29.
- 9 Taxa pro sententia lata in causa attentatorum danda notario, quæ sit.
- 10 Executio sententiæ latæ super attentatis, an fieri possit post interpositam appellationem antequam sit inhibitiu, sicut in interlocutorijs, an verò ab executione etiam pendente tempore ad appellandum abstinendū sit, Tract. de Attent. S

- sicut in diffinitivis.
- 12 Sententia super attentatis secundum aliquos diffinitiva dicitur, vel saltem vim diffinitivam habere.
- 13 Clem. appellanti, de appellatio non habet locum in sententia super attentatis lata, & infra numer. 3. & 46.
- 14 Taxa, quae solvitur notario pro sententia attentatorum solvitur tanquam pro sententia diffinitiva.
- 15 Sententia lata in spolio dicitur diffinitiva.
- 16 Attentatorum articulus non differt à possessorio recuperanda secundum aliquos.
- 17 Sententia super attentatis secundum alios dicitur esse interlocutoria. Quae verior, & magis communi dici potest, ut infra num. 19. & num. 30.
- 18 Philippi Franci magna auctoritas.
- 20 Interlocutoria sententia illa dicitur, quae fertur super his quae incidunt, & emergunt in processu.
- 21 Causa attentatorum dicitur incidens, & emergens respectu negotii principalis.
- 22 Diffinitiva sententia esse dicitur, quae diffinit negotium, & causam principalem.
- 23 Appellatio à sententia lata super attentatis est interponenda in scriptis, & cum expressione causae.
- 24 Index per diffinitivam dicitur functus officio suo, secus per interlocutoriam.
- 26 Diffinitiva sententia per iudicem revocari non potest, interlocutoria autem sic.
- 28 Sequestrium non apponitur lata sententia contra possessorem in causa attentatorum.
- 32 Sententia super attentatis quoad taxam notario solvendam dicitur habere vim diffinitivam.
- 33 Sententia lata super spolio attentato dicitur habere vim diffinitivam, secundum aliquos. Licet alij contra sententiam in num. 34. Solutio colligitur, ut hic num. 35.
- 36 Sententia super spolio attentato tunc dicitur habere vim diffinitivam, quando fuit principaliter, secus si revocatio fuisset incidens, & proposita.
- 37 Sententia lata super attentatis secundum aliquos diffinitiva dicitur quomodo fuisset servatus ordo iudicialium, licet minus verè.
- 38 Litis contestatio in causa facta non impedit, quo minus attentata ex privilegio revocari possint.
- 39 Revocatio attentatorum petita per viam ordinariam puta actionis appellantis, multatis, vel querela, facit, ut sententia de super lata censetur diffinitiva.
- 40 Sententia in causa attentatorum habet vim diffinitivam, quoad hoc, ut tanquam interlocutoria non possit per iudicem revocari.
- 41 Negativè si pronuntietur, videlicet attentata non revocanda, videtur, quod huiusmodi sententia sit diffinitiva.
- 42 Appellatio etià in possessorio permittitur, quando pronuntiat non negativè.
- 43 Appellatio, an detur à sententia lata in causa attentatorum.
- 44 Et appellari posse videtur secundum eos, licet contrarium videatur verius, ut infra, numero 49. retenta tamen opi. quod possit, limita, ut in fr. nume. 99. & seqq.
- 45 Appellatio ubi non reperitur prohibita, illa censetur permessa.
- 47 Sententia tres in causa attentatorum lata, praesupponunt appellacionem.
- 48 Opere novo nunciato siquid fiat revocatur per viam attentati.
- 50 Contumax verus ea ratione non appellat, quia non est parvendo videtur iudicem contemnere.
- 51 Verus contumax quis sit remissive.
- 52 Contumax verus dicitur etiam ille, qui minus verè, ac rectè ab interlocutoria appellavit.
- 53 C. an sit, de appell. declaratur.
- 54 Appellans pendente appellacione attentans priuatur beneficio appellacionis, ut in eo puniatur, in quo deliquit. Etiam perpetuo, secundum commu. opi. ut numero 55.
- 56 Appellatio prohibetur in his, quae celeritatem desiderant, & in quibus mora esset aliquod periculum alitura.
- 57 Revocatio attentatorum celeritatem desiderat.
- 58 Attentata sunt ante omnia revocanda.
- 59 Finis litis, & causae principalis non est expectandus ad hoc, ut fiat revocatio attentatorum.
- 60 Revocatio attentatorum respicit abbreviationem litis.
- 61 Attentata, & illorum revocatio (quando sumus in beneficiis) tangunt periculum animae, & utilitatem ecclesiae, & quae etiam publicam.
- 62 Clausula revocato in irritum quicquid post appellacionem noveritis factum, & cetera, quomodo extendatur.
- 63 Nunciatio novi operis, & illius materia celeritatem desiderat.
- 64 Revocatio novi operis post nunciationem facti dicitur fieri per viam attentati.
- 65 Appellatio prohibita videtur quando proceditur ex officio iudicis.
- 66 Alimento causa appellacionem non admittit, quando proceditur ex officio iudicis. Secus si iure ordinario, ut num. 67.
- 68 Appellatio in causa attentatorum videtur esse contraria, secundum aliquos.
- 69 Appellatio censetur prohibita, ubi mandatur procedi sine lite, statim, & ex officio.
- 70 Immutatio per appellante facta priuatur eum effectu sua appellacionis.
- 71 Appellatio tendens ad differendum revocationem attentatorum non admittitur.
- 72 Praesertim in causa connexa, secundum commu. opin. licet aliqui hoc extenderint etiam ad causam diuersam.
- 73 Appellacionis praetextu conatur quis quandoque se in sua iniquitate confovere.
- 74 Attentans iudicem offendit. Offensus semel, non debet iterum offendi, ut numero 75. Appellans dicitur offendere iudicem, ut nu. 76. Adificans postquam est sibi novum opus nunciatum dicitur attentare, ut num. 77.
- 78 Appellari non potest à sententia de demolendo aedificium post nunciatum novum opus fabricatum.
- 79 Audiencia ubi denegatur, censetur prohibita appellatio.
- 80 Annulatio actus dicitur esse poenitentia. Praesertim si fiat in odium personarum, quae actum fecerunt, ut num. 81.
- 82 Appellari non potest à poena legis.
- 83 Attentans videtur turbare iudicis iurisdictionem.
- 84 Silentium perpetuum ubi imponitur ibi oritur exceptio perpetua denegata audienti.

Appellari

- 85 Appellari non potest à sententia lata in causa attentatorum saltem de iure civili, cum illa sit interlocutoria, à qua de iure civili non appellatur.
- 86 In possessorio de iure civili, non appellatur.
- 87 Appellari à sententia attentatorum secundum aliquos non potest, si affirmativè pronuncietur. Secus si negativè, ut num. 88.
- 89 Angeli stupendum dictum refertur.
- 90 Appellari posse videtur, à non revocatione attentatorum.
- 91 Appellatio à sententia attentatorum secundum alios admitti debet, quoad effectum devolutivum. Etiam de iure canonico, ut num. 92.
- 93 Clausula sine retardatione solutionis operatur, ut appellatio in huiusmodi causa interposita devoluat non tamen suspendat.
- 94 Pensionis solutio, & illius causa reputatur favorabilis ob auctoritatem Papae, qui illam imposuit.
- 95 Causa attentatorum fuit aliàs reputata magis favorabilis, quam causa pensionis, etiam habentis clausulam sine retardatione solutionis pensionis.
- 96 Clem. appellanti, de appell. declaratio.
- 97 Text. in c. significantibus, extra de nou. oper. nunc. declaratur.
- 98 Appellari licet non possit à sententia lata in causa attentatorum secundum veriorè, ab interlocutoria tamen ante dictam sententiam latam bene appellari potest.
- 99 Appellatio non est admittenda, quando sumus in spolio attentato. Licet contraria sententia, tanquam verior subsineatur, infra num. 102. & num. 122. Praesertim ubi attentatum non deduceretur principaliter sed incidens, ut in fr. num. 125. Et tanto magis si esse mus in beneficiis ob periculum animae, utilitatem publicam, & ecclesiarum, quae in eis versantur, ut num. 126.
- 100 Mixtura attentatorum operatur, ut in spolio attentato detur appellatio. Et secundum hanc opinionem fuit pluries per dominos resolutum, num. 101.
- 103 Causa attentatorum sapit naturam veri possessorii.
- 104 Attentans est magis odiosus, quam spoliatus.
- 105 Attentans ex maiori suo delicto non debet habere subleuam, ut possit appellare.
- 106 Inducta ad unum effectum non debent operari contrarium.
- 107 Qualitas spoliij attentati non videtur immutare naturam simplicis spoliij, nec repugnare rationi, quare in spolio appellatio prohibetur.
- 108 Possessio attentata si restituitur passo attentata, non perperuo, sed momento videtur apud eum duratura.
- 109 Differentia videtur considerari inter attentata circa possessionem, & alia attentata.
- 110 Spoliij causa dicitur principalis, attentata autem accessoria.
- 111 Accessorium non debet immutare naturam principalis.
- 112 Principale dominatur accessorio, illudque prout vult, ampliat, & restringit.
- 113 Leg. prim. C. si de momenta. poss. habet locum etiam quando agitur ad consequendam possessionem impetrandi officium iudicis, puta pro possessione rei legatæ.
- 114 Qualitas attentationis non respicit aliquo modo ius proprietatis, vel dominij, sed ipsam possessionem.
- 115 Qualitas respiciens possessionem non aliter erat naturam
- 116 L. i. C. si de moment. poss. b. bet locum in omni possessione. Etiam in occupante possessionem vacuam, ut numero 117.
- 118 Violentia qualitas in remedio l. si quis in tantam. C. unde vi. non facit causam appellabilem, si agatur ad possessionem tantum.
- 119 Poena dicta l. si quis in tantam est separabilis, à restitutione possessionis respectu libelli.
- 120 Qualitas attentati est separabilis à ipso spolio.
- 121 Si fuerit actum spolio attentato, & ex eo quia qualitas attentati non fuerat probata, fuerit tantum super spolio pronunciatum sententia subsistit vigore clausulae, quam & quas.
- 123 Mixtum dicitur quod de duobus participat.
- 124 Possessorium mixtum fit altero de quatuor modis, de quibus hic remissive.
- 127 Attentans sua appellacione pendente, à sententia in causa attentatorum postea lata, non appellat.
- 128 Text. in c. an sit, de appell. varij intellectus.
- 129 Frustra auxilium imploret, qui in legem committit.
- 130 Appellari à sententia in causa attentatorum lata non potest quando sumus in attentatis aliqua lite pendente, in qua de iure erat prohibita appellatio.
- 131 Appellacione prohibita causa principalis censetur etiam in causa accessoria prohibita. Et contra permissa in principali, est permissa in accessorio, ut in fr. num. 133.
- 132 Appellari non potest à sententia lata super fructibus, & expensis, quando appellari non poterat in causa principali.
- 134 Causa incidens est compromittenda, quando causa principalis erat compromissibilis, quando fiat statim de compromissis faciendis. Secus, si causa principalis non fuisset compromissibilis, ut num. 135.
- 136 Sequestrium, an sit apponendum lata sententia in causa attentatorum contra possessorem?
- 137 Clem. de seqq. poss. & fruct. iudicat sibi locum, quando lata est sententia in possessorio. Vel quando fuit lata sententia diffinitiva, ut num. 138.
- 139 Sequestrium non est apponendum lata sententia contra possessorem in causa attentatorum.
- 140 Violans sequestrium appositum per iudicem post latam sententiam in causa attentatorum, non incurrit poenas de quibus in Clem. de seqq.
- 141 Iudicari super possessorei rei non dicitur, quando iudicatur super attentatis.
- 142 Index ex officio potest apponere sequestrium lata sententia in causa attentatorum. Praesertim si notoriè constat, de non iure petentis revocationem illorum, num. 143. Vel alias est factum intricatum aut pendens à negotio principali, num. 144. Vel quando contra mortuum lapsa sunt fatalia, Et alias generaliter ex causa Dominis bene visa.
- 147 Sententia lata in causa attentatorum super totali possessione, apponitur sequestrium.
- 148 Sequestro ex officio post latam sententiam in causa attentatorum appositum, an furgas attentatis censetur illud relaxatum, vel sint expectanda desuper tres conformes, remissive.
- 149 Sententia in causa attentatorum est ferenda cum condemnatione fructuum perceptorum, & qui percipi poterunt, ac etiam expensarum, remissive.
- 150 Sententia lata super uno ex pluribus attentatis, non

Tra. de Attent.

§ 2

- præiudicat quoad alia attentata, quæ non fuerunt.
- 131 Contra sententiam in causa attentatorum latam potest opponi de notoria in usuria.
- Eriam si transiisset in rem iudicatam, vt numero 152.
- 133 Minor, an restituatur aduersus sententiã latã in causa attentata.
- 134 Minor dolose ve. satis non restituatur.
3. Sententiæ in causa attentatorum ferendæ formula.

ANtequam materiam sententiæ in causa attentatorum ferendæ aggrediamur, illud præmissorum loco adnotandum videtur, quod sententia de qua agimus potest esse duplex, Aut

- 1 expressa, quæ qualis sit patet ad sensum, & illius consuetam formulam, infra in fin. præsentis cap. numero 155. ad clariorem præsertim tironum intelligentiam subiiciemus, aut tacita quæ considerari potest, quando iudex pronuntiat appellacionem iustam, quoniam ex vi huius sententiæ passus attentata poterit illorum reuocationem cõsequi, quamuis enim nihil de eis expresse in sententia dixerit, tacite tamen videtur etiã de attentatis pronuntiasse, vt docet eleganter Francus in c. dilecti. el. 3. in ultimo notab. de appellatio. Hoc vno præmissis tractationem prædictæ sententiæ aggrediendo, inter cetera, quæ materiam sententiæ in causa attentatorum ferendæ respiciunt, ille se primò nobis pertractandus offert articulus, & diffinitiuã, an potius interlocutoria sit hæc sententia censenda. Qui sicut non leuem videtur in se continere difficultatem, cum (vt infra patebit) etiam Rota quando que super hoc variasse videatur, ita magnam cõ difficultate coniunctam vtilitatem habere, satis ex eo constat, quod & maximus, & multiplex aliàs sit effectus, an aliqua sententia sit interlocutoria, vel diffinitiuã, ad no. per docto. in l. post sententia m. C. de sentent. & interloc. omni. iud. Ad propositum tamen nostrum, & sententiæ de qua agimus, quoad quinque, vel sex præcipuè effectus, necessario est ista indagatio, super quibus singulis Docto. particulariter dubitasse videntur, Primus est, an si iudex pronuntians attentata esse reuocanda, & ommittens in sententia attentantem in expensis condemnare, possit postea talem expensarum condemnationem facere, de quo habetur per Rot. decisio. 1. aliàs 13. si iudex reuocet, vt lit. pendente, in no. Secundus & an appellans ab huiusmodi sententia alligetur terminis, & dispositione Clem. appellanti. de appellacione, ita, vt non possit appellacionem ex nouis causis, præter eas, quas in appellacione expresserat, iustificare, prout fit quando sumus in interlocutoria, de qua in dicta decisio. 1. post princ. & melius in 3. addit. & decisio. 10. aliàs 215. nota quod sententia. sub num. 2. de re iudi. in antiq. Aegid. decisio. 148. numero 13. & numero 31. Tertius & an similiter appellans teneatur seruare dispositionem c. cordi. de appellat. in 6. ita, vt teneatur in hac appellacione exprimere causam grauaminis, sicut requiritur regulariter in interlocu. de quo per Docto. in proximè citatis locis.

8 Quartus & an huiusmodi pronuntiatio tanquã interlocutoria possit reuocari, ad l. quod iussit. & de re iudic. & cap. cum cessante, de appellat.

vel potius tanquam diffinitiuã reuocari non valeat, de quo aliquid per Aegid. de cifi. 72. sententia, & latius dicemus infra numer. 16. vers. quarto quia. Quintus est, & an taxa soluenda pro huiusmodi sententia notario causæ, sit regulanda secundum taxam, quasi pro sententia diffinitiuã, vel potius pro interlocutoria, de quo per Rotã decisio. 5. aliàs 99. si fiat condemnatio. de dol. & contum. in nou. Sexto loco & sit necessario cõsideranda (licet docto. non ponant) quoad effectum particulariter attentatorum, quia si erit diffinitiuã, vtique iudex nõ poterit deuenire ad illius executionem, nedum post appellatiõem, verum nec etiam pendente tempore decem die rum ad appellandum, si verò concluditur eam esse interlocutoriam, certè citra vitium attentatorum poterit, & pendente tempore ad appellandum, immo & post interpositam appellacionem (dummodo sibi non sit canonicè inhibitorium) sententiam executioni mandare, ad tex. in c. non solum. de appella. in 6. His igitur ad clariorem huius capituli, & materiæ ipsius intelligentiam præmissis,

11 PRIMO quæritur & an sententia in causa attentatorum lata, sit diffinitiuã, vel interlocutoria censenda, in qua quæ. duplex reperitur opinio,

12 PRIMÀ, & quod talis sententiã sit diffinitiuã seu vim habeat diffinitiuã, quam post Aegid. dictis decisio. 148. & 286. sequi ex recentioribus videtur Menoc. de recuperan. posses. in 17. remed. quæst. 18. numero 51. versicu. quæro decimo octauo, & Vestr. in praxi Ro. cu. lib. 8. cap. 4. numero 22. qui vniuersaliter, & forsã nimis indistinctè (vt infra apparebit) id etiam addidit, quod omni casu talis sententia habet vim diffinitiuã. Quæ opinio pluribus nititur fundamentis. Primo, & quia Clem. appellanti, quæ procedit in sententia interlocutoria, non habet locum in sententia attentatorum, vt est decisio Rot. 11. aliàs 85. si à sententia. de appellacione. in no. & decisio 1. aliàs 13. si iudex. post princ. vt lit. pendente, in no. Aegid. decisio. 54. in sententia, versiculo sed contra, quia nos tenemus, & decisio. 148. sententia lata, & decisio. 286. in materia. in fi. & decisio. 417. incip. clem. appellacionem. Mil. in verb. appellans à sententia. folio 8. & in verb. sententia reuocationis attentatorum. folio 356. Ergo diffinitiuã dicenda est, non autem interlocutoria: Secundo quia videmus, & quod taxa quæ soluitur notario pro sententijs diffinitiujs, soluitur etiam pro sententia in causa attentatorum, vt est decisio Rot. 5. aliàs 99. si fiat condemnatio. de dol. & contum. in no. Tertio, & quia in simili sententia lata in spolio dicitur diffinitiuã: Cassad. decisio. 1. numero 3. super reg. cancell. & Guid. Pap. decisio. 37. si appeller. versiculo licet sententia, vbi Barr. & alios in id allegat, & hoc fundamentum, & principali motiuo vsus est aliàs Aegi. in dicta decisio. 148. ad dicendum quod clem. appellanti non habet locum in sententia super attentatis, quia scilicet in sententia super spolio dicta clem. non vendicat sibi locum, & articulus attentatorum non differt à possessorio recuperandæ, quod eo magis stringi potest, quia si fauor est, quod aliqua sententia sit potius diffinitiuã

finitiuã, quã interlocutoria, isto fauore non videretur defraudanda causa attentatorum, quæ de sui natura est fauorabilior, quã interdictum vnde vi. Rot. decisio. 2. aliàs 14. numero 3. de restit. spoliat. in no. & dicemus infra latius cap. 30. de priuileg. attentato. numer. 7. Quarto quia si esset interlocutoria, vtique eam iudex ad libitum reuocare posset, ad no. in l. quod iussit. ff. de re iudic. sed sententiam latam super attentatis iudex non reuocat, vel saltem difficili modo, vt post Rot. decisio. 10. aliàs 215. de iud. in antiq. inclinauerunt nouissimè Domini in vna Gerunden. conuocationis capituli coram Ant. Augustino, vt est decisio in recollet. A. Achill. de grass. 29. attentata, sub Rubrica de attent. merito, & c.

17 SECUNDA est opinio, & quod immò sententia lata super attentatis interlocutoria sit, non autem diffinitiuã, quam tenet post Io. And. in c. non solum. de appellat. in 6. Rot. decisio. 1. aliàs 15. si iudex. post princ. vt lit. pend. in no. & decisio 11. aliàs 85. si à sententia. de appellatio. in no. quæ dixit, quod re vera est sententia interlocutoria, & decisio. 1. aliàs 474. nota si attentata. de offic. iud. in antiq. & decisio. 10. aliàs 215. nota quod sententia. de re iud. in antiq. quam etiam videtur tenere Aegid. decisio. 57. vbi appellatur. & decisio. 54. in sententia. Sed & Rota moderna eandem sententiam secuta est, vt patet in recoll. Achill. decisio. 29. attentata. sub Rubrica de attent. qui post dictam decisio. 11. aliàs 85. esse interlocutoriam affirmavit, & in recollet. Paleott. 115. Io. Michael, qui post dictam decisio. primam aliàs 474. de offic. iud. in antiq. idem in effectu firmasse videtur: Eandem opin. expresse sensit Alex. in consi. 99. visis. numero 5. versicu. nec etiam habet obitare. lib. 5. Illamque tenet post glo. & docto. in c. non solum. de appellat. in 6. Franc. in c. cum cessante. numero 45. vers. 9. quando sententia fertur super reuocatione attentatorum, de appellacione. & cuius authoritas, & si generaliter in hac materia appellacionum, & attentatorum proculdubio magna apud omnes semper fuerit, cum illum titulum de appellat. omnium elegantissimè, & copiosissimè repetierit, in hoc tamen articulo quæ dicatur esse sententia interlocutoria plurimi est faciendã, cum illud non incidenter, & oscitanter protulerit, sed ex proposito, ac maturè, quia nõ solum profertur se velle ponere veram doctrinam, quæ scilicet dicatur esse sententia interlocutoria, vt patet ex eo ibi. numero 39. verum etiam id clarè apparet ex enumeratione, quam facit ibi viginti sex casuum, in quibus sententia dicitur esse interlocutoria, inter quos nono loco reponit sententiam super attentatis latam, de qua nunc agimus. Eandem, quod sit interlocutoria post Rot. dicta decisio. 11. aliàs 85. tenet Bald. in sua practica, sub Rubrica de appellacione. quæstione 2. numer. 2. & Guid. Papæ in tracta. de appellacione. quæstione 121. & ex recentioribus videtur sequi Crauer. consi. 181. adeo quod stante tantorum virorum authoritate non esset temerarium asserere, & quod ista, tanquam communis, ac magis vera sit amplectenda. Fundatur enim quampluribus efficacibus rationibus, ac motiuis, & Primo, quia & illa dicitur interlocutoria, quæ fertur super his, quæ incidunt, & emergunt

in processu, vt post glo. in clem. ad compescendas. de sequestratio possess. & fru. Archid. Specul. & alios per eum allegatos tradit Franc. in dicto c. cum cessante. numero 36. de appellatio.

21 Sed attentata dicuntur talia, cum causa attentatorum dicatur incidens, & emergens, vt patet in recollet. Mohed. decisio. 100. commissio, sub Rubrica de iud. & procur. ergo, & c. & hoc fundamento, vtitur specificè Rota dicta decisio. 10. aliàs 215. nota quod sententia. de re iudi. in antiq. Secundo quod huiusmodi sententia non sit diffinitiuã, & sed interlocutoria. Rota vbi supra proximè vtitur hoc argum. & sententia diffinitiuã est, quæ diffinit negotium, & causam principalem, vt post glo. in dicta clem. ad compescendas, & alios per eum allegatos docet Franciscus, dicto numero 36. & Guid. Pap. in consi. 104. de anno. numero secundo. sententia attentatorum non est talis, vt deducit ibi Rot. merito. Tertio & in sententia in causa attentatorum lata habet locum c. cordi. de appellat. in 6. vt quando ab ea appellatur, sit appellandum in scriptis, & cum expressione causæ. Rot. vbi supra proximè, sub numero 2. & dicta decisio. prima. aliàs 13. si iudex. in princ. & in 3. addit. vt lit. pend. in no. Mil. in verb. sententia reuocationis attentatorum. fol. 356. dispositio autem dicti c. cordi. procedit in sententijs interlocutorijs, vt notant ibi omnes, ergo & c. Quarto & per diffinitiuã sententiam iudex aicitur functus officio suo, ita, vt non possit regulariter ei aliquid addere, ad l. iudex posteaquam. ff. de re iudi. secus autem per interlocutoriam, ad l. Paulus. ff. de re iudi. not. in capit. concertationi. de appellacione. in sexto. & sed post sententiam in causa attentatorum latam si iudex ommisit in ea condemnationem expensarum, potest postea illam facere, vt tandem concludere videtur Rota, dicta decisio. prima. aliàs 13. si iudex: vt lit. pendente, in no. & clarius in dicta decisio. prima. aliàs 474. nota si attentata. de offic. iudic. in antiq. Aegid. decisio. 72. lata merito. Quinto to huic proximè, & quia diffinitiuã non potest reuocari, interlocutoria autem potest, ad l. quod iussit. ff. de re iudic. c. cum cessante. vbi latè Franc. de appellatio. & sententia lata super attentatis videtur, quod (secundum aliquos) reuocari possit per iudicem, si reperiat se grauasse. Aegid. deci. 72. lata sententia. in fin. ergo, & c. Sexto lato vna diffinitiuã sententia contra possessorem solet apponi sequestrum, clem. prima, de sequestrat. possess. & fru. secus si sit lata sententia interlocutoria, vt ibidem dicitur, & sed lata sententia super attentatis non apponitur sequestrum. Aegid. decisio. 54. in sententia, & latius dicemus infra quæstione 3. numero 136. meritò talis sententia interlocutoria dicenda est, non diffinitiuã.

Et tenendo hanc, quod sit interlocutoria ad contraria adducta supra pro prima opin. respondetur, & ad primum, ac etiam ad Secundum fatendo contraria, quia in eis militat diuersa specialis ratio, & propterea deseruiunt pro limitationibus ad regulam infra ponendam, numero 30. 31. 32. vt ibi dicitur: Ad tertium, quod argum. à simili non semper potest admitti, præsertim vbi est diuersa ratio, cum (vt patet, & aliàs dixi- Tra&. de Attent. S 3

mus) multa sint privilegia attentatorum, quæ in spolio non procedunt, Præterea, & melius, quod si rectè consideretur non est fauor reuocationis attentatorum, quod sententia reuocationis sit diffinitiuæ, sed fauor ipsius attentantis, qui sine causa, & sine scriptis posset appellare, & interim pendente tempore ad appellandum esset tutus (etiam si non fecisset inhiberi,) quod ad executionem contra eum non deueniretur, & posset appellationem proficere etiam ex noua causa, qui omnes sunt effectus sententiæ diffinitiuæ, ad not. in c. cordi. de appellatione. in 6. & in c. non solum, & in clem. appellanti. eo. tit. & propterea fauor reuocationis attentatorum, & illius contra quem est attentatum potius est, quod sit interlocutoria, quia attentans arctabitur dispositione dicti c. cordi. & c. non solum, & tenebitur appellare cum causa, in scriptis, & poterit quando cunque, etiam infra decem dies ad appellandum contra eum (ante inhibitionem tamen) ad executionem deueniri. Ad quartum, quod retorquetur quia, immo Iudex eam reuocat, vt per Aegid. decisio. 72. lata, & quod licet Rot. dicta de c. 10. in fi. dicat, quod reuocat, sed difficili modo, latis tamen est quod reuocat, quod non posset facere, si esset diffinitiuæ: Quamuis autem ista opin. quod sit sententia interlocutoria verior sit, & tanquam communis, vt supra dictum est, sit merito amplectenda, quia tamen illa non est perpetua, sed in quibusdam casibus limitatur, ideo conclusiue procedendo, & omnia supra dicta subordinando potest in proposito constitui.

30 **REGULA**, quod sententia reuocationis attentatorum sit interlocutoria, quæ probatur iuribus, & fundamentis supra pro secunda opinione adductis, & propterea ex ea inferitur, Primò, quod quoad effectum attentatorum sit censa interlocutoria, & propterea tanquam ab interlocutoria pendente appellatione Iudex citra vitium attentatorum ante quam sit inhibitus poterit illam exequi, d. c. non solum. Secundo, quod appellans arctabitur ad seruandum. d. c. cordi. Tertio, quod iudex poterit omnimodam in ea condemnationem expensarum facere, dicta decisio. Rot. prima, alias 13. præsertim in fine, vt lit. pendens. in no. Quarto, quod si Iudex cognouerit se grauasse, poterit illam reuocare. Aegid. dicta decisio. 72. cum quoad se non transeat in rem iudicatam, declarando tamen, quod in huiusmodi reuocatione faciendâ iudex debeat se difficilem reddere, cum Rot. in dicta decisio. 10. alias 215. de re iudic. in antiq. quam sequitur Achill. de grass. dicta decisio. 29. attentata. in fin. sub Rubrica de attent. dixerit quod difficili modo reuocatur. Quam

LIMITA

31 Primò, vt non procedat, quoad effectum Clem. appellanti. de appellat. quia omnes in hoc videntur concordare (etiam ij, qui tenent, quod sit interlocutoria,) quod quoad dispositionem dictæ clem. habeat vim diffinitiuæ, vt supra nume. 13. & ratio diuersitatis inter dispositionem d. clem. & d. c. cordi, (& consequenter conclusionem præsentis limitationis) ponit Rot. d. decisio. 1. post princip. versiculo nec obstat, vt lit. pendens

te. in no.

32 Secundo, quia talis sententia dicitur vim diffinitiuæ habere quoad taxam notario causæ soluendam, vt in allegata decisio. 5. alias 99. si fiat. de dol. & contum. in no. Aegid. decisio. 603. de sententia. Mil. in verb. attentatorum sententia. fol. 31. sequitur Vestr. in praxi Ro. Cu. libro 8. cap. 4. sub numer. 22. & ratio esse potest non solum quia ita cautum est in constitutionibus lothannis, 22. vt dicitur in dicta decisio. verum etiam, quia attentatorum causæ, vt rerum experientia docet sæpe, valde protrahuntur in longum, & magna sunt regesta, adeo, quod notarius non minus in ea laboris impendere creditur, quam in diffinitiuæ.

Tertio, vt non procedat in attentatis circa possessionem, per quorum reuocationis sententiam veniret restituenda possessio, & consequenter, quando essemus in spolio attentato, quia tunc talis sententia dicitur habere vim diffinitiuæ, quia sapit naturam veri possessorij. Rot. decisio. 2. alias 113. tres sententia. de re iudic. in antiq. & dicta decisio. 1. alias 13. si Iudex. sub numero 3. vt lit. pendens in no. fa. decisio 11. alias 85. si à sententia. de appellatione. in no. & Aegid. decisio. 286. in materia, dum loquitur de restitutione totali beneficij, quem duntaxat hanc limitationem tenens, allegat Vestr. dicto libro 8. capit. quarto. numero 22. Mil. in verb. sententia reuocationis attentatorum. folio 356. & in verb. sententia lata in possessorio solo, & versu. sequenti, in principi. licet in fin. videatur dubitare. folio 357. Cui sententiæ, ex recentioribus subscribere videtur etiam Crauet. consilio 183. libro primo. ea ratione, vt etiam sensit Milis vbi supra, quia si sententia, per quam spoliatus simpliciter restituitur est diffinitiuæ, id multo magis dicendum est procedere in spolio attentato, quod respectu attentantis est grauius, & respectu attentati passi est fauorabilius, quamuis ea ratio apud me non multum concludat quinimmo videatur posse retorqueri, quoniam, vt diximus supra, sub nu. 28. in responsione ad tertium fundamentum primæ opinionis, fauor attentatorum potius requirit, vt dicamus eam esse interlocutoriam, quam diffinitiuam: Est autem circa hanc limitationem aduertendum, quod contra supradictas decisio. in eo, quod dicunt, quod tres sententiæ latæ super attentatis vim habent diffinitiuæ, quando fuit attentatum circa possessionem, videtur in contrarium esse ferè in iisdem terminis decisio Aegidia. 507. conclusio, quod in casu, & c. iuncta decisione præcedenti, quæ incipit conclusio, quod quæstio. & c. vbi loquens de attentatis circa possessionem, & consequenter de spolio attentato, & loquens de tribus conformibus latis super attentatis appellat pluries eas sententias interlocutorias.

33 Sed solutio colligi potest ex vna declaratione, quam in hac materia videtur posse colligi ex Mil. vbi supra, folio 357. versiculo sed sententia reuocatoria attentati, prope finem, dum vult, quod sententia reuocatoria attentati super possessione sit interlocutoria, quando tale possessorium per viam attentati deductum non principaliter, sed incidenter fuit propositum,

tum, nam & Aegid. in casu suo verè loquitur quædo quæstio spoliationis beneficij fuisset mota incidenter per modum attentati, vt patet expressè in decisione 506. quæ est præcedens. Vnde de reuocata hac tertia limitatione tunc necessaria videtur declaranda, vt procedat quando reuocatio attentatorum circa possessionem fuisset principaliter petita, quia tunc sententia de super lata habebit vim diffinitiuæ, secus si incidenter fuisset proposita, quia tunc diceretur interlocutoria, vt expressè dicit Milis, & Aegid. in supra dictis locis, Pro qua declaratione facit decisio prima. alias 474. nota si attentata, de officio Iudicis in antiq. quæ (licet in ea non appareat an loquatur de attentatis, circa possessionem) attamen loquens de reuocatione attentatorum incidenter petita, & de sententia de super lata, inquit, quod illa censetur interlocutoria, & non diffinitiuæ: Incidenter autem tunc dicere reuocatio proposita, quando per viam exceptionis fuisset in iudicium deducta, vt diximus supra in hac tertia parte, c. 21. quib. & quot mod. atten. reuocentur. nu. 16. vers. via extraordinaria Iustitiæ.

Quarto, ex intentione Archidiacono. quem refert Rot. dicta decisio. 10. alias 215. nota, quod sententia. sub nume. 3. vers. licet aliqui voluerint. de re iud. in antiq. potest limitari, & vt non procedat, quando in reuocatione attentatorum fuisset seruatus ordo iudiciarius, quia tunc seruato iuris ordine sententia de super lata videtur diffinitiuæ. Quæ opi. sicut ibi per Rot. teneri non videtur, ita & probabiliter est reicienda, quoniam observatio ordinis iudiciarij non solet alterare naturam causæ attentatorum, quod ex eo patet, quia licet in causa attentatorum non requiratur litis contestatio, si tamen fuerit facta, non per hoc censetur alterata natura ipsius causæ, quo minus ex privilegio attentatorum sint ante omnia reuocanda, secundum veriore, & magis communem opi. de qua abundè diximus supra in hac 3. parte, cap. 23. quædo, & intra quæ temp. attent. reuoc. peti possit. q. 1. nu. 9.

39 Quintò, limita vt non procedat, quod reuocatio attentatorum non fuisset petita per viam extraordinariam, & privilegiatam implorationis officij Iudicis, sed per aliquam viam ordinariam, puta actionis, appellationis, nullitatis, vel quærelæ, de quibus diximus supra latius in hac 3. parte, cap. 21. quibus, & quot modis attent. reuoc. nu. 7. vers. ordinaria autè via, quia tunc sententia in hoc iudicio ordinario lata procul dubio erit diceuda diffinitiuæ, cum diffiniat, & feratur super eo, quod principaliter fuit petatum, iuxta doctrinam Franc. in c. cum cessante. nu. 36. de appellationibus, & diximus supra, nu. 22.

40 Sextò, vt sententiâ huiusmodi quoad effectum, vt illa possit per iudicem reuocari, non censetur interlocutoria, sed potius habere vim diffinitiuæ, & ideo licet alias regulariter interlocutoria quoad iudicem non dicatur transire in rem iudicatam, ita vt Iudex non possit illam reuocare. I. quod iussit, & ibi omnes. ff. de re iud. c. cum cessante. de appell. cum simil. sententia tamen lata super attentatis, & pronuntiatio ipsa, quod attentata sint reuocanda, licet sit interlocutoria, vt in regula supraposita, quoad effectum tamen, vt il

la per iudicem reuocari nequeat, sed transeat etiam quoad eum in rem iudicatam, non censetur esse interlocutoria, sed potius habere vim diffinitiuæ, & hoc sensit Rot. decisio. 10. alias 215. de re iud. in antiq. dicit, quod huiusmodi sententia difficilius reuocatur, quod in vna Gerunden. conuocationis capituli coram Ant. Augustino intellexerunt domini, difficilius, id est, quod nec etiam per Iudicem possit reuocari, sed transeat in iudicatum, prout ex deductis per Abbat. & Fran. in c. bonæ. col. 10. & in c. cum cessante. de appellat. inclinarunt Domini in dicta Gerunden. vt est decisio. in recollec. Achil. de Grass. 29. Incip. attentata reuocanda. sub Rubrica de attentatis.

Septimò, posset forsan, & non improbabiliè limitari, vt non procedat regula præfata, quando pronuntiaretur negatiue contra petentem reuocationem attentatorum, videlicet illa non esse reuocanda: Sicut enim supra, sub nu. 28. vers. præterea. & melius considerauimus, quod in odium attentantis, & à sua (qua pronuntiaretur attentata esse reuocanda) appellantis, sententiâ debet potius dici interlocutoria, quæ diffinitiuæ, ita in fauorem illius, qui passus est attentata, quando contra eum negatiue pronuntiaretur posset dici, quod esset censenda diffinitiuæ, ad hoc, vt ille appellans sit in hoc magis privilegiatus, vt tanquam appellans à diffinitiuæ non alligetur dispositione dicti c. cordi, nec contra eum pendente tempore ad appellandum possit deueniri ad executionem dictæ sententiæ, iuxta c. non solum. de appella. in 6. & minus possit fieri condemnatio expensarum ex interuallo. ad no. in l. Paulus. ff. de re iud. quæ omnia fieri contra eum possent, si dicta sententiâ reputaretur interlocutoria, pro qua facit in simili, tnam & alias iura inter pronuntiationem affirmatiuam, & negatiuam, etiam in his, quæ sunt maioris considerationis (prout est dare, vel denegare appellationem) constituunt differentiam: quamuis enim regulariter in possessorio non detur appellatio, vt abundè diximus in tracta. de appell. in poss. prohib. vel permiss. in regul. ibi posita. Si tamen in fauorem spoliatoris pronuntietur spoliatum non esse restituendum, & sic negatiue conceditur sibi hoc casu appellatio, vt diximus, & declarauimus ibidem in 25. sublimit. regulæ ibi posita, & similiter licet secundum terminos l. fin. C. de edict. diu. Adr. rollen. non admittatur appellatio, si tamen pronuntietur negatiue contra heredem, videlicet eum non esse mittendum in possessionem poterit ille hoc casu appellare, vt diximus ibidem in 23. sublimit.

43 **SECUNDO** quæritur, & vtiliter an à sententiâ lata in causa attentatorum possit appellari, & quamuis scribentes hanc quæstionem non ponant, immo tacitè videantur concedere, quod hoc casu permittatur appellatio, cum in pluribus locis videantur presupponere, quod in causa attentatorum tres possint proferri sententiæ cõformes, vt in decisio. secunda, alias centesimade cimatertia, tres sententiæ de re iud. in antiq. quæ non possent dari, nisi præsupposita appellatione à prima, & sic successiue secunda sententia, nihilominus quia articulus est frequens, & quotidianus, & prædicta doctorum conclusio in puncto iuris est valde dubitabilis,

& forsitan minus vera, Idcirco necessarium duximus presentem articulum plenius attingere. Est ergo sciendum, quod circa hoc plures possunt esse opiniones.

44 **PRIMA**, quæ hæc tenet ab omnibus tacite videtur retenta pro vera, ita ut etiam in practica fuerit obseruata, & à nemine (quem viderim) in dubium reuocata, quod à sententia lata in causa attentatorum possit appellari, quæ ex infra scriptis probari posse videtur.

45 **PRIMO**, quia illa nullibi reperitur expressè prohibita, ergo debet censi permissa, iuxta doctri. glo. sing. in l. qui restitueret. ff. de rei vendic. de quo latius diximus supra in 2. parte, cap. 12. de attent. app. pend. in 5. ampliati. princip. numero 8. & seqq.

Secundo, quia alijs doctores dum disputant an sententia ista sit diffinitiva, seu interlocutoria omnes concludunt, quod sit diffinitiva, seu vim habeat diffinitivæ quoad effectum Clem. appellanti, de appell. & consequenter quod appellans ab ea possit appellationem etiam ex nouis, & in ea non expressis causis iustificare, ut præter eos quos in id citauimus supra num. 13. & 31. tradit Card. in dicta Clem. appellanti. nu. 9. q. 9. & post eum ex recentioribus Pet. Duen. reg. 47. num. 3. vers. tertio fallit. Vnde cum dicant appellationem posse ex nouis causis iustificari, sequitur, quod necessario præsupponant appellari posse: alijs frustra de eo quereretur.

Tertio id etiam satis ex eo deducitur, quod alijs habetur apud Rot. dicta decisio. 2. alijs 113. de re iudic. in no. & 28. alijs 517. eod. tit. in antiq. dum præsupponunt in attentatis tres esse latis sententias, quæ non possunt dari, nisi præsupposita appellatione, ut dictum est, ita etiam Aegid. decis. 37. vbi appellatur, dum præsupponit ibi, quod à sententia super attentatis lata vtraque pars appellauerit.

Quarto, potest pro hac parte induci tex. in c. significantibus, de no. oper. nunc. iuncta doctrina Bal. in conf. 245. proponitur. vers. secundo præmitto. sub nu. 2. lib. 2. vbi vult, quod id, quod fit post nunciatum nouum opus retraheretur per viam attentati, vnde in dicto tex. sumus in materia attentatorum, & tamen ibi nedum vna vice fuit admissa appellatio, verum etiam vtraque pars appellauit, ut ibi patet. Qui tex. prima facie mihi contrariam sententiam veriore exilimanti negotium facere visus est, licet deinde diligentius ponderatus nihil obstare animaduertim, ut dicemus infra nu. 97.

49 **SECUNDA** potest esse opi. quam ego (licet ab alijs non positam) veriore tamen in puncto iuris esse crediderim, quod immo à sententia reuocationis attentatorum appellari minimè possit, quæ similiter infra scriptis deduci potest rationibus, & fundamentis.

50 **PRIMO**, quia versus contumax ea ratione non appellat, quia non comparando videtur iudicè contemnere, ad no. in l. i. C. quorum appell. non recip. & in l. ex consensu. §. fin. ff. de appell. & tradit post alios Maranth. in Specul. in 3. parte sexagesime partis principalis. q. 2. nume. 274. & seqq. vbi etiam declarat quis sit versus contumax. Attentans autem non solum dicitur facere in contemptum iurisdictionis, ut dicit Rot. decis. 26. alijs

307. nota quod, ad fi. de appellat. in antiq. verum etiam ipsum iudicem plus quam partem offendere. arg. c. cordi. in fi. de appell. in 6. Rot. decis. 2. alijs 14. fuit dubitatum, post princ. de restitu. spoliat. in no. ergo cum in eo militet maior ratio, quam in vero contumace, debet sibi sicut vero contumaci denegari appellatio. Fa. ad hoc, quod post alios pro sing. celebrat Matefilan. in singulari 29. incip. nota quod appellans. in fine, dum vult, quod versus contumax dicatur etiam ille, qui minus ritè, ac rectè ab interlocutoria appellauit. Vnde si is, qui nihil aliud facit, quam quod minus ritè, ac rectè appellat, reputatur versus contumax, quanto magis versus contumax erit dicendus, qui actualiter attentando, iudicem contempnit, ac offendit?

53 **SECUNDO** efficaciter hoc deduci videtur per tex. in c. an sit. de appell. secundum intellectum, de quo ibi post Ant. & Imol. per Franc. sub nu. 5. & in vers. in glo. fin. in princ. videlicet, quod ibi detur de attentatis per modum exceptionis, dum reus, qui appellauit fuit ab actore appellatione

54 pendente spoliatus, quoniam si actor velit appellare, non auditur appellans, ut in eo puniatur, in quo deliquit, is, qui cum appellatione deferre neglexerit (videlicet reum spoliando) se beneficio reddidit appellationis indignum, ut formaliter dicit ille tex. in fi. & licet aliqua fuerit inter docto. ibi differentia, an attentans eo casu tam diu non audiat appellans quam diu non reposuerit attentata in pristinum statum, secundum opi. Ant. & Imol. ibi (quæ magis placet) vel potius à beneficio appellationis perpetuo sit exclusus, & Franc. ibi attestatus fuerit, quod & verius est, & communiter tenetur, quod excludatur perpetuo, cum tex. ibi dicat, quod ille se reddidit beneficio non ipsius prosecutionis appellationis, sed beneficio ipsius appellationis indignum, ut latius ibi per eum. Ad propositum tamen nostrum, quæuis illarum opi. teneatur, erit concludendum per illum tex. quod attentans non possit appellare, & se reddat beneficio appellationis indignum.

55 **TERCIO** in his, quæ celeritatem desiderant, & in quibus mora aliquod periculum esset allatura, appellatio prohibetur, Specul. in tit. de appellat. §. in quibus. vers. octauo. numero decimo, & post eum, & Ias. in l. prima. col. prima. ff. de feriis, tradit Maranth. vbi supra, numer. 319. vers. vigesimo quarto limita. Reuocatio attentatorum de sui natura celeritatem desiderat, ergo à sententia reuocationis huiusmodi non debet admitti appellatio: Minor autem ex pluribus videtur posse deduci, Primo, quia tex. in c. non solum, de appellat. in 6. dicit, quod ante omnia debent reuocari, quod ideo credendum est fuisse ibi sancitum, quia talis reuocatio, non est procrastinanda, sed ante omnia, & celeriter expedienda, Secundo ex eo, quod not. ibi Io. Monac. super verb. ante omnia, dum exponit ante omnia, id est

56 non expectato sine liti, & dummodo constet primo diffinitum, secundo appellatum, tertio attentatum, & de isto ordine, fiet reuocatio ante omnem cognitionem istorum, subdens, & dicit ante omnia, videlicet causæ cognitionem habentia, hæc ille. Vnde si favore reuocationis attentatorum non expectatur finis liti, nec adhibetur

57

58

59

betur causæ cognitio (scilicet plena propterea, quæ diximus supra, cap. 25. de processu in causa attentatorum. numero trigesimo tertio) etiam circa illa tria probanda, absurdum videretur dicere, quod ab hac reuocatione permittatur appellatio, quæ cum vadat per tres conformes contra mentem iuris rem in longum protraheret, Immo quandoque magis expediret, quod super reuocationem attentatorum expectaretur finis causæ principalis, quam si seorsum ab ea cognosceretur causa attentatorum, & ab illorum reuocatione daretur appellatio, Pone enim, quod causa principali in 2. instantia pendente aliquid attetur, vtrique si coniunctim cum causa principali cognoscatur etiam causa attentatorum, in illa vnica, & 3. instantia finietur, quod si causa attentatorum per se agatur, cum fuerit necesse ire per tres instantias, & tres conformes, arg. eorum quæ posuit Rot. decis. 2. alijs 113. tres sententiæ super attentatis, de re iudi. in no. clarum est, quod ferius expedirentur. Tertio, idem suadet, & melius ex his quæ ponit Rot. decis. 5. alijs 433. nota nunquid reo. sub nu. 5. vers. sed an talia attentata, ad fin. ut lit. penden. in antiq. quæ est repetita apud Bisignet. decis. 1. nunquid Reo. sub numer. 6. eod. tit. quas quoad infra scriptam considerationem secuta est etiam moderna Rota in vna Nolan. Abbatie Regalis Vallis coram Paleot. ut est in recollet. ipsius decis. 115. Io. Michael, ad fi.

60 videlicet, quod attentatorum reuocatio respicit abbreviationem liti, & quando sumus in beneficialibus tangunt periculum animæ attentantis, vtilitatem Ecclesiarum, & etiam publicæ, ne propter diuturna litigia Ecclesiæ diu vacent, cum iudicis illusione, ut ibi formaliter dicitur, quæ omnia ita celeritatem designant, ut merito hoc casu appellatio sit remouenda. Quarto, facit quia in multis locis in iure habemus, quod Papa mandat attentata reuocari, sub hac forma, reuocato in statum debitum si quid post appellationem noueritis attentatum, & cætera, & alijs reuocatio in irritum quicquid post appellationem huiusmodi noueritis esse factum, Partes, & cætera, ut in c. significauit, de appella. quæ

61 vltima verba, & cætera, secundum glo. fin. in dicto c. significauit extenduntur, id est Partes ad vestram presentiam conuocetis, & in causa procedatis. Vnde cum ad hoc, ut possit in causa scilicet principali procedere, maderetur iudici, ut reuocet quicquid attentatum fuerit, videtur, quod illa reuocatio celeriter sit expedienda, ad effectum, ut in causa principali possit procedi secundum principalem intentionem mandantis, quod vtrique non contingeret si reuocatione daretur appellatio. Quinto, quia materia noui operis nuntiationis proculdubio celeritatem declarat, & ideo omnibus diebus, etiam feriatis, & omnibus personis, etiam fabris, & pupillo fieri potest. ad l. primam. §. nuntiatio. & sequen. ff. de nou. oper. nunc. cum autem per nuntiationem dicatur talis inducta inhibito, ut siue iure, siue iniuria edificetur, quicquid post nuntiationem edificatum est sit reuocandum, & demon-

62 liendum, dicta l. 1. & l. prætor ait. eod. tit. & reuocatio prædicta dicatur fieri per viam, & modum attentati, ut per Bald. eleganter in conf. 245. proponitur, sub numer. 2. lib. 2. quem secuti sunt Ias.

63

64

65

66

67

in dicta l. 1. num. 30. vers. quarto limita, & ibidem Vinc. Hercu. col. 3. ff. de noui oper. nunc. ergo satis constat, quod causa attentatorum celeritatem desiderat.

68 **QUARTO**, quod appellatio hoc casu non fit admittenda suadet, quia vbi proceditur ex iudicis officio videtur prohiberi appellatio, hinc videmus, quod in illa q. an in causa alimentorum

69 appelletur, distinguitur per doctores, quod si petantur, & concedantur ex officio iudicis, & à tali sententia non appelletur, & secus si iure ordinario, ut est doctri. Specul. in titu. de appell. §. in quibus. sub nume. 11. vers. tu dic, quod si petantur officio iudicis, quam etiam post Alberic. sequi videtur etiam Io. And. ibi in addit. in verb. aliorum. In reuocatione attentatorum proceditur ex officio, ut clarum est, & diximus supra in hac tertia parte, capit. 21. quib. & quot mod. attent. reuoc. nu. 14. & 18. ergo, & c.

70 **QUINTO**, quia huiusmodi appellatio est contra ius, ex quo dictum c. non solum, mandat reuocari ante omnia, ut est de mente Deci. in c. an sit. sub numer. 2. col. 2. vers. secundus tamen fuit intellectus, de appell. dum vult, quod secunda appellatio, de qua ibi per eum, ex eo capite non debeat admitti, quia scilicet sit contra ius, cum attentata pendente appellatione debeant in primis reuocari, dicto c. non solum, & sic sentit, quod illud ante omnia importet quod attentata reuocentur, & si à reuocatione appelletur, appellatio non debeat admitti.

71 **SEXTO**, quando mandatur procedi sine lite, statim, & ex officio, tunc censetur prohibita appellatio, ut post Bald. in conf. 330. statuto cauetur. sub numer. 7. libr. 1. tradit Aegid. Boss. in sua pract. crim. in tit. de appell. numer. 16. In attentatis autem, ita videtur procedi, cum sine ordine iudiciario, liti contestatione, statim, & ante omnia, & ex officio procedatur, ut diximus supra proximè numer. 58. & latius supra cap. 25. de process. in caus. attent. num. septimo, & multis seqq. merito.

72 **SEPTIMO** factam si inuolutio priuat attentantem appellatione, & illius effectu, quando iam est actualiter interposita, & in esse deducta, ut est tex. in dicto c. an sit, secundum alium intellectum, quod ibi appellans ipse attentauerit, & in poenam inuolutionis priuatur, & appellatione & illius effectu, ac illius prosecutione, de quo vltima Deci. Franc. & antiquiores ibi, est etiam inter recentiores sing. decis. Minfinger. 50. centur. 2. incip. quando appellans, vbi alios alleg. & dicemus etiam latius infra in hac 3. parte, cap. 31. de poenis attent. in decimatertia poena. Ergo videtur, quod multo magis inuolutio eum priuare debeat appellatione, quæ non est in actu, sed tantum in potentia, iuxta regulam, quod multa impediuntur fieri, quæ facta tenent. c. ad apostolicam, de regul. l. parte furioso, vbi omnes. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iuris.

73 **OCTAuo**, appellatio tendens ad differendam reuocationem attentatorum non admittitur, tamen in causa conexa, ut tradit Doc. in dicto c. an sit, præsertim Franc. sub num. 7. vbi licet teneatur hoc communiter teneri, ipse tamen ibidem in vers. secundus casus. post Io. Andr. & Specul. hanc conclusionem tenet, etiam si appellatio præ-

74

75

76

77

78

79

80

dicta interponeretur in alia diuersa, ac separata causa: ergo multo magis debet reici appellatio, quæ interponeretur à sententia reuocationis, cū & illa fiat in eadem causa, & de directo tē dat ad differendam attentatorum reuocationem, vt de se patet.

Nonò, apud me non parum valet hæc consideratio (quam percurrendo sapius decretales, in quibus tractatur de hac attentatorum reuocatione facere coactus sum (videlicet, quòd in tot, & tot locis Papa mandat huiusmodi attentata reuocari, vt in c. primo, c. ad præsentiam, c. constitutus, c. significauit, cum aliis pluribus, de appell. c. significantibus, de nou. oper. nunc. c. venientes de Iureiur. c. primo, vt lit. penden. in 6. cum aliis innumeris, in quibus etiã sæpè narratur longa series facti, & multoties narratur appellatio, etiã super re nõ magni momenti interposita, & tamen nullibi narratur tale factum, in quo appareat, quòd saltem de facto appellatio fuerit interposita ab huiusmodi attentatorum reuocatione, si enim interponi posset, profectò (cum homines difficiles sint ad restituendã possessionem, puta lite pendente captam, & prætextu appellacionis sæpè conentur se in sua iniquitate tueri, & confouere. ad c. præterea, de appell.) credendum est, quòd alicubi de appellacione ab huiusmodi reuocatione haberetur mentio, quæ cum non adit, facile credi potest eam reiciendam esse. argum. l. illam, C. collatio. cum simil.

74 Decimo fa. quia non est dubium quòd attentans, iudicem offendit, c. cordi. de appell. in 6. & dictum est aliàs suprã, ¶ Qui autem semel offensus est, non debet iterum offendi, quia non debet quis duplici offensione conteri, & non est ad denda afflictio afflictio, Iuribus vulgaribus, sed si attentanti permitteretur appellare à sententia, qua iudex iste reuocat attentata, diceretur iterum offendere, ex quo appellans cū offendit, & sibi iniuriam infert, ad no. in l. fin. C. quando prou. non est neccf. & in c. vt debitus. de appell. & tradit post alios Phil. Prob. in addit. ad Io. Monac. in d. c. non solum. in fi. nu. 16. Merito.

Vndecimò, (& hoc fundamentum multum stringere videtur) ist qui postquã sibi fuit facta noui operis nunciatio & edificat, dicitur, attentare, & illius reuocatio, & demolitio fit per viam attentati, secundum Bald. in dict. conf. 245. proponitur. numer. 2. lib. 2. quem sequuntur 1 as. in l. 1. numero 3. vers. quarto limita, & ibidem Vinc. 78 Hercul. col. 8. ff. de nou. oper. nunciat. ¶ sed à sententia demolitionis noui operis non appellatur, quia denegatur audientia. dicta l. 1. §. fed & si is, vbi Ias. in princ. iunctis his, quæ ibidem dicitur num. secundo. ff. de nou. oper. nunc. ¶ quando autem audientia denegatur censetur etiam appellatio prohiberi, vt post Vant. in tracta. de nullit. ex in habil. & defectu manda, diximus latius suprã in 2. parte in quinquagesima limit. prin. nu. 16. vers. similiter, & is diceretur minus legitima persona, ergo.

80 Duodecimo, ¶ cassatio, annullatio, & reuocatio actus dicitur esse pœna, ad c. dispendia. §. fin. de rescript. in 6. Cassad. decisio. 3. supposita. nu. 9. super reg. cancell. in tit. de decr. in referuat. & plenius, & eleganter per Boer. decisio. 1. numero

81 16. ¶ præsertim, quando talis cassatio, & reuocatio fit in odium personarum, quæ illum actum explicauerunt, prout idem ibi declarat. num. 17. quòd ipsum in materia attentatorum annotauit, etiam nouissimè Manfred. in cons. suo de attentatis, quòd imprimitur in primo lib. attentatorum, in 11. parte ad fi. vers. duodecimo Regentis, vbi Cassad. allegat (quitamen id mihi dicere non videtur, & pro pœna posuimus illam inter ceteras infrã cap. 31. de pœn. attent. nume. 7. & seqq. Quæ pœna in materia nostra, tum per canones antiquos, tum maximè per c. non solum. de appella. in 6. fuit inducta. ¶ A pœna autem l. non appellatur, vt notat Bal. in Marguerita sua in verb. appellari à pœna, post docto. in c. ad nostram. de appel. ergo à reuocatione, de qua agimus non debet dari appellatio.

Decimotertiò facit, quia cum attentans, vt dictum est iudicem offendat, & consequenter videatur impedire, ac turbare illius iurisdictionem, & contra huiusmodi turbantes iurisdictionem, etiam si esset tertius detur, remedium attentatorum, vt post Rot. & Frac. de quibus ibi diximus suprã in prima parte, cap. 3. de attentata. à tert. nu. 43. vers. quinto nisi tertius, non debet videri mirum, si in pœnam priuatur beneficio appellacionis, cū & aliàs impediens iudicem, & illius iurisdictionem multo maiori pœna puniatur, nam & pecuniaria, & in personam, atque etiam excommunicationis, & demum etiam priuationis beneficiorum pœna affici potest, vt per Inno. & docto. præsertim Dec. in c. 1. de offi. deleg.

Decimoquartò, hæc opi. suadetur, quoniam 84 ¶ quando imponitur perpetuum silentium, prout fit in causa attentatorum, is, cui imponitur, non potest ultra post sententiam audiri, cum per hæc clausulã dicatur oriri exceptio perpetua denegata audientia. c. in præsentia, vbi Barbat. nu. 36. de probat. & tradit nouissimè post Boer. decisio. 255. sub nume. 12. necnon Capit. & alios per eum allegatos. Bursat. in cons. 78. visis. numer. 21. libr. 1. Ad purgationem autem attentatorum requiritur impositionem perpetui silentij declarauerunt aliàs domini in vna Casaraugustana, dotis sub die 2. Iunii 1561. vt est in recollet. Paleott. decisio. 58. fuerat. Et ita etiam aliàs animaduerti in sententia reuocationis attentatorum huiusmodi perpetuum silentium fuisse impositum in vna Cefenaten. bonorum, seu attentatorum, sub die 6. Martij 1551. per tunc R. P. D. Vgonem Boncompagnum Auditoris Camera Locumtenentem meritissimum, ac paulo post episcopum Vestan. & eiusdem tribunalis Viceregētem, Indèque S. R. E. Cardinalem Amplissimum, Demum verò de anno 1572. sub die 13. Maij foeliciter ad summi Apostolatus apicem assumptum.

Decimoquintò (& hoc, & sequens fundamentum licet còcludere videantur, quòd saltem de iure Ciuili huiusmodi appellatio censeatur prohibita) quatenus tamen restringeretur hæc conclusio de iure ciuili, nõ per hoc esset inutilis hæc resolutio, sed in terris imperij posset ob hanc, & sequentem rationem, atque etiam aliàs suprã allegatas, quæ militat tam de iure canonico quã 85 ciuili hæc opi. practicari) ¶ quia scilicet (vt suprã conclusum est nu. 17. & nu. 30.) sententia lata super attentatis est interlocutoria, ergo de iure sal-

tem ciuili non debet posse ab ea appellari. l. 1. C. quorum appellat. non recip. l. ante sententiam. ff. de appellat. recip. & tradit Maranth. vbi suprã, nu. 292. vers. 14. limita.

86 Decimo sexto, quia si in possessorio de iure ciuili prohibita est appellatio. leg. 1. C. si de moment. poss. Ergo multo magis dicendum videtur, quòd sit prohibita in attentatis, quæ sunt fauora biliora, & in quibus vertitur maius odium contra attentantem, quàm in spolio contra spoliante, is enim offendit ius, & partem, attentans vero offendit etiam iudicem, ad no. in c. cordi. de appellat. in 6. Rot. decisio. 2. aliàs 14. fuit dubitatum. de restit. spoliati. in no. & dictum est latius infrã cap. 30. de priuileg. attent. in 1. ampliat. nu. 6. & seqq. & tanto magis, quia (vt docet experientia) attentata, vt plurimum committuntur capiēdo, vel transferendo possessionem rei, de qua agitur, lite, vel appellacione pendente, quo casu cum simus in possessorio, & spolio attentato non videtur dubitandum quòd attentata præsertim præsupposita obseruantia Aegidianæ constitutionis non esset locus appellacioni, vt dicemus infrã nu. 99.

Ex quibus omnibus satis efficaciter scilicet videtur hæc secunda opi. quòd à sententia lata in causa attentatorum absolute non possit appellari. Quod si cui videretur fortasse hæc opi. nimis rigorosa, posset ad alias opi. conuolare, quæ federe distinctionis primam cum secunda conciliare videntur, & ideo

87 TERTIA potest esse opi. distinguens, ¶ quòd aut pronuntiatu affirmatiuè attentata esse reuocanda, & tunc in odium attentantis, cõtra quem est pronuntiatum, denegetur sibi appellatio, & ita procedant ea, quæ dicta sunt suprã in 2. opinionione. ¶ Aut pronuntiatu negatiuè contra petentem reuocationem attentatorum, & sic in fauorem attentantis, & tunc illi, qui passus est attentata detur appellatio. Quæ distinctio colligitur 89 ex eo, ¶ (quod appellant suspensum dictum Angeli in l. quisquis. numer. 3. C. quorum appell. nõ recip.) quòd licet in remedio l. fin. C. de edict. Din. Adr. Toillen. quãdo pronuntiatu hæredem petentem se immitti in possessionem, esse immittendum, & sic affirmatiuè, nõ detur appellatio, sita men contra hæredem negatiuè pronuntietur cū non esse immittendum, tunc cõcedi appellacionem, & ita sæpius in practica obtinere fuisse, & ex eo etiam, quòd latius cõcluditur, quòd à sententia lata in possessorio in fauorem spoliantis detur appellatio, secus si sit lata in fauorem spoliati. de quibus duobus similibus dicemus latius in tracta. de appellat. in possessor. prohibet. vel permiss. in 25. limitat. regul. ibi posita, & in propriis terminis attentatorum, ¶ quòd à non reuocatione petebatur sequenti, quòd tanquam attentatum cõcedatur reuocari, validè appellari possit, ita, vt illa pendente nihil sit inuouandum, cõsuluuit ex recentioribus Aug. Bero. in cons. 51. in hac causa. vers. 2. conclu. nu. 5. & seqq. lib. 3. Quæ opin. & si ex præmissis satis probabilis videri possit, sicut tamen illa omnino non satisfaceret, posset aliã distinctionem amplecti, & erit

91 QVARTA opi. ¶ quòd appellatio in causa attentatorum detur, etiam de iure canonico quoad effectum deuolutiuum, & sic quòd admitta-

tur appellatio non retardata executione, quæ opi. ex eo firmari posse videtur, quia si fundamenta, quæ suprã allegata sunt pro 2. opin. absolute concludunt, quòd nullo modo detur appellatio, multo magis cõcludere videntur, quòd non detur qualificatiuè, videlicet, quoad effectum suspensiuum, Et ex eo præterea, quòd aliàs in simili dicitur in possessorio, quòd licet in eo appellatio de uoluat, tamen non suspendit, vt latius diximus in d. tracta. post princ. Pro qua facit etiam quia in attentatis cõcurrit maius odium, vt dictum est quã in spolio, ita vt ratione huius maioris odij non sit incõgruum dicere, quòd appellatio hoc casu careat effectu suspensiuo: Quinimmo, & cū odio attentantis concurrat etiam natura causæ, quæ cum ob periculum animarum, vtilitatem Ecclesiarum, & etiam publicam, & aliàs celeritatem desideret, vt dictum est suprã numer. 57. æquissimum videtur, quòd si appellatio est admittenda, illa fiat, & deuoluat, sine tamen retardatione executionis, sicut enim clausula quæ solet apponi in commisionibus etiam appellacionum super nullitate pensionum videlicet absq; retardatione solutionis pensionis, de qua per Staphil. de literis gratiæ & iust. in 2. parte, fol. 153. vers. quando verò vtraque pars operatur, vt appellatio perdat effectum suspensiuum, quia per 94 eam non retardatur solutio pensionis ¶ cuius causa reputatur favorabilis ob autoritatem Papæ, qui illam imposuit, secundum Staphil. vbi suprã, ita quoad hunc effectum suspensiuum potest dici, quòd appellatio in causa attentatorum interposita perdat effectum suspensiuum, ¶ ex quo causa attentatorum fuit aliàs iudicata magis fauorabilis, quàm causa pensionis, etiam habetis clausulam sine retardatione, &c. vt fuit aliàs dictum in vna Taruisen. coram Prospero, & est decisio in recollet. Acchil. de grass. 24. Attentatorum causa. sub Rubrica, de attentatis. Quæ opinio tanquam honori iudicis, qui sententiam exequitur, cõsulens, & tã indemnitati illius qui passus est attentata (qui per executionem recuperat & possessionem, & fructus, & expensas (quàm etiam ipsius attentantis, cui mediãte effectu deuolutiuo est ius saluum, vt possit quocumque (si fuerit indebitè grauatus) sententiam retractari facere, prouide etiã cõsulens satis equa videtur, & amplectenda. Quòd si quis absolute alteram, aut affirmatiuam, aut negatiuam tenere vellet, ego negatiuam tanquam in puncto iuris veriore proculdubio tenendam censeo, per ea omnia, quæ pro corroboracione secundæ opinionis suprã dicta sunt.

Et tenendo eam, non obstant ea quæ suprã in contrarium pro prima opin. fuerunt considerata, quoniam responderetur, &

Ad primum, quòd licet non reperiatu per aliquem tex. expressè & nominatiu prohibita à sententia reuocationis attentatorum appellatio, tacite tamen & virtualiter censetur prohibita, tum per tex. in dicto. cap. non solum. de appellatio. in 6. per quem aliàs dicebat Deci. in dicto ca. an sit. quòd huiusmodi appellatio est contra ius, vt diximus suprã num. 68. vers. quinto quia. tum etiam, quia ex quo celeritatem desiderat, & in ea proceditur ex officio, & est interlocutoria, in quibus casibus generaliter ius prohibet appellari,

lari, vt supra dictum est. num. 57. & num. 65. & numero 85. ob istas rationes in generalitate prohibitionis comprehenditur etiam causa attentatorum.

Ad secundum respondetur, quod verum est quod docto. semper præsupponunt, quod clem. appellanti, non habet locum in sententia attentatorum, quasi illa vim habeat diffinitiuæ, sed nullo modo pro hoc tex. aut rationem concludentem adducunt, quare debeat à dicta sententia posse appellari, nam nõ sequitur est sententia diffinitiuæ, ergo in ea habet locum clem. appellanti, ¶ quia illa clem. intelligenda est, vt procedat in sententiis diffinitiuis, vel vim diffinitiuæ habentibus, quatenus tamè à dictis sententiis appellari potest & non aliter, & propterea ad propositum nõstum præsuppositum scribentium ibi, nõ concludit, quod sit admittenda hæc appellatio, si aliàs de iure non veniret admittenda, & eorũ authoritas probabilis est, non necessaria.

Ad tertium similiter respondetur, quod si in casu illarum decis. fuerunt latæ tres conformes in causa attentatorum, illud potuit euenire vel ex expresso partium consensu, vel ex tacito, vt quia passus attentata in cuius fauorem fuit lata prima sententia non animaduertit, quod attentanti de iure non competeat huiusmodi appellatio, & non debet attendi quod de facto factum est, sed quod de iure fieri debet. Rot. dec. 58. aliàs 412. si appelletur. de appel. in no.

Ad quartum videlicet, ¶ ad tex. in c. significantibus. de nou. oper. nunc. qui prima facie magis, quam præcedentia stringere videbantur, respondetur, & primo, quod primæ appellationi de qua ibi, (vt rectè animaduertit Inno. ibi post prin.) fuit per Iudicem à quo motu proprio de latum, & ita etiam per Iudicem ad quem admiffa, & sic de facto processit ibi illa appellatio nõ de iure, Secundo, & melius, quod ille tex. non facit ad propositum, non enim loquitur de appellatione à sententia reuocationis attentatorum, & eorum, quæ post nuntiationem noui operis fuissent ibi per ædificantem attentata (prout loquimur in quæstione nostra) sed de appellatione ab interlocutoria admissionis quarundã probationum, de quibus ibi, Et nos etiam concedimus, ¶ quod pendentem causa attentatorum, licet ab ipsa sententia reuocationis attentatorum appellari posse negemus, poterit tamen ab aliqua interlocutoria in ea lata etiam validè appellari, sicut aliàs dicimus, quod licet à sententia lata in possessorio nõ appelletur, ab interlocutoria tamen eam præcedenti appellari potest, vt diximus, & pluribus comprobauimus in d. tracta. de appellat. in possess. prohibet. vel permiff. in 2. decla. prin. regulæ ibi positæ. Ex quibus omnibus satis concludenter apparere potest, secundam opi. negatiuã, de qua supra efficaciter fundatam, & à contrariis sufficienter defensionem.

Verum quia veritas nouarum opinionũ cũ ipsa, (vt dicebat Gellius libr. 12. cap. 11.) sit filia temporis, non possit, nisi longo progressu temporis apparere, & tandem in Iudiciis obtinere, si quis adhuc antiquorum tacitam sententiam tenere maluerit, cum nulla ferè possit in iure nõstro firmari conclusio, quæ ita perpetua sit, vt nullas recipiat limitationes, illa retèta animad-

uertendum est, quod licet regulariter dicta appellatio admitteretur, tamè certis modis est necessario limitanda, & declaranda. Sit itaq; secũdum hanc antiquorum opinionem,

REGVLA, quod à sententia reuocationis attentatorum detur appellatio per ea omnia, quæ dicta sunt supra in prima opinione. nu. 44. quæ licet à doctoribus videantur indistinctè admitti, in rei tamen veritate nonnullis necessariis limitationibus declaranda, & restituenda videtur.

LIMITARI Itaque tripliciter potest, &

99 Primo, vt nõ procedat, quando effemus in attentatis circa possessionem, & per sententiam reuocationis attentatorum veniret restituenda possessio, & consequenter quando sumus in spolio attentato. Quamuis enim dici soleat, quod cũ articulus attentatorũ procedat per tres conformes, vt colligitur ex decis. 1. aliàs 13. si Iudex. sub numero 3. in fi. vt lit. pend. in no. & aliis allegatis supra hoc eodem cap. q. 2. num. 47. spoliũ quoque attentatum, ¶ propter mixturam attentatorum procedere debeat per tres conformes, præsertim cum, & ipsa constitutio Aegidiana (per quam hodie in terris Ecclesiæ regulariter ibi possessorio prohibetur appellatio) ratione mixturæ in certis casibus, puta condemnationis fructuum, & expensarum appellationem permittat, vt expressè in ea legitur ibi ratione præ-

100 fatæ mixturæ, &c. & tanto magis: quia secundum hanc opinionem, quod propter mixturam prædictã detur hoc casu appellatio, fuit pluries per Dominos tentum, & resolutum, vt in vna Firmana bonorum coram Reumano 16. Februarij 1554. & in alia Sarnen. molendini coram D. meo Oradino 16. Maij 1558. vbi respondendo ad hoc motiuum de attentatis dixerunt, quod non obstat, quod attentata sint reuocanda, quia illud procedit per tres sententias conformes. Pro ut idem, quod in sententia lata in interdico retinendã nõ sit locus Aegidiana ob dictam mixturam attentatorũ, tenuerunt Domini in alia Anconitana bonorum coram eodem Oradino 6. Nouemb. 1562. vbi & illud subdiderunt, quod resolutio illa erat conformis multis aliis resolutionibus factis in similibus causis, Idemque propter huiusmodi mixturam fuit nouissimè tenũ in alia Reatina Caltri Apostæ corã Binarino. 12. Decembris 1571. Maximè quia videmus, quod quando aliàs possessio habet admixtam qualitatem aliquam, cuius ratione datur appellatio, puta quando agitur ad possessionem, & etiam ad pœnam in casu l. si quis in tantam. C. vnde vi. tunc datur appellatio, etiam à tota sententia, e cũdum communem opinionem, de qua post Rip. in c. sãpè. colum. vlt. vers. secunda fuit opinio. de restit. spoliat. testatur Menoch. in tracta. de recuperat. remed. 9. qu. 49. nume. 316. & per Contar. in repet. leg. 1. C. de moment. poss. in 2. limitatione principali. in princ. numero 8. & §. 3. in princ. & num. 7.

102 Nihilominus ¶ veritati inhærendo à præsentis limitatione non videtur recedendum, sed tenendum secundum veriore de iure sententiã, quod à snia lata super spolio attentato non detur appellatio, quod ex pluribus suadetur,

103 Primò, ¶ quia hmoi attetatu, quãdo est circa rei possessionem sapit naturã veri possessorij, vt expressè

pressè dicit Rota decis. 1. aliàs 13. si Iudex. sub nu. 3. in fi. vt lit. pen. in no. & dec. 2. aliàs 113. tres sententia. de re iudica. in no. & decis. 28. aliàs 517. nota quod tres, de re iudic. in antiq. in vero autem possessorio regulariter non datur appellatio, nec de iure ciuili, vt dicunt omnes in dict. l. 1. C. si de moment. poss. nec de iure canonico, vbi viget constitutio Aegidiana, merito, &c. Secundo, quia ¶ cũ attentans sit magis odiosus, quam spoliatus, vt dicunt doctores in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend. possess. vbi Ias. nume. 130. & Rip. nu. sexagesimo septimo. nõ debet ex suo maiori delicto habere subleuamẽ, vt possit appellare: arg. l. 1. C. de hæret. l. si hæreditaria. ff. de negociis gest. quo argumento loquens de spoliatore violento vtebatur aliàs Salice. in l. momentanea. C. vnde vi. Tertio, ¶ quia inducã ad vnum effectũ non debent contrarium operari, iuribus vulg. & propterea cum passus attentata deduxerit in iudicium spoliũ attentatum, vt tanto celerius, & facilius causæ expeditionem, & recuperationem possessionis obtineret, quanto iudicium attentatorum est magis priuilegiatum iudicio spoliij, secundum ea, quæ latè posuimus infra in hac tertia parte, ca. trigesimo, de priuileg. atten. num. 6. & multis seq. non debet hoc casu attentati ad purganda attentata per restitutionem possessionis condemnato, concedi appellatio, per quam contra actoris intentionem causa per tres conformes 107 in longum protrahatur. ¶ Quarto, quia qualitas ista, quod spoliũ sit attentatum non videtur immutari, aut alterare naturã simplicis spoliij, nec repugnare rationi, quare scilicet in possessorio non appelletur, quæ est, quia possessio, quæ recuperatur per sententiam latam in possessorio, non perpetuo, sed breui tẽpore, & momento sit apud recuperantẽ duratura, vt declarat post alios Cõtard. in dicta repe. Rubrica. C. si de moment. poss. num. quadragesimo quarto. Quæ ratio maximè 108 procedit in spolio, & possessione attetata, quoniam & illa est momento apud recuperantẽ duratura, ex quo si attentans facta restitutione habeat bonum ius in negocio principali, obtinendo in petitorio, etiam ipsam possessionem ab eo, qui passus fuerat attetata auocabit. Quinimmo quandoque bonum ius ipsius attentantis impedire etiam ipsam restitutionem possessionis, puta si per confessionem constaret notoriè de non iure petentis reuocationem, quo casu regulariter impeditur reuocatio secundum ea, quæ latius diximus supra hæc eadem parte, capi. 24. de reo, & except. sib. cont. attent. compe. q. prima. num. 64. immò in multis casibus possessio attentata, licet pro purgatione attentatorum auocetur ab attentante, non tamen restituitur ei, qui passus est attentata, sed iudex penès tertium, aut penès se illam sequestrat, vt diximus dicta quæstione 1. n. 57. & infra c. 27. de iud. & per quem atten. reuo. 109 num. 7. & seqq. Quinto, ¶ quia videtur considerari diuersitatis inter hæc attentata circa possessionem, & cetera alia, puta circa processum, & huiusmodi, non solum ex hoc, quia hæc sapiunt naturam veri possessorij, verum etiam, quia & aliàs inter sententiam, per quam fit restitutio possessionis, & cetera attentata videmus constitui differetiam, cum illa quæstione, an sententia lata super attentatis sit interlocutoria, vel potius ha-

beat vim diffinitiuæ, doctores aliàs tenent, quod hæc per quam fit restitutio possessionis habeat vim diffinitiuæ, aliàs autem sint interlocutoria, vt declarauimus supra hoc eodem capi. nume. 33. & seqq. post Aegid. decis. 286. in materia. Rot. decis. secunda, aliàs 86. si à sententia. de appellat. in no. 110 Sexto, ¶ quando intentatur remedium spoliij litẽ pendente facti, causa spoliij est principalis, attentatorum autem causa dicitur esse accessoria, Oldrad. conf. 206. in causa. ad finem. Rip. in l. edita. nu. 24. C. de eden. & sensu Rota decis. 1. num. 2. 111 de appell. in no. Inconueniens ¶ autem est, quod accessoriũ immutet naturam principalis. l. nuda. C. de contra. & committ. stipu. quo arg. vtebatur aliàs in his terminis Rip. in c. sãpè. num. 102. 112 de restit. spol. præsertim, ¶ cum principale dicatur dominari accessorio, & illud prout vult restringit, & ampliat. l. prædiis. in princ. ff. de leg. 3. prout post Rip. & Affiã. tradit etiam Cõtard. in dicta repetitione. l. 1. in secunda limit. in princ. num. trigesimo primo. C. de moment. poss. Septimo, idem suadetur, ¶ quia videmus, quod l. 1. quæ prohibet appellationem in possessorio habet locum etiam quando, quis ageret ad consequendã possessionem implorando officium iudicis, prout est illud, quod competit legatario aduersus hæredem pro possessione rei legatæ, quo casu nec etiam appellatio conceditur, vt post Guid. Pap. quæsti. 483. considerabat eleganter Alciat. conf. 68. gubernatorem. post princip. & nume. sexto. li. 6. vnde idem dicendum est in possessione attentata, quã quis consequitur mediante officio iudicis, declarauimus supra in hac tertia parte, ca. 21. quib. & quot modis attent. reuoc. nu. 4. & 5. Octauo, ¶ qualitas attentationis non respicit aliquo modo ius aliquod proprietatis, vel dominij, sed ipsammet possessionem, designans qualiter, & quãdo illa capta fuerit, qualitates ¶ autem quæ respiciunt ipsam possessionem nõ alterant naturã possessorij, vt in eodem possessorio nõ sit eadem iuris dispositio, quod apparet, nam licet naturalis, ciuili, & ciuillissima possessio, quæ habetur vigore statuti continuantis possessionem à cefuncto in hæredem, dicantur habere inter se diuersas qualitates, vt per se patet, non tamen per hoc efficitur, vt remedium spoliij non sit idem, etiam in dicta ciuillissima possessione, pro qua etiam competit actio spoliij, sicut pro naturali, vel ciuili, vt post Deci. in conf. 84. colum. 2. Paris. conf. 41. colum. 3. libro 1. & alios multos per eum allegatos tradit Ant. Gab. com. conclu. libr. 5. de acquirend. poss. conclus. 7. in princ. versic. contrarium voluit. Immo potest dici, quod nec etiã qualitas possessionis, cuius ratione competit ali quod nouum remedium possessorium, illud alteret respectu ipsius appellationis, si quidem habemus regulam generalem, & vniuersalem, quod in omni possessorio prohibetur appellatio, vt dicunt doctores in dicta leg. 1. C. de moment. poss. 116 ¶ quam habere locum in omni possessorio declarauerunt aliàs etiam Domini in vna Roma. domus coram Caputaquen. 14. Octobris. 1560. vt est decisio in recollec. eiusdem 1. 222. incip. Aegidiana. vnde di. l. 1. locum sibi vendicabit non solum in occupante possessionem plenam, verum etiam in occupante possessionem vacantẽ, ¶ pro qua particulatim competit remedium. l. final. Traã. de Attent. T

C. vnde vi, vt tradit Menoch. de recup. poss. remed. 13. in princ. per totum, & consequenter sicut qualitas ista, quod possessio sit occupata tempore, quo vacabat non facit causam appellabilem, ita nec qualitas ista, quod possessio fuerit capta tempore, quo lis pendebat facere causam spoliij attentati appellabilem. Et magis ad propositum, 118 quod qualitas puta violentiæ respiciens possessionem non alteret, neque immutet naturam possessorij respectu etiam appellationis de qua agimus, patet in remedio l. si quis in tantam. C. vnde vi, in quo licet agatur de recuperanda possessione violenter occupata, cuius violentiæ, & qualitatis ratione competit etiam remedium dictæ legis ad pœnam, de qua in ea, & tamen si agatur ad possessionem tantum non datur appellatio, vt post Henric. Boic. & alios per eos allegatos declarat eleganter Contard. in suprad. limit. 2. §. 3. num. decimo, & seqq. Nec placet in hoc opinio Menoch. de recup. poss. remed. 9. q. 49. nume. 326. dum reprobare videtur opi. Ripæ in dicto c. sèpè. num. 102. sentientis in casu dictæ l. si quis in tantam, restitutionem possessionis esse separabilem à pœna illius legis, nam licet postquam est super remedio dictæ legis lata sententia restitutio possessionis videatur inseparabilis à pœna, 119 tamen respectu libelli bene sunt separabilia, vt declarat Henr. vbi supra. Et si data separabilitate qualitatis ipsius spoliij ab ipso spolio non alteratur natura causæ spoliij quoad effectum appellationis, sequitur, quod in spolio attentato non sit danda appellatio, quia qualitas attentionis non est ita spolio connexa, vt sit inseparabilis: 120 120 t quoniam immò ab eo etiam post institutum 121 Iudicium separari potest, quod apparet, t nam si fuerit intentatum spoliium attentatum, & qualitas illa attentionis non fuerit probata, & fuerit per iudicem tantum super spolio pronuntiatum, sententia sustinetur, si in cõmissione ad sit clausula quam & quas, vt fuit aliàs dictum in vna Ro. spoliij coram Vestano, quarto Iunij 1554. aliàs enim si qualitas ista fuisset inseparabilis actor ob illius non probationem succubisset & sententia potuisset sustineri, ad no. in l. diuus. ff. de re iudi. cum aliis congestis per Tiraquell. de retract. conuent. in gl. finis. nu. 98.

123 Ex his sequitur, t quod hæc opinio tanquam verior sit amplectenda, præsertim, quia & secundum eam fuisse quandoq; per Dominos tentum in supra allegata Firmana bonorum, videlicet Aegidiana locum esse, apparet in notis manu propria D. mei Oradini anni 1556. fol. 461. & fol. 468. vbi refertur, qualiter in prædicta causa Firmana bonorum inter confratres societatis sanc. Sebastiani, & Ioannem monice coram Nouato, idem Nouatus de voto, & consensu Dominorum tulerat sententiã sub die 10. Aprilis. 1546. quod in casu prædicto, qui erat in spolio attentato, locus esset Aegidiana. Et tenendo eam

Non obstant, quæ in contrarium pro prima opinione adducebantur, & primo illud de mixtura, quia mixtum dicitur illud, quod participat de duobus, vt tradit Rip. in Rubrica de iudi. nu. 99. in casu autem nostro spoliium nihil participat de attentatis, nec contra, vnde cessat consideratio mixturæ, præsertim quia possessorium

124 t mixtum fit altero de quatuor modis possitis per Bald. in l. incerti. nu. duodecimo. C. de interd. & reassumptis per Contar. d. limit. secunda. §. 4. nume. duodecimo, quorum neuter ad casum nostrum applicari potest. Ad secundam de simili, quod dabatur de remedio dictæ l. si quis in tantam, patet responsio ex supra dictis, præsertim, quod quando agitur possessorio separatim ad recuperandam possessionem, & non ad pœnam, tunc (vt dictum est) appellatio non conceditur.

Ex quibus omnibus sequitur, quod vera sit conclusio supra firmata, quod à sententia lata super spolio attentato non detur appellatio, & Aegidiana hoc casu locus sit, per supra dicta: Quæ omnia, & si maximè procederent, præsertim retenta opi. quam supra num. quinquagesimo, pro veriori firmauimus, quod à sententia lata in causa attentatorum non detur appellatio, de plano tamen, t & absque vlla difficultate præsens limitatio procederet, quando agens spolio lite pendente cõmissio, attentatum hoc deduceret, non principaliter, sed incidenter, & narratiuè, si enim in nihilo vsus esset priuilegio attentatorum, sed causam secundum terminos, & naturam simplicis spoliij prosecutus fuisset, quauis in sententia fuerit facta aliqua mentio attentati, non tamen vnde rationem quare hoc casu ab huiusmodi sententia sit danda appellatio, cum verè simus in vero 126 possessorio. t Quæ limitatio tanto magis videretur admittenda, quando essemus in causa beneficiari propter periculum animæ ipsius attentantis, & vtilitatem ecclesiarum, atque etiam publicam, quo casu tanto magis hæc reuocationis sententia dicitur fauorabilis, vt in propriis terminis nostris reuocationis attentatorum cõsiderat Rota decif. quinta, aliàs 433. nota nūquid reo. sub nu. 5. vers. sed an talia attentata. ad fi. vt lit. pend. in antiq. & apud Bisignet. decif. 1. nūquid reo. sub n. 6. e. ti. Paleot. dec. 115. Io. Micha. circa fi.

Secundo crediderim posse probabiliter limitari, si non vnuerſaliter in omni genere attentatorum, saltem quando essemus in attentatis appellatione pendente, is enim t qui appellatione pendente attentauit, meritò beneficio appellationis carere debet, vt in eo puniatur, in quo deliquit, nam qui attentando appellationi deferre neglexerit, beneficio se reddidit appellationis 128 indignum, inquit eleganter t. ex. in c. an sit. in fi. de appell. qui procedit, tam in appellante, & sua appellatione pendente aliquid attentate secundum vnum intellectum, quã in appellatione per reum interposita, & actore hac rei appellatione similiter pendente attentate, secundum alium intellectum, de quibus ibi per docto. præsertim Deci. & Franc. qui sub nume. 7. ampliando materiam, inquit, quod talis appellatione pendente attentas, non solū priuatur facultate appellandi in eadem causa, sed etiam in causa diuersa, ac separata: ea ratione de qua in dicto text. vt in eo puniatur in 129 quo deliquit, cum & aliàs generale sit, quod frustra auxilium l. implorat, qui in l. cõmittit. & edicto non iuuatur, qui edictum contemnit, ca. quia frustra. de vsur. cum similibus.

Tertio non inutiliter prædictam regulam limitandam censeo, t vt non procedat, quando essemus in attentatis commissis pendente aliqua

qua lite, in qua de iure, seu aliàs esset prohibita appellatio, de quibus in l. 1. & secunda, & tot. tit. C. quorum appell. non recip. per doctrinam docto. præsertim Alex. post Imol. in l. patris, & filij. ff. de vulg. & pupill. quem refert, & sequitur ex recentioribus Aegid. Boss. in sua practica crimin. 131 in tit. de appell. nu. 10. in qua concluditur, t quod prohibita appellatione in causa principali censetur etiam in causa accessoria prohibita, & ideo dicebat aliàs Mil. in verb. appellari non potest à sententia lata super fructibus. fol. 17. in fi. post Ant. in c. quinquauallis col. antepenult. versic. sed est dubium. de Iureiur. t quod quando non appellatur à causa principali, tunc non potest appellari à sententia lata super fructibus, & expensis, & iterum in verb. appellari non potest à condemnatione. fol. decimoquinto, quod si sententia, reuocationis attentatorum transfuit in rem iudicatã, & consequenter potest amplius appellari, & deinde iudex condemnet attentantem in expensis (quæ dicuntur esse quid accessorium) à condemnatione huiusmodi non licet appellare. t Sicut e contra permessa appellatione in principali, n accessorii quoque permessa censetur secundum Lap. alleg. secunda. incip. disputat. nu. duodecimo, vnde cum attentatorum causa dicatur esse accessoria ad causam principalem, Rot. decif. prima, aliàs 1. attentata, de appell. in no. & aliàs dictum est, potest vtique concludi, quod eo casu à sententia reuocationis attentatorum, quæ fuerant perpetrata pendente lite, à cuius diffinitiuã non potuisset appellari, minimè possit appellari. t Pro qua limit. plurimum facit, quod aliàs in simili dicit docto. in illa q. an causa incidens sit compromittenda stante statuto, quod causæ compromittatur, dum distinguunt, quod aut causa principalis erat compromissibilis, & tunc etiam causa incidens sit compromittenda, t aut illa de sui natura non erat compromissibilis pura spiritualis, viuarum, & similibus, & tunc nec causa illi incidens compromittatur, vt post Soci. in confi. trece. testimo. in causa, ver. circa tertiam quæstionem. lib. secundo, & alios per eum allegatos tradit Blanc. in tracta. de compromiss. in 4. quæst. princip. sub num. vigesimo secundo, vers. veritas tamen in cõtrarium est. Et ita, vt supra in hoc articulo, an à sententia reuocationis attentatorum de iure appellatio interponi possit (salua semper saniori sententia) concludendum esse censeo, Vel quod absolute non possit, vt in secunda opin. vel quod regulariter secundum aliorum opin. possit, sed adhibitis supra dictis limitationibus.

TERTIO circa materiam sententiæ in causa attentatorum ferendæ opportunè quæri potest, 136 an lata sententia contra attentantem, & possessorem sit apponendum sequestrum iuxta clem. ad compescendas, de sequestr. poss. fructuum? Et intellige q. de eo, qui attentauit aliquid circa possessionem rei, de qua agitur, alioquin si quis esse possessor rei, super quã fuit in iudicio conuentus, & lite pendente aliquid attentauerit non circa possessionem rei, sed circa aliud, puta circa processum, & demum feratur contra eum sententia reuocatoria attentati per eum perpetrati, superfluum, & vanum esset quætere an hoc casu esset apponendum sequestrum in possessione illius rei,

circa quã nihil omnino fuit attentatum, Et quãuis circa hoc sufficere videretur lectorem remittere ad plenè notata per Docto. in dicta clem. 1. de seq. possess. & fruct. ex quibus præsentis decif. quæstionis assumi potest, ne tamen hæc quæ. memoria excidisse videri posset, cum locus id expoſtulet, placuit illam hic subiicere, & breuiter eam etiam secundum stilum Rotæ modernum declarare. Quæritur ergo an lata sententia contra attentantem possessorem, sit super possessione apponendum sequestrum. In qua quæst. duplex potest esse opi.

Prima affirmatiua, quod sit apponendum, quæ 137 ex infra scriptis suaderi potest, t Primo, quia dicta clem. vendicat sibi locum, quando lata est sententia in possessorio, vt ibi expresse legitur, sed sententia lata si per reuocationem eorum, quæ sunt attentata circa possessionem sapit naturam veri possessorij. Rot. decif. 28. aliàs 517. nota quod tres. de re iud. in antiq. & decif. secunda, aliàs 113. tres sententiæ. eod. ti. in no. & decif. 1. aliàs 13. si iudex. sub nume. tertio, in fi. vt lit. pend. in no. Mil. in verb. executio sententiæ lata super attentatis. fol. vigesimo nono. merito, & c. Secundo, quia dicta 138 clem. habet locum, t quado fuit lata diffinitiuã, vt ibi legitur, & no. expresse glo. in verb. diffinitiuã; sententia autem, quæ fertur super attentatis dicitur esse diffinitiuã, quod ex eo patet, quia clem. appellanti. de appellati. quæ loquitur in interlocutoria non habet in ea locum. Rot. decif. 2. aliàs 85. si à sententia, de appellat. in no. cum cõcordant. adductis supra q. 1. nu. decimotertio, & 31. ergo & c. Tertio, quia ita nostris temporibus fuit decifum in vna Nolan. Abbatia Regalis valis inter Cardinalem Sa' acenum, & 10. Michaelem Gesualdum coram Paleott. sub die nona Decembris, 1558. & similiter esse apponendum sequestrum, quando somus in spolio attentati, tenuerunt Domini in vna Faentina beneficij coram Sarmiento, duodecimo Iunij 1570. vt patet in re collect. eiusdem Paleott. ipsius uccif. 115. incipit. Io. Michael.

Secunda sit opin. quod immò de iure non sit hoc casu apponendum sequestrum, & quod dicta clem. non procedat in attentatis. Quæ simili 139 ter ex infra scriptis fundari potest. Primo, t quia super hoc est celebris decif. Aegid. 54. in sententia, vbi id expresse firmat, & rationem diuersitatis assignat, quã videtur secuta Rot. in vna Gerunden. beneficij de stena coram Mohe. 8. Ianuarij. 1539. vt est decif. in re collect. Sarnen. 37. incip. clementina prima, vbi in id citat etiam Fely. in Rubrica de re iudi. nume. quarto, & Cassad. in variis 140 decif. de quibus ibi per eum, subdens, t quod violas sequestrum appositum per iudicem post latam sententiam in causa attentatorum, non incurrit pœnas de quibus in dicta clem. ad compescendas. Secundo, t quia in attentatis non dicitur verè iudicari super possessorio, vt est decif. in re collect. Put. 1. sequestrum. sub Rubric. de seq. possess. & fruct. vbi dicit ita fuisse resolutum in vna Barchinonen. Sancti Bartholomei, & sic reuertetur primum fundamentum præcedentis opi. Tertio, quia sententia super attentatis secundum veriozem opi. est interlocutoria, non autem diffinitiuã, vt firmauimus supra quæst. 1. num. 17. 141

& nu. 30. post Rot. & alios, quos in id citauimus, & sic retorquetur etiam secundum fundamentum. Quarto, quia tenendo eam, quam supra nu. 50. & seqq. uti veriore firmavimus opin. quod a sententia reuocationis attentatorum non detur appellatio, erit frustratoria consideratio appositionis sequestri, cum per reuocationem attentati fiat actualis restitutio possessionis illi, qui passus fuerat attentata, nisi notorie constaret de illius non iure, tunc enim ex officio iudicis fieret sequestrium, Cassad. dec. 3. petenti restitutionem. in fi. de restit. spoliat. Rot. decif. secunda, alias 14. fuit dubitatum. de restit. spoliat. in no. Prout ex eodē officio fuit appositum in dicta Nolan. Abbatia, & dicemus infra. num. 142. Ex quibus non solum apparet fundata hæc secunda opi. sed etiā diluta, quæ pro prima opi. fuerant considerata. Verum, quia ex his quæ ponit Paleott. in supra dicta deci. ad propositum nostrum colliguntur non nullæ viles, ac necessariae declarationes, seu limitationes ad dictam conclusionem, pro faciliōr tractatione materiæ potest in proposito constitui

REGULA, quod lata sententia contra attentantē possessorem non potest apponi sequestri iuxta dispositionem dictæ clem. ad compescendas. Quæ regula fundatur omnibus his, quæ pro secunda opin. sunt adducta, & insuper etiam dicta dec. 115. Paleott. cum & ibi ad med. dicatur, quod si loquimur de iure communi tale sequestrium non est apponendum, Quæ

LIMITARI potest,

Primò, quamvis vigore dictæ clem. non apponatur sequestri, tamen bene potest iudex ex officio suo illud apponere: tale enim officium subrogatur, & æquè procedit cū dispositione dictæ clem. ut latè & eleganter profertur Paleott. in dicta decif. centesima decima quinta, cui in eadē causa concord. etiam decif. in recollet. Caputaquen. in 1. part. quinquagesima, incip. licet Clem. circa quod domini ibi secuti sunt consilium Cassad. dicta decif. 3. in fin. & Rot. decif. decima, alias 41. si lite. sub num. 4. ut lit. pendē. in no. t. quod si notorie constat de non iure petentis reuocationem attentatorum, tunc iudex ex officio reuocat possessionē attentatam, & non restituit petenti, sed apponit sequestrium. Et est animaduertendum circa hanc primam limitationem, quod licet prædicta proximè allegata decif. loquantur de appositione sequestri ex officio, quando constat de non iure petentis reuocationem attentatorum, tamen istud officium non est restringendum ad hunc casum tantum: solet enim & aliàs quandoque Rota, t. quando causa attentatorum pendet à negotio principali, & factum vtriusque causæ est intricatum, & multas habet ambages, ac difficultates, non obstantibus præsentis attentatis eligere mediam viam, & discutere de bono iure negocij principalis, & interim in beneficio apponere sequestrium, ut fuit factum in vna Camaricen. Archidiacona. coram eodē Raleott. sub die vigesimotertio Junij. 1558. ut est in recollet. eiusdem decif. 201. incip. sequendo, & in recollet. Caputaquen. parte prima, decif. quarta, incip. quando causa est intricata. Sic etiā in alio casu, t. quando contra mortuum lapsa sunt fatalia, apponitur ex officio huiusmodi sequestri,

ut est in recollet. Crescent. decif. 3. quia fatalia. 146 sub Rubrica de appell. & re iud. t. Et aliàs generaliter ex causa sibi bene visa solet Rota deuenire ad appositionem sequestri absq; eo, quod petenti reuocationem attentatorum possessio restituitur, ut fuit dictum in vna Roma. Archipresbiteratus Sanctæ Priscæ, coram Do. meo Oradino, sub die 11. Martij. 1560.

Secundo prædicta regula limitari potest ex intentione Paleott. dicta decif. 115. dum in fi. respon. 147 det ad dictam decif. Aegi. quinquagesimā quartā, t. ut nō procedat, quando esset attentatum super totali possessione, vt post A. Aug. de quo ibi, dicitur in dicta deci. pro qua differentia inter restitutionem totalem, & aliam restitutionem facit decif. Aegi. 286. in materia. in fi. & eadem consideratio de hac totali possessione fuit facta, & allegata aliàs in vna Roma. beneficiatus Sancti Petri coram Cotta 3. Decembris. 1568. licet tunc nihil fuerit in ea resolutum. t. An autem si ex officio, vt præfertur fuerit appositum sequestri, post purgata attentata sit reuocandum sequestrium, vel sint expectandæ tres sententiæ conformes prout in relaxatione sequestri appositæ, iuxta dictam clem. ad compescendas, aliàs quidam ex Dominis in vna Nolan. Vallis Realis excitauerunt hoc dubium, & licet Rota nihil firmauerit, videtur tamen, quod non sint expectandæ tres sententiæ conformes, sed quod purgatis attentatis, sequestri remoueat, vt colligitur ex his, quæ ponit Caputaquen. in recollet. suis, prima parte, dec. quinquagesima, incip. licet clem. ad fi.

QUARTO quæro, t. an in sententiā reuocationis attentatorū sit faciendā condemnatio in fructibus per attentantem perceptis, & qui percipi potuerunt, atque etiam in expensis, & proculdubio affirmatiuè respondendum est: Verum, quia huiusmodi condemnatio in fructibus, ac in expensis sapiūt pœnam, cum ad rigorem videatur in eis fieri cōdemnatio contra attentantem, ideo omnia, quæ respiciunt præsentem quæstionem circa fructus, & expensas consulto reuicimus infra in 3. capi. de pœna attentant. vbi in tertia, & quarta pœna latè, dic. vt ibi.

QUINTO quæri potest an si dato libello super vno ex pluribus attentatis, feratur sententia contra petentem reuocationem, præiudicet ista sententia quoad alia attentata non petita, & Imol. in c. dilecti. el. tertio. col. penul. & fin. de appel. refert super hoc opin. & finaliter concludit, quod non, nam sententia lata super vno ex attentatis non debet nocere, vel prodesse in aliis, ad no. in l. cum quæritur. de except. rei iud. l. fundū, & l. fundi de excep. quem refert, & sequi videtur, etiam Franc. in dicto c. dilecti. nu. 7. de appel. dic. vt per eos.

SIXTO illud hoc loco omittendum non est, quod licet attentata sint valdè privilegiata ad ea, quæ dicemus in cap. 30. de priuileg. attentatorum; & sententia super eis lata etiam ipsa de huiusmodi fauore participet, per hoc tamen non tollitur, quin contra eam possit opponi de notoria iniustitia, & ex capite notoria iniustitiæ possit peti reuocari reuocatio attentatorū, quæ erat iam facta per sententiā, t. etiā si illa in rem trāsuisset iudicatam, vt euenit casus in vna Arminen. bonorum coram Grato, in qua fuerat per

per auditorem pronunciatum, attentata, de quibus in actis esse reuocanda, & fuerat per partem pro illorum purgatione in actis facta cefsio, & nihilominus quia cōpertum fuerat, quod verè nulla extabant attentata, & consequenter sententia erat notoriè iniusta, is qui dicebatur attentasse fuit super hoc plenè auditus, & sapius fuit causa proposita, primum 17. Decembris 1568. & iterum decimotertio Maij, millesimo quingentesimo sexagesimonono, in qua senserunt pro non attentatis, & sic contra sententiā.

SEPTIMO necessario, & vtiliter quæri potest (posito, quod a sententia super attentatis vel nō detur appellatio de iure, per ea, quæ supra posuimus, vel quod sententiā desuper lata ex aliquo capite trāsuerit in rem iudicatā,) t. an minor aduersus eam possit petere restitutionem in integrum, & quamuis ex generalitate Rubri. & nigri C. si aduersus rem iudicatam videretur dicendū quod sic, In contrarium, t. tamen plurimum vrget illa ratio, quod minor dolosè versatus nō restituitur. l. minor. la. prima, & ibi Bar. ff. de minor. l. prima, cum materia. C. si aduersus delictum. l. auxilium. ff. de minor. Anan. cons. quadragesimo octauo. nu. 3. Boer. decif. 63. nu. 6. In attentatis autem subest dolus. Rota decif. 5. alias 25. ex quibus. de restit. spol. in no. ut aliàs etiam diximus supra in 1. parte cap. 1. de attentata. a parte. nu. 65. præsertim si præsupponeretur fuisse attentatum contra inhibitionem, quia dolosus, & delinquens videtur, qui præcepta superioris contemnit. c. secundo, de maior. & obed. l. 1. ff. si quis ius dicent. non obtineat, & secundum hanc posteriorem opi. tenuerunt domini in vna Senogalien. Castri. procaconi coram Domi. meo Oradino, vigesimo Martij, millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, in qua, cum quidam minores post inhibitionem incidendo arborē re summopere deteriorassent, & ex capite deteriorationis reportassent sententiā contra, & aduersus eam petissent restitutionem, Domini tenuerunt, quod constaret de deterioratione ad excludendam restitutionem.

Ut autem (præsertim Tirones) sciant eueniente casu quo modo sit sententia in causa attentatorum ferenda, & quibus verbis concipiendā placuit etiam hic illius formulam t. subiicere, quæ aliàs in causa ardua, & à peritis viris de mandato Amplissimi bo. me. tunc Cardinalis Sancti Clementis facta, quæ est, prout infra, videlicet.

CHRISTI Nomine inuocato pro tribunali seden. & solum Deum præ oculis habent. per hanc nostram diffinitiuam sententiā quam de iuris peritorum consilio, & c. in his scriptis ferimus in causa, & causis, quæ coram nobis in prima versæ fuerunt, & vertuntur instantia inter N. adricem ex vna, & quendam N. reum conuentum de & super spolio, & purgatione attentatorum, rebusque alijs in actis causæ, & causarum huiusmodi latius deductis, & illorum occasione partibus altera. Iudices specialiter deputati dicimus, sententiāmus, & declaramus cum voto Reuerendiss. D. Cardinalis Sancti Clementis, possessionem, seu occupationem Castri cum suis iuribus, & finen. per eundem N. post inhibitiones, de quibus in actis legitime executæ apprehensam, & factam, fuisse, & esse attentatam, & in

nouatam, illamque cum omnibus inde secutis quatenus de facto processerunt reuocanda fore, & esse, & reuocamus. Ipsūque N. à detentione, & occupatione huiusmodi in totum tollendum, & amouendum fore, & esse, & amouemus, & tollimus, & præfatam N. ad pristinum suum statum, possessionem, in quibus ante huiusmodi attentata, & inhibitiones fuerat plenariè restituendā, & reintegrandam fore, & esse, & restituimus, ac reintegramus, mandatūque desuper opportunitum de illam restituendo, & amouendo respectiue decernendum, & relaxandum fore, & esse, ac decernimus, & relaxamus, iuxta formam commissionū desuper præsentatarū. Molestationesque, vexationes, perturbationes, & impedimenta quæcumque per præfatam N. eidem D. N. super præmissis quomodolibet præstitas, factas, & illatas, factasque, præstitas, & illatas fuisse, & esse, temerarias, iniqtas, indebitas iniustas, temerariæque, iniqtas, indebitas, & iniustas, ac de facto præsumptas, & præsumpta, illasque, & illa eidem N. præfatæ dominæ N. facere minimè licuisse, neque licere de iure, & propterea in, & super illis eidem N. perpetuum silentium imponendum fore, & esse, ac imponimus, & nihilominus eundem N. in fructibus à tempore occupationis citra præmissorum occasione perceptis, ac in expensis in huiusmodi causa legitime factis, condemnandum fore, & esse, & cōdemnamus. Quorum, & quarum liquidationem, & taxationem respectiue nobis in posterum referuamus, & ita cum voto prædicto dicimus, omni meliori modo, & c.

Ita pronuntiaui cum voto Illustrissimi Cardinalis Sancti Clementis.

Ego Virgilius Vicarius, & in hac causa Iudex commissarius.

CAP. XXIIX. DE PURGATIONE attentatorum, & quibus mod. illa fiat.

SUMMARIVM.

- 1 PERPETVI silentij impositio requiritur ad purgationem attentatorum.
- 2 Impositio perpetui silentij fieri non potest, nisi per sententiā, aut cessionem legitimam.
- 3 Purgatio attentatorum fit pluribus modis videlicet, Per sententiā, vt nu. 4. Per cessionem, vt nu. 5. Per renunciationem liti, aut appellationi, aut attentatis factam, vt nu. 6. Per principis confirmationem nu. 7. Per prouisionem Papæ in beneficiabilibus nu. 8. Per desertionem appellationis in quibusdam casibus, nume. 9. Per peremptionem instantiæ secundum aliquos numero 10.
- 11 Attentatorum purgatio principaliter fit tribus potissimum modis. Primo, per Iudicem, vt nu. 12. & nu. 15. Secundo, per partem, vt nu. 13. & nu. 24. Tertio, per principem, vt nu. 14. & nu. 54.
- 15 Purgatio attentatorum per Iudicem fit per sententiā.
- 16 Excommunicatio lata post appellationem, & sic attentata non dicitur purgari per absolutionem dāam a

- Indice ad quem ad suum beneplacitum, nisi interuenit sententia.
- 37 Sententia sola non sufficit ad purgationem attentatorum nisi fuerit executioni demandata.
Tam quoad expensas, vt nu. 18.
Quam quoad fructus, vt nu. 19.
Licet secus sit quoad damna, quia si illa non sunt restituta, non per hoc retardatur cognitio negocij principalis, vt nu. 20.
- 38 Restitutio debet fieri vsque ad obolum pro purgatione attentatorum.
Quod tamen quandoque Domini non attendunt, vt nu. 23.
- 39 Vnius etiam nūmi defectus solet in certis casibus actū vitare.
- 40 Purgatio attentatorum, quæ sit per partem sit aut per attentantem, aut per eum qui attentata passus est.
- 41 Cessione legitima in iudicio facta purgantur attentata, quam aliqui verbaliter cessionem appellant.
Etiam absque eo quod expectetur, quod eatur ad partes pro capienda possessione, nu. 26.
- 42 Cessione non solum purgantur attentata per Principalem, verum etiam attentata per Procuratorem.
- 43 Dominus si vult excusari ab attentatis tenetur statim atque notitiam habuit suum Procuratorem aliquid attentasse illis renūciare, & cadere.
- 44 Attentata per procuratorem purgari dicuntur non solum principali cadente verum etiam negatē illum suum esse Procuratorem.
- 45 Purgatio attentatorum vt fiat per cessionem, oportet, quod cadens habeat legitimum & sufficiens mādātum ad cādendum.
- 46 Cessione conditionali non purgantur attentata.
- 47 Fructus, & expensæ sunt restituendæ etiam quando attentata purgantur per cessionem.
- 48 Depositi vnius Iulij non est sufficiens quoad purgationem attentatorum, & restitutionem fructuum, & expensarum restitutionem.
- 49 Possessio vbi pro purgatione est restituenda illis debet restitui, quibus sententia mandat.
Vel quod appareat de illius magna diligentia, vt nu. 35.
- 50 Violans sequestrum si pro purgatione huiusmodi attentati mandatur restitui possessionem in manibus sequestratorum, non satisfacit si illam in manibus vnius ex tribus sequestratoribus dimittat, & de rigore iuris non censetur purgasse attentata.
De equitate verò secus videtur si appareat de magna diligentia attentatis volentis dimittere, etiam in manibus aliorum, vt nu. 37.
- 51 Cessio de qua supra mandat quandoque per Dominos fieri, etiam si verè non adsint attentata, dummodo in litigante colligatur quidam contemptus in impetrando ab Auditore Camera id, quod poterat, & debebat impetrari ab Auditore Rota.
- 52 Lite in Rota pendente si possessor pro continuatione sue possessionis obtineat ab Auditore Camera mandatum de manutenendo, licet excusetur ab attentatis, tamen ratione contemptus compellitur illi cadere, ex quo illud petere ab Auditore Rota poterat, & debebat.
- 53 Attentata quando non sunt omnino clara illis renūtiandum est, antequam cognoscatur negocium principale.
- 54 Cessio attentatis facta verbaliter apud acta non sufficit, nisi etiam actualiter remoueatur impedimentū facti, puta Arma, & insignia Regis, quando possessio
- attentata fuit capta cum appositione Armorum, & insignium Regis.
- 55 Impedimentum non solum iuris, sed etiam facti est remouendum pro sufficienti purgatione attentatorum.
- 56 Purgatio attentatorum etiam per eum qui attentata passus est fieri potest, ita vt ultra illorum reuocationem petere non possit, videlicet, renūciatione facta, Liti, vt nu. 44.
Aut appellationi antea interpositæ, quando sumus in excommunicatione attentata, vt infra. num. 46.
Aut ipsis attentatis, vt infra. nu. 47.
- 57 Vitium litigiosi purgatur per renūciationem liti factam.
- 58 Renūciatione purgari dicuntur attentata tam expressa, quam tacita tam si sumus in attentatis antea commissis, quam in futurum committendis.
- 59 Renūciatione tacita dicitur attentata purgari tam præcedenti, quam subsequenti, vt nu. 50.
Putat per desertionem appellationis in quinque casibus, vt nu. 51.
Vel ex peremptione primæ instantiæ secundum aliquos, vt nu. 52.
- 60 Vitium litigiosi purgatur per peremptionem instantiæ secundum aliquos remissiuè.
- 61 Purgatio attentatorum per Principem fit duobus modis.
Vel impediendo ne actus, qui aliàs de sui natura diceretur attentatus transcat in attentatum, vt nu. 55.
Vel confirmando actum, qui prætenditur iam in attentatum transiisse, vt infra. nu. 57.
- 62 Simonia purgatur scientia, & autoritate Papæ.
- 63 Prouisio Papæ purgat vitium litigiosi.
- 64 Princeps potest alteri sollicitari: cre gratiam nec per hoc dicitur attentare, cum ille sit suus erius.
- 65 Declaratio per Principem lite pendente facta cæsetur vitium attentatorum purgari & impedire ne illud inducatur.
- 66 Noua prouisio obtenta ab eo, qui prouisus ab Ordinario de beneficio reseruato iuris possessionem capit, purgat omne vitium, si de prouisione, & possessione sit facta mentio.
Et appellatur notabile dictum. nu. 62.
- 67 Possessio attentata non venit reuocanda si attentans in impetratione nouæ prouisionis fecit mentionem liti, & capte possessionis, cui clausula, quod tituli etiam infecti exprimi possunt.
- 68 Noua prouisio re per Papam intellecta purgat vitia præcedentia.
- 69 Confirmatione Principis attentata purgari dicuntur, quando processit cum causæ cognitione, partisque citatione, & consequenter ex certa Principis scientia, & nu. 70.
- 70 Tenua, quæ fuit nulliter data potest confirmari, quando constat, quod si non esset data de nouo esset danda.
- 71 Confirmatio tenuæ nulliter capte videtur purgare vitium præcedentis nullitatis.
- 72 Sententia per iudicem recusatum lata, licet sit nulla, et attentata, potest tamē confirmari si aliàs esset iusta.
- 73 Confirmatio Principis cum causæ cognitione, partisque citatione in effectu videtur quodammodo habere vim sententiæ.
- 74 Intrusio præcedens non purgatur per superuenientiam iuris boni ex cessione tertij, qui non fuit in lite, & gratia Principis superuenienti.
Nisi in gratia fuerit facta specialis mentio de vitio-

- ja possessione supplicantis, ita vt princeps habuerit certam scientiam de intrusione. nu. 71.
- 72 Purgata dicitur intrusio per nouam prouisionem, si de ea sit facta mentio.
- 73 Purgationis attentatorum finalis effectus quoad attentantem ille est, vt postquam fuerint purgata non possunt ultra peti reuocari.
- 74 Reductio in pristinum, & eum in quo passus attentata antequam attentaretur erat statum, fit pluribus modis.
Vel per plenariam executionem sententiæ in causa attentatorum lata, etiam quoad fructus expensas & dāna, vt nu. 75.
Vel per cessionem legitimam partis attentantis similiter cum restitutione fructuum, damnorum, & expensarum, vt nu. 76.
- 75 Attentans pro purgatione attentatorum debet rem reducere in pristinum statum.
- 76 Status, iste terminus, ista vox status significat præsentiam, conditionem, & qualitatem, in qua quis reperitur.
- 77 Præuilegium pendentiæ liti, vel appellationis vult statum, ei de qua agitur in aliquo interim non mutari.
- 78 Purgari id propter id dicitur, quod ad libram mentum proprium redigitur, & in pristinum educitur.
- 79 Spoliatus post appellationem restituitur ad statum, in quo erat tempore appellationis.
Et ad statum percipiendi alimenta. nu. 82.
Et ad statum exigendi ea, quæ antea exgebantur, vt numero 83.
- 80 Possessio, vel quasi an debeat in præstationibus annuis scilicet respectu futurarum, distinguitur inter præstationes, quæ sunt ecclesiæ, & eas quæ sunt priuatis.
Secundum communem opinionem. vt nu. 85.
- 81 Præstationes annuæ dicuntur habere tale statum, quod in eo quis lite pendente est manutenendus, & si spoliatus est restituendus.
- 82 Restitutio fit ad statum percipiendi pensionem probatæ solum soluta præstatione per pensionem.
Et ad statum exercendi artem campi. nu. 88.
- 83 Conductor, qui percipiat fructus, & poterat alteri sublocare, si spoliatus, dicitur habere statum ad quem possit, & debeat restitui.
- 84 Resignans incumbens possessioni, si illam detineat, & spoliatus debet ad iuramentum statum restitui.
- 85 Status, ad quem per purgationem attentatorum est facienda restitutio, etiam si fuit illegitimus ad iudicium.
- 86 Sententia si dicat possessionem restituendam ad pristinum statum, intelligitur de statu bono, & legitimo.
- 87 Actus attentatus pro illius purgatione potest peti, vt declaratur nullus etiam si antea fuisset per viam iustitiæ per tres conformes reuocatus.
- 88 Purgatio eorum, quæ appellatione pendente sunt attentata, per quam fit restitutio ad pristinum statum, respicit statum, qui erat tempore liti contestationis.
- 89 Appellatio reponit appellatorem ad statum liti contestatæ.
Secundum communem opinionem. nu. 96.
- 90 Lis ante contestationem non dicitur esse in aliquo statu.
- 91 Purgare attentata tenetur qui per se attentauit.
Vel per alium de suo speciali mandato. nu. 99.
Vel qui sine mandato attentata ratificauit, vt numero 100.
Vel qui habet causam ab attentante, vt nu. 101.

- Vel successit in re attentata, vt nu. 103.
Vel lite pendente esse intrusum, nu. 104.
Vel quando sumus in aliquo ex casibus, de quibus hic remissiuè, vt nu. 05.
- 102 Resignarius tenetur purgare attentata per resignantem, à quo causam habet.

QVAMVISEX his quæ in hac materia attentatorum ponunt scribentes duo tantum videntur colligi modi, quibus hæc purgatio fiat, videlicet per sententiam, item & per cessionem legitimam in iudicio factam, vt in vna CelsarAugusti dotis, sub die 2. Iunii 1561. declarauerunt domini, vt est in recolle. Poleott. decif. trecentesima quinquagesima octaua, in cap. fuerat lata, in qua fuit iudicatum, quod ad purgationem attentatorum requiritur impositio perpetui filitij, tunc fieri non potest, nisi per sententiam, aut cessionem legitimam. Quo tamen clarior habeatur huius materiæ purgationis attentatorum notitia, cum ad illam ferè ea omnia, quæ hæcenus de attentatis diximus tanquam ad causam finalem referri videantur, perquam necessarium fore rati sumus latius eam explicare, & magis distinctè, quam fecerint doctores, qui licet passim generaliter affirmauerint attentata esse purganda, purgationis tamen modos vix tetigerunt, Triplex autem hic adhibenda est inspectio. Prima erit quibus, & quot modis huiusmodi purgatio fiat. Secunda, quis sit finalis effectus huius purgationis. Tertia, quæ personæ ad illam teneantur.

Quoad primam breuiter dicendum est, quod licet purgatio attentatorum pluribus quidem modis ultra supra dictos fieri cōtingat, videlicet, per Sententiam, per Cessionem, per Renūciationem liti factam, per Principis Confirmationem, Itemque per illius prouisionem, quando sumus in beneficialibus, per Appellationis desertionem in quibusdam casibus, & atque etiā secundum aliquos etiam per instantiæ peremptionem, vt tamen quoad fieri potest clarius, & magis distinctè procedamus, supra dicti omnes modi ita subordinari possunt, videlicet, quod purgatio attentatorum tribus principalibus potissimum modis fiat, Primo, per iudicem, Tertio, per partem, Tertio, per Principem.

Purgatio per iudicem, fit per sententiam, quæ declarat actum, qui tanquam lite pendente, seu aliæ ex aliqua alia, ex illis causis (quas supra in secunda parte, per septemdecim capit. distinctè profecuti sumus) attentatorum vitio subiectus esse prætenditur, fore, & esse attentatum, & tanquam attentatum fuisse, & esse reuocandum, iuxta formulam sententiæ, de qua supra in cap. præcedenti. numero. centesimo quinquagesimo quinto, & ideo excommunicatio lata post appellationem, & sic attentata non diceretur purgari per absolutionem datam à iudice ad quem ad suum beneplacitum, nisi interuenierit sententia, vt habetur in recolle. Poleott. in præallegata decif. 358. Est tamen quoad hunc primum modum aduertendum, quod nec etiam sola sententia sufficeret, nisi illa fuerit etiam ante omnia debita executioni cum effectu demandata, tam quoad expensas in causa attentatorum factas, Rot. decifio. secunda, aliàs centesima decim tertiam, tres sententiæ, de re iudicata in iudicis.

& decif. 28. alijs 317. nota quod tres. eodem titul. in antiq. Mil. in verb. attentatorum sententia per quam. fol. 31. & in verb. executio sententia lata su per attentatis. fol. 129. quam etiam quoad fructus per attentantem perceptos. Rot. decif. 5. alijs vigesima quinta, ex quibus. de restit. spoliat. in no. Ruyn. consil. septuagesimo quinto, quantum, nu. 5. secundum ea, quae plenius de hac expensarum refectione & fructuum restitutione, dicemus infra in ca. ultimo, de poena attent. in tertia & quarta poena, nu. decimo septimo, & seqq. & nume. 95. & seqq. quavis si sententia non fuerit executioni demandata & quoad damna & interesse, per hoc non videretur retardanda cognitio negocij principalis, vt adnotauimus ibi in quinta poena. sub nu. sexagesimo sexto. Quamuis autem restitutio ista sit facienda vsque ad obolum. Bald. in cap. conquerent, per illum tex. de restit. spoliat. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. trigesimo. ff. de acqui. pos. Abbas in c. accedens. el secundo, in vlt. not. vt lit. pend. & ibi Barbat. nu. 27. Aegid. decif. 507. Deci. in cons. 200. post princip. cu alijs propè innumeris, quae in similibus casibus congerit Tiraquel. in tracta. de vtroque retra. tit. secundo. §. 4. gl. 6. nu. 23. & multis seqq. vbi vniuersa liter deducit, quod defunctus etiam in vno numero solet actum vitare, est tamen sciendum, quod Rota in vna Taruisin. illegitimitatis, & bonorum coram D. meo Oradino. 10. Decbris, millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, iqua pro purgatione priorum attentatorum attentantia soluerat libras 845. cu pro residuo purgatio attentatorum vltimo loco factorum videretur Dominis consistere in modico, ordinarunt, quod videretur de bono iure abfque eo, quod talis purgatio facta esset.

24 Purgatio, quae fit per Partem potest subdividi, quia fit tam per partem attentantem, quam per eum qui passus est attentata. Per attentantem attentatorum purgatio fit per cessionem legitimam in iudicio factam, (quam aliquam verbalem cessionem appellant, vt per moder. in tracta. commissio in decima quinta formula exclusiua attentatorum, ad med.) qua cedat, & renunciet actui, qui dicitur attentatus, omni que iuri, quod ex illo sibi competere posset, qua cessione facta purgata censetur attentata, & etiam abfque eo, quod expectetur, quod eatur ad partes pro capienda possessione. Cuius dicti ratio illa assignatur, quia scilicet non debet retardari processus, vt recolligitur ex decif. in recollec. Achill. de grass. 21. incip. attentata. sub Rubr. de attentata. & hac purgatio per cessionem non solum procedit in attentatis per ipsum principalem, verum etiam & multo magis in attentatis per procuratorem, tenetur enim dominus si vult excusari ab attentatis, statim atque notitiam habuit suum procuratorem aliquid lite pendente, seu alias attentasse, illis renunciare, & cadere, secundum ea, quae latius diximus supra in prima parte, ca. primo, de attentatis a parte. nume. quinquagesimo nono. Insuper talia per procuratorem attentata purgari dicuntur non solum principali (vt per ferrur) cedente, verum etiam, & illo negante eum fuisse, aut esse suum procuratorem, prout ad hoc allegantur in recollec. Chiffanen. decif. 6. & in recollec. Cotta decifio. 138. Est autem circa hunc

secundum modum ad infra scripta quatuor aduertendum.

- 30 Primo, quod ad faciendam sufficientem attentatorum purgationem oportet, quod cedens habeat legitimum, & sufficiens mandatum, vt in dicta decif. Paleott. 358.
- 31 Secundo, quod non sufficeret cadere possessioni, quae dicitur attentata conditionaliter, puta si probatur me possidere, vel cado possessionem, si qua est, vt videtur esse de mente Bald. in l. acceptam. col. 4. C. de vsuris, Ruy. in cons. 119. nu. vndecimo, lib. 5. Grat. cons. 73. nu. nonagesimo primo, libr. 1. quos sequenti videntur domini in vna Spoletana bonorum inter communitatem Hispelli & Dominos de Ballionibus, sub die 26. Iunij. 1568. vt est decif. in recollec. Paleott. 272. inci. communitas, qui licet verè loquantur in spolio, eadem tamen omnino dicenda videntur in attentatis, vt nec in eis huiusmodi conditionalis cessione fit admittenda propter odium, quod maius in eis versatur, quam in spolio, & maiorem fauorem, quo iura magis attentata prosequuntur, quam spolium, vt abundè declarauimus infra capitul. sequenti, de priuilegijs attentatorum, in 1. ampliat. nu. 6. & seqq.
- 32 Tertio, quod etiam quando attentatorum purgatio fit per cessionem sunt fructus restituendi, & expensa reficienda, prout quando purgatio fit per sententiam, vt supra diximus. nume. decimo nono, & dicemus etiam infra in c. vltimo, de poena attentantis. in tertia, & in quarta poena, & propterea non sufficeret oblatio vnius iulij facta in actis, vt Domini in vna Casaraugustana dotis, vt retulit Paleot. in dicta decif. 358. de quo & nos dicemus in dicto cap. vlti. nume. 62. vers. sexto amplia, &c.
- 34 Quarto, quod si possessio esset actualiter restituenda, tunc ad hoc, vt attentata dicantur purgata, debet possessio restitui in manibus illorum, quibus sententia reuocationis attentatorum mandat restitui, & vel quod appareat de magna attentantis diligentia, quod voluerit possessionem dimittere, iuxta formam sententiae, alijs de rigore iuris non dicerentur esse purgata, & ideo si quis violando sequestrum attentauerit, & iudex pro purgandis attentatis mandauerit possessionem restitui in manibus sequestratorum, erant tres, si pars accessit separatim ad vnumquemque illorum, dicens se velle relaxare eis possessionem, requirens eos, vt die sequenti essent in loco, quia volebat simul omnibus possessionem relaxare, & vnus excusauit se propter pestem, alius dixit se non posse interuenire pro illa die, & hora, Tertius autem accedens realem possessionem acceperit, fuit alijs dubitatum in vna Barchinonen. prioratus de colle, vtrum per premissam consignationem possessionis essent purgata attentata, & quamuis de magno rigore iuris esset dicendum non esse purgata, Domini tamen in dicta causa ad mitigandum dictum magnum rigorem habuerunt illa pro purgatis, ex quo apparebat de magna illius diligentia, vt est decif. in recol. Crescent. 16. stilus Rotae. sub Rubr. de attentatis.

Quinto illud praetermittendum non est, quod licet dixerimus, quod per cessionem purgantur attentata, & Rota tamen etiam quando verè non

adsunt attentata, sed potest colligi in eo, qui fecit aliquem actum, quidam contemptus, visa est quandoque exigere hanc cessionem, prout fuit factum in vna Camerinen. canonicatus, coram Aldobrandino 17. Maij 1564. in qua, licet is, qui lite pendente in Rota, & pro manutentione suae possessionis quam continuare praetendebat, obtinuerit mandatum de manutenendo, & illud fuerit executus, fuerit per Dominos ibi excusatus, ab attentatis nihilominus, quia derelicto tribunali & sacro Rotae Auditorio recursum habuit ad Auditorem Camerae, videtur posse considerari necio quis contemptus, quia debuit illud in Rota obtinere, Domini voluerunt ibi, quod ille caderet dicto mandato de manutenendo, retenta tamen possessione illius vigore capta, & quoad expensas per hoc factas differretur cognitio in aliud tempus.

Sexto similiter pro declaratione materiae non est omittendum, quod quando attentata non sunt omnino clara, est illis renuntiandum antequam cognoscatur negotium principale, vt fuit ordinatum fieri, in vna Casaraugustana iuris eligendi coram Sarmiento, 25. Octobris 1566.

Septimo, quod pro purgatione attentati per apprehensionem possessionis lite pendente facti, cu appositione armorum, & signorum Regionum non sufficeret renunciatio, & cessione verbalis facta per procuratorem apud acta, nisi etiam remoueretur illa arma Regia, vt fuit resolutum in vna Casaraugustana attentatorum coram Sarmiento. 27. Februarij 1562. videlicet, quod per cessionem non sint sufficienter purgata attentata, quia remansit impedimentum facti, quod debet remoueri. l. si. §. qui adianuam. ff. de vi, aut cl. 7.

Per partem tamen, quae attentata passa est, tunc purgata diceretur, ita, vt ultra illorum reuocatio peti non possit, videlicet per renunciationem, & aut factam liti, & cu per eam vitium litigiosum purgari dicatur, vt dicebat Mil. in verb. litigiosum beneficium. fol. 212. & latius diximus supra in 2. parte. c. 4. de atten. lit. pen. in 6. limit. princ. nu. 3. Aut tamen appellationi antea interpositae, quando esse in excōmunicacione attentata, & lata post legitimam appellationem, quae per superuenientem renunciationem purgari videtur, cu ultra reuocari non valeat, vt post Aegid. diximus supra in 2. par. c. 12. de atten. appell. pend. in 2. ampliat.

Aut facta ipsi attentatis, quo casu facilius impeditur attentatorum reuocatio, & consequenter fit illorum purgatio. Hac autem renuntiatio quae fit attentatis, potest esse non solum expressa, verum etiam tacita, non solum attentatis iam commissis, verum etiam in futurum committendis, quodocunque enim probari potest, quod actus, qui praetenditur attentatus fuerit factus de consensu partis, vel quod illi antea renunciasset, attentans excusatur ab attentatis, nec habet locum illorum reuocatio, & consequenter ratione praedicti consensus, & renunciationis attentata censetur purgata, iuxta ea quae de huiusmodi renuntiatione, & consensu diximus latius supra in hac 2. parte. c. 4. de atten. lit. pen. in 15. & 16. limit. princ. Tacita renuntiatione non solum per renuntiationem praecedentem (prout de hac tacita praecedente, & tacito consensu regulariter etiam locuti sumus in supra allegatis limitationibus 15. & 16.) verum etiam per

tacitam subsequenter renuntiationem quae resultat ex desertione appellationis, in illis tamen quinque casibus, in quibus post desertionem attentata reuocari non possunt, quos pro limitationibus posuimus supra c. 12. de atten. appell. pend. in 1. ampliat. prin. nu. 8. & seqq. Vel quando resultaret ex peremptione primae instantiae, secundum opi. illorum, qui tenent, quod perempta instantia cesset vitium litigiosum & consequenter tale vitium purgetur, vt apparet ex his, quae late diximus supra c. 4. de atten. lit. pend. in praefat. in 3. illat. nu. 504. & praesertim nume. 507. vers. secunda opi. quavis circa hoc de purgatione per peremptionem instantiae plurimum subsistendum videtur, cum Doct. dum quaerunt an perempta instantia duret vitium litigiosum loquantur ad effectum cognoscendi an alienatio rei litigiosa fieri possit post peremptionem instantiae, non autem praetponunt quod si alienatio fuisset facta lite verè pendente, & consequenter quod iam attentatum fuisset in esse deductum, illud cesset, aut per peremptionem purgetur, vt ibi quoque admonuimus nu. 529. vers. 3. supra dictam conclusionem.

Purgatio vero per Principem duobus modis fieri dicitur, vno impediendo ne actus qui alijs de sui natura diceretur attentatus transeat in attentatum, sicut & alijs videmus, quod scientia, & autoritas Papae purgat vitium simoniae, & impedit, ne simon. inducatur, vt post doct. in rub. de simo. & in summa 1. q. 1. notat Rebuff. in sua prax. benefical. in tit. de noua prouisione. nu. 36. & non uisimè Menoc. in cons. 67. proposita. nu. 23. lib. 1. Quod Principis prouisione de beneficio litigioso, atque etiam illius declaratione alicuius rei lite pendente facta contingere potest, vt mox dicemus. Altero confirmando actum, qui praetendebatur iam in attentatum transiisse, nam & confirmatione Principis attentata purgantur. Primum ex eo deducitur, quod alijs dicitur Doct. quod prouisio Papae purgat vitium litigiosum, vt post Sarnen. super regu. de impetr. per obit. famil. Cardinali. q. 8. nu. 6. vers. postremo dixerunt alijs domini, vt est decif. in recollec. Caputaquen. parte 1. dec. 77. inci. in dubio, & post Princeps alteri col litigari facere gratiam, nec per hoc dicitur attentare, cum ille sit supra ius. Rota. decif. 25. alijs 110. si Reus. in fi. de rescrit. in no. Aegid. decif. 749. licet. in fi. Deci. in consil. 461. & est post praesallegatos in recollec. Paleott. decif. 147. agebatur. Sic & declaratio per Principem lite pendente facta, cum illa valida reputetur. Mil. in verb. declaratio potest fieri. fol. octuagesimo quinto, censetur vitium attentatorum purgare, & impedire, ne illud inducatur. Quod etiam exemplificari potest in literis in forma breuis, quae solent in curia dari ad capiendum possessionem beneficij referuati, in quibus solet Princeps declarare, quod possessio citra vitium spoliij, & attentatorum capiatur, de quibus omnibus diximus supra in secunda parte, capi. quarto, de attentat. lit. pend. in praefat. num. 405. & seqq. & ibidem in duodecima limit. princip. per totam. Similiter etiam videmus, quod si is, qui fuit prouisus ab ordinario de beneficio vacanti, in mense Papae referuato, & dictae prouisionis vigore, (& sic nulliter) possessionem apprehenderit, & postea obtineat Papamouam prouisionem, in qua narretur de

mensis vacationis, & possessio capta, talis noua prouisio dicitur purgare omne vitium, vt fuit dictum in vna Cauallicen. coram Paleott. septimo Octobris. 1560. in qua relatum fuit idē aliās fuisse tentum in alia Nullius corā Oradino, † & esse notabile dictum (prout verē tulerunt,) & nos proximē dicemus num. septuagesimosecundo. Quod clarius, & in propriis terminis nostris fuit † † resolutum in alia Pisana Canonicatus coram D. de Rubeis. 30. Octobris. 1560. in qua, cum dubitaretur an possessio Ioannis esset attentata ita, vt veniret reuocanda, Domini tenuerunt constare de attentatis, sed illa non esse reuocanda, si in noua prouisione fuit facta mentio litis, & possessio nis lite pendente captā, & opposita clausula, quod possint exprimi tituli infecti, † quia tunc noua prouisio re per Papā intellecta purgat vitia præcedentia, quod est (secundum Dominos ibi) etiā de mente Cassad. decis. 6. nume. octauo, de præb. † Secundum, quod Princeps confirmādo actum qui præteritur attentatus, dicatur vitium attentatorum purgare, quando huiusmodi confirmatio processit cum causæ cognitione, partisque citatione, & consequenter ex certa Principis scientia: post multa in vtranque partē allegata, & post relatas varias opiniones firmuimus supra in secunda parte cap. duodecimo. de attent. appellatio. pendente, in quinquagesima prima limit. princip. per totam, præsertim nume. 44. & numer. 61. quibus addi potest. Primo, nam, & in simili, tenuta, quæ fuit nulliter data potest confirmari, quando constat, quod si non esset data de nouo esset danda, & non venit hoc casu reuocanda. Alex. in conf. 67. lib. 6. de quo, & latissimē de materia huius tenutz per O. fasc. in decis. Pedemont. 67. trigesima quarta, ex actis per totam, † & consequenter postquam fuerit confirmata tenuta, videtur purgatum vitium præcedentis nullitatis, vnde ita etiam vitium præcedens attentatorū, quæ & ipsa dicuntur esse ipso iure nulla, vt diximus supra in secunda parte cap. duodecimo. de attent. appell. pend. in 17. ampliāt. princip. dicendum est purgari per confirmationē ex certa scientia Principis, vt supra facta. Secundo facit quod in simili dicitur, † de sententia per iudicem recusatum lata, quæ licet sit nulla, & attentata, potest tamē confirmari si aliās esset iusta, vt adnotauimus supra in secunda parte cap. 6. de attent. post recusatationem iudicis. num. quinquagesimotertio, de claratione prima. regulā ibi positā, quo casu sententię huiusmodi per iudicem facta confirmatio diceretur purgare præcedens vitium attentatorū. Quod, & † Tertio loco ea videtur ratione suaderi, quia in effectu præsupposita causæ cognitione in confirmando, ac partis citatione, talis confirmatio videtur quodammodo habere vim sententię, per sententiam autem purgari attentata non est dubium, vt diximus supra num. decimoquinto, merito, &c. Quarto, † ad illud de certa scientia Principis adde, quod si quis vt lite pendente intrusus, & deinde ex cessione alterius, qui haberet bonum Ius, illud acquirat in persona sua ex gratia Principis, per talem superuenientiam boni iuris, & gratia Principis non dicitur excusata, aut purgata intrusio præcedens, nisi in gratia fuerit Principi facta specialis mentio de vitiosa

possessione supplicantis, ita vt Princeps habuerit certam scientiam de intrusione, vt fuit in omni simē dictum in vna Pampilonē. Prioratus, coram D. meo Oradino. 6. Iunii. 1570. vnde præsupposita certa scientia Principis, intrusio eo casu dice retur purgata, & in terminis, quod si intrusus in noua prouisione à Papa obrenta de sua intrusio ne talem fecerit mentionem, vt eam Papa intellexerit, per hanc gratiam nouę prouisionis censeatur intrusio purgata, tenuerunt omnes in vna Nullius præposituræ coram eodem Oradino 20. Februarij. 1558.

Quoad secundam inspectionem dicendum est, † quod finalis effectus purgationis attentatorum, quoad attentantem ille est, vt postquam fuerint purgata non possint ultra peti reuocari, quod ex eo patet, quod ad purgationem attentatorum requiritur impositio perpetui silentij, vt in dicta decisio. Paleott. 38. quod duobus modis virtualiter contingit, Primo, per confirmationem Principis, & superioris ex certa scientia, (vt supra dictum est) factam, cum post huiusmodi confirmationem attentata non veniant reuocanda, secundum ea quæ diximus supra in dicta quinquagesima prima limit. princip. nume. 44. & nume. 61. Secundo per reductionem rei in pristinum, & eum in quo ante quam atten-

74 raretur erat statum: † Quæ reductio in pristinum statum fit: † Vel per plenariam executionem sententię, etiam quoad fructus, expensas, & damna in causa attentatorum lata, vt dictum est supra, numero decimo octauo, sub versiculo purgatio per iudicem, † Vel per cessionem legitimam partis similiter cum restitutione rei, fructuū, damnorum, & expensarum, vt supra, numero 28. & 77 seqq. sub versicul. purgatio per partem, † debet enim attentans per hanc purgationem rem reducere in pristinum, & eum, in quo passus attentata erat statum. c. non solū, de appella. in 6. Rota apud Bisignet. decis. 30. post versic. quartum. incipi. vtrum, ad finem. Dec. conf. 103. in causa. in princ. Quod non sine ratione statutum est, quoniam, † iste terminus status significat præsentiam, conditionem, & qualitatem, in qua quis reperitur, vt ex probatis authoribus deducit eleganter Gozzad. in conf. 1. nume. decimo octauo, & diximus supra cap. vigesimo sexto. de probat. attent.

79 num. 24. sub versic. quoad secundum, † cum autē priuilegium pendentię litis, vel appellationis, vel lit statum rei, de qua agitur in aliquo interim nō mutari, vt dicit Aegid. decis. 101. si constat, si per inuouationem fuerit mutatus, iure optimo conuenit, quod per purgationem prædictā res, & causa reponatur in pristinum statum: nam & † purgari id propriē dicitur, quod ad libramentum proprium redigitur, & in pristinum reducitur, vt post Capol. in tract. de seruit. rusticor. præd. cap. tertio. num. quinquagesimonono, & seqq. tradit Lancell. Corrad. de prætor. §. i. sub num. vigesimo quarto. † Hinc videmus, quod spoliatus post appellationem restituitur ad statum, in quo erat tempore appellationis. Franc. in c. bonæ. in prin.

82 de appellat. & † quod in simili, quis restituitur ad statum percipiendi alimenta, vt est in recolletis Mohed. decis. 172. bonorum: † Et ad statum exigendi, ea quæ antea exigebantur, vt fuit etiam

etiam dictum in vna Romana Maccelli habreorum coram Peregrino, sub die septimo Nouembris. 1544. vt est decis. in recollet. Putei. 30. restitutio datur ad statum. sub Rubrica de restit. spol. 84 † Quamuis enim dubitent aliās docto. præsertim legistæ, an in præstationibus annuis detur quasi possessio, saltem respectu futurarum, & aliqui distinguant inter præstationes quæ fiūt à priuatis, & illas, quæ fiunt ab Ecclesia Ecclesiæ, de quibus per Doct. in l. certis annis. C. de pactis, & latè per Aug. Bero. in conf. 119. in casu. num. 8. & seqq. lib. 85 3. vbi de commu. opi. circa has distinctiones attenditur, † concluditur tamen ex intentione Abba. in ca. quærelam. de electio. quod datur in his quidam status, in quo lite pendente est manutentendus, & si sit spoliatus restituendus, vt dicit etiam Bero. ibi. Sic, † & ad statum percipiendi pensionem restituitur, quis probata solū solita præstatione pensionis, licet nihil probetur de proprietate, vt fuit dictum in vna Roma. pensionis pro capitulo, & Canonicis Sancti Petri contra filios domini Galeatij, vt est in recollet. Mohed. decis. 153. licet, sub rub. de restit. spoliat. † Et ad statum exercendi artem campi, vt fuit aliās resolutum in vna Roma. de Carbognano coram Domino meo Oradino. † Sic & conductor, qui percipiebat fructus, & poterat alteri sublocare, si spoliatur, dicitur habere statum, ad quem possit, & debeat restitui, vt tenuerunt Domini in vna Ianuen. affittus coram eodem Oradino sub die vigesimo primo Aprilis, millesimo quingentesimo septuagesimo. † Sic etiam resignans si incumbit possessioni, & detineat, & illa detentione fuerit spoliatus debet ad illum statum restitui, vt est in recollet. Crescent. decis. centesima quinquagesima octaua. Tertius. sub rub. de restit. spol. in fi.

Quæ conclusio, quod per renouationē, & purgationem attentatorum res reducatur ad pristinum statum. Ampliari potest, Primo, † vt procedat etiam si ille status esset illegitimus. Quamuis enim aliās, † si sententia dicat possessionem restituendam fore ad pristinum statum, hoc casu intelligatur de statu bono, & legitimo, non autem de ficto tantum, vt est deci. in recollet. Paleot. 287. dubium. sub die vigesimo quinto Octobris, millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo, vbi ita etiam aliās coram Iunio conclusum fuisse refert sub die vigesimo Octobris 1557. Aegidiustamen notabiliter, & eleganter ad propositum nostrum in decis. centesimaprima, si constat, loquens de isto statu, inquit, quod ex priuilegio litis, vel appellationis pendentię non debet status interim in aliquo mutari, non habito in hoc respectu an status ille legitimus sit, vel illegitimus. Pro quo dicto faciunt ea, quæ diximus supra in secunda parte, ca. 4. de attent. lit. pend. in septima ampliatio. princip. regulā ibi positā, num. secundo, quod per viam attentatorum restituitur etiam ille, contra quem esset præsumptio iuris, & quod ibidem diximus in 4. declarat. princip. in 1. & 3. ampliāt. regulā ibi positā. nume. tertio, & nume. septimo, quod lite pendente non debet quis possessionis commodum priuari, etiam si illa possessio esset contra ius, & destituta priuilegio. Secundo, vt reductio ista ad pristinum statum per purgationem, & reuocationem attentatorum peti possit, etiam si ille actus, qui præteritur attentatus, † fuisset per viam iniustitię iam reuocatus per tres conformes, quia nihilominus potest contra attentantem instari, quod denuo actus tantquam attentatus declaretur nullus, vt fuit resolutum in vna Tirafonen. iurisdictionis, siue attentatorum coram Robustero, vndecimo Februarij, millesimo quingentesimo sexagesimosexto, in qua, cum in partibus fuisset post inhibitionem lata quædam sententia per ordinariū, quæ propterea erat subiecta vitio attentatorum, licet via iniustitię illa fuerit per tres conformes in Rota reuocata, cum tamen pars, quæ fuerat passa attentata prætenderet suā interesse dictam sententiam tanquam attentatam reuocari, & declarari nullam, Domini tenuerunt, quod deberet declarari nulla. Et similiter declarari eadem conclusio debet, vt quod dicimus per huiusmodi purgationem, rem & causam reduci ad pristinum statum quando sumus in his, quæ appellatione pendente dicerentur attentata, intelligitur de statu considerato tempore litis contestationis: † appellatio enim reponit appellantem ad statum litis contestatæ, vt post alios, etiam de communi opin. attestantes diximus supra in secunda parte, cap. duodecimo. de attent. appellat. pendente. in princ. versic. declara. numero centesimo vigesimo. quibus adde Franc. in cap. per tuas. in 1. nota. de appellat. & fa. quæ ponit Capit. decis. vigesimanona. numero sexto, & Ratio illa quam post alios, de quibus ibi ponit Afflic. deci. 220. in causa. numero 14. † quia scilicet ante litem contestatam lis non dicitur esse in aliquo statu. Vnde ex supra dictis omnibus formari potest hæc conclusio, quod effectus finalis purgationis attentatorum sit, vt res reducatur ad pristinum statum, considerato tempore litis contestatæ, etiam si status ille esset illegitimus.

Quoad tertiam, & vltimam inspectionem, quæ scilicet personæ teneantur, & obligatæ sint ad purganda attentata, breuiter dicendum est, quod omnes ij ad hoc tenentur, qui † Vel per se attentauerunt, † Vel per alium, de suo tamen speciali mandato, † Vel etiam sine speciali mandato, quando attentata approbauerunt, & litem super eis sustinendo, vel aliās ratificauerunt, vt clarè apparet ex his quæ diximus supra latius, in 1. parte, capi. 1. de attent. à part. nu. 32. versic. primo, vt non procedat, in prima limit. regulā ibi positā, & num. 47. versic. secundo principaliter, & 101 capit. 2. de attent. à Iudice, per tot. † Item is, qui licet actualiter nō attentauerit, habet tamē causam ab attentatē, vt in dicta 1. parte, c. 3. de attentat. à tertio, in 1. limit. regulā ibi positā. nume. 16. & multis seqq. versic. Limitatur nunc supra dicta regula. Cum attentata etiā post mortē attentatis sint reuocanda, vt adnotauimus supra in 2. parte cap. 4. de attent. lite pend. in 5. Ampliāt. princip. Et propterea fuit aliās notabiliter dictum per Dominos in vna Ariminen. nullitatis, & attentatorū, in qua dubitabatur, tan resignatarius teneretur purgare attentata per resignantem, & licet in fauorem resignatarij allegaretur, quod in beneficialibus non datur successio, sed creatur nouum ius, & quod cum ille in nihilo deliquisset, nullam quoque debebat mereri pœnā: Rota tamen in di. causa proponente A coram bono. sub die 27. Aprilis. 1556. tenuit, quod non

93 tus, † fuisset per viam iniustitię iam reuocatus per tres conformes, quia nihilominus potest contra attentantem instari, quod denuo actus tantquam attentatus declaretur nullus, vt fuit resolutum in vna Tirafonen. iurisdictionis, siue attentatorum coram Robustero, vndecimo Februarij, millesimo quingentesimo sexagesimosexto, in qua, cum in partibus fuisset post inhibitionem lata quædam sententia per ordinariū, quæ propterea erat subiecta vitio attentatorum, licet via iniustitię illa fuerit per tres conformes in Rota reuocata, cum tamen pars, quæ fuerat passa attentata prætenderet suā interesse dictam sententiam tanquam attentatam reuocari, & declarari nullam, Domini tenuerunt, quod deberet declarari nulla. Et similiter declarari eadem conclusio debet, vt quod dicimus per huiusmodi purgationem, rem & causam reduci ad pristinum statum quando sumus in his, quæ appellatione pendente dicerentur attentata, intelligitur de statu considerato tempore litis contestationis: † appellatio enim reponit appellantem ad statum litis contestatæ, vt post alios, etiam de communi opin. attestantes diximus supra in secunda parte, cap. duodecimo. de attent. appellat. pendente. in princ. versic. declara. numero centesimo vigesimo. quibus adde Franc. in cap. per tuas. in 1. nota. de appellat. & fa. quæ ponit Capit. decis. vigesimanona. numero sexto, & Ratio illa quam post alios, de quibus ibi ponit Afflic. deci. 220. in causa. numero 14. † quia scilicet ante litem contestatam lis non dicitur esse in aliquo statu. Vnde ex supra dictis omnibus formari potest hæc conclusio, quod effectus finalis purgationis attentatorum sit, vt res reducatur ad pristinum statum, considerato tempore litis contestatæ, etiam si status ille esset illegitimus.

94 nullam. Et similiter declarari eadem conclusio debet, vt quod dicimus per huiusmodi purgationem, rem & causam reduci ad pristinum statum quando sumus in his, quæ appellatione pendente dicerentur attentata, intelligitur de statu considerato tempore litis contestationis: † appellatio enim reponit appellantem ad statum litis contestatæ, vt post alios, etiam de communi opin. attestantes diximus supra in secunda parte, cap. duodecimo. de attent. appellat. pendente. in princ. versic. declara. numero centesimo vigesimo. quibus adde Franc. in cap. per tuas. in 1. nota. de appellat. & fa. quæ ponit Capit. decis. vigesimanona. numero sexto, & Ratio illa quam post alios, de quibus ibi ponit Afflic. deci. 220. in causa. numero 14. † quia scilicet ante litem contestatam lis non dicitur esse in aliquo statu. Vnde ex supra dictis omnibus formari potest hæc conclusio, quod effectus finalis purgationis attentatorum sit, vt res reducatur ad pristinum statum, considerato tempore litis contestatæ, etiam si status ille esset illegitimus.

esset procedendum in causa, nisi purgatis per eum
 103 attentatis, ex quo tunc Vincentius fuerat mediante
 re signatione subrogatus in ius resignatis, qui
 attentauerat. Pariter ille ad purgationem huius-
 modi tenetur, qui successit in re attentata etiam
 mediante, vt sentit Rot. in vna Cameracen. Ar-
 chidiaconatus, sub die 13. Nouembris 1558. vt est
 in recollet. Palestr. decif. 116. incip. Gutter, & di-
 ximus latius vbi supra proxime. num. 30. in 2. limi-
 104 ta. tunc Vel se intrusit, vt in decima limit. ibi posita
 105 nu. 69. tunc Vel quando esset etiam merus tertius,
 sed comprahenderetur sub aliqua ex limitationi-
 bus positis in dicto c. 3. cum enim hi omnes di-
 cantur attentare, consequenter tenentur etiam
 quasi ex suo facto & delicto ad attentatorum pur-
 gationem. ad not. in lit. de obligat. quae ex quasi
 delicto nascuntur. in prin. cum simil.

CAP. XXX. DE PRIVI-
 legiis Attentatorum.

SVMMARIVM.

- 1 REMEDIUM attentatorum privilegiatum appella-
 tur, & facillimum.
 Immo nullum est fauorabilius, vt nu. 2.
- 2 Et est magis privilegiatum, quam spoliolum.
- 3 Ratio quare attentata sunt adeo privilegiata.
- 4 Attentata, & causa attentatorum est valde privilegia-
 ta regulariter.
- 5 Quod Ampliatur septem modis, & limitatur nouem.
- 6 Spoliolum non est ita privilegiatum sicut attentatum, se-
 cundum comm. opi. de qua infra nu. 9.
- 7 Licet aliqui contra, vt nu. 7.
- 8 Remedium spoliolum, & attentatorum secundum aliquos
 sunt tanquam excedentia, & excessiva.
- 9 Differentia magna est, & maior resultat utilitas ex re
 medio attentatorum, quam spoliolum.
 Et vnde differentia ponuntur, & singula enumeran-
 tur, vt nu. 11.
- 10 Tituli coloratio in attentatis non requiritur, in spolio
 sic.
- 11 Censura, quae alius valeret licet esset iniusta, si tamen
 sint attentata, puta post appellationem dicuntur
 nulla, & inualida, & retractantur.
- 12 Excommunicatio post legitimam appellationem lata,
 est nulla.
- 13 Excommunicationis exceptio non obstat agenti ad re-
 uocationem attentatorum, sicut agenti spolio.
- 14 Ordo iudicialium requiritur in causa spoliolum, qui tamen
 in causa attentatorum non exigitur.
- 15 Spolio agi non potest contra succedentem in re vniuerso af-
 fecta, quod via attentatorum permittitur secundum
 aliquos.
 Sed haec differentia non videtur tenenda, vt nu. 18.
- 16 Probatio possessionis, & spoliationis requiritur in spolio,
 in attentatis autem sufficit tantum probare si atum.
- 17 Exceptio alterius spoliationis attentatis non obstat, li-
 cet obstat spolio.
- 18 Spolio agenti obstat exceptio notorii defectus proprie-
 tatis secus in attentatis secundum aliquos.
 Sed haec differentia reuocatur, vt nu. 22.
- 19 Attentatorum, & spoliolum cognitione concurrente praeser-
 tur cognitio attentatorum.
- 20 Vltimum spoliolum non est purgandum, quando praee-
 dens est grauius.
- 21 Spolio si agatur per duos contra eundem spoliatorum, spo-

- lium qualificatum, puta attentatum praesertur spolio
 antiquiori remissiuè.
- 22 Spolio agens tenetur profecundo extremo probare se
 fuisse spoliatum, & per talum, in attentatis autem
 haec personalis probatio non videtur necessaria, iudicium
 aliquos.
 - 23 Reseruatiōis exceptio licet obstat spolio, scilicet tamen
 est in attentatis.
 - 24 Attentatorum iudicium suspendit iudicium spoliolum, ita,
 vt sententia in eo lata sit nulla.
 - 25 Sententia lata in causa spoliolum pendente iudicio attenta-
 torum dicitur esse nulla.
 - 26 Causa attentatorum reputatur magis fauorabilis, quam
 causa pensionis.
 Etiam habentis clausulam sine retardatione solutionis
 pensionis.
 - 27 Compensatiōis locus non est contra attentata.
 - 28 Clausula, si quid exequendum fuerit in primis, & ante
 omnia exequatur, non facit, vt prius de executione
 cognoscatur, quam de attentatis.
 Et ita seruat Rota, vt nu. 34.
 Et dicta clausula intelligitur prout de iure, vt nu. 35.
 - 29 Passus attentata in causa attentatorum obtinens, non
 solum recuperat rem, circa quam est commissum at-
 tentatum, verum etiam fructus, qui percipi potue-
 runt, remissiuè.
 - 30 Attentatorum privilegium extenditur etiam quoad ex-
 pensas in causa factas.
 - 31 Executio sententiae in negotio principali facta non pur-
 gatis attentatis est nulla, & inualida.
 Nisi hoc casu in petente reuocatione attentatorum praeser-
 sumeretur calumnia, vt nu. 39.
 - 32 Calumnia praesumitur in eo, qui petit attentata reuoca-
 ri, quando diu distulit de illis dare.
 Vel si commissio super attentatis fuerit praesentata ex
 ipsa die, qua sunt pronuntiatum in negotio princi-
 pali, vt nu. 41.
 - 33 Differens opponere aliquam exceptionem ad calculum
 ferendae sententiae praesumitur esse in dolo & ca-
 lumnia.
 - 34 Iudex potest non admittere exceptiones, quando adesse su-
 spitio calumniae.
 - 35 Passus attentata si commissio super illis causa praesentata
 uerit etiam commissionem super negotio principali,
 & super eo processerit per duas instantias potest
 nihilominus redire, & reassumere causam attenta-
 torum.
 Dummodo non processerit conuictum vsque ad finem
 tertiae instantiae, vt nu. 45.
 - 36 Privilegium attentatorum non durat deserta appella-
 tione, vt scilicet reuocatio fiat via privilegiata, &
 infra nu. 104.
 Nec postquam, quis appellationi renunciauit, vt nume-
 ro 47.
 - 37 Privilegium attentatorum non durat, nisi in prima in-
 stantia, retenta illa opinione, quod a sententia lata
 in causa attentatorum appellari non possit.
 - 38 Succumbens in causa attentatorum perdit illud privile-
 giolum, quod antea habebat, vt si, bi interim facta ia
 in causa principali non current.
 - 39 Privilegium attentatorum non debet egredi neque per-
 sonas, neque causas in quilibet, & inter quas verè
 vertitur articulus attentatorum.
 - 40 Attentatorum privilegium non extenditur ad tertium.
 Sicut nec spoliolum, vt nu. 52.
 - 41 Attentatis renunciari potest.

Etiam

- Etiam tacite, vt nu. 54.
- 52 Sententia lata in causa principali pendente causa at-
 tentatorum valet, si iam attentatis erat renunciatum.
 - 53 Attentatorum reuocationem petens si patitur, quod
 in prima, & secunda instantia procedatur simul su-
 per negotio principali, & super attentatis, & in
 tertia velit uti privilegio, vt ante omnia proceda-
 tur super attentatis non est audiendus.
 - 54 Renunciare attentatis cunctur, qui patitur labi termi-
 num ad docendum de attentatis sibi praefixum abs-
 que eo, quod de illis doceat.
 - 55 Privilegium attentatorum ex causa quandoque non at-
 tenditur.
 - 56 Rota solet diuersis modis temeritati attentantis, & in-
 demeritati partis laese prouidere.
 Quandoque per appositionem sequestri, vt nume-
 ro 61.
 Quandoque, vt renuntietur attentatis, quando illa sunt
 turbata, vt nu. 65.
 Quandoque absque sequestro, & renuntiatione, degusta-
 do bonum ius in negotio principali, vt quando in
 actore appareret magna negligentia, & attentata
 essent antiqua, vt nu. 62.
 Vel causa esset implicita, vt nu. 63.
 Vel attentata essent dubia, & reuocatio difficilis, vt nu-
 mero 64.
 - 57 Citatio in reuocatione attentatorum non potest praeser-
 textu privilegii attentatorum omitteri.
 Nec etiam causae cognitio, nu. 66.
 - 58 Privilegium cognitionis attentatorum non suspendit
 causam alimentorum, & illorum praestationem.
 - 59 Executio facta pro alimentis, etiam post inhibitionem
 Rotalem non dicitur attentata.
 - 60 Privilegium vnum attentatorum illud est, quod in eo
 proceditur sine libello, litis contestatione, & alias
 sine ordine iudiciali, summarie, & sine termino-
 rum obseruatione.
 - 61 Colocatio tituli non requiritur in reuocatione attenta-
 torum.
 Etiam in beneficiabilibus, vt infra nu. 74.
 Nisi quando constaret de non iure petentis reuocationem
 attentatorum, vt infra nu. 76.
 Et ita sapissime praeticatum fuisse refertur, nu. 71.
 Et hanc frequentiori docto. calculo approbati concludi-
 tur, nu. 72.
 Licet Aegid. contrarium senserit, & male, vt nume-
 ro 73.
 - 62 Titulus in beneficiabilibus plus attenditur, quam pos-
 sessio.
 - 63 Peritorium colorans ex infesto titulo non est audien-
 dus.
 - 64 Titulum infestum ostendere peius est, quam nullum
 ostendere.
 - 65 Exceptio excommunicationis potest opponi contra
 spoliatum.
 Et contra agentem pro executione rei iudicatae, vt nu-
 mero 80.
 - 66 Excommunicationis exceptio contra attentata non ad-
 mittitur.
 - 67 Exceptio spontanea renuntiationis non admittitur in
 iudicio attentatorum.
 - 68 Exceptio alterius spoliationis non impedit attenta-
 torum reuocationem.
 - 69 Reseruatiōis exceptio non obstat, quo minus iudex ex
 officio ad instantiam partis attentata reuocet.
 - 70 Agenti ad reuocationem attentatorum non potest op-
 poni exceptio dominij, & proprietatis, secundum ve-
 riorum opi.
 - 71 Periurij exceptio non impedit attentatorum reuoca-
 tionem.
 - 72 Compensatio in causa attentatorum opposita non re-
 tardat illorum reuocationem.
 - 73 Fatalia, regulariter non currunt in causa principali
 pendente causa, & articulo attentatorum.
 Nisi fuissent ob calumniam proposita, vt nu. 95.
 - 74 Terminum remissiuè pendente fatalia non currunt.
 - 75 Instantia non currit in causa principali pendente cog-
 nitione seu appellatione super emergenti.
 - 76 Fatalium in computatione subducitur de medio non so-
 lum tempus, quo fuit factus processus in causa at-
 tentatorum, verum etiam executionis sententiae su-
 per attentatis latae.
 Etiam ratione fructuum, & expensarum, vt nu. 92.
 - 77 Succumbens in causa attentatorum non gaudet privi-
 legio, vt interim non censeantur sibi cucurrisse fa-
 talia.
 Nisi succubisset in vno ex pluribus attentatis, vt in-
 fra nu. 96.
 Vel aliqua probabili ratione dictum iudicium attenta-
 torum sustinisset, vt infra nu. 97.
 - 78 Succumbentibus termini, & tempora currunt remis-
 siuè.
 - 79 Fatalia in causa principali currunt etiam pendente ar-
 ticulo attentatorum, quando sunt diuersae causae.
 Etiam si diuersae causae essent simul cumulate, secun-
 dum aliquos, vt nu. 99.
 - 80 Facta vbi sunt plura, & diuersa, censentur etiam plu-
 res libelli, & plures sententiae.
 - 81 Fatalia similiter currunt pendente cognitione attenta-
 torum quando sumus in diuersis personis.
 Etiam si essent consortes eiusdem litis, nu. 102.
 Etiam si appellatio per consortes non proficiat tende-
 ret in consequentiam in fauorem illius, qui praten-
 diur attentasse, & causam attentatorum proficiat
 tur, vt nu. 103.
 - 82 Attentans prohibetur appellare.
 - 83 Appellatio nemini est deneganda.
 Etiam Diabolo, nu. 107.
 - 84 Appellatio regulariter semper censetur permissa, nisi
 expresse reperiat prohibita.
 - 85 Puniri quis debet in eo, in quo deliquit.
 - 86 Intrusus, & attentans si spoliatur non restituitur.
 - 87 Probatio leuior sufficit in causa attentatorum.
 - 88 Testium receptio etiam non absutorum valet in iu-
 dicio attentatorum.
 Etiam super articulis expresse non admissis, nu. 113.
 - 89 Detentio non autem possessionis probatio requiri-
 tur in iudicio attentatorum.
 - 90 Causa attentatorum suspendit cognitionem causae prin-
 cipalis.
 Attentatorum natura, quando pars dat de attentatis di-
 citur esse magis suspensiva quam possessorijs respec-
 tu petitorij.
 - 91 Sententia lata in causa principali postquam fuerat co-
 mmissa causa attentatorum, & de illis erat datum,
 dicitur nulla, & infra nu. 122.
 Etiam si pars non fuerit protestata, quod prius proce-
 datur super attentatis, quam super negotio princi-
 pali, vt nu. 118.
 - 92 Causa attentatorum pendente, ex illorum privilegio
 suspenditur & retardatur executio sententiae in
 causa principali.

Tract. de Attent.

V

- 120 *Attentatorum iudicium sufficit omne aliud iudicium, Etiam spolij, vt num. 121 & Nullitatis, vt num. 122.*
- 124 *Causa attentatorum habet se per modum accessorii ad causam principalem.*
- 125 *Appellatione in causa principali deserta, nihilominus quae ea pendente sunt attentata, possunt peti euocari.*
- 126 *Probatio facta in iudicio, regulariter non facit fidem in alio.*
- 127 *Testis in causa attentatorum examinatus, si in ea succumbat, potest illis vt ad probandum primum extremum in iudicio spolij postmodum intentati.*
- 128 *Spoliatus lite pendente & per spoliatum attentatum, praefertur tertio, qui niteretur antiquiori spolio contra eundem spoliatorem.*
- 129 *Duobus spoliatis contra eundem spoliatorem agentibus, regulariter ille praefertur, qui niteretur antiquiori spolio, vel melius probat de iure suo.*
- 130 *Spolium qualificatum, puta quia violentum vel attentatum, equiparatur.*
- 131 *Qualificatum spolium regulariter semper praefertur.*
- 132 *Spolio agens debet carere omni vitio.*
- 133 *Conclusio in causa principali non aufert causae attentatorum priuilegium quod habet, vt ante pronuncietur super attentatis, quam in negotio principali. Secundum commun. opin. Dominorum Camerae Imperialis, vt num. 134.*
- 135 *Remissoria regulariter non datur in causa attentatorum.*
- 136 *Iudex non potest regulariter condemnare in fructibus & expensis non petitis. Fallit in causa attentatorum, vt num. 137.*
- 138 *Iudicio possessorio succumbens condemnatus in expensis, tenetur illas restituere, autequam recedat ad petitorium. Nisi finis in spolio attentato, vt num. 139.*
- 140 *Expensarum regulariter non fit nisi lite finita.*
- 141 *Expensarum taxatio in causa attentatorum fieri potest, etiam ante prolationem sententiae in causa principali.*
- 142 *Iudex omittens in sententia expensarum condemnationem, potest eodem die, non autem vltiori die illam facere.*
- 143 *Condemnatio in expensis ommissa in possessorio, non potest in petitorio reparari. Nisi finis in spolio attentato, vt num. 145.*
- 144 *Expensarum condemnatio in causa attentatorum potest etiam post sententiam ex in euallo fieri.*
- 146 *Appellari potest a condemnatione expensarum. Nisi finis in causa attentatorum, nu. 147.*
- 147 *Sententia super attentatis, licet secundum aliquos sit interlocutoria, tamen reuocari non potest.*
- 148 *Beneficium litigiosum non est subiectum regulis de publicandis.*
- 149 *Processus in causa criminali non impedit iudicium spolij attentati.*
- 150 *Mandatum executiuum obtentum contra eum, qui lite pendente rem in alium transfuit, potest etiam absque nouo processu ex equi contra nouum possessorem. Immo etiam illo aliter non citato, nu. 151.*
- 152 *Licet contrarium videatur verius, nu. 152.*
- 153 *Attentata in primis, & ante omnia sunt reuocanda, & infra nu. 165, ubi ponitur Regula vniuersalis.*
- 154 *Sententia lata super attentatis ante omnia est mandanda executioni, autequam procedatur in petitorio.*
- 155 *Attentatis est a lege indultum, vt quis super eis ante omnia audiatur, quod priuilegium non est sibi auferendum.*
- 156 *Attentatorum cognitio an impediatur cognitionem causae nullitatis.*

- 157 *Commissio attentatorum, quando est in actis, est de stilo Dominorum, vt praepnatur etiam causis nullitatis. Etiam si de nullitate constaret, nu. 158.*
- 159 *Sententia lata in negotio principali non purgatis attentatis dicitur nulla.*
- 160 *Spoliatus in odium spoliantis, est regulariter ante omnia restituendus.*
- 161 *Signatura solet concedere attentatorum commissionem super illorum reuocatione. Nisi imminerent aliqua magna seria, nu. 162.*
- 163 *Clausula posita in commissione attentatorum, quod illa in primis, & ante omnia reuocetur solet deleri per Signaturam.*
- 164 *Clausula praedicta in multis casibus potest supplicanti esse damnoza, vel saltem inutilis.*
- 165 *REGLA, quod attentata in primis, & ante omnia reuocantur Quae AMPLIATUR pluribus modis, videlicet, vt procedat. 166 Etiam si alias actus fuisset facienti licitus. 167 Vel adeptio possessionis fuisset facta vigore executorialium. 168 Nec etiam fauore pia causae sublineretur alienatio rei litigiosa. 169 Nec etiam si diceretur factus actus ad tollenda scandala. 170 Et fit huiusmodi reuocatio, etiam si illa petens nihil probet de iure suo. 171 Immo etiam si contra eum esset praesumptio iuris, & ius commune. 172 Etiam ad instantiam excommunicati reuocantur. 173 Et pariter si actus attentatus fuisset a Principe confirmatus. 174 Vel esset aliis de iure confirmandus, aut de nouo concedendus. 175 Et reuocantur etiam post mortem attentantis. 176 Nec regulariter retardatur reuocatio per aliquam ex infra scriptis exceptionibus, videlicet. Alterius spoliacionis. Reseruacionis. Dominij, & proprietatis. Reconuentionis. Compromissi. Periuurij. Simoniae. Compensationis. Nullitatis sententiae desuper latae. 177 Reuocationem attentatorum non solum potest iudex facere, verum etiam tenetur. Limitaciones, Regulae, praedictae. 178 Attentata per tertium regulariter non reuocantur in primis, & ante omnia. 179 Nec actus facti per modum continuationis. 180 Vel per modum declarationis. 181 Nec quando lis fuisset calumniosa, in fraudem, et dolo se iniuriata. 182 Idem si effemus in actibus accessoriis, & consecutiuis ad ea, quae gesta erant ante liem, vel appellationem. 183 Vel actus esse necessarios. 184 Aut alias de iure permissus secundum, aut praeter naturam iudicij, dummodo non sit contra. 185 Idem si fuisset factus a Principe, qui cum sit supra ius non attentat. 186 Nec quando ex reuocatione resultaret scandalum in populo. 187 Vel actus fuisset factus de consensu parit. 188 Aut antea attentatis, & illorum priuilegio tacite, vel expressè enunciatum.*

Non

- 189 *Non reuocatur attentata ad instantiam cotumacis.*
- 190 *Nec ad instantiam subrogandi.*
- 191 *Vel intrusi appellantis ab intimatione executorialium.*
- 192 *Vel eius, qui non esset legitima persona.*
- 193 *Vel execrabilis, quando execrabilitas esset probata, vel notoria.*
- 194 *Vel quando essemus in his, quae tederent in faciliore exitum causa, & appellationis.*
- 195 *Vel in his quae non sunt de processu.*
- 196 *Aut in notorijs.*
- 197 *Quando quis appellationem impugnavit.*
- 198 *Vel esset periculum in mora.*
- 199 *Idem si appellatio esset ex aliqua causa nulla, vel alias a iure prohibita.*
- 200 *Non reuocantur similiter attentata postquam suis set in causa conclusum.*
- 201 *Vel notorie constaret de non iure petentis reuocationem.*
- 202 *Vel essemus in gestis ante literarum expeditionem.*
- 203 *In irrevocabilibus pariter non reuocantur.*
- 204 *Quando cognitio attentatorum omnino penderet a cognitione causae principalis.*
- 205 *Vel colorasset (licet non teneretur) reuocationem ex in facto titulo.*
- 206 *Vel si petens reuocationem intra terminum sibi praefixum de attentatis non docuit.*
- 207 *Passus attentata si in prima, & secunda, & vsque ad finem tertiae instantiae fuit processum cotumaciter super attentatis, & negotio principali, non potest vti amplius priuilegio, vt attentata ante omnia reuocentur. Et ista opinio videtur equior, nu. 208. Immo aliqui videntur fuisse in hac opinione, quod si spoliatum attentatum fuerit inceptum prosequi vna cum petitorio, non possit amplius attentari, vt nu. 209. Quod intellige, quando vellet spoliatum attentatum proponere per modum actionis, scilicet si via attentatorum per implorationem officij iudicis, vt nu. 210. 211 Iudex tenetur attentata reuocare propter verbum oportet, de quo in c. non solum, de appell. in 6. 212 Iudex si habeat in facultatibus, vt possit procedere sola facti veritate inspecta, non tenetur attentata ante omnia reuocare. 213 Clausula sola facti veritate inspecta operatur, vt iudex non teneatur pronunciare super incidentibus, & emergentibus. 214 Spolium attentatum, & commissum lite in petitorio pendente, non suspendit petitorium, sed super utroque proceditur, secundum opinionem Bart. Quae communiter approbatur, vt nu. 218. Licet aliqui contra sentientes, vt nu. 216. Veriorem dixerint opinionem contra Bart. nu. 217. Concordatur autem opiniones, vt nu. 219. 216 Spolium attentatum dicitur magis odiosum, quam simplex spolium, & acrius puniendum. 219 Spolium attentatum non suspendit petitorium, quando proponitur per viam actionis, scilicet si per implorationem officij iudicis, quia tunc suspendit. 220 Attentata calumniosa non reuocantur ante omnia. 221 Calumniosa attentata quando dicantur remissum. 222 Attentatorum reuocatio non fit ante omnia, quando subest aliqua iusta causa Dominis bene visa. Vel quia passus attentata non contradicendo consensu, vt nu. 223. Vel ne diuinus cultus perturbaretur, vt nu. 224. Vel quia purgatio est aliis incommoda, vt nu. 225. 226 Reuocatio attentatorum quandoque per Signaturam retardatur, & impeditur.*

- 227 *Nullitates, quae sunt de iure positio solent quandoque per Signaturam reijci.*
- 228 *Signatura ex causa solet quandoque dare commissionem, vt simul, & semel cognoscatur, & iudicetur de nullitate sententiae, de attentatis, & innotatis, & negotio principali.*
- 229 *Paupertate attentata quandoque data fuit commissio, quod omissis nullitatibus, & attentatis, constituto de bono iure actoris Auditor ad expeditionem causae principalis vnica sententia, & quacunque appellatione remota procedat.*
- 230 *Dammorum, & interesse in articulo attentatorum purgatio faciendae, non retardat processum in negotio principali, si illa non sit in liquida.*
- 231 *Negotij principalis cognitio non retardatur si pro totali purgatione attentatorum esset quid modicum restituendum, quando pro maiori parte antea fuisset purgata.*
- 232 *Procedi simul super attentatis, & super negotio principali potest, quando is, qui lite pendente possessionem accepit (antequam contra eum fuisset datum de attentatis) obtinisset ab A. C. mandatum de manutendo, & postmodum eius aduersarius commississet in Rota causam attentatorum, & totius negotij principalis cum clausula sine praedictio legitima executionis dicti mandati.*
- 233 *Exceptio attentatorum, videlicet quod possessio defuncti erat attentata non impedit quo minus haeres in possessionem mittatur vigore testamenti non cancelati, iuxta terminos l. si. C. de edict. Diu. Adr. toll.*
- 234 *Nova prouisio impedit attentatorum reuocationem.*
- 235 *Statutum si a certo genere personarum remoueret omnem exceptionem, & defensionem, ad instantiam huiusmodi persona non fieret attentatorum reuocatio.*
- 236 *Officium iudicis censetur sublatum per statutum remouens ab aliquo omnem exceptionem, & defensionem.*
- 237 *Sententia super attentatis non mandatur ante omnia executioni, quando fuisset lata ab incompetenti iudice.*
- 238 *Priuilegium, vt attentata ante omnia reuocentur, an procedat respectu Tertij in eodem iudicio comparatis, ita vt ille possit impedire restitutionem possessionis pro purgatione attentatorum actori faciendam. Plures ponuntur opiniones, vt nu. 239. & nu. 247. Et negatiue secundum veriore conclusionem, nu. 256. Et secundum quam fuit etiam nouissime pronuntiatum, vt nu. 257. Et procederet etiam si possessio per purgationem restitueretur potentiori, vt infra nu. 263. Vel est distinguendum, prout infra nu. 265. 240 Priuilegium attentatorum non debet egredi per personas quas articulus attentatorum concernit. 241 Tertius in iudicio spolij copares pro suo interesse, & opponens exceptionem puta dominij impedit restitutionem spolijati. 242 Argumentum de spolio ad attentata videtur validum. 243 Vitium litigiosum, & litis pendencia non afficit tertium. 244 Possessio lite pendente non potest in alium transferri. 245 Pendere lata dicitur etiam respectu tertij quando ille fuit admissus ad causam. 246 Tertius copares pro suo interesse si de illo doceat est audiendus. 248 Via fraudibus non est aperienda, nec praestanda occasio delinquendi, & in delicto, & intrusione se conuerti. 249 In reuocatione attentatorum versatur publica utilitas. 250 Reuocatio attentatorum dicitur tangeri abbreviationem litium.*

Et similiter publicam utilitatem ecclesiarum, ne propter diurna liturgia diu vacent, vt nu. 251.

252 *Attentans dicitur offendere non solum ius, & partē sicut spoliatus, sed etiam ipsum iudicem.*

253 *Possessionis maximum commodum.*

254 *Spolium qualificatum semper praefertur.*

255 *In dubio fauere debemus attentatorum reuocationi.*

258 *Priuegium attentatorū respectu processus nō afficit tertium, quo minus (lite super attentatis inter alios pendente) possit ad eius instantiā super iuribus ab eo productis procedi.*

259 *Pendentialitatis in possessorio non impedit tertium posse agere super eodem beneficio in petitorio.*

260 *Olium manus consideratur in attentante, quā in spoliante.*

261 *In reuocatione attentatorū nō sola odiū in attentantē ratio habetur, sed etiā fauoris, & utilitatis publica.*

262 *Litigiosa res alienari potest ex causa necessaria.*

264 *L. i. c. ne liceat potētoribus, procedit, quādo quis dolose, & in fraudem rem in potētoribus transfert.*

HACTENVS in hac 3. parte distincte, quoad fieri potuit, prosecuti sigillatim suum omnia, quae ad auctorem, quae ad reum, & quae ad iudicem in hac attentatorum materia particulariter spectant: Verum quia privilegia, quae à iure attentatis indulgentur, licet illorum aliqua quandoque non omnes supradictas personas, sed alteram ipsarum respiciunt, prout est illud, quod in attentatis non coloratur titulus, quod specialiter videtur actorem concernere, plura tamen esse videntur, quae omnibus tam actori, quam reo, atque etiam iudici sunt communia, prout est illud, quod in eis procedatur summarie, & de plano, sine ordine iudiciario, sine libello, sine litis contestatione, & quod fatalia in causa appellationis non currant pendente cognitione causae super attentatis, & similia, de quibus infra suo loco latius dicemus, placuit post praedictorum omnium tractationem, hoc loco de priuegiis attentatorū subiicere, exemplo Imperatoris, qui post enumeratas distinctas materias, (vt quae iam enumeratis erant communia complectere) saepe hoc ordine usus est, vt patet in rubr. C. commun. de manumiss. comu. de legat. & simil. Attentatorum autē causae multa competere priuegia satis omnibus perspicuum esse, vel ex eo credendum est, quod hoc priuegiatum remedium, solet aliis passim à docto. appellari, vt per Franc. in c. bonae. sub nu. 15. de appella. & facillimum aliis appellauerunt Domini in vna Oueten. Archidiaconatus corā Cotta. 26. Iunij. 1562. & dicebat aliis Alex. in cons. 89. diligenter. in final. verbis lib. 1. quod nullū favorabilius remedium est aduersus gesta appellatione pendente, quā implorare officium iudicis super reuocatione attentatorum, quod quoniam solent docto. appellari hoc magis priuegiatum remedium, quā spoliū, vt diximus supra in prima parte in praefatione. numero tertio, & dicemus de eo etiam latius infra nu. 7. Nec profecto sine ratione tantū iura tribuunt attentatis, quoniam, (vt considerat Rot. decif. 5. aliis 433. nota nūquid reo. sub numero octauo, ad fin. vt lit. pend. in antiq. quae est repetita inter decif. Bisignett. decif. 1. nūquid reo. sub numero sexto, eodem titul.) attentata concernunt periculum animae attentantis, vt i-

litem ecclesiarum, atque etiam publicam, ne (quando sumus in beneficialibus) ecclesiae diu vacent cum iudicium illusione. Vnde cum anima cunctis rebus sit preciosior, & vt notum est, utilitas publica sit maxime attendenda, atque superiorum, & iudicium iurisdictio non sit villo modo contemnenda. l. i. ff. si quis ius dicenti non obtemp. mirum videri non debet, si attentatis, in quibus haec omnia concurrere videtur, tātus fauor à iure exhibetur, vt tot sibi competant priuegia, quorum viginti, & nouē infra, numero 70. & seq. collegimus. Ante quorum singulorum enumerationem, cum à generalioribus sit inchoandum: ad no. in rubr. ff. si cert. pet. nonnulla, quae vniuersaliter concernunt conclusionē hanc, quod attentata sunt valde priuegiata per modū regulae, & limitationum explicabimus, & mox, nu. 70. singula attentatorum priuegia subiicemus. Sit itaque

REGLA, quod attentatorum causa est valde priuegiata, quae probatur tum per supra dicta, tum ex his quae enumerando singula illorum priuegia dicemus infra dicto nu. 70. & seqq. vsque ad fi. Quam

AMPLIA,

1 **Primò**, vt hoc remedium attentatorum sit etiam magis priuegiatum, quā spoliū, & 2 **interdictū** vnde vi, quāuis enim Oldrad. contra riuū senserit in cōf. suo primo, in causa eboracen. columna penult. versiculo nec obstat, si diceretur. vbi affirmabat, quod non videbat, vbi reperiretur iure cautum, quod attentata essent magis priuegiata, quā interdictum vnde vi, & Card. in cap. saepe. de restit. spoliat. quem refert ibi Rip. sub nume. 10. versicul. subiicit Card. hic dixerit, quod ista remedia sunt tanquam excedentia, & excessiva, cum contra attentata secundum eum obstat exceptio proprietatis, quae contra remedium illius canonis, quod successit loco interdicti vnde vi, non datur, communis tamen opin. est in contrarium, de qua testatur Dec. in cap. ex parte, el. 2. columna si. vers. quarta conclusio. extra de rescript. vbi tractat & sustinendo firmat hanc conclusionem, prout etiam facit in cōf. suo. 200. in casu circa medium, quod immo attentata sint magis priuegiata, quā spoliū, & interdictum vnde vi, & pro ea est decisio Rot. 2. aliis 14. fuit dubitatum. numero tertio, de restit. spoliat. in no. vbi inter vnum, & alterum remedium certas etiam ponit differentias: hanc tenet, & eleganter enumerando differentias, prosequitur Franc. in ca. bonae. numero 13. & 3 **seq. versicu. amplius, de appell. t. vbi inquit**, quod magna est differentia, & maior utilitas resultat ex hoc, quā ex alio remedio, & in capitul. consuluit. el. 2. nume. 8. eo. titu. Alex. in cons. 99. visis. nu. 4. lib. 5. Pet. de Anchar. in c. i. vt lit. pend. in fin. Deci. in supradictis locis, vbi praeter dictam Rot. decif. & doc. in ca. dilecti. de maior. & obed. in id allegat etiam Oldrad. sibi contrarium in cons. 199. pro fundamento. in prin. qui postquam dixit, quod hoc est maius, & praestantius remedium, & rationem assignat, & exemplum post Innoc. de hoc ponit, & similiter allegat Card. in consilio 5. in quaestione, ex quo patet, quod nec auctoritas, Card. nec Oldrad. multum vrgent, tan

tanquam sibi sint parum constantes, & quāuis Oldrad. à contrarietate tueri conetur nouissimè Mandof. in tracta. commissio. in 14. formul. commissio. nis attentat. in verb. causam, & causas. column. 8. sub vers. circa quartū priuegiū, an tamē fuerit assecutus satis videtur dubitadū. Card. autē auctoritas in hoc non videtur multū attēda, cum ille in dicto capitulo saepe, inaduertēter fuerit locutus, vt rectē considerat Rip. ibi sub numero 10. Quibus in hoc, quod attentata sint magis priuegiata, quā spoliū, adde Aegid. decif. 49. agens, & decif. 294. id autē Stefan. Aufser. eleganter in addit. ad decif. Cappell. Tolof. 15. ad fi. Ruy. in consil. 76. in princ. lib. quinto, 10. Crot. consil. 101. viso puncto. numero tertio, & nouissimè Menocch. de recuper. possess. in 17. remed. n. 25. & est in recoll. Acchill. de grass. decif. 24. attentatorum causa. sub rubr. de attent. & aliis passim per docto. t. Differentia autem ex quibus deprehenditur, quod attentata sunt magis priuegiata, quā spoliū, vt colligitur ex locis supra allegatis sunt infra scripta, videlicet, & **P**RIMA, vt in attentatis non requiratur coloratio tituli, prout requiritur in spolio, & iste est vnus mirabilis effectus secundū Rot. dicta decif. 2. aliis 14. fuit dubitadū. nu. 3. de restit. spoliat. in no. quā sequuntur omnes, quos citauimus infra nu. 71. in 2. priuegio, vbi hanc conclusionē firmauimus, reprobata Aegid. opinione contrarium sentientis, quibus adde Iacob. Henric. in consil. 52. in casu. sub num. 6. vers. item agens. lib. 2. vbi specialiter hanc differentiam ponit. **S**ECOND A quia, vt dicit Rot. ibi in materia attentatorum retractabuntur sententiae censurae, quae aliis valerent, licet essent iniusta. Ad quod fa. quae diximus supra in 2. parte, cap. 12. de attent. appell. pend. in 8. ampliat. princip. regulae ibi posita. numer. 1. & seqq. 14 **quod etiam ipsa excommunicatio, quantumvis sit aliis multum priuegiata, nulla esse dicitur si feratur post legitimam appellationē. TERTIA etiam est differentia, quam ponit Rot. ibidem, 15 versiculo tertia differentia, quia prosequenti reuocatione attentatorum non obstat exceptio excommunicationis, quae aliis obstat in spolio, quam etiam ponit Franc. in dicto cap. bonae. sub numer. 14. vers. quinto, de appell. prout, & nos etiam id firmauimus supra, capitu. 42. de reo, & except. contra attentata sibi compet. q. 3. numero 9. quibus adde Mandof. in tracta. commissio. in 14. formula commissio. nis attent. in verb. causam, & causas, colum. 6. vers. quoad quintū priuegium, **Q**UARTA etiam ibi per Rot. assignatur differentia, quia in spolio requiritur ordo iudiciarius libelli, & litis contestationis, & huiusmodi, quae in attentatis non sunt necessaria, cum illa ex puro, & mero iudicis officio reuocentur, quam differentiam ponit etiam Franc. in dicto cap. bonae. sub numer. 13. vers. primo, quia, & in capitul. consuluit. el. 2. num. 8. eo. tit. & Rip. in c. saepe. sub nume. 10. vers. tertio quia. de restit. spoliat. quod & nos firmauimus supra in hac 3. parte. cap. 25. de process. in causa attent. post princ. sub numer. 7. vers. 1. vt in ea sine ordine. & numero 10. & seqq. & numer. 20. & seqq. **Q**UINT A affertur per Franc. differentia in dicto cap. bonae. 17 numer. 14. quia scilicet spolio agi nō potest contra succedentem in re vitio affecta, sed via attē-**

tatorum id permittitur, sed haec Franc. differentia, quam refert, & sequitur nouissimè Mandof. in tracta. commissio. in 14. formul. commissio. nis attentat. in verb. cau. am. columna tertia, versiculo circa secundum, non videtur admittēda. Quamuis enim verum sit, quod remedium attentatorum competat etiam contra tertium in re attentata succedentē, vt diximus latius supra in prima parte, capitulo tertio, de attent. à tertio, in secunda limit. regulae ibi posita, numero trigesimo, nō tamen est verū, quod contra hunc succedentem in re vitio reali, vel etiam personali affecta non possit agi spolio, vt tetigimus ibidem. numero 33. post Mil. & latius hanc conclusionem tuetur nouissimè Menocch. de recuper. possess. remed. 15. num. 73. versicul. tertius casus, & num. 77. vers. quartus casus, & iterum sub nu. 78. versic. contrariam tamen sententiam, vbi in tribus casibus, (quos ibi ad propositum considerat) concludit contra talem succedentem, & singularem successorem dari remediū possessoriū, de quo ibi per eum. **S**E X T A per eundem Franc. consideratur differentia ibidem sub numer. 14. versicul. tertio, quia in interdicto vnde vi. quam sensisse tacitè videtur etiam Rip. in dicto cap. saepe. sub numer. 19. vers. primo, quia intentans, t. quia scilicet in spolio requiritur, quod probetur possessio, ac spoliatio, in attentatis autē nō requiritur probatio possessionis, sed sufficit tantū probare statum, ad quem mediante attentatorum reuocatione fit restitutio, vt dicit ibi Franc. & nos latius diximus supra in hac 3. parte, capitul. 26. de probat. attent. sub versic. quo ad secundum. numer. 24. **S**E P T I M A similiter secundum Franc. ibi vers. quarto, quia agenti, & Rip. in dicto cap. saepe. sub dicto numero 10. vers. secundo, quia est, & notabilis inter haec duo remedia differentia, 20 **quoniam in spolio obstat exceptio alterius spoliationis, secus autem est in attentatis, in quibus haec exceptio non admittitur, vt per multas auctoritates id asseruimus supra, in hac 3. part. cap. 24. de reo, & except. sibi contra attent. compet. quaeft. 7. numero 2. Octaua per eundem Franc. ibi. numero 15. refertur ex intentione aliquorum differentia, t. quod scilicet in spolio obstat agēti exceptio notorij defectus proprietatis, in iudicio autem attentatorum minimè obstat: t. Haec tamē differentia sicuti non tenetur ab eo ibi, ita verè nullo modo est admittenda, cum etiam in attentatis exceptio notoria non iuris agentis ad illorum reuocationem eum excludat, secundū ea, quae fusius varias opi. referendo firmauimus supra, in dict. capi. 24. q. 1. vers. regula, quod petenti. nume. 21. Nona, etiam vltra Franc. potest considerari differentia, & praerogatiua inter attentata, 23 **& spoliū, quoniam si concurrant spoliū, & attentatum, praefertur cognitio attentatorū cognitioni ipsius spoliij. Et ideo si lite pendente moriatur reus, & possessor, & aliquis per ordinariū fuerit subrogatus, qui (attēdando) possessionem beneficij acceperit, si superstes, qui contra defunctum sententiam obtinuerat in executionē sententiae, etiam ipse subrogatum spoliando, possessionē beneficij accipiat, & subrogatus velit contra eū agere spolio, potest superstes dare contra eum de attentatis, & propositio attentatorum hoc casu excludit spoliū, vt colligitur eleganter**
Tract. de. Attent. V 3**

ter ex decis. 17. alijs 429. nota nunquid si mortuo, de res lit. spoliat. in antiq. Et ratio est, quia attentatum hoc casu est grauius delictum, & ideo quamuis vulgare sit, quod vltimum spoliū est purgandum, ad capit. fin. de ordi. cognit. t. quando tamen contra vltimum spoliū datur de attentatis, & de anteriori spolio attentato, tunc vltimum spoliū nō purgatur, sed primum, quod est grauius, quod considerauit Menoch. de recuper. possess. remed. l. q. 34. num. 183. & numero 386. Ad quam differentiam corroborandam faciunt ea, quæ diximus infra nume. 128. in 17. priuilegio, t. quod quando contra eūdem spoliato rem concurrunt spoliū antiquius, & spoliū qualificatum, prout est spoliū attentatum, præfertur attentatum spolio, etiam antiquiori. **DECI**

26 **M** sit differentia, t. quia in spolio (vt notum est) requiritur, quod agens probet spoliationem, & se fuisse per talem spoliatum, vt per docto. in le. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. possess. In attentatis ista specifica personalis probatio non requiritur, sed sufficit duntaxat probare statum, & possessionem seu detentionem suā, & spoliātū esse, vt rectè animaduertit Oldrad. consil. 199. in princ. quod etiam sensit Aufser. in addit. ad dictam decisio. Tolos. 15. **VND ECTI**

27 **M** ad eum sit differentia, t. quia licet agēti spolio obstat exceptio reservationis, secus tamen est in attentatis, in quibus illa nō admittitur, præsertim, quo minus attentata ex officio Iudicis reuocentur, vt de vtroque latius diximus supra in dicto c. 24. de reo, & except. cōtra attentata compet. q. 9. nu. 2. & nu. 9. Quod, & si omnes supradictæ differentie inter spoliū, & attentata cessarent, ex hoc vno deprehendi potest, quod attentata sint magis priuilegiata, quam spoliū, quia scilicet iudicium attentatorum suspendit iudiciū spoliij, & propterea t. sententia lata in causa spoliij pendente iudicio attentatorū dicitur esse nulla, vt fuit resolutū per dominos in vna Tranē. spoliij coram Caputaquen. 8. Nouēbris. 1560. vt est decis. in recollet. ipsius parte 1. 226. incip. sententia.

SECVNDÒ, ampliatur regula supra posita, quod in tantum attentata sint valde priuilegiata, vt causa attentatorum fuerit alijs reputata magis fauorabilis, quam causa pensionis, etiam si ne retardatione solutionis pensionis, & ideo alijs Domini noluerunt t. cōtra attentata esse locum compensationi, etiam ex causa pensionis supradictæ in vna Taruifina pensionis coram Prospero, vt est decis. in recollet. Achill. 24. attentata. in causa. sub rubr. de attent.

TERTIÒ, vt fauor iste, quod attentata ante omnia reuocentur, procedat etiam si aduersarius haberet in commissione clausulam, t. quod si quid exequendum fuerit in primis, & ante omnia exequatur, quia non obstante dicta clausula prius est cognoscendū de attentatis, quā de executione, vt est decis. in recollet. Paleort. 68. incip. fueram adiunctus, in vna Roma. attentatorum, sub die 27. Aprilis. 1558. t. vbi subdit, quod Rot. ita semper seruat, t. & clausulam de qua in dicta commissione intelligi, prout de iure.

QUARTÒ, vt priuilegium, t. quod exhibetur à iure causæ attentatorum, nō solum procedat respectu rei, circa quam est attentatū, vt il-

la per reuocationem, & purgationem attentatorum ad pristinum statum reducat, verū etiā, vt passus attentata consequatur fructus prædictæ rei, non solum, quos attentans verè percepit, verum etiam quos percipere potuit, secundum ea, quæ latius super hoc, (quod non solum priuilegium, sed, & certo modo videtur sapere pœnam contra attentatē) dicimus infra c. seq. de pœn. attēt. nu. 16. sub vers. Tertia pœna, & nu. 20. vers. primo, vt attentans.

QUINTÒ, similiter ampliatur, vt in tantum attentata sint priuilegiata, vt illorum priuilegiū extendatur etiā ad expēsas in causa factas, quia nō solum attentas in his venit condēnandus, verum per modum priuilegiatū, etiā illæ ante omnia sunt integrè refarciendæ, prout, Et de hoc ex eadē ratione latius dicemus in seq. c. nu. 96. vers. Quarta pœna.

SEXTÒ, ampliatur, vt in tantum attentata sint priuilegiata, t. quod si illis non purgatis fieret executio in causa, & negotio principali, illa non valeat, & quamuis capitul. non solū, de appel. in 6. & alia Iura, quæ volunt, quod attentata sint in primis, & ante omnia reuocanda, nihil specificè dicant, quod executio, & alia gesta nō purgatis attentatis sint nulla, id tamen eueniente casu in Roma. legati, & attentatorum coram Acoram bono 16. Aprilis. 1554. Domini declarauerunt, in qua cum esset præsentata commissio, quod Iudex refectis expensis, purgatis attentatis, ac prefixo termino, quo elapso, & nihil, quod releuet docto, ad vltiorem executionem procederet, si iudex præfixo termino, sed non purgatis attentatis ad executionem deueniret, fuit resolutum, quod talis executio non esset bona

39 nisi in petente reuocationem attentatorū præsumeretur calumnia, prout præsumitur, t. quando diu distulit dare de attentatis, immo tea ipsa die, qua fuit lata sententia in negotio principali fecit præsentari commissionem super attentatis, si enim Iudex non alijs purgatis attentatis sententiā in causa principali proferat, talis sententia non fuit nulla, sed valida à Dominis reputata in vna Cæsaraugustana archiepiscopatū corā Domino meo Oradino. 27. Nouēbris. 1536.

42 cum quando t. quis differt opponere aliquam exceptionem ad calculum ferendæ sententiæ præsumatur esse dolo, & calūnia id factum. Anchar. consil. 234. column. 1. Paul. de Cast. cōf. 282. col. 1. post med. numero 3. libro 1. Aymo. in cōsilio 75. accusatur, numero 9. libr. 1. Sarnen. de annal. q. 3. numero 4. vers. & ad dictum, & t. vbi est suspitio calumniæ, potest iudex nō admittere exceptiones. c. 1. de offi. Iud. le. satis apertè. C. de fals. Rip. in l. 4. §. condemnatum. num. 14. ff. de re Iudic.

SEPTIMÒ, Ampliatur, vt attentata sint purganda, etiam si illa passus præsentasset secundo loco commissionem super negotio principali, & super eo duas sententiās obtinisset, quia potest nihilominus redire, & reassumere causam attentatorum, vt fuit dictum in vna Taruifina pensionis coram Domino meo Oradino 14. Maij. 1557. vt latius etiam diximus supra in secunda parte, capitul. 4. de attent. lit. pend. in 15. limit. princip. numero 18. non obstante decis. 8. alijs 382. fuit dubitatū de caus. poss. & propriet. in no. quæ allegabatur in contrarium, quam Domini dixit

dixerunt non esse in obseruantia, vt ibidem admonuimus nu. 19. t. Dummodo non etiam vsque ad finem tertiæ instantiæ coniunctim processerit, vt declarauimus infra in 30. limit. vltimi priuilegij. num. 207.

LIMITATVR similiter, seu potius declaratur Regula supra vniuersaliter proposita, quod attentata sint valde priuilegiata nonnullis modis, &

46 Primò, t. quod huiusmodi priuilegium nō duret deserta appellatione, & propterea licet appellans, etiam deserta appellatione possit agere ad reuocationem eorum, quæ pendente appellatione fuerunt attentata, ex quo illa per desertionem non conualescunt, tamen nō potest vt via priuilegiata attentatorum, sed via nullitatis ordinariæ, & iniustitiæ, vt post Franc. & alios declarauimus supra in secunda parte, c. 12. de attentata. appell. pendente, in prima ampliati. princ. nu. 20. in prima declarat. reg. ibi posita.

47 Secundò, similiter, t. vt nec duret tale priuilegium postquam quis appellationi renūciauerit, vt post Franc. Lap. Aegid. & alios pariter declarauimus ibidem in prima declaratione, secundæ ampliatiōnis princ. nu. 13.

48 Tertiò, t. vt priuilegium, de quo agimus non duret, nisi in prima instantia. Quamuis enim secundum opin. (præsertim antiquorum) à sententia lata in causa attentatorum videatur posse appellari, vt retulimus supra in hac tertia parte, c. 28. de sent. in causa attentatorum ferend. qu. 2. in prima opin. nume. 44. & consequenter videatur etiam dicendum, quod appellatio hoc casu interposita debeat omnia, (& sic etiam hoc priuilegium) in eodem statu conseruare, iuxta ea, quæ latius de hac conseruatione diximus supra in secunda parte, c. 12. de atten. appel. pend. post princ. in præfatione. vers. quoad primam rationē. sub num. 83. Quia tamen in dicto cap. 28. in secunda opin. numer. 49. & sequ. per multa ibidem adducta conclusimus, quod ab huiusmodi sententia non est danda appellatio, potest consequenter, & hoc loco audacter concludi, quod priuilegium attentatorum duret duntaxat in prima instantia. Pro qua opin. etiam retenta illorum opinio, quod posset appellari, plurimum facit in simili

49 id, quod alijs dicimus, t. quod succubens in causa attentatorum perdit priuilegium illud, quod antea sibi cōpetebat, vt sibi interim non current fatalia in causa principali, de quo per Rot. decis. 15. alijs 102. fatalia. de appell. in no. de quo latius dicimus infra, nu. 93. in 10. priuilegio attentatorum. Vnde eodem modo succubens, & reportans sententiam contra in prima instantia debet perdere priuilegiū, vt ante omnia cognoscatur, de attentatis. Et hanc opi. fenserunt alijs domini in vna Cæsaraugustana, de Carrera, in qua actor, qui egerat ad reuocationem attentatorū, & succubuerat, volebat ex priuilegio attentatorum impedire, ne in secunda instantia procederetur in petitorio, Domini autem inclinauerunt, quod super petitorio hoc casu procedi valeret.

Quartò præmissa intellige, vt priuilegium, quod à iure conceditur attentatis, certis terminis contineatur, t. & propterea egredi nō debet, neque personas, neque causas, in quibus, & inter quas verè vertitur articulus attentatorū. Et ideo

si actus, qui prætentitur attentatus potest deduci, quod sit factus in causa diuersa, ac separata ab articulo attentatorum, aut quod persona illa nō potest cōprehendi in illa causa, aut articulo causante attentata, vtique priuilegium attentatorū non extēderetur, neque ad illam causam, neque ad illam personam, vt eleganter deducit, etiā ponendo exempla Ruyn. in cons. 75. quantum. nu. 9. & seq. lib. 5. & faciūt, quæ latius de hac causarum diuersitate diximus supra in 2. parte, capit. 12. de attent. appel. pend. in 2. limit. princip. in princ. & per tot.

Quinta huic proxima potest etiam accommodari declaratio, t. quod huiusmodi priuilegiū nō extendatur, ad tertium, nec sibi præiudicat. Pone enim, quod lite pendente super aliquo beneficio, ego aliquid attentauerim, & tu contra me iudicium reuocationis attentatorum instituas. Et interim Tertius super eodem beneficio velit cōtra te agere petitorio, licet tu contra me possis vti priuilegio attentatorum, & me excludere, vt non audiar in petitorio, donec non fuerint purgata attentata, tale tamen priuilegium non videtur extendendum ad tertium, t. Sicut in simili dicimus in spolio, de quo est notab. decis. Cappel. Tolos. 493. & ibi Aufser. qui alios alleg. & no. Mil. in verb. possessorio recuperandæ agens. fol. 28r. cum & alijs regulare sit, quod remedium attentatorum nō procedit respectu tertij, vt latius de monstrauimus supra in prima parte, c. 3. de attēt. à tertio. nu. 4. de quo tamen fuisus infra, nu. 238.

Sextò intellige, quod licet attentata sint valde priuilegiata, non tamen sunt adeo priuilegiata, quin eis renūciari possit: t. potest enim attentatis, & illorum priuilegio, & expressè, t. & tacitè renunciari secundum ea, quæ latius diximus supra in secunda parte, cap. 4. de attent. lit. pend. in 15. limit. princip. per tot. Quibus quoad illud, de expressa renunciatione, adde quod in tantum potest valide renunciari, t. quod si post huiusmodi renunciationem proferatur sententiā in negotio principali, illa valet, & tenet, etiam si præsupponatur in facto, quod inter easdem personas pēdeat alia causa attentatorū adhuc indecisa: exemplum, si ad instantiam actoris sit commissa causa attentatorum, & similiter, ad instantiam rei, si reus, videns, se non fouere ius super attentatis contra actorem, illis cedat, quamuis remaneat causa attentatorum commissa per actorem, potest tamen Iudex validè proferre sententiam super negotio principali ad fauorem actoris, vt fuit dictum in vna Eluen. contrauentionis corā Chiffanen. sub die 7. Nouembris, millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, vt est decis. in recollet. Guid. Bon. 84. dabatur de nullitate. sub rubr. de ordi. cogni. Et similiter quoad illud de tacita renunciatione, adde t. quod si is, qui poterat vti priuilegio, vt ante omnia de attentatis cognosceretur, postquam passus est, quod in prima, & in secunda instantia procedatur simul, & super negotio principali, & super attentatis, velit demum in tertia instantia vti priuilegio, & impedire vltius procedatur in petitorio, vtique nō est audiendus, sed debet procedi cōiunctim, sicut in alijs instantiis, ex eo, quia censetur illi priuilegio tacitè renuntiasse, & sibi præiudicasse, vt fuit dictum in vna Taruifina pensionis coram

D. meo Oradino. sub die 20. Octobris. 1561. Quæ tacita renunciatio eo etiam casu induceretur, 57
 quando is, qui præterdit aliquid contra se fuisse attentatum, pateretur labi terminum ad docendum, de attentatis, vigore specialis commissionis præfixum absque eo, quod intra dictum terminum aliquid releuans docuisset, iuxta ea, quæ latius, de hac termini præfixione diximus supra in hac tertia parte, cap. 24. de reo, & except. sibi cont. attent. competen. q. 16. per tot.

58 Septimo, intellige, quod licet magnum sit attentatorum priuilegium, præsertim, vt ante omnia reuocentur, quandoque tamen non videtur habendum in consideratione, prout multoties 59
 solent facere Domini, qui absque reuocatione attentatorum volunt, quod cognoscatur de bono iure (eodem tempore ipsius iudicis maiestati, partis læsæ indemnitati, & attentatis temeritati quæ tum fieri potest prouidetes) & hoc 60
 variis, ac diuersis modis. Quandoque enim ex causa solet Rota, præsertim quando animaduerit subesse aliquod impedimentum circa restitutionem possessionis, non reuocare attentata, sed possessionem attentatam sequestrare. Rot. deci. 2. aliàs 14. fuit dubitatum, de restit. spoliat. in no. Cassad. deci. 3. petens. numer. 3. de restit. spoliat. & diximus supra in dicto capit. 24. de reo, & except. sibi contra attent. compet. qu. 1. num. 58. in 2. limit. regulæ ibi positæ, & in capit. 27. de Iudice, & per quem sit faci. reuo. numer. 11. versicu. exemplum in eo, vt fuit etiam nouissimè dictum in vna Nullius Castrorum coram Oradino. sub die 7. Aprilis. 1570. Prout etiam quando effemus in attentatis per Auditorem cameræ, sub prætextu, quod ratione obligationis in forma cameræ adiectæ compromisso licuerit sibi etiam pendente reductione laudii in Rota, & inhibitione illius vigore emanata immittere aduersarium in possessionem, quamuis enim Domini in vna Roma. attentatorum coram eodem Oradino 13. Februarij 1568. inclinauerint pro attentatis, tamen dixerunt possessionem sequestrandam fore. 61
 Quandoque verò absque appositione sequestri ordinant, quod per partem, quæ passa est attentata renuntietur attentatis, & procedatur in negotio principali, & hoc quando attentata essent turbida, prout fuit factum in vna Cæsaraugustana iuris eligendi coram Sarmiento. 25. Octobris. 1566.

62 Quandoque verò etiam absque appositione sequestri, & renuntiatione facta, ex causa solet Domini non reuocare attentata, sed degustare de bono iure in negotio principali, puta quando attentata sunt multum antiqua, ita, vt redarguatur magna negligentia agentium nunc ad illorum reuocationem, vt placuit Dominis in vna Perusina hæreditatis, & bonorum nouissimè coram Cotta. 15. Iunij. 1571. in qua cum ageretur de attentatis commissis de anno 1503. fuit dictum, quod ante illorum reuocationem degustaretur bonum 63
 ius attentatis in negotio principali, vt etiam quando causa esset implicita, quia etiam tunc cognoscitur de bono iure, vt fuit dictum in vna Florentina Sanctæ Mariæ coram Seraphino. 29. Aprilis. 1569. vt admonuimus dict. quæstion. prima, & in alia Burgen. iurisdictionis coram Pa- 64
 leotto. 12. Februarij. 1560. Idem etiam dicitur quando attentata sunt dubia, & reuocatio esset

difficilis, quia tunc deuenitur ad negotium principale, vt dixerunt Domini in alia Hispalen. professionis coram D. de Rubeis. decimo quarto Octobris. 1560.

65 Octauo, pariter declara, quod licet attentata dicuntur esse (vt præfertur) maximè priuilegiata, per hoc tamen in illorum reuocatione, ad instantiam partis faciendâ non potest omitteri, ne 66
 que citatio partis, neque causæ cognitio, secundum ea, quæ latius diximus supra in hac 3. parte, cap. 25. de process. in causa attent. num. 41. versicu. quamuis autem.

Nonò, similiter intellige, quod licet attentatorum priuilegium in eo potissimum consistat, quod illorum cognitio omnem aliam cognitionem suspendat, vt sæpius dictum est, non tamè suspenderet præstationem alimentorum, & ideo si contra inhibitionem, etiam Rotalem fuisset facta executio pro alimentis, & fuisset commissa causa attentatorum, quia talis executio dicebatur attentata, & dubitaretur aliàs in vna Legionen. decimarum coram Grato. 4. Maij. 1565. an ista cognitio attentatorum taliter suspenderet, quod ea pendente non essent vltra præstada alimenta, Domini tenuerunt pro affirmatiua, & in terim dictam portionem taxaram soluendam esse, & facta diximus supra in 2. parte, c. 12. de attent. appel. pend. in 24. limit. princ.

Cum autè ex præcedentibus vniuersaliter ea omnia declarauerimus, quæ in genere hanc conclusionem respiciunt, quod scilicet attentata sunt valde priuilegiata, reliquum est, vt quo clarius hæc materia percipi possit, etiam singula attentatorum priuilegia enumerando, ac opportunè declarando ea sigillatim ante oculos proponamus. Et quamuis in primis, & ante omnia illud Priuilegium præponendum videretur, in quo concluditur, quod attentata in primis, & ante omnia sunt reuocanda, ad tex. in c. non solum. de appell. in 6. Quia tamen materia dicti priuilegij factis per se ampla est, cõsulto in vltimò locu, pro vltimo priuilegio reuicimus infra. nu. 135. vt etiã ibi annotauimus.

69 PRIMVM itaque priuilegiu illud est, quod processum respicere videtur, vt scilicet in causa attentatorum procedatur sine ordine iudiciario, sine libello, sine litis contestatione, sine termino rû obseruatione, & aliàs summarie, & de plano, vt latius diximus supra ca. 25. de processu in causa attentatorum. num. 7. & multis seqq. quæ hic breuitatis causa non repetuntur, dic. vt ibi.

70 SECUNDVM priuilegium est, quia agens ad reuocationem attentatorum, non tenetur titulum colorare, quod priuilegiu plerique omnes absque contradictione admittere videntur, licet Aegid. deci. 286. in materia. & deci. 294. id autem. secus sensisse videatur, & male, vt ex proximè allegandis apparebit. Quod enim remedium attentatorum fit in hoc priuilegiatum, vt non requiratur in eo coloratio tituli, est deci. Rot. 2. aliàs 14. fuit dubitatum. de restit. spoliat. in no. & post eam Mil. in verb. attentata lite pendente, fol. 30. & in verbo, possessorio recuperandæ agens habet. fol. 281. & Aegid. sibi parum constans deci. 49. agens. vbi dicit ita tenere palatiu. & deci. 101. si constat. & elegantius per Cassado. deci. 35. petens. in princip. de restit. spoliat. vbi ita obseruari

De Priuilegiis attentatorum.

obseruari testatur. Quibus concordat decif. Tolos. 15. & ibi Stephan. Aufrer. in addit. qui, & de 71
 commun. opi. circa hoc testari videtur. Et tita in contingetia facti sepe numero practicum fuisse refert. Idem post non nullos ex præallegatis concludit etiam Franc. in c. bonæ. num. 14. de appel. vbi inquit, quod in attentatorum reuocatione non coloratur possessio ex aliquo titulo, sed sufficit probare simpliciter possedisse beneficiu. Eandem sententiam tenuit per dicta decif. Cassado. Rot. in vna Valentina parochialis, vt est deci. in recollet. Acchil. de Grass. 23. attentata. sub rubr. de attenda. cui concordat alia eiusdem 30. attentata voluerunt domini. eodem titulo. Eandem ex recentioribus sequuti sunt post non nullos ex præallegatis Vestr. in praxi Ro. cu. lib. 8. cap. 4. numer. 19. & Menocch. in tractat. de recuper. possess. remed. 15. quæstio. 36. nume. 462. & nouissimè etiam Mandos. in tractat. commissio. in 14. formul. commissionis attentat. in verbo, causam, & causas. col. 7. sub versicu. circa sextum priuilegium, vbi vltra aliquos ex his, qui supra citati sunt, in id allegat etiam Rebuff. super concordat. de annat. in 7. regula, ita vt temerarium 72
 minimè videri possit, si hæc frequentiori doctorum calculo approbati affirmetur, Nec de deci. Aegid. in contrarium allegatis est multum curandum, quia, vt in eis patet, processerunt solum ex mente domini Viuariensis, qui semper de hoc dubitauit, vt refert idem Aegid. dicta deci. 49. in fin. t. & malè locutus est, vt animaduer- 73
 tit Mandos. vbi supra proximè. Quam conclusionem Amplia vno modo, vt procedat, t etiam 74
 in beneficialibus: quamuis enim in beneficialibus plus attendatur titulus, quam possessio, secundum Boer. deci. 24. numero 8. Quando tamen sumus in attentatis, etiam in beneficialibus tituli coloratio non attenditur, vt colligitur 75
 ex his, quæ ponunt ferè omnes supra allegati, dum loquuntur in beneficialibus, & nûcupatim Rot. Cassad. & Franc. vbi supra, Quæ ampliatio sanè vno modo limitanda, seu declaranda videtur, & ita forsân concordare poteris opi. Aegid.

76 Videlicet, vt non procedat quando in beneficialibus constat, de non iure petentis reuocationem attentatorum, tunc enim compellitur ad docendum de suo interesse, etiam coloratè, vt inquit idem Aegid. deci. 553. conclusio, quod licet petens, vbi subdit, quod in hoc omnes nemine discrepante concordarunt, & secundum hanc declarationem, si quis illas sustinere voluerit, possent procedere tam dicta decif. Aegid. 386. in materia, quæ alia eiusdem. 294. id autem. in qua volebat, quod in materia beneficiali, quoad colorationem tituli remedium attentatorum non esset magis priuilegiatum, quam interdictum vnde vi. Eandem Limita, seu mauius declara, quod licet, quis hoc casu non teneatur titulum colorare per supra dicta, si tamen de facto producat aliquem titulum infectum, & non bonum, tunc sibi præiudicat, quia etiam petens reuocari attentata, si colorat petitorium ex infecto titulo non 77
 est audiendus, t cum peius sit infectum, quàm nullum titulum ostendere, secundum Aegid. deci. 393. si petens.

Tertium priuilegium est, quod contra peten-

tem huiusmodi reuocationem non potest opponi exceptio excommunicationis. 79
 Quamuis enim aliàs opponi possit etiam contra spoliatum, 80
 vt est decif. Tolos. 172. an excommunicatus, t & contra agentem pro executione rei iudicatæ, ad tex. in ca. pia. §. sed si post rem iudicatam. de except. in sexto, t speciale tamen est, vt agenti ad reuocationem attentatorum excommunicationis exceptio non obstet, vt est decif. Rot. 2. aliàs 14. fuit dubitatum. in addit. versu. tertia differentia. sub nu. 3. de restit. spoliat. in no. & diximus latius supra in secunda parte, c. 12. de attent. appel. pend. in 13. ampliati. princip. numer. 1. & iterum in hac tertia cap. 24. de reo, & except. contra atten. comp. qu. 3. num. 9. quæ breuitatis causa non repetuntur.

Quartum priuilegium colligitur ex his, quæ supra posuimus in proximè citato cap. 24. qu. 6. versicu. secunda potest esse opin. num. 7. videlicet, 82
 t quod exceptio spontaneæ renunciationis, quæ solet aliàs agentem repellere, Cassad. deci. 4. fuit dubitatum. nu. 9. de restit. spoliat. agenti tamen ad reuocationem attentatorum regulariter opponi non possit, per ea, quæ ibidem latè dicta sunt, dum hanc sententiam pro veriori firmando etiã ad contraria fuit responsum.

83 Quintum huic simile priuilegium est, t quod in causa attentatorum exceptio alterius spoliationis non admittitur. Quamuis enim illa aliàs in multis casibus obstet, de quibus per docto. in c. frequens, de restit. spoliat. in 6. in hoc tamen remedium attentatorum priuilegiatum esse cognoscitur, vt post Abba. in c. bonæ. colum. pen. & ibi etiam Franc. sub nu. 14. de appel. & Rot. deci. 17. aliàs 185. licet pars rea. in fi. de appel. in no. & alios plerosque eandem conclusionem sequentes firmauimus supra dicto cap. 24. q. 7. nume. 2. dic vt ibi.

Sextò similiter in hoc attentatorum causa 84
 priuilegiata esse cognoscitur, t quia exceptio reuocationis non impedit neque retardat illorum reuocationem, nam licet aliàs contra spoliatum opponi possit huiusmodi exceptio propter vim decreti irritantis in ea appositi. Rot. deci. 3. aliàs 16. si contra agentem. de restit. spoliat. in no. quædo tamen sumus in reuocatione faciendâ ex priuilegio attentatorum, talis exceptio non obstet, quo minus Iudex ex officio suo ad instantiam partis attentata reuocet. Rot. deci. 11. aliàs 56. nota, quod ibi aliquis. de restit. spoliat. in antiq. vt de his omnibus latius dictum est supra in præallegato. c. 24. q. 9. nu. 9. & seqq.

85 Septimum priuilegium esse potest, t vt agenti ad reuocationem attentatorum regulariter non possit obijci exceptio dominij, & proprietatis secundum eam, quam supra pro veriori firmauimus opinionem in dicto capitu. 24. quæstion. 10. num. 6. & num. 10. ad quæ (ne bis eadem inculcare videamur) sufficiat lectorem remittere: inde etiam

86 Octauum, priuilegium colligi potest, t quod nec exceptio periurij contra petentem huiusmodi reuocationem opposita impediatur illorum restitutionem, licet illa aliàs soleat agentem à limine iudicij repellere, vt per docto. in l. si quis maior. C. de transaction. & in c. dilecto. de except. vt diximus

diximus in eodem capitul. 24. quæstion. 26. numer. 6.

Nonum, huic affine priuilegium considerari potest, quod in causa attentatorum compensatio non habet vim solutionis, † nec ad retardandam executionem sententiæ in causa attentatorum lata potest admitti exceptio compensatoris, quamuis enim aliàs huiusmodi exceptio in multis casibus admittatur, & compensans in multis casibus dicatur soluere, vt eleganter per Tiraq. in tract. de vtroque retract. §. 3. gloss. 3. numer. 2. & seq. speciale tamen esse dicitur in causa attentatorum, vt firmauimus supra in dicto capitulo vigesimo quarto, quæstio. 28. numero 1. & seqq.

Decimum, & maximè vtile priuilegium est quia pendente articulo, & causa attentatorum interim nõ currunt fatalia in causa principali, & consequenter, quod processus super attentatis suspendit cursum fatalium in negotio principali. Quod priuilegium, quia non est perpetuum, sed nõnullas recipit limitationes, ac declarationes, ommissis disputationibus veritati, ac breuitati inhærendo per viam Regulæ explicabimus: Sit itaque

Regula, quod pendente causa, & processu attentatorum, in causa, & negotio principali non currunt fatalia. Rot. decisi. decima quinta. aliàs 102. fatalia. de appellat. in no. & decisi. 10. aliàs 89. nota, quod in fin. de appellat. in antiq. & decisi. 79. aliàs 448. nota, quod fatalia. de appella. in antiq. quas sequitur etiam Guid. Papæ in tracta. de appella. quæstion. 101. versicu. sed an fatalia. Quibus concordat, etiam decisi. Lanfranc. 476. appellans. in fin. & Franc. qui hanc conclusionem eleganter prosequitur in capitul. dilecti. el. 3. sub numero 8. de appellat. & cæteris fusus Ruyn. in consilio septuagesimo quinto. quantũ. nu. quarto. libro quinto, & post Rot. dicta decisi. 15. Ioan. de Amicis. in consilio 6. numero 44. quos refert, & sequitur nouissimè etiam Ioann. Baptist. de Afm. in sua praxi iudic. §. 2. capitul. vndecimo. numero decimo octauo, & Mandof. super reg. de impet. per obit. famil. Card. quæstio. decimatertia. numer. quarto, vbi præter præallegatos in id citat etiam Alexand. in consilio 68. in causa. num. tertio. libro septimo, & plenius per eundem in tracta. commissio. in decima quarta formul. commissio. attentat. in verb. in primis, & ante omnia. quæstio. tertia, & August. Bero. consilio 51. in hac causa. numero 8. libro tertio, & ponit etiam Vestr. in praxi Ro. cu. libro septimo, capitul. vltimo. sub numero 19. & apud eum Grauat. numer. 44.

Pro qua facit in simili id, quod aliàs dicitur, quod nec etiam pendente termino remissoria currunt fatalia, vt est decisi. Cassad. 9. incip. an esset, de appell. Sicut nec etiam currit † instantia in principali pendente cognitione, seu appellatione super emergenti, vt post docto. tradit post alios Bero. consi. 36. in causa. num. secundo. libro tertio.

Amplia prædictam regulam vno modo, † videlicet, vt in computatione temporis fatalium non solum subducatur de medio tempus, quo fuit factus processus super ipso articulo attentatorum, verum etiam tempus, quo fuit facta exe-

cutio sententiæ super attentatis lata integraliter, † etiam ratione fructuum, & expensarum, vt tradit Mil. in verb. appellationis tempus. fol. 11. & in verb. terminus prosequendæ appellationis, & vers. seq. fol. 373. & melius Ruyn. dicto consil. 75. quantum. num. 4. lib. 5.

Limita eandem regulam,

Primò, & vtiliter, vt non procedat, † quando is, qui dicit aduersarium appellatione pendente attentasse, in causa attentatorum succubisset, tunc enim fatalia sibi cucurrisse dicendum est, & consequenter non obstante priuilegio attentatorum eius appellatio post lapsum anni, vel biennij secundum diuersitatem casuum, diceretur deserta, vt declarat Rot. dicta decisi. decima quinta, aliàs 102. fatalia. de appellat. in no. & tradit Mil. in supra proximè citatis locis, Quib⁹ adde Vât. in tractat. de nullita. in titu. quoties, & intra quæ temp. nume. 14. & omnium elegantissimè, ac copiosè per Thom. Grammat. in consil. 54. in causa sindicatus. numer. 18. & pluribus seqq. vbi plura

ponit de ista succumbentia, † & quod succumbentibus tempus currat, & nouissimè post Rot. & Ioan. Amicis. consilio 6. hanc limit. tenet Ioan. Baptist. de Afm. in sua praxi iudic. §. 2. capitul. 11. numero decimo octauo, & seqq. quam limitatio nõ ij quoque sensisse videntur, qui tenent, † quod etiam pendente attentatorum causa fatalia currant, quando illa ob calumniam fuissent proposta, vt post Alexand. in consilio quadragesimo tertio, libro tertio, & Abbat. & Felyn. in dict. c. ex ratione, de appella. tradit Grauat. apud Vestr. in praxi Ro. cu. lib. 7. cap. vltimo. numer. 44. Quam limitationem ego necessariò vno modo limitandam censo, qui colligitur ex doctri. Imol. in capitulo dilecti. el. 4. quem etiam refert, & sequitur Franc. ibi, numero 7. extra de appel. vt non procedat, quando esset datus libellus super vno ex pluribus attentatis, & in illo articulo succubisset, nam cum succumbentia in vno ex pluribus attentatis non præiudicet in aliis, vt concludunt prædicti docto. sequitur, quod per succumbentiam in vno ex attentatis non tollatur priuilegium quoad cætera attentata, quorũ vigore poterit passus attentata adhuc instare, quod sibi non debeant cucurrisse fatalia. Secundo intel-

lige † nisi succumbens aliqua probabili ratione dictum iudicium attentatorum substinuerit, vt eleganter considerauit Felyn. in c. ratione. num. 5. versicu. limitant, & ibi etiam Deci. sub numero 10. versicu. quod tamen verum intelligitur. de appella. quem refert, & sequi videtur etiam Aemilia. in consilio 62. Excellens Domine, in princip. Quam limitationem visi sunt de Iure admittere etiam Domini in vna Herden. Sacristiæ coram Sarmiento 19. Martij millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, in qua tenuerunt contra Sacram qui succubuerat in causa attentatorum, quia nullam probabilem causam in eis probauerat, quod etiam affirmauit nouissimè Mandof. vbi supra, dicta quæst. 3. in fi. vbi in id citat, etiam Ias. in l. contra maiores. C. de inoff. test. & Raphael. Cuma. in consilio 36. incip. præsupponitur, quod A. qui tamen loquuntur de nullitate, non autem de attentatis, de quibus ad præsens agimus.

Secunda

Secunda limitatio colligitur ex his, quæ ponit Ruyn. in dicto consil. 75. numer. nono, vt non procedat, † quando effemus in diuersis causis, prout erat in casu suo: Pro qua limita. facit optimè, quod habetur in recollect. Cottæ. decisi. sexagesima quarta, vbi ampliatur id procedere, † etiam si diuersæ causæ essent simul cumulata, & quod fuit resolutum in vna Perusi. & Vrbeuetana Castrorum, coram Fanturio, decima quarta Aprilis, millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, in qua fuit dictum formaliter, quod pendente causa attentatorum super Castro Podij non impediat cursum fatalium causæ super Castro Parrani, per tex. in l. etiam. §. 1. & ibi Alber. ff. de minor. & in l. quædam mulier. famil. heriscun. & 105 quia, † cum sint diuersa facta, censentur plures libelli, & plures sententiæ, vt dicunt docto. in l. scire debemus. ff. de verb. obliga. & hoc attenditur, non obstante eodem constructu verborũ, vt tradit post Bald. Felyn. in cap. cum inter. num. septimo, de re iudic. & quia cum agatur de fatalibus currentibus in appellatione a sententiâ Nouati, qui diuisit causam Parrani à causa Caltri Podij, iam causæ iudicantur separata, cum tractetur de statu superuenienti post separationem, & ex hoc respondetur vno modo ad doctrinam Bartol. in l. edita. numero decimo septimo. C. de edend. Alij respondebant, quod Bartolus vult esse vnum iudicium, quia non prohibetur cumulatio. Et ex hoc etiam responditur quatenus dicebatur, quod vna erat instantia, & quod vna erat commissio vltima, vel quod censentur plures commissiones. Hæc illi. Ad quam limitatio. fa. ea omnia de hac causarum diuersitate latè posuimus supra in secunda parte, cap. quarto, de attenda. lite pend. in secunda limitatio. princip. & cap. duodecimo. de attend. appella. pend. similiter in secunda limit. princip. per tot.

Tertio, † quando effemus in diuersis personis, † etiam si essent consortes eiusdem litis, nõ si appellatione pendente alterum ipsorum prætendatur attentasse, & contra eum agatur ad reuocationem attentatorum, quoad ipsum tantum suspenduntur fatalia, & illorum cursum, secus quoad alios, & ideo si alij non prosequantur appellationem efficitur deserta, vt per Ruyn. in dicto consil. septuagesimo quinto, per totum, præsertim numero duodecimo. Quæ limitatio ex intentione eiusdem ibi. numero octauo. & numero decimo quarto, ampliari potest, vt procedat, † etiam si appellatio illorum litis consortum, quos non prætenditur attentasse, & qui nõ sunt persecuti appellationem tenderet in consequentiam ad fauorem illius, qui prætenditur attentasse: nam per hoc priuilegium, quod quoad eum fatalia non currant non extenditur, nec communicatur alijs litis consortibus, vt per eum ibi.

Quarto limita, (vt aliquando allegari animaduerti,) vt procedat, quando † causa attentatorum fuit principaliter intentata, secus si incidenter, & accessoriè ad causam appellationis, per ea, quæ post Bald. & Imol. ponit Iason. in l. contra maiores. numero octauo, in fi. C. de inofficio. testam. quia tunc deserta appellatione censetur etiam deserta causa attentatorum. Ad quod fa-

ciunt ea omnia, quæ latius diximus supra in secunda parte, ca. decimo septimo. de atten. nullit. pen. nume. sexagesimo nono, & seq. quod deserta appellatione nullitatis causa, & illius pendente nõ causat vltra attentata, quasi & illa censetur deserta, præsertim quando incidenter, & accessoriè ad appellationem est deducta, & quamuis præmissa loquantur de nullitate, & appellatione, idè etiam videtur dicendum de appellatione & attentatis, & fa. similiter quæ etiam diximus supra hoc eod. cap. nu. 46.

Vndecimum priuilegium præsertim ratione illius qui passus est attentata, (nam ratione attentatis potius dicenda est pœna, quam priuilegium) considerari potest, † quia attentans prohibetur appellare. Quamuis enim † appellatio nemini, † etiam Diabolo sit deneganda. Rot. decisi. 16. aliàs trecentesima quinquagesima quarta, cum iura. nume. tertio. de dol. & contu. in no. & aliàs generale sit, † quod in omni casu appellatio censetur permissa, nisi expressè reperitur prohibita, secundum gl. sing. in l. qui restituer. ff. de rei vendic. & eleganter per Franc. in Rub. ext. de appellat. qui illud addit, quod qui dicit aliquo casu non posse appellari, tenetur illud probare, cum habeat regulam contra se, de quo latius diximus supra in secunda parte, cap. 12. de attend. appella. pend. in 5. ampliatur princip. numero 8. & nu. decimo sexto, vbi id declaratur. speciale tamen esse videtur in causa attentatorum, in qua attentans præsertim appellatione pendente non auditur appellans, vt est tex. in c. an sit. de appellat. vbi etiam assignatur huius dicti ratio, quia is, qui attendendo appellationi aduersarij deferre neglexit, se beneficio reddidit appellationis indignũ, † vt in eo puniri debeat, in quo deliquit: de quo latius supra etiam in hac 3. parte diximus. cap. 27. de sent. in caus. attenda. ferent. 2. præsertim nu. 128. & aliquid etiam dicemus infra ca. 31. de pœna attendan. num. 218. vers. Decima tertia pœna.

Duodecimum huic proximum (sub eadè consideratione respectu eius contra quem est attentatum) priuilegium, & specialitas considerari potest, quoniam licet vulgare, & quasi pro adagio sit, quod spoliatus ante omnia est restituendus, † speciale tamen esse videtur in eo, qui lite pendente attentauerit, & se in possessionem alicuius rei intruserit. Intrusus enim si fuerit spoliatus non restituitur. Cassad. decisi. 9. numer. 3. & seq. de cau. possess. & propriet. & decisi. 3. in fin. de restit. spolia. Quibus concordat, quod fuit aliàs dictum in vna Taruina mansonaria coram Thode Thanis, sub die vigesimo octauo Aprilis 1544. vt est decisi. in recollect. Put. 25. ille qui attendendo. sub rubr. vt lit. pend. De quo latius dicemus infra. in cap. seq. de pœnis attend. nume. 160. vers. sexta consideratur.

Decimum tertium priuilegium est, † quia in attentatis leuior videtur requiri probatio. Ro. dec. 92. aliàs 446. si lata. ad med. de app. in no. † & in eis valet testij receptio, etiã nõ ab futurorũ, tertiã super articulis expressè nõ admittis. Rot. decisi. 10. aliàs 105. valet testium receptio. de testibus in no. † nec in eis requiritur probatio possessionis sicut in spolio, sed sufficit probare simpli

simplicem detentionem rei, circa quā dicitur attentatum. Rot. deci. n. aliās 56. nota quod ubi aliquis. de cau. poss. & propr. et. in antiq. & decif. 15. aliās 348. nota quod si constat. in fi. de restit. spoliat. in antiq. de quibus latius etiam diximus supra in hac 3. parte, cap. 26. de probatione attent. nu. 82. circa secundam inspectionem.

DECIMVM QVARTVM priuilegium est, 115 quia causa attentatorum suspendit cognitionem negotij principalis: natura enim attentatorum, (quando pars dat de attentatis) dicitur esse magis suspensua, quam possessorij respectu 117 petitorij, & propterea si sit commissa alicui causa attentatorum, & negotij principalis, & ille commissis attentatis pronuntiet super negotio principali, dicitur nulliter pronuntiare: & etiam si pars non fuerit protestata, quod non debeat procedi in negotio principali, sed prius super attentatis, quia sola natura attentatorum hoc casu sufficit ad inducendum huiusmodi suspensionem, ex quo talis protestatio dicitur fieri ad cautelam, non autem, quod sit necessaria, ut fuit aliās dictum in vna Neapolitana Cappellania de Squilagijs coram Do. meo Oradino de mense Decembris 1562. Pro qua fa. decif. Aegid. 506. conclusio, & dec. Cassad. 4. in attentatis. nu. tertio. de caus. poss. & propriet. & quod aliās etiam ponunt Morder. in annot. ad Aegid. nu. 94. quod pendente causa attentatorum ex illorum priuilegio suspenditur, & retardatur executio sententiae in causa principali. Quinimodo dixerunt domini in vna Tranen. spoliij coram Caput. 8. Nouembris 1560. 120 quod iudicium attentatorum suspendit omnem aliud iudicium, & etiam spoliij: propterea sententia lata in causa spoliij pendente iudicio attentatorum dicitur esse nulla, ut est decif. in recollect. Caputaquen. in 1. parte. 226. incip. sententia lata, & dixit etiam Mandol. in tractat. commissio. in 13. formula commissionis attentat. in verb. in primis, quae. 1. quod iudicium attentatorum suspendit, & retardat etiam iudicium nullitatis, per decif. Rot. 46. nota quod ubi aliquis. in antiq. & Affli. decif. 98. nu. 4.

DECIMVM QVINTVM priuilegium esse videtur, quia licet regulariter accessorium soleat sequi naturam principalis, & causa attentatorum videatur accessoria, ut sentit Rot. decif. 1. aliās 1. attentata. de appella. in no. & clarius Oldrad. in cōsi. 199. incip. pro fundamento. in fi. ubi dixit, quod causa attentatorum habet se per modum accessorij ad negotium principale, & consequenter, quod deserta appellatione censetur etiam deserta causa attentatorum, regulariter tamen secus ex priuilegio attentatorum 125 dicendum videtur, & ex quo etiam deserta appellatione regulariter super attentatis procedi potest secundum regulam quam firmauimus supra in secunda parte. cap. 12. de attent. appellat. penden. in prima amplia. princip. num. secundo & seqq.

DECIMVM SEXTVM, priuilegium secundum aliquos esse potest, quod licet probatio facta in vno iudicio regulariter fidem non faciat in alio iudicio, ad no. per docto. in l. 2. C. de edend. Aegid. decif. 630. licet. Paris. conf. octauo. col. fin. libr. tertio, probatio tamen in iudicio at-

tentatorum facta, etiam in alio iudicio fidem facere videtur, & ideo si reus conuentus iudicio attentatorum ad excusandum attentata praetextu continuationis secundum ea, quae latius diximus supra in 2. parte. c. 4. de attent. lit. pend. in prima limit. princip. nu. 2. examinauerit testes qualiter ipse de tali tempore fuit in possessione, quamuis in iudicio attentatorum succubuerit, si tamen ipse antea instituerit iudicium spoliij, & ad probandum primum extremum velit niti de positionibus testium in causa attentatorum examinatur, utique potest, & fidem faciunt, ut fuit aliās dictum in vna Romana spoliij domus coram Do. meo Oradino sub die. 13. Nouembris 1562. ubi etiam dixerunt eo casu non habere locum doctrin. Abba. in ca. cum dilectus. nu. vigesimo quinto, & seq. de ordin. cog. & decif. Pute. 14. sub Rubr. de testib. quae in contrarium allegabantur.

DECIMVS SEPTIMO, & notabiliter in hoc videntur attentata esse priuilegiata, & quia spoliatus lite pendente, & cum spolio attentato praefertur tertio, qui niteretur antiquiori spolio contra eundem spoliatorē: licet enim si contra eundem spoliatorem agant duo pretendentes se ab eo spoliatos ille regulariter praefertur, qui niteretur antiquiori spolio, & qui melius probat de iure suo, ut post Bart. in l. si. ad med. C. unde vi. not. etiam & declarat Natta in conf. 396. magnifice. post princ. ver. non obstat. lib. 2. & per Menocch. de recuper. possess. remed. 1. quaestio. vltima, nume. trecentesimo vigesimo sexto, & 328. si tamen vltimo spoliatus sit, spoliatus spolio attentato, ex priuilegio attentatorum praefertur antiquiori spoliato, ut fuit tentum in vna Nullius Castro rum coram D. meo Oradino, sub die. 18. Martij. 1568. in qua Domini late hanc materiam profecuti sunt, & equiparantes ibi, quod spoliū sit attentatū, vel violentum, dummodo sit altero modo qualificatum: Cum regulare sit, & quod spoliū qualificatum semper praefertur, & propterea licet soleat dici, quod regulariter vitimum spoliū sit purgandum, hoc tamen non habet locum, quando praecedens spoliū fuit qualificatum, vel magis graue, vel odiosum, ut fuit resolutum in vna Apiciana monasterij coram D. meo Oradino. 7. Octobris. 1569. arg. no. in c. licet causam. de probat. & l. si duo. in princ. ff. uti possid. Paris. conf. 126. nume. 3. lib. quarto, quia si agens spolio debet carere omni vitio. l. 1. §. liber. ff. de aqua quotid. & aeti. Paris. conf. 113. nu. trigesimo quinto, lib. primo.

DECIMVS OCTAVVM, priuilegium causa attentatorum concedi videtur, quia licet aliās postquam est in causa conclusum, attentatorum reuocatio peti non possit secundum illorum opi. quos retulimus (licet secuti non fuerimus) supra. cap. 23. quando & intra quae temp. attent. reuoc. pet. debet. q. 2. nume. 14. si tamen reuocatio fuit petita, & demum (causa attentatorum non aliter instructa) fuerit in negotio principali conclusum in causa, non poterit in causa principali proferri sententia, donec causa etiam attentatorum non fuerit instructa, & ad finem usque perducta, quo facto, primo in causa attentatorum, deinde in negotio principali erit pronuntiandum, & consequenter hoc casu attentatorum, causa erit priuile-

133 priuilegiata, & ut nec etiam conclusio causae auferat sibi illud priuilegium, quod habet, ut antea pronuntietur in attentatis, quā in negotio principali, ut aduertit nouissimè Minsinger. sing. ob- 134 ser. cent. 3. decif. 34. incip. quid autem, & ubi subdit hanc sententiam Dominos Camerae Imperialis crebrius fuisse secutos.

DECIMVM NONVM priuilegium, siue specialitas sit, & quia regulariter in materia attentatorum non datur remissoria, ut diximus late supra in hac 3. parte. cap. 26. de probat. attent. in 3. inspectione. num. 108. vers. circa tertiam. ubi secundum hoc priuilegium posuimus vniuersaliter regulam, de qua ibi. num. 110. & nonnullis necessariis modis ampliauimus, & limitauius, de quibus latius ibi. nu. 112. & seqq.

VIGESIMVM priuilegium esse potest, quia licet aliās Iudex non possit condēnare in fructibus non potius secundum opi. Inno. in ca. grauis. de restit. spoliat. nec in expensis non petitis ex intentione Bar. in l. properandum. §. sin autē. C. de iudic. & in causa tamen attentatorum, Iudex, qui attentantem condemnauit, poterit eundem etiam in fructibus, & in expensis non petitis a parte ex suo officio condemnare, ut firmauimus infra cap. 31. de poe. atten. in tertia poena. in 4. amplia. regulā ibi positā. num. 51. & in quarta poena in secunda ampliat. regulā ibi similiter positā. nu. 111.

VIGESIMVM PRIMVM priuilegium confiderari potest, quod licet, & quando quis succumbens in possessorio est condemnatus in expensis volens redire ad petitorium primo per eum suspensum, teneatur antea reficere expensas, quā in petitorio audiatur, ad no. in c. Pisani. de rest. spoliat. & si autem is, qui intentauerat spoliū attentatum cum suspensione petitorij fuisset in expensis condemnatus, & post tres sententias conformes veller redire ad petitorium, utique poterit ad illud conuolare, etiam absque expensarum refectioe, ut fuit aliās dictum in vna Terdonen. Archipresbyteratus coram Domi. meo Oradino sub die decimafexta Februarij 1560. arg. no. per Rot. decif. decima quinta, aliās 318. de restit. spoliat. in no. Quae conclusio eo magis videtur consideranda, quod ista refectio expensarū eo casu videbatur omnino facienda, ex quo per tres sententias latas in possessorio videbatur inducta contra succumbentem in spolio attentato res iudicata. ad no. in rubric. C. ne liceat tert. prouoc.

VIGESIMVM SECUNDVM, esse potest, quia regulariter taxatio expensarum fieri non potest, nisi lite finita per tres instantias. Rot. decif. 46. aliās 821. nota dic. de re iudic. in antiq. & tamen in causa attentatorum taxatio expensarū fieri potest etiam ante prolationem sententiae in causa principali. Rot. decif. trigesima septima, aliās 454. nota si fiat. de re iudic. in antiq. quam Manfred. in libell. practic. conclus. super attent. conclus. 90. sequitur nouissimè Ioann. Bapti. de Afm. in sua praxi Iudic. §. trigesimo secundo, ca. 16. Quamuis videretur dicendum contrarium, ex quo sicut taxatio in causa principali non fit, nisi post tres sententias, ita etiam fieri non debe-

ret in causa accessoria, prout est causa attentatorum secundum Oldrad. in conf. 199. pro fundamento. in fi. ad hoc, ut secundum regulam accessorij sequeretur naturam sui principalis, ut fuit etiam annotatum supra in 2. parte. ca. 12. de attent. appell. pend. in 11. limit. princip. in 4. limit. regulā ibi positā. nu. 14.

VIGESIMVM TERTIVM sit priuilegiū, & quia si Iudex in sententia ommittat condemnationē expensarum, potest eodem tamen die, quo sententiam protulit etiam condemnationem in expensis facere, vltiori autem tempore sibi id non permittitur, ad no. in l. Paulus. ff. de re iudi. & ita, & taliter, quod si huiusmodi condemnatio in iudicio possessorio fuerit omissa non possit postea in iudicio petitorio reparari, ad no. in l. 4. C. de pos. & decif. Aegid. 72. lata, & tamen in causa attentatorum omissa condemnatio expensarum, non solum eodem die, sed etiam ex interuallo fieri potest, ut est decif. Rot. 1. aliās 13. si Iudex, ut lit. pen. in no. cum concord. & aliis latius adductis infra, cap. seq. de poen. attent. in quarta poena, in prima amplia. regulā ibi positā. numero 105. & eodem modo in causa attentatorum omissa condemnatio expensarum in possessorio potest reparari in petitorio, ut expresse declarat Aegid. dicta decif. 72. lata.

VIGESIMVM QUARTVM esse potest, & quia licet aliās a condemnatione expensarum possit appellari, quod ex eo clarè patet, quia condemnatio in expensis facta in causa possessorij operatur, ut etiam a sententia lata in possessorio appelletur, licet aliās ab ea regulariter non appelletur, ut dicemus aliās in tractat. de appell. in possessor. prohibet. vel permiss. in quarta limit. princip. regulā ibi positā. & a condemnatione tamen expensarum facta in causa attentatorum non potest appellari, secundum Innoc. in ca. sepē. de appellat. quem refert, & sequi videtur Rot. decif. 1. aliās decimatertia, si Iudex, ut lit. pend. in no. & quamuis addit. ibi tertio loco posita vers. hoc dictum. num. quarto. aliter sentire videatur, eam tamen tenet Mil. in verb. appellari non potest condemnatione. fol. 15.

VIGESIMVM QVINTVM & priuilegium, siue speciale attentatorum esse videtur, quoniam sententia lata super attentatis, licet sit interlocutoria, ut pro regula firmauimus supra in hac 3. parte, ca. 28. de sent. in caus. atten. fer. nu. 17. & nu. 30. & regulare sit, quod interlocutoria per iudicem reuocari possit, nec transeat quoad eum in rem iudicatam, tamen haec interlocutoria non potest per iudicem reuocari, ut adnotauimus ibidem in sexta limit. nu. 40.

VIGESIMVM SEXTVM etiam possit litis pendentiae considerari priuilegium, quia & beneficium litigiosum non est subiectum regulae de publicandis resignationibus, ut tenuerunt Domini in vna compostellana parochialis de Tēcha coram Domi. meo Oradino vigesimo octauo Nouembris millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, & dicebatur per aduocatos etiam identitatis fuisse tentum in alia Leodien. coram Cotta.

VIGESIMVM SEPTIMVM, potest esse priuilegium, ut licet aliās causa criminalis faciat filere, & cessare cognitionem causae ciuilibus, ad no. in l. fin. C.

de ordi. Iud. & aliquid etiam latius diximus supra in secunda parte cap. quarto. de attentat. lit. pend. in 23. limitat. priu. id tamen sibi non vendicat locum si ageretur ciuilitate super spolio attentato, ut fuit dictum in vna Roma. canonicatus coram Sarmiento. quarto Iunij 1565. in qua secundum notas D. mei Oradini fuit ad litteram dictum, quod causa criminalis non praedicitur ciuili, quia processus in ea non impedit iudicium spolij attentati.

Vigefimum octauum attentatorum & litis pendens priuilegium illud esse videtur, quod licet regulariter res inter alios acta alteri, qui non fuit in iudicio praedictare non soleat, ut in Rubric. & tot tit. C. res inter alios acta, & regulariter in vno quoque actu, ex quo quis laedi potest sit facienda citatio. l. de vno quoque. ff. de re iud. cu. citatio videatur de iure diuino, & propterea non possit omitteri. Clem. pastoralis. §. ceterum. de re iudic. §. Nihilominus si quis a reo conueno rei litigiosae possessionem assequatur, actor vero contra eum sententiam, & mandatum executiuum obrineat, potest huiusmodi mandatum contra possessorem exequi absque nouo processu, secundum Bart. in l. si. nume. tertio. ff. de litigio. & alia allegata supra in prima parte, cap. 3. de attentata. tertio. num. 22. & iterum in secunda parte. ca. 4. de attent. lit. pendens. in praefatio. in 3. illat. nume. 459. & seqq. vers. 5. amplia. Quibus adde Boer. de iur. cif. 182. num. 51. immo fiet executio, & etiam illo aliter non citato si credimus Paul. de Casfr. qui in l. certa. C. ut in poss. leg. refert Cy. ita dicentem in l. 1. quae sit. 7. C. de ali. iud. mut. causa fac. prout eos refert (licet non omnino sequi videatur) Capit. decif. 128. in causa. nume. 5. Et quamuis hoc, quod etiam contra non citatum hoc casu executio fieri possit, suaderi posse videatur ex his, quae posuimus supra d. cap. tertio. de attent. a tertio. nume. 77. vers. 4. amplia, quod scilicet mandatum executiuum potest exequi contra intrusum etiam aliter non citatum, per ibi allegata. est tamen aduertendum, quia contrarium in hoc de citatione tenet, & eleganter declarat Natta in col. 350. Augustinus numero quarto li. secundo, & quod ille sit citandus fuit decisum per sacrum consilium Neapolitanum, ut refert Capit. d. decif. ceterima vigesima octaua in fi. & propterea de hoc priuilegio quatenus respicit citationem non parum subsistendum videtur.

Vigefimum nonum, & vltimum priuilegium, 153 & praecipuum ipsorum attentatorum est, ut in primis, & ante omnia reuocentur. Quod licet quasi suo iure ante omnia alia priuilegia fuisset praeposendum, post omnia tamen in hunc locum ea ratione reiecit, quia (cum satis ampla materiam contineret, & totius materiae attentatorum quasi epilogum, in quo vniuersaliter ferere omnes casus, in quibus attentata non reuocantur, vel saltem ante omnia non reuocantur complecteretur) seriem, & ordinem dinumerationis priuilegiorum supra enumeratorum sua longitudine, & amplitudine quasi interfecando confundisset. Sit itaque conclusio, quod regulariter attentata, & innouata ex priuilegio, & natura sua sunt in primis, & ante omnia reuocanda. In cuius conclusionis probatione, non videtur mul-

tum laborandum, cum de hoc habeamus textum apertum in c. non solum. ibi ante omnia per appellationis iudicem reuocentur. de appell. in 6. Cuius auctoritate Gemin. Franc. & ceteri scribentes ibi id intrepidè affirmant, & ab alijs docto. passim in alijs locis, quasi pro adagio vsurpari videtur: Ex quibus resultat haec conclusio, quod ea sit natura, & priuilegium attentatorum, ut regulariter suspendant omnem aliam cognitionem, ut latius diximus supra. nume. 115. & seq. Hinc dicebat alijs Rot. decif. 2. alijs 113. tres sententiae. de re iudic. in no. & decif. 28. alijs 517. nota quod tres sententiae. de re iudic. in antiq.

154 quod sententia lata super attentatis ante omnia est mandanda executioni, etiam antequam procedatur in petitorio, quod etiam dixit Rot. decif. 3. alijs 99. si fiat. de dol. & contum. in no. & magis ad propositum subdebat Rot. decif. septuagesimanona. alijs 428. nota quod fatalia. de appell. in antiq. quod a lege est indultum attentatis, ut quis super eis ante omnia audiatur, quod priuilegium sibi non est auferendum: Hinc etiam moderna Rota in vna Taruina pensionis coram D. meo Oradino sub die 14. Maij. 1557. tenuit purganda esse prius attentata, quam procedatur in negotio principali non obstante quadam decif. quae in contrarium allegabatur, quam domini dixerunt non esse in obseruantia. Quam conclusionem ex recentioribus posuerunt etiam Morder. in annotat. ad Aegid. nu. nonagesimo sexto, licet Rot. & Rip. per eos allegati, ad id parum facere videantur, & Mandos. in tracta. commissio. 14. formul. commissionis attent. in verbo. in primis & ante omnia, ubi praeter aliquos ex supra allegatis citat etiam Oldrad. in cons. 199. Cassa. decif. 4. de dilat. & Afflict. decif. 98. num. quinto. Hinc etiam in alia Messanen. Baroniarm coram

156 eod. 5. Nouembris 1565. fuit late disputatum, tan propolita attentatorum causa impediret cognitionem nullitatis sententiae de qua ibi, & quamuis fuerit resolutum eo casu, quod non, id tamen processit, non quia de sui natura non deberet suspendere, sed quia non constabat de attentatis, ut 157 ibi in princip. clare dicitur: Et est de iure Dominorum, ut quando commissio attentatorum, est in actis, materia attentatorum praeposatur etiam causae nullitatis, ut fuit resolutum in vna Legionen. Iurisdictionis coram Domi. de Rubeis, 158 octauo Martij 1560. non obstante quod ibi in facto praesupponeretur, quod iam de nullitate 159 constaret: Et quod sententia lata in negotio principali, postquam fuit datum de attentatis, & illis non purgatis sit nulla, fuit diu disputatum in vna Abulen. iurisdictionis coram Domin. de Rubeis ad effectum an sententia Fabij Acoram boni de qua ibi, qui praetermissis attentatis pronunciauerat in negotio principali, esset nulla, ut patet ex propositione dictae causae sub die 8. Iunij 1565. qua quarto Iulij eiusdem anni, & tandem sub die 18. Decembris dictam causam eodem proponente senserunt Domini, quod si constabat de attentatis (de quo in superioribus positionibus dubitauerant) sententia erat nulla.

Nec sine ratione hoc in attentatis fuit statutum, 160 cum enim regulariter spoliatus in odium spoliantis sit ante omnia restituendus. l. si quis ad se fundum

fundum. C. ad l. Iul. de vi pub. c. primo, de restitu. spoliati. tradunt omnes praesertim Rip. nume. 46. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. multo magis id erat concedendum in attentatis: in quibus maioris odij ratio viget, ut de clarat Rot. decif. secunda. alijs 14. fuit dubitatum. post princ. de restitu. spoliati. in no. Quamuis autem, ut dictum est, trita sit haec, & passim recepta conclusio, illa tamen non est perpetua, sed multi ac quamplurimi sunt casus, in quibus attentata ante omnia non reuocantur, & ideo licet soleat alijs Signatura praetendentibus contra se fuisse attentatum regulariter concedere commisionem super illorum reuocatione, nisi quando imminerent aliqua magna feriat ob praesumptam eo casu calumniam, secundum Vestr. in praxi Ro. cu. lib. 8. capitu. quarto, sub numer. vigesimo primo, vers. immo istis temporibus, & adnotauit etiam nouissime Mandos. in tracta. commissio. in 14. formul. commissionis atten. in verb. causam, & causas, ob quam praesumptam calumniam fuit dictum in vna Cesaraugustana Archipresbyteratus coram D. meo Oradino. 27. Nouembris 1556. quod sententia lata in causa principali non purgatis aliter attentatis, de quibus ea ipsa die, qua fuit lata sententia, fuerat data, & praesentata commissio, valide fuerit promulgata. Sitamen in commissione fuerit petitum, quod attentata in primis, & ante omnia reuocentur, & mos est Signaturae illam clausulam delere, & optima ratione, tum quia signatura non potest ex simplicitate commissionis plenè intelligere attentata, quae praetenduntur sint talia, quae in primis, & ante omnia mereantur reuocationem, cum id in processu, & post oppositas per reum exceptiones sit videndum, tum quia supplicanti in multis casibus dicta clausula posset esse damnosa, vel saltem inutilis, ut rectè animaduertit (super hoc litigatores admonendo) idem Vestr. vbi supra, sub numero nono, vers. quam obrem consueui ego. Licet autem supra dicti casus in quibus attentata ante omnia non reuocantur, & eorum aliqui ponantur a Vestr. vbi supra, multo plures ex limitationibus, quas ad regulas ferè in quolibet capite secundae partis huius tractatus, & in quolibet genere attentatorum positas applicauimus colligi possint:

Quia tamen ultra eos etiam alij casus sunt, qui in superioribus commodè collorari non poterunt, & in quibus in primis, & ante omnia non fit attentatorum reuocatio (relatis etiam his, quae non casus particulares, sed vniuersaliter materiam hanc respicere videntur) omnia per modum regulae vniuersalis cum opportunis Ampliationibus, & Limitationibus, sub isto vltimo priuilegio subordinauimus, Sit itaque

165 **REGULA**, quod attentata, & innouata sunt in primis, & ante omnia reuocanda, & purganda, dicto capitulo non solum, & alia supra proxime allegata. num. 133.

AMPLIATVR,
166 Primò, ut procedat, etiam si actus fuisset alijs facultilicetus, ut abundè per multa exempla deduximus supra in secunda parte, capitu. 4. de attent. lit. pend. in prima ampliati. princip. in princ. & per totam, & similiter capitu. 20. de attentata. post inhibit. in prima ampliati. princip.

pali per totam.
167 Secundò, etiam si actus, puta adeptio possessionis fuerit facta vigore executorialium, & brahij secularis legitime obrenti, ut declarauimus tam in dicto cap. 4. de attent. lit. pend. in praefatione. num. er. 305. quam in praesallegato capitu. 20. de attent. post inhibit. in 6. ampliati. princip. per totam.

168 Tertio, ut nec etiam fauore praesallegatae, actus lite pendente factus sustineatur, & ideo rei litigiosae alienatio etiam in Ecclesiam facta non valet, ut per tex. in l. si. de litigio. adnotauimus etiam supra in dicta praefatione. nume. 454.

169 Quarto, ut procedat etiam si actus lite pendente factus diceretur factus ad tollenda scandala, per ea, quae posuimus supra dicto cap. quarto, de attent. lit. pend. in 2. ampliati. princip. & capitu. 12. de attent. appell. pend. in 7. ampliati. princip.

170 Quintò, ut ista reuocatio fiat, etiam si illam petens nihil probet de iure suo, ut admonuimus dicto cap. 4. in 6. ampliati. princip.

171 Sextò, ut immo praedicta reuocatio fiat etiam si contra petentem esset praesumptio iuris communis, ut patet ex his, quae posuimus in dicto cap. quarto, in 7. ampliati. princip. & in dicto cap. 12. de attent. appellat. pend. in 3. ampliati. princip.

172 Septimò, ut huiusmodi reuocatio fiat etiam ad instantiam excommunicati, ut declarauimus dicto capitu. 12. in 13. ampliati. princip. iunctis his, quae latius diximus supra, cap. 24. de reo, & except. sibi contra attent. compet. q. 3. per totam.

173 Octauò, ut procedat etiam si actus attentatus, fuisset a Principe confirmatus, de clarando tamen secundum ea, quae fusius diximus in d. capitu. 12. de attent. appell. pend. in 52. limita. principa. per totam.

174 Nonò, ut procedat etiam si actus qui praetenditur attentatus fuisset de iure confirmandus, & veniret de nouo concedendus, ut admonuimus supra, cap. 20. de attent. post inhibit. in 17. ampliati. princip. per totam.

175 Decimò, ut attentata reuocentur post mortem non solum ipsius attentantis, secundum ea quae posuimus supra d. cap. 4. de attent. lit. pend. in 5. ampliati. princip. verum etiam post mortem iudicis, & ideo si iudex, cuius fuit laesa Maiestas mortuus fuerit, aut ex officio recesserit, non impeditur huiusmodi reuocatio, sed per successorem fieri potest, ut colligitur ex his, quae posuimus supra, capitu. 27. de iud. & per quem attent. reuoc. num. 52. in prima ampliati. Regulae ibi posita.

176 Vndecimò, ut huiusmodi reuocatio in primis, & ante omnia facienda non retardetur, etiam si fuerit apposta aliqua ex infra scriptis exceptionibus, Videlicet,

Alterius spoliationis per ea, quae diximus supra cap. 24. de reo, & except. sibi cont. attent. cōpetent. q. 7. per totam.

Referuationis, ut ibidem. q. 9.

Dominij, & proprietatis ut ibidem. q. 10.

Reconuentionis ibidem. q. 14.

Compromissi, ut ibidem. 25. praesertim numero 43. & seq. vbi hunc articulum ad partes disputauimus.

Periurij, ut ibi. q. 26.

Tract. de Attent. X

- Simoniz ibidem q. 27.
 Compensationis, vt ibidem q. 28.
 Nullitatis sententiæ de super lata, vt ibi q. 30.
- 177 Duodecimò, † vt hanc reuocationem iudex non solum facere possit, verum etiam teneatur propter verbum oportet positum in dicto c. non solum. de appell. in 6. prout illud pòderat Fran. in c. dilecti, el 3. nu. 2. q. 2. de appell. & diximus latius supra, c. 27. de iudic. & per quem attent. reuoc. in princip. nu. 2.
- LIMITATUR eadem Regula in hoc Vigesimo nono, & vltimo priuilegio posita multis modis, qui vniuersaliter materiam attentatorum, & huius priuilegij respiciunt, omissis hic limitationibus, quæ casus particulares concernunt.
- 178 Primò, vt non † procedat in attentatis à Tertio, illa enim regulariter non reuocantur in primis, & ante omnia, licet & hæc multas recipiat sublimitationes, & declarationes, de quibus abũ de diximus supra in 1. part. c. de attentatis à Tertio, nu. 4. & multis seq.
- 179 Secundò, † fallit in actibus gestis per modum continuationis, de quibus tam in materia gestorum appellatione pendente, quam post inhibitionem diximus supra, capitu. 12. de attent. appell. pend. in 26. limit. princip. & iterum, capitulo 20. de attent. post inhibi. in 9. limit. princ. & latius, & melius supra, capi. 4. de attent. lit. pend. in 1. limit. princ. per tot. vbi id sexdecim modis ampliauimus, & sex limitauius.
- 180 Tertio, similiter fallit † in actu facto per modum declarationis, vt probauimus latè d. capitu. 4. de attenda. lite pendent. in 21. limit. princip. adhibitistamen nonnullis declarationibus, de quibus ibi.
- 181 Quarto, † quando lis fuisset calumniòse, in fraudem, aut dolosè instituta, gesta enim illa pendente tanquam attentatorum vitio non subiecta ante omnia minimè reuocanda sunt, vt deduximus in 4. limit. princip. capitu. 4. de attent. lit. penden. Sicut in simili dicimus de gestis pendente reductione laudi ad arbitrium boni viri, vt in d. 2. parte, capi. 16. de attent. penden. reduct. ad arbit. bon. vir. in 8. limit. regulæ ibi posita. numero 52. & fusius id explicauimus in di. 2. parte, capitu. 17. de attent. penden. restit. in integ. in 1. limit. regulæ ibi constituta, numero 55. vbi concluditur, quòd gesta pendente restitutione in integrum tanquam attentata non reuocantur ante omnia, quando restitutio fuisset calumniòse postulata.
- 182 Quintò limitatur, † vt non procedat in actibus accessoris, & consecutiuis ad ea, quæ gesta erant ante litem motam, vel appellationem interpositam, quia nec tales actus ante omnia veniunt reuocandi, vt retulimus d. c. 4. de atten. lite pend. in 5. limit. princip. & reassumpsimus etiam c. 12. de attent. appell. pend. in 40. limit. ibi posita. nu. 1. & seq.
- 183 Sextò, vt non procedat, † quando actus, qui fieret lit. pendente esset necessarius, puta alienatio reilitigiosa per confiscationem, valet enim etiam si sit in præiudicium litis, & ita limitatur totus titulus de litigiosis, vt diximus dicto capitulo quarto, de attentat. lite pendente in 8. limit. princip.

- 184 Septimò non procedit † Regula in his actibus, qui essent à iure permisi, secundum vel præter naturam iudicij, dummodo non sit contra, prout est Cessio bonorum, Præstatio cautionis, Electio calculatoris, Restitutio scripturarum originalium, Deputatio æconomi, Præstatio alimontorum, & expensarum litis, & similes actus de quibus plura diximus ibidem in 11. limitat. princip. numer. 2.
- 185 Octauò fallit † in actibus factis à Principe, qui potest etiam lite pendente alteri colliganti gratiam facere, & cum sit supra ius, non per hoc dicitur attentare, vt post Rot. decis. 245. aliàs 310. si reus. in fin. de rescript. in no. & alios ibidem allegatos diximus, in d. capitu. quarto, in 12. limit. princip. numer. tertio, & seq. & capitu. 12. de attent. appell. pend. in 30. limit. princip. & similiter in 11. limitat. princip. in capitu. 20. de attent. post inhib.
- 186 Nonò fallit † quando ex reuocatione ante omnia (de qua agimus) resultaret scandalum in populo, vt in exhumatione corporis humani, vt declarauimus supra in 2. parte, tam in d. capitu. 4. de attent. lit. pend. in 13. limit. princ. quam cap. 12. de attent. appell. pend. 46. limit. princip. & in 3. parte, cap. 24. de Reo, & except. sibi cont. attent. compet. q. 18.
- 187 Decimò † non procedit in his, quæ fuissent facta de consensu partis, quæ præterdit attentatorum reuocationem, vt diximus supra in d. cap. 4. de attent. lit. pend. in 16. limit. princ. & in 3. parte, cap. 24. de Reo, & except. sibi contr. attent. compet. q. 15. per totam.
- 188 Vndecimò † pariter quando fuisset antea attentatis, & illorum reuocationem expressè, vel etiam tacitè renuntiatum, vt deduximus supra, in 2. part. cap. 4. de attent. lit. penden. in 15. limit. princip. & cap. 12. de attent. appell. penden. limit. 42. & capitu. 20. de attent. post inhib. in 15. limit. princip. & iterum in 3. parte, capitu. 24. de Reo, & except. sibi contr. attenda. compet. quæst. 12. per totam.
- 189 Duodecimò † attentata ante omnia non reuocantur ad instantiam contumacis, qui non potest allegare litis pendentiam, quam per contumaciam spreuit, vt diximus supra in d. 2. parte, capitu. 4. de attent. lit. penden. in 18. limitat. princip. per tot.
- 190 Decimotertio similiter nec reuocantur ad instantiam subrogadi vigore mandati, per quod possessore mortuo mandatur per Papam quis subrogari, vt supra in hac tertia parte, cap. 22. de a. d. & quis possit atten. reuoc. pet. num. 32.
- 191 Decimoquarto † nec etiam ad instantiam intrusi ab intimatione executorialium appellantis, vt diximus ibidem numero 54. & supra, in 2. parte, c. 12. de attent. appell. penden. in 51. limitat. princip.
- 192 Decimoquinto † nec etiam ad instantiam eius, qui non docet se esse talem, qualem se facit, & consequenter ad instantiam personæ minus legitimæ attentata ante omnia reuocantur, vt declarauimus supra, cap. 24. de reo, & except. sibi contr. attent. compet. quæstio. 2. posito exemplo de cessionario & simil.
- 193 Decimosexto † nec etiam ad instantiam execrabilis, quando execrabilitas esset notoria, vel probata,

- probata, secundum ea, quæ firmauimus supra, cap. 24. de reo, & except. sibi contr. attent. compet. q. 13.
- 194 Decimosextimò † in his quæ tenderent in faciliorem exitum causæ & ipsius appellationis, Quod pluribus exemplis comprobauimus supra, cap. 12. de attent. appell. pend. in 4. limit. princip. & iterum, cap. 20. de attent. post inhib. similiter in 4. limit. princip.
- 195 Decimoctauò † non procedit in his, quæ nõ sunt de processu, nec ad processum pertinent, secundum ea, quæ posuimus supra, in d. cap. 11. in 5. limit. princip.
- 196 Decimononò similiter, † quando essemus in notoriis, vt ibidem in 9. limit. princip.
- 197 Vigesimo, † quando quis appellationem impugnavit, vt ibidem in 41. limitat. princip.
- 198 Vigesimo primò, † quando periculum esset in mora, quoniam actus eo casu gesti ante omnia non reuocantur, vt ibidem in quadragesima tertia limitat. princip.
- 199 Vigesimo secundo † similiter, quando appellatio fuisset ex aliqua causa nulla, vel aliàs à iure prohibita, quoniam gesta hac appellatione pendente regulariter ante omnia non reuocantur, secundum ea, quæ latissimè deduximus ibidem. in 50. & 53. limitat. princip.
- 200 Vigesimo tertio † similiter reuocatio ante omnia non fieret, quando illa peteretur postquàm fuisset cõclusum in causa, vt patet ex his, quæ posuimus supra, cap. 23. quando & infr. quod temp. attentat. petent. num. 41.
- 201 Vigesimo quarto † quando constaret notoriè de non iure petentis reuocationem, vt pro regula firmauimus supra capitu. 24. de reo, & except. sibi contr. attent. compet. quæst. 1. nume. 21. Declarando tamen vt ibi.
- 202 Vigesimo quinto † Regula prædicta non procedit in gestis ante literarum expeditionem super prouisione beneficij, de quo litigatur, vt ibidem q. 13. per tot.
- 203 Vigesimo sexto † similiter fallit in irretractabilibus, vt ibidem q. 17.
- 204 Trigesimo septimò † quando cognitio attentatorum omnino penderet à cognitione causæ negocij principalis, vt ibidem deduximus q. 19.
- 205 Vigesimo octauò, † quando petens reuocationem (licet non teneret colorare titulum) de facto tamen illum ex infecto titulo colorasset, vt annotauimus ibidem q. 21.
- Vigesimo nonò similiter attentata ante omnia non reuocantur, † quando passo attentata fuisset terminus ad docendum de illis præfixus, & in termino nihil releuanter docuerit, secundum ea, quæ latius diximus ibidem quæstio. 16.
- Supradictæ autem omnes limitationes quas hæc tenus remissiuè posuimus, ex his collegimus, quæ omissis casibus particularibus, vniuersaliter materiam huius priuilegij, quòd ante omnia attentata sint reuocanda respicere videtur, Nunc verò quia vltra prædictos & alij casus sunt, in quibus dicta regula non procedit, illis sequendo ordinem prædictum subiicimus.
- 207 Trigesimo igitur fallit, † quando quis in prima, & secunda instantia passus fuisset, quòd coniunctim fuerit processum super attentatis, & su-

- per negocio principali, quia si in fine tertiæ instantiæ velit vt priuilegio, de quo agimus, vt attentata imprimis, & ante omnia reuocetur, non est audiendus, vt fuit tentum in vna Taruina pensionis coram D. meo Oradino, in qua licet antea 14. Martij. 1557. eodem proponente, Domini tenuissent purganda esse attetata nõ obstare, quòd post commissam causam attentatorum fuerit pro eiusdem parte deinde presentata commissio concernens negocium principale, & in eo fuerint latae duæ sententiæ: nihilominus dum sub die 20. Octobris 1561. dubitaretur, prout infra, videlicet An stantibus commissionibus, de quibus in actis, & quòd hucusque fuerit processum super nullitate pensionis, & super attentatis coniunctim, Cardinalis sibi præiudicauerit, ita vt de beat procedi eodem modo in tertia instantia: Domini tenuerunt procedendum esse, tam super attentatis, quam super negocio principali, quia † ista opinio videtur æquior, & magis congruere menti rescribentis, & viæ electæ à Rotâ, maximè cum simus in fine tertiæ instantiæ, & Cardinalis consecutus fuerit commodum non soluendi interim pensionem 300. duc. singulis annis, vnde non debet videri sibi graue, si censetur ex his sibi præiudicasse incommodo attentatorum. Pro qua limitatione faciunt ea omnia, quæ de tacita renunciatione diximus supra, capitu. quarto, de attentat. lite pendent. in 15. limitat. princip. numero duodecimo, versu. cu. tertium potest esse exemplum, vbi etiam numero 18. de d. resolutione mentionem fecimus.
- 209 Quinimmo, † aliqui prout Berengar. in repet. leg. naturaliter. §. nihil commune. numero quadragesimo secundo, ff. de acquiren. possess. fuerit in ea opin. quòd si quis lite in petitorio pendente fuerit spoliatus, & absque eo, quòd possessorium recuperandè, (& sic spoliium attentatum) intentauerit, profectus fuerit petitorium, & in eo succubuerit, non possit amplius admitti ad dictum possessorium, & consequenter, ex illius intentione priuilegium spoliij attentati, non solum perderetur si tractatum fuisset vnà cum petitorio, vt supra, & in tertia instantia, verum etiam si prosequendo petitorium omissit intentare possessorium spoliij attentati. † Cui non videtur facile subscribendum, quia licet ille loquatur de spolio facto lite pendente, & quòd excluditur, spoliatus ab illius propositione, hoc intelligitur quatenus vellet illud proponere per modum actionis spoliij, non autem si vellet proponere per modum attentati, cum non sit nouam, quòd etiam attentatum potest proponi per modum actionis, vt diximus supra, capitu. 12. numero 13.
- Trigesimo primò limitari potest, vt licet aliàs attentata ante omnia per iudicem reuocari possint, † & debeant propter verbum oportet, positum in cap. non solum. de appella. in 6. id tamen non † procederet quotiescunque iudex haberet in facultatibus, quòd posset sola facti veritate inspecta procedere, cum enim stante dicta clausula iudex, † non cogatur super incidentibus, & emergentibus pronuciare, sed possit illa vnà cum negocio principali decidere, vt post Bald. in l. ait prætor. §. permittitur. numero primo, versu. item no. ff. de minor. tradit nouiss. Tract. de Attent. X 3

mè Ioan. Bapt. de Afm. in sua praxi Iudic. §. 3. capitu. 15. numer. 1. sequitur, quòd hoc casu non potest iudex cogi ante omnia super attentatis pronunciare, sed possit illa vnà cum negotio principali decidere, attento quòd attentata dicuntur emergentia, & accidentia, vt annotauimus supra in 2. parte, capitu. 15. de attent. pendens. com. pro. in 15. fundamento 2. opi. numero 69. & numero 90.

Trigesimo secundo similiter dictum priuilegium, ¶ non procedit, & non suspendit petitorium, ita vt ante omnia super attentatis procedatur, quando essemus in spolio attentato, & facto lite aliqua in petitorio pendente, quia possessorium hoc casu non facit filere petitorium, sed cum possit super vtroque eodem tempore procedi, vt firmat Barto. in l. naturaliter. §. nihil commune. numero vigesimotertio, in quarta combinatione, in primo capite distinctionis ibi per eum positæ. ff. de acquirend. poss. per l. si confiterit. C. fin. regund. consequenter etiam patet, quòd attentatum eo casu non reuocatur in primis, & ante omnia. ¶ Et quamuis contra Barto. in hoc aliqua allegauerit Aret. ibi numer. decimosexto, 216 præfertim, ¶ quia spoliatio facta lite pendente dicitur esse odiosior spoliatio facta ante litem, & propterea acrius punianda, & magis priuilegiata, & post eum etiam Iaf. (licet motiua Aret. omnino non approbauerit) ibi num. 131. prout etiam eiusdem opinionis contra Barto. videtur Rub. Alexand. ibi numer. 299. & seq. & præfertim. nu. 217 303. in fi. ¶ vbi dixit quòd opinio contra Barto. est verior, atque etiam ibidem Ioan. Coras. ibidè nume. 101. vers. cæterum. dicat, quòd opinio Barto. sibi non videtur tuta ex d. ratione, quia spoliium attentatum est magis odiosum, prout ex eadem ratione idem contra Barto. tenet etiam ibi Ludou. Bolog. nume. 90. & nouissimè in propria materia huius remedij attentatorum (secutus distinctionem, de qua per Dida. Couar. lib. 1. variar. resolut. capitu. decimosexto. numer. 13. vers. ego verò hanc opinionem contra Barto.) firmat Menoch. de recuperan. poss. remed. 17. quæstio. 16. num. 48. qui ea etiam ratione, vltra Didac. ratione mouetur, quia scilicet lite cõtestata super petitorio permissum est obicere exceptionem illius spolij, quòd deinde lite pendente superuenit atque suspenditur iudicium illud petitorij antea attentati. 218 Nihilominus, ¶ quia cum Barto. alios simpliciter transire testatur Claud. Marmessius ibi numero 154. in fin. & etiam Ludou. Bolog. ibidem, numero octuagesimo quinto, & receptam esse asserit Ioan. Corasius ibi nume. 201. vers. cæterum hæc decis. & clarius de hac communi testatur Rip. ibidem. sub numero 158. Quinimmo Afflict. decis. 131. quidam concessit. numero secundo, loquens in propria materia attentatorum, refert Bart. vbi supra secutus fuisse sacrum Consilium Neapolitanum, Cuius decisionis autoritate, & magis vniuersaliter, ac indistinctè de attentatis loquens idem (quòd attentatorum iudicium nõ suspendat hoc casu petitorium) affirmavit Misinger. singul. obseruation. cent. 3. decis. 33. quem contra Iafon. & Aretin. in d. §. nihil commune. secutus videtur nouissimè etiam Grauat. apud Vestr. in prax. Ro. cur. libr. 8. capitu. 4. numer. 42. Et sicuti durum videri posset in iudicando ab ista

communi opinione discedere, ita etiam cum per eam videatur penè confundi tota materia attentatorum, & illorum suspensiuæ natura, ac priuilegium, quòd videntur habere, quòd ita cætera suspendant, vt in primis & ante omnia illorum reuocatio sit facienda, non videtur ita de facili, & indistinctè posse admitti. & eo magis, quia re vera termini in quibus loquitur Barto. & doct. nõ videntur omnino applicabiles ad terminos attentatorum, de quibus agimus.

219 Propterea pro ¶ prædictarum opinionum concordia, & veritati inherendo aduertendum est, quòd Barto. opinio, Afflict. decisio, & communis opinio, de quibus supra declaranda, & intelligenda sunt vt procedant, quando spoliium factum lite in petitorio pendente deducitur, & proponitur in iudicium per modum actionis, tunc enim potest verificari opinio Barto. vt non suspendat petitorium, secus autem quando restitutio, & reuocatio huius spolij attentati peteretur per implorationem officij iudicis, & sic via priuilegiata attentatorum, vt est de mente omnium supra allegatorum, tenentium contra Barto. dum se fundant in eo quòd huiusmodi spoliatio ex eo sit odiosior, quia illius reuocatio fiat per officium iudicis, quòd clarius, & apertius animaduertit (& quidem rectè) Ripa in d. §. nihil commune. nume. 159. vers. reuocata tamen fallentia, dum inquit, & intelligas procedere reo proponente interdictum recuperandæ, secus si proponat officium iudicis petendo attentata reparari, per decis. Rot. (quam etiam nos supra in princ. huius priuilegij allegauimus) 2. aliàs 14. fuit dubitatum, de restit. spoliati. in no. & maximè, quia (cum plures, ac diuersi sint modi, ac viæ, quibus attentatorum reuocatio peti potest) non astringitur quis ad proponendum spoliium attentatum semper per viam attentati, sed potest illud etiam per viam actionis via ordinaria proponere, vt declarauimus supra, capitu. vigesimoprimum, quib. & quot mod. atten. reuoc. numero 23. vers. ordinaria autem via. Et eo magis, quia per hoc opiniones conciliantur, iuxta doctrinam Salic. in l. filia cuius. C. famil. herciscund. cum aliis adductis per Io. Bapt. de Afm. in sua praxi Iudic. §. 4. capitu. 10. in fin. numero 9. Nec decis. Misinger. ex aduerso supra allegata aliquid mouet, quia deci. eiusdem trigesima quarta, quæ immediatè illam sequitur apertè præcedentem declarat, dum vult, quòd causa attentatorum non perdat suum priuilegium, quòd ante omnia in ea procedatur, etiam si in petitorio, ac negotio principali non solum fuisset processum, & causa instructa, verum etiam si fuerit in causa conclusum, quia nihilominus in causa principali non erit ferenda sententia quousque causa attentatorum non fuerit instructa, quo etiam facto erit primo super attentatis, & deinde super negotio principali sententia ferenda, vt animaduertit idem ibi decisio. trigesima quarta, cent. 3. incip. quid autem. Vel responde quòd ordinatio Camera Imperialis, de qua ibi loquitur quoad processum, vt ambæ causæ possint simul tractari, nõ quoad sententiam, vt prius possit ferri sententia in negotio principali, quam super attentatis, vt sentit idem in d. decis. trigesima quarta, & melius, & latius declarat (ita in specie

zie ad dictam ordinationem respondendo) idem Misinger. in consi. siue responso 11. secundæ decadis incip. 3. præsent. numero quadragesimoprimum, & 44. quæ responsio posset etiam adaptari ad supra allegatam decis. Afflict. 131. vt loquatur quoad processum, non autem quoad sententiam reuocationis attentatorum, quamuis enim ibi numero secundo, dicat, quòd potest procedi super vtroque iudicio, superius tamen iam dixerat fuisse iudicatum attentata, de quibus ibi reuocari debere. Sed re vera, responsiones supra adductæ non fatisciant, nec videntur omnino tutæ, attento, quòd priuilegium attentatorum tanquam suspensiuum aliorum iudiciorum respicit nedum sententiam, verum etiam ipsum processum, vt patet ex his, quæ posuimus supra in princ. huius vltimi priuilegij. num. 165. & nullius supra in 14. priuileg. numer. 115. quòd decisiones ibi allegatas, quæ dum dicunt, quòd sententia lata super attentatis est ante omnia mandanda executioni, etiam antequam procedatur in petitorio satis demonstrant, quòd huiusmodi priuilegium etiam processum ipsum respicit, & propterea distinctioni, & declarationi super positæ tanquam veriori omnino adhaerendum esse cenfeo.

220 Trigesimotertio limitari potest, vt ¶ non procedat in attentatis calumniosis, illis enim non videtur competere huiusmodi priuilegium, quòd in primis, & ante omnia reuocentur: sicut enim lis, inhibitio, & restitutio in integrum quando sunt calumniosæ non faciunt attentata, secundum ea, quæ diximus supra in secunda parte, capitu. quarto, de attentata lite pendente. in 4. limitat. princip. & capitu. decimo octauo, de attentat. restit. in integrum pendente. numero quinquagesimo quinto, & seq. & capitu. vigesimo, de attent. post inhib. in septima limitat. princip. ita etiam dicendum est, quòd attentata calumniosæ dicto priuilegio non gaudeant: ¶ Tunc autem diceretur adesse suspicio calumniæ, quando passus attentata diu distulit de illis dare, immo ea ipsa die, qua fuit lata sententia in negotio principali fecit præsentari commissionem super attentatis, quoniam si iudex non purgatis aliter attentatis sententiam proferat, valida reputatur, non habita consideratione huiusmodi priuilegij, vt admonuimus supra hoc eodem capitu. 30. in 6. ampliat. nume. trigesimo octauo. Item calumnia præsumeretur, quando quis vellet committere causam attentatorum in vltimis audientis, & quando instant aliquæ magnæ feriæ, vt admonuimus etiam supra hoc eodem capitu. in princip. huius vltimi priuilegij. numer. 162.

Trigesimo quinto Regula prædicta, quòd attentata in primis, & ante omnia reuocentur, 222 non ¶ procederet quotiescunque aliqua subesset causa Dominis bene visa, ob quam esset à dicta regula recedendum, prout vniuersaliter fuit de mente Dominorum in vna Calagurita na translationis coram Sarmiento. 23. Ianuarij. 1570. in qua dixerunt, quòd eo casu videndum erat, an ex aliqua causa esset à regula prædicta recedendum, ex pluribus, quæ ibi per eos considerabantur, quarum vna erat, quia ¶ passus attentata eo casu non contradicendo consensu. 223 rat in eo iudicio, Alia ¶ ne diuinus cultus in ecclesia noua perturbaretur, iuxta gloss. in cap. per

225 uenit, & ibi Præposit. de appella. Alia ¶ propter incommodam purgationem propter exhumationem faciendam. Prout etiam, & aliàs id Rotafacere solet, quando causa esset intricata, & implicita, aut non haberet bonum odorem, aut alias essent attentata multum antiqua, vt latius diximus supra, capitu. vigesimo quarto, de reo, & except. sibi contr. attent. competen. quæst. 1. numer. 59. & seq. quia tunc apposito sequestro cognosceretur de bono iure attentantis, vt diximus ibidem.

Trigesima quinta huic affinis limitatio con- 226 siderari potest, ¶ vt non procedat, quando cognitio attentatorum, & illorum reuocatio per Signaturam impediretur, & retardaretur. Sicut enim ad hoc, vt celerius causæ expediantur, & sumptibus pauperum litigantium subueniatur, 227 ¶ solet Signatura quandoque nullitates, quæ nõ sunt substantiales, sed de iure positio reuocare, & sanare, vt docet Staphil. de liter. grat. & Iust. fol. 184. vers. si in causa profana, & latius per Vät. in Tracta. de nullit. in tit. quib. mod. sen. null. 228 defen. possint. sub num. 125. Ita etiam solet, ¶ Signatura ex causa commissionem dare, quòd simul, & semel cognoscatur, & iudicetur de nullitate sententiæ attentatis, & innouatis, & negotio principali, vt tradit idem Staphil. vbi supra, fol. 179. vers. qua ratione conceditur commissio, & c. 229 causa autem esse posset, puta Tob paupertatem illius, qui attentauit, & aduersarij potentiam, nõ attenda huiusmodi maxima paupertate solet rescribere, vt omissis nullitatibus, & attentatis, & constituto de bono actoris iure, Auditor ad expeditionem causæ negocij principalis vnica sententia, & quacunque appellatione remota procedat prout similis commissio fuit aliàs præsentata D. Robusterio in vna Anconitana terrarum, & spolij attentati pro Scalamentibus contra Cesarinũ, licet Scalamentes nihil obtinuerint, attento, quòd, licet illi conati fuerint deducere illorum paupertatem, Domini tamen sub die 19. Iunij 1570. tenuerunt non constare de paupertate, de qua loquebatur rescriptum.

Trigesimo sexto licet aliàs dicatur, quòd attentata sunt ante omnia reuocanda, ante quam procedatur in negotio principali, ita vt respectu fruictuum, & expensarum sit vsque ad obolum facienda restitutio, id tamen non procedit respectu damnorum, & interesse, in quibus licet attentans veniat condemnandus, vt diximus infra, capitu. trigesimoprimum, de pœn. attentin. 5. pœn. 230 numer. 164. ¶ tamen si damna, & interesse non essent liquida, illorum purgatio nõ retardat processum in negotio principali, sed super eo simul, & super liquidatione est procedendum, vt adnotauimus ibidem numero 168. vers. quarto, 231 quia. ¶ Idemque dicendum esset, si facta purgatione attentatorum pro maiori parte, ita, quòd pro residuo modicum quid remaneret: nam & hoc casu ratione huiusmodi residui non retardaretur negotium principale, vt fuit aliàs factum in vna Taruina illegitimitatis, & bonorum coram D. meo Oradino. 10. Decembris 1557. & admonuimus etiam supra, capitu. 29. de purgat. attent. nume. 23.

Trigesimo septimò prædictum priuilegium attentatorum, quòd scilicet suspendat omnem

aliam cognitionem, & solùm super eo sit procedendum, vt regula supra in hoc ultimo priuilegio posita. numero 165. necessario limitandum vide-
 232 tur, vt non procedat quociescunque is, qui lite pendente possessionem accepit, antequam contra eum fuisset datum de attentatis, & super eis fuisset discussum, obtinuisset ab Auditore Camere mandatum de manutenendo in possessione, in qua reperiatur, & postmodum eius aduersarius commisisset in Rota causam attentatorum, ac totius negocij principalis, cum clausula tam sine præiudicio legitimæ executionis mandati de manutenendo, quia hoc casu licet iudicium attentatorum, quæ origine erant priora, videretur prius terminandum, præsertim considerata illorum natura priuilegiata quoad suspensionem, nihilominus eueniente casu in vna Verzellen. coram Reumano, 21. Octobris 1555. fuit dictum, quod poterat procedi super vtroque, & consequenter erit limitatio ad prædictum priuilegium.

Trigesimo octauo fuit aliàs dubitatum, an si præsupponatur defunctum (possessionem post appellationem capiendo) attentasse, ista exceptio, quod ante omnia erant attentata purganda, impediret hæredem scriptum petentem se immitti in possessionem bonorum vigore testamenti non cancellati, & iuxta terminos l. fi. C. de ædicto diu. adr. toll. ex sui priuilegio retardaret immisionem prædictam, & suspenderet iudicium istud ad ipse faciendam? Et licet affirmatiuam suaderet, & natura ipsius causæ, quæ regulariter est suspensua omnium aliarum cognitionum, vt supra dictum est in 14. priuileg. numero 115. & id quod diximus supra, capitu. quarto, de attent. lite pendens. in 5. ampliat. princip. quod etiam post mortem attentantis hæres, & successor tenentur ad attentatorum purgationem, post Mil. in verb. attentata. 1. fol. 29. Nihilominus eueniente casu in vna Perusina hæreditatis coram Sarmiento, 14. Martij 1567. licet Domini articulum non de-
 233 terminauerint, tñ senferunt tamen pro negatiua, quod huiusmodi exceptio minimè impediatur prædictam immisionem, quoniam (vt per informantes ibi allegabatur) hæres vigore d. l. fin. debet immitti in possessionem, quæ erat pœnes defunctum qualiscunque fuerit, & ideo habet locum etiam respectu detentionis; gloss. in d. l. fin. & ibi Alexand. numero vigesimo secundo, Iaf. colum. 8. in fin. Paris. post alios consilio quadragesimo primo, numero. 1. libr. 1. Non obstat, quæ supra affirmatiua considerabatur, quia ista natura suspensua etiam in alijs casibus limitatur, vt patet ex suprapositis limitationibus: Ad aliud, quod hæres teneatur purgare attentata, respondetur, quod purgatio faciendâ per hæredem non excludit eius immisionem, immo potest dici, quod eâ includat: si enim quando est attentatum circa possessionem pro illius purgatione est faciendâ possessionis restitutio, iuxta ea, quæ latius diximus supra, capitu. 29. de purgat. attent. numer. 34. & 77. si per hæredem est faciendâ purgatio per restitutionem possessionis, vt possit illam restituere, opus est, vt illam per immisionem, de qua agitur, consequatur, & deinde purgandâ attentata à defuncto illam restituat, ex quo priuatio præsupponitur habitum.

Trigesimonono attentata in primis, & ante omnia non reuocantur, quando attentans, prouisus ab ordinario de beneficio, seruato, (postquam illius vigore attentando possessionem adeptus fuerat) impetrauit à Papa nouam prouisionem factâ mentione litis pendentiæ, & possessionis captæ, & cum clausula, quod tituli etiã
 234 infecti exprimi possint, quia tñ talis noua prouisio purgat vitia præcedentia, & impedit attentatorum reuocationem, & ita sapius per Dominos fuit resolutum, vt declarauimus supra, capitu. 29. de purgat. attent. numero 58. & melius numero. 61. & seq.

Quadragesimo potest limitari, vt hæc priuilegiata reuocatio non procedat, quando tñ statutum à certo personarum genere remoueret omnem exceptionem, & omnem defensionem, si enim præsupponeretur contra huiusmodi personas aliquid lite pendente attentatum, non posset ille instare pro reuocatione, quoniam illa fit officio iudicis mercenario, vt sæpè dictum est, 236 tñ officium autem iudicis per dictum statutum censetur regulariter esse sublatum, vt post Abbat. & alios latè prosequitur nouissimè Ioan. Bapt. de Af. in sua praxi iudic. §. 31. capit. trigesimo quarto, per totum.

Quadragesimo primo id, quod dictum est, quod sententia in causa attentatorum lata in hoc est priuilegiata, quod est ante omnia executioni demandanda, vt diximus post Rot. supra in principio. huius 29. priuilegij. numero 150. limitandum
 237 videtur, vt tñ non procedat quando sententia esset lata ab incompetente iudice, quia tunc nõ est attendenda, secundum Alciat. in consil. 26. Marchionatus. nume. 7. lib. 6.

Quadragesimo secundo, quod dictum est attentata ante omnia purganda esse, & antequam de causâ, & negotio principali cognoscatur, intellige locum sibi vindicare inter easdem partes videlicet attentantem, & eum, qui passus est attentata, tñ secus verò respectu tertij, qui dum agitur super attentatis inter Meuium actorem, & Titium reum, & possessorem, vellet contra eundem Titium super eodem beneficio agere, quoniam sub prætextu priuilegij attentatorum non impeditur processus, & causæ cognitio etiam super negotio principali, quinimmo ne huic tertio præiudicium inferatur, videtur, quod ille impedire possit, ne Titius purgandâ attentata, restituat possessionem Meui, sicut videmus euenire in spolio, in quo tertius impedit restitutionem, vt mox dicemus: Verùm quia articulus iste an priuilegium attentatorum afficiat tertium, ita vt ille valeat impedire purgationem attentatorum, & restitutionem possessionis, quando essemus in spolio attentato à doct. in specie non ponitur, & attentatis regulis, ac terminis, qui in hac materia solent considerari non videtur carere difficultate, idcirco sciendum est, quod duplex in eo considerari potest opin.

239 Prima tñ affirmatiua, quod tertius restitutionem, & purgationem attentatorum impediatur, & priuilegium attentatorum sibi non obstat, quæ ex pluribus suaderi potest, &

Primò, quia (vt aliàs diximus supra in hoc eodem capitu. numero. 48. vers. quarto intellige. post Ruyn. in

Ruyn. in consil. 75. quantum. sub nume. 9. libr. 5. priuilegium tñ attentatorum non debet egredi per sonas, quas concernit articulus attentatorum, sicut etiã de effectu inhibitionis diximus supra, 2. parte, cap. 20. de attent. post inhib. in 6. limit. princ. per tot. & consequenter non debet extendi ad tertium, quem attentatorum articulus nullo modo tangit.

Secundò quia ita in simili videmus in spolio
 241 in quo tñ tertius comparens pro suo interesse, & opponens puta exceptionem dominij impedit restitutionem, ea ratione, quia in tertio cessat ratio odij contra spoliatum, super quo fundatur restitutio spoliati, quæ fit in odium spoliantis, vt concludit Menocch. in tract. de recuper. possil. Remed. 1. q. 1. numer. 38. in fi. vnde idem videtur dicendum in attentatis, in quibus similiter restitutio fit in odium attentatis, qui eodem tempore offendit, ius iudicem, & partem. capitu. 1. de appell. in 6. vt no. docto. in cap. in literis. de restit. spol. & videtur decis. Rot. pen. aliàs 438. fuit dubitatum, de restit. spol. in no. cum alijs adductis per Ant. Gabriël. commu. conclus. libr. 5. de restit. spoliati. conclus. 1. num. 45. & latius nouissimè per Menocch. in d. tract. de recuperand. possil. in 1. remed. quæst. 33. nu. 372. & seq. Quibus adde Guid. Pap. decis. 37. si appelletur. numer. 4. vbi in id præter allegatos per supradictos citat etiam Cyn. & Bart. in l. si quis. C. locat. & Henric. Boic. in cap. cum venissent, in vltima distinct. in fi. de instit. & Ioseph. de Ludou. in decis. Perusina. 26. Aemilia-
 242 nus. numero 22. præsertim quia tñ videtur valere arg. de spolio ad attentata, prout arguit aliàs Rota decis. 2. aliàs 55. ad instantiam, vt lit. persil. in no. & alibi sæpè.

Tertio quia sicut tñ vitium litigiosum, & litis pendentia non afficit tertium, Rot. decis. 3. aliàs 56. si lit. pend. in no. cum alijs congestis supra, in 1. parte, cap. 3. de attent. à tertio. nume. 4. & in 2. parte, cap. 4. de attent. lit. pend. in præfatio. in 3. illat. nume. 527. ita priuilegium resistentans ex litis pendentia non debet tertium afficere.

244 Quartò quia tñ pendente lite prohibitum est possessionem transferri de vno in alterum. Rot. decis. 3. aliàs 400. no. si lite pend. in antiq. vt latius diximus supra, in 2. parte, capitu. 4. de attent. lite
 245 pend. in 2. illat. numer. 449. Cum ergo tñ postquam iste tertius fuit admissus ad causam, lis pendere dicatur inter eum, & Titium possessorem: Aegid. decis. 545. si pendente, & plenius declarauimus supra in dicto cap. 4. in præfatione. nume. 178. ergo per purgationem attentatorum non debet posse possessionem, quæ erat apud Titium in Meuium transferre.

246 Quintò quia tñ tertius comparens pro suo interesse, præsertim si de illo doceat, est audiendus: ad no. c. veniens. el. 2. de testib. sed quod pendente articulo attentatorum ille super iure quod præterdit audiatur, & quod possessionem Titius non restituat Meui multum sua interesse potest, præsertim si Meuius esset Titio potentior, ita vt sibi in euentum victoriæ difficilior pararetur recuperatio, vt no. per Paul. de Cast. in l. 2. C. de edict. diu. Adr. toll. Ergo super his debet audiri, & impediri restitutio.

247 Secunda tñ potest esse opi. negatiua quod tertius non impediatur restitutionem possessionis

ab attentante per viam purgationis attentatorum faciendâ, & consequenter, quod quoad hoc priuilegium attentatorum sibi obstat. Quæ pariter ex infra scriptis suaderi potest.

248 Primò quia tñ nunquam debet aperiri via fraudibus, & præstari occasio delinquendi, & in delicto, & intrusione se confouendi, ad no. in l. in fundo. ff. de rei vend. Capit. decisio. 176. in causa. numer. 34. Quod vtique facile, & frequenter eueniret si per comparitionem tertij purgatio attentatorum retardaretur: semper enim attentans ad eludendum iudicem, & partem supponeret aliquem tertium qui sub prætextu bono iure in causa principali reuocationem impediret prout loquens de tertio vna cum parte attentante, & huiusmodi reuocationem etiam quoad ipsum attentantem impedire volente, vtitur aliàs hoc argumento Bisignet. de appellat. decis. 4. vtrum innouata. sub nume. 5. vers. item nisi talia.

249 Secundò quia tñ in reuocatione attentatorum versatur vtilitas publica, non solùm ex hoc ne delicta remaneant impunitæ (cum attentans de linquere censeatur, secundum ea, quæ proximè dicemus in capitu. seq. de pœn. attent. in prin.) verùm etiam, quia tñ illorum reuocatio dicitur tan-
 250 gere abbreviationem litium, & consequenter vtilitatem publicam. arg. l. propterandum. C. de iudic. quinimmo quando essemus in benefici-
 251 bus respiciunt etiam tñ publicam vtilitatem ecclesiarum, ne propter diuturna litigia ecclesiæ diu vacent, vt eleganter considerabat aliàs Rota de cis. 5. aliàs 433. nota nunquid reo. sub numer. quinto, vt lite pendens. quæ est repetita per Bisignet. decisio 1. nunquid reo, sub numero sexto, vt lite pendens. quas in hoc videtur fecit domini in vna Nolan. Abbat. Vallis regalis coram Paleott. vt est in recollet. suis, decisio. 115. Ioan. Michael. ad fin. vnde vtilitas hæc publica præferenda est priuatæ vtilitati huius tertij, iuribus vulg.

252 Tertio cum tñ attentans dicatur offendere non solùm ius, & partem, vt spolians, sed etiam ipsum iudicem, cuius dicitur lædi maiestas. ad no. in capitu. primo, de appell. in 6. & aliàs supra sæpè dictum est. Immo in attentatis plus ponderetur contemptus iudicis, quàm ius agentis, vt dicebat Aegid. decis. quadragesimanona, incip. agens. cum in attentatorum reuocatione contempta prætoris dignitas vindicari dicatur, secundum Oldrad. in consilio 206. in causa. post princip. ne iudicibus illudatur, contra l. si prætor. ff. de iud. & no. in l. si quis. in verb. eludere. ff. de arbit. non videtur aliquatenus concedendum, quod tertius valeat hanc quasi publicam vindictam impedire.

Quartò, quia sicut per litis pendentiam inter Titium, & Meuium tertio non præiudicatur: quod ex eo satis constat, quia si ille hac lite pendente aliquid innouauerit regulariter id non dicitur vitio attentatorum subici. cap. Romana. §. in alium de appell. in 6. & alijs adductis supra, in 5. parte, capitu. 3. de attent. à tert. numer. quarto, ita (vt contrariorum sit eadem disciplina) per suam comparitionem, & admissionem ad causam non debet præiudicari primis colligantibus in purgatione attentatorum, super quorum reuocatione Meui erat antea ius quæsitum: Quod vtique

vtiq; fieret, si per eum restitutio possessionis im-
 153 pediretur: cum maximum sit possessionis como-
 dum. §. commodum. instit. de interd. & late dedu-
 cit Cagnol. in l. in pari. sub nume. 4. de reg. iur. &
 Rip. in c. s. p. e. nume. 1. de restit. spol.

Quintò quia licet multum huius tertij inter
 sit admitti ad causam, & super suo bono iure au-
 diri, regulariter tamen (si rectè consideretur) sua
 parum interesset fieri, vel non fieri per Titium re-
 uocationem attentatorum: Quoniam Aut tertius
 pro parte sua deducit iudicium possessoriu,
 154 puta spoliu simplex, asserens se ab eodem spo-
 liatore fuisse spoliatum: & tunc, quia t̄ spoliu
 qualificatum, puta ratione violentiæ, vellitis pen-
 dentia, præfertur simplici spolio, vt annotauim-
 us supra, numer. 13. tunc nullum sibi per hanc
 restitutionem videtur præiudicium inferri, atten-
 to quòd spoliu attetatum ipsius Meuij, est suo
 simplici spolio præferendum. Aut deducit aliquid
 concernens petitorium, puta rei vendicationem,
 asserens beneficium ad se spectare, & tunc licet
 per purgationem attentatorum possessio rei liti-
 giosæ auocetur à Titio, & trāsferatur ad Meuiū,
 in hoc tamen nullum videtur versari interesse, vt
 potius pœnes vnum, quam alterum (si in causa
 ille obtinuerit) possessio inueniatur, cum non
 transferatur in extraneum, & non collitigantem,
 sed in omnem euentum semper ex eodem iudicio,
 & ab eodem iudice possit contra possidentem
 habere suæ sententiæ executionem. arg. l.
 pen. ff. de rei vendi.

Sextò facit: nam licet ex prædictis clarè con-
 stare videatur, quòd tertius non possit reuoca-
 tionem impedire, attamē dato etiam, quòd hoc
 esset dubium, hæc secunda opinio est attenden-
 155 da, quoniam in dubio t̄ debemus fauere atten-
 tatorum reuocationi, vt est decis. Rot. apud Bifi-
 gnet. 4. vt rum innouata. sub numero sexto, in ti-
 tu. de appell.

Et tenendo hanc t̄ (quæ sanè verior videtur
 156 opi. & secundum quam t̄ deinde inueni, quòd no-
 uissimè fuit per Dominos resolutum in vna Cala-
 guritana translationis coram Blanchetto 3. Iulij
 1573. in qua fuit dictum, quòd tertius, licet impe-
 diat restitutionem in spolio, non tamen quando
 concurrunt attentata, vbi citant Corsett. in Re-
 gula spoliatus. limit. 38.) non obstant adducta in
 contrarium pro prima opinione: Respond. quoniam:
 158 &

Ad Primum, quòd priuilegium attentatorum
 inter cætera, quoad duplicem effectum conside-
 rari potest, Primus est vt pendente cognitione, &
 causa attentatorum, in negotio principali nō sit
 procedendum, ad no. in c. non solum. de app. in
 158 6. t̄ & quoad hoc priuilegium attentatorum nō
 afficit tertium, quamuis ille etiam pendente cau-
 sa attentatorum audiatur, & admittatur ad cau-
 sam, & in ea procedatur, & de hoc est expressè
 decis. Capell. Tolof. 493. incip. an pendente, sicut
 159 nec t̄ etiam litis pendentiā inter aliquos in pos-
 sessorio impedit, quominus tertius possit agere
 super eodem beneficio in petitorio. Rot. decis.
 3. aliàs 149. si inter Titium, de caus. poss. & propr.
 in no. Secundus effectus est, vt attentans purget
 attentata, nec quoad hunc effectum dicitur ter-
 tium afficere, ex eo quia tertius non impediatur
 purgationem, & restitutionem possessionis, quia

hoc prouenit potius ex hoc, quia sua nō interest,
 vt supra dictum est, quam ex vi priuilegij ipsorum
 attentatorum.

Ad Secundum Respond. primo quòd licet etiā
 in attentante consideretur odium, sicut in spo-
 160 liante, illud t̄ tamen maius est, vt post Rip. &
 alios in l. naturaliter. §. nihil commune. nume. 67.
 ff. de acquirend. poss. diximus supra in hac 3. par-
 te, cap. 24. de excep. contr. attent. compet. quæ tit.
 1. nu. 41. vnde non mirum videri debet, si id, quòd
 ratione odij cessantis conceditur respectu tertij
 in spolio, hoc in attentatis denegatur, cum non
 sit odij par ratio in vtroque casu. Secundo, quòd
 161 non sola odij ratio in reuocatione attentatorū
 consideratur, sed immo fauor, & utilitas publica,
 vt supra deductum est, vnde licet respectu tertij
 cesset ratio odij, remanet tamē alia, & efficacior
 ratio fauoris, etiam publici, qui tam respectu iu-
 dicialis fuit læsa maiestas, quam illius, qui passus est
 attentata, consideratur, præsertim quia vbi con-
 currit etiam circa eandem rem fauor, & odium,
 prout in reuocatione in casu nostro, regulariter
 fauoris ratio præfertur odio, ad no. in l. 2. C. de in-
 ius vocan.

Ad tertium Respond. vt ad primum, quòd non
 priuilegium attentatorum prohibet eum nō pos-
 se impedire restitutionem, sed quia sua non inter-
 est, vt sup.

Ad quartū, quòd ex causa necessaria, prout est
 in casu isto (in quo Titius per iudicem compelli-
 162 tur) t̄ etiā res litigiosa alienari, & in aliū trāsfer-
 ri potest, vt latius dictū est supra in 2. parte, cap.
 4. de attent. lit. pend. in 8. limit. princ. per tot.

Ad quintum Respond. quòd immo sua non in-
 terest, & dato quòd interesset, utilitas publica
 163 præferenda est priuilegio, per supra dicta: & t̄ posito,
 quòd Meuius esset etiam Titio potētior, per hoc
 non videretur retardanda restitutio, & attenta-
 torum purgatio, quoniam l. 1. C. ne liceat poten-
 tior. procedit, quando quis dolose, & in fraudem
 rem in potentiorum transfert, vt ibi no. & decla-
 rat etiam Menocch. (qui ex hoc reprobatur, & me-
 rito quandam modernorum ferè in nostris ter-
 minis distinctionem) in d. tracta. de recuperan.
 poss. in l. remed. questio. 33. sub 381. ad fi. qui dolus,
 & fraus in casu nostro ob iudicis sententiam pe-
 nitus excluditur, ad l. iustè possidet. ff. de acqui-
 164 rend. poss. Verum quia t̄ præsupponeretur in fac-
 to, quòd Meuius, in quem per purgationē tran-
 ferretur possessio, esset adeo hoc tertio potētior,
 vt post restitutionem maximè difficilis, ac penè
 impossibilis sibi sit futura recuperatio, in euen-
 tum, quòd in negotio principali obtineat, vt om-
 nia cum minori singularum partium, & colliti-
 gantium præiudicio transigerentur, æquitati, ac
 rationi valde consonū fortasse foret, si Iudex ad
 eam prouisionem recurreret, quam aliàs Domi-
 ni in certis casibus, etiam in terminis nostris at-
 tentatorum facere solent, videlicet, vt possessionem,
 quam ab attentante per purgationem hu-
 iusmodi abdicaret, non illi, qui passus est attenta-
 ta restitueret, sed ad se aduocaret, & penes se se-
 questraret: prout sæpius factum esse per Domi-
 nos constat, ex his, quæ posuimus supra, capit. 24.
 de reo & except. sibi contr. atten. competent. que-
 stio. prima, numer. 58. Sic enim, & attentanti de-
 bita pœna infligitur, & tertio in euentum victo-
 riæ consuli

ria consuli, quia paratur sibi facilis recupera-
 tio: & quamuis passus attentata aliquo modo gra-
 uari videatur, quia priuatur commoditate fru-
 ctuum medijs temporis, hoc tamen interesse nō
 videtur multum considerabile, & per sententiā
 in negotio principali ferendam reparabile, quia
 si obtinuerit habebit etiam omnes fructus, qui
 interim sibi per iudicem conseruantur, vt aliàs
 considerat in simili Rota. decis. 4. aliàs 390. si fe-
 ratur. de sequestr. possess. & fruct. in no. Et secun-
 dum hoc vltimū dictum videtur nouissimè fuisse
 decisum in vna Nullius castrorum coram D.
 meo Oradino 7. Aprilis, 1570. in qua, cum comes
 Vbertinus esset conuentus à Dominis de Mala-
 testis super spolio attentato, & hac lite penden-
 te Cæsar, & fratres de Ranchio venissent ad litē,
 & peterent etiam ipsi castrū (de quo agebatur)
 sibi restitui, & dubitaretur, an possessio Vberti-
 ni esset in casu illo ex officio ad Rotam auocan-
 da, vel sequestranda, fuit formaliter conclusum
 sub his verbis, videlicet Possessionem castrum esse
 auocandam ad Rotam, & ponendam sub seque-
 stro, & moti sunt Domini, quia cū comes Vber-
 tinus violenter spoliauerit Dominos de Mala-
 testis, & incertum sit, an restitutio debeat fieri Ma-
 latellis, vel Cæsari, & fratribus, non debet Vber-
 tinus confouere se in spolio attetato: & pro hac
 conclusione facit decis. in no. 4. de seq. poss. & fru-
 ctuum. & decis. facta coram A. Aug. (quæ est 79.
 lib. 3. vt colligitur ex in formationibus) quæ non
 loquitur in beneficialibus, nec post sententiam,
 sed ante: & quia Rota solet possessionem atten-
 tatum circa restitutionem faciendam, prout est hic
 propter superuenientiam Cæsaris, & fratrum, &
 ita concluderunt Domini nisi comes Vbertinus
 legitimè docuerit licuisse sibi accipere possessio-
 nem, cum ad hoc tendant omnia, quæ pro eius
 parte adducuntur, vel allegantur. Hæc illi: Vel
 posset etiam Iudex rem, de qua agitur sequestra-
 re, & fructus rei sequestratæ consignare illi, qui
 fuerat passus attentata, vt cum eis posset subti-
 nere expensas litis, si pauper esset, cum non sit
 de iure conueniens, quòd in certis casibus res li-
 tigiosa sequestraretur, & fructus illius parti con-
 signentur, ad tex. in l. fi. C. de ordine cogn. & no.
 per illum tex. Ias. in l. fi. fideiussor. §. satis datum.
 col. fi. ff. qui satis d. cog. vbi post Saly. in d. l. fi. di-
 cit illum tex. esse singularem, & alibi non reperi-
 ri, vt eos refert & sequitur ex recentioribus, Aem-
 165 milian. in cons. 126. quæritur. nu. 1. ver. contrariū.
 & nu. 3. & iterum in cons. 151. vxor. nu. 14.

Ex quibus omnibus cum fuerint explicata
 ea, quæ priuilegia attentatorum respicere vide-
 buntur, reliquum nunc est, vt pro præsentis ma-
 teriæ complemento, ad pœnas, quæ contra at-
 tentantes sunt introductæ transitum faciamus.

CAP. XXXI. DE Pœ- nis Attentatorum.

SVM MARIVM.

- 1 Attentare sapit delictum.
- 2 Attentans eodem tempore ius iudicem, & partem of-
 fendere dicitur.
- 3 Attentare, ista vox sonat in malam partem.

- 4 Spoliatio, quæ sit lite pendente dicitur odiosior cæteris.
- 5 Attentantium temeritas pluribus pœnis cohercetur.
- 6 Pœna contra attentantes quædam fuerunt introductæ
 de iure digestorum, quædam verò additæ de iure
 Codicis.
- 7 Attentantis, Prima pœna est, quia nulliter agit, non so-
 lum actum, quem facit attendendo, verum eum
 alium, quem faceret non purgatis attentatis, puta
 sententia in causa principali, quoniam & ipsa est
 nulla, vt infra, num. 13.
- 8 Contractus factus super re litigiosa dicitur ipso iure
 nullus.
- 9 Nullitas actus dicitur esse pœna.
 Præsertim quando fit in odium personæ ipsi actum
 explicantis, vt num. 10
 Secus si nullitas resultat ex defectu alicuius solemniti-
 tatis, vt num. 11.
- 12 Effectus autem huius nullitatis est, quia si occasione
 huiusmodi actus nulli, & attentati pateretur remis-
 soria, vel compulsoria specialia non dicuntur rele-
 uantes.
- 14 Attentantis Secunda Pœna est, quia tenetur rem re-
 ponere in pristinum, & eum, in quo antequam at-
 tentaretur erat statum, quando attentatur circa re.
- 15 Quod si extra rem tunc actus debet retractari, & in
 pristinum statum reponi.
- 16 Retractatio actus dicitur pœna.
- 17 Attentantis Tertia Pœna est, quia condemnatur in
 fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt, &
 infra num. 18.
- 18 Condemnatio ad restitutionem fructuum appellatur
 pœna.
- 19 Fructus post litem contestatam dicuntur venire in pœ-
 nam illius, qui maluit litigare, quam re restituere.
- 20 Fructus restituere regulariter tenetur attentans & in
 eis per iudicem condemnari.
 Etiam in illis, quos percipere potuisset vt num. 21.
 Etiam si in sententia nihil fuisse dictum de his quos
 percipere potuisset, dummodo fuerint percepti
 ab aliquo tertio habente causam ab attentante.
 num. 22. &
 Etiam si dicti fructus consisterent in distributionibus
 quotidianis. num. 23.
- 24 Distributiones quotidianæ non dicuntur veri fructus.
- 25 Condemnatus in fructibus tenetur ad restitutionem di-
 strictionum, quando litigatur super canonicatu,
 & præbenda.
 Licet aliqui contra, vt num. 26.
- 27 Stylus Rotæ vtranque opin. concordans habet, vt de-
 beat contra possessorem fieri protestatio, quod vel
 diuini inseruiat, vel possessionem dimittat.
- 28 Protestatio, quod vel diuini inseruiat, vel possessionē
 dimittat, vt faciat in condemnatione fructuum veni-
 nire quotidianas distributiones, debet fieri princi-
 palis.
 Nec facta procuratori sufficeret, vt num. 29.
 Etiam si esset procurator specialis, vt num. 30.
- 31 Condemnatio facta in fructibus regulariter intelli-
 gitur de perceptis iure ordinario, non autem iure
 speciali.
- 32 Protestatione facta sub hac forma, quod dimittat pos-
 sessionem cum ipse intendat ire ad residendum in
 canonicatu alias protestatur de fructibus, & emo-
 lumentis etiam qui percipi potuerunt, & de omni-
 bus quæ de iure protestari potest, non veniunt distri-
 butiones quotidianæ.
- 33 Distributiones quotidianæ, vt veniant in restitutione
 fructuum

fructuum protestatio duo debet continere, primum quod paratus est ire ad residendum. Secundum protestari nominatim de distributionibus.

34 Fructus quos percipere potuisset, tunc tenetur attentans restituere, quando attentavit post inhibitionem. Etiam si fuissent percepti a tertio in quibus post inhibitionem fuerit translata, vt num 35.

36 Attentans non tenetur ad fructus, quos percipere potuisset, quando attentata reuocari non possunt ad instantiam partis, sed dumtaxat ex officio iudicis.

37 Condemnatio in fructibus, qui percipi potuerunt, ita demum fit si petatur a parte.

38 Attentans non tenetur ad fructus, qui percipi potuissent si aliquam iustam causam habeat, quae illum a restitutione excuset.

39 Attentans si probet se fructus non percepisse, sibi prodest, vt contra eum non fiat executio.

40 Spoliator si habet aliquam rationabilem causam, vel colorem, tunc contra eum non fit condemnatio in fructibus, quos percipere potuisset.

41 Mandatum relaxatum contra condemnatum in fructibus regulariter non est contra eum exequendum, quando dat alium, qui fructus percepit.

42 Fructus per attentantem restituendi sunt per eum, & suis expensis deferendi ad domum eius, qui attentata passus est.

43 Attentans non admittitur ad beneficium c. odoardus. de solut. Nisi in fauorem attentantis concurrerent aliqua coniecturae, quae illum excusarent, puta quia esset minor, & cepisset possessionem vigore alicuius breuis quod prima facit videbatur sufficiens, vt infra numero 48.

Nisi fuisset condēnatus in fructibus in secunda instantia, & attentans in prima instantia habuisset sententiam in fauorem, vt infra num. 49.

44 C. odoardus de solut. & illius beneficium non communicatur doloso.

45 Attentans dicitur esse in dolo.

46 Attentata lite pendente dolum arguunt.

47 Condemnatus per tres conformes non gaudet beneficio c. odoardus.

50 Spoliatus admittitur ad cessionem bonorum pro fructibus, & expensis in quibus in secunda instantia est condemnatus, quando ille in prima instantia reportauerat sententiam in fauorem.

51 Fructuum condemnatio in attentatis non solum fit ad instantiam partis, verum etiam fieri potest ex officio iudicis, etiam fructibus per partem non petitis.

52 Iudex in iudicio rei vendicationis potest etiam in fructibus non petitis condemnare secundum opi. Ant. de Butri. Quae magis aequa, & iuri consona reputatur numero 53.

Et aliam secundum eam fuit iudicatum, vt nume. 54. Praesertim quando per actorem fuit generaliter petitum sibi ius, et iustitiam administrari, vt nu. 55.

56 Iudex pronuntians beneficium alicui debitum potest in fructibus etiam non petitis condemnare.

57 Poena debet esse correptiua, & commensurari delicto.

58 Iudex per attentantem plus videtur offendi, quia pars.

59 Iudex potest attentantem etiam in expensis non petitis condemnare.

60 Iudex licet condemnare attentantem possit in fructibus perceptis, etiam non petitis non tamen potest, quoad eos qui percipi potuerunt.

Et ratio assignatur, & soluitur contrarium, vt numero 61.

62 Aequitatem debet Iudex ante oculos habere.

63 Fructus non petiti in quibus Iudex attentantem condemnauit sunt parti applicandi si pars poterat attentatorum reuocationem obtinere. Secus si non potuisset attentatorum reuocationem tenere, puta quando constaret notorie de non iure suo, quia tunc essent sequendū, & ei qui in petitorio obtinuerit consignandi num. 64.

65 Interesse plurimum videtur habere finitima rem cum fructibus sequestratis.

66 Fructus regulariter veniunt a die motae litis.

67 Attentans tenetur ad fructus a die attentionis, & intrusionis.

68 Attentans dicitur esse in mala fide.

69 Mala fidei possessor tenetur ad fructus a die occupationis.

70 Violentus spoliator tenetur ad fructus a die violentiae.

71 Attentans equiparatur violento.

72 Depositorum pro fructibus fieri non potest in causa attentatorum. Nec in causa spoliij nu. 73.

74 Verbalis oblatio non sufficit pro purgatione attentatorum, sed illa sunt effectualiter purganda. Licet aliqui hoc darent pro cautela, quae tamen non videtur admittenda, vt nu. 75.

Nisi depositum permitteretur ex aliqua causa Patribus bene visa, vt nu. 76.

Et tunc debet esse totius, & integra summa, vt numero 77.

78 Fructuum compensatio non admittitur in attentatis. Sicut nec inter spoliantes nu. 79.

80 Excommunicatus appellans, & interim priuatus fructibus, si obtineat pronunciarum excommunicationem fuisse iniustam, fructus tamen deperditos non recuperat per viam attentati. Sed per viam quarelae, vt nu. 81.

82 Attentans non tenetur ad fructus, quos percepit, ei qui passus est attentata, quando de illius non iure notorie constat.

83 Pauper si sit attentans Signatura dat commissionem, quod fructus, & expensae referuntur in fine litis.

85 Fructuum solutio, in quibus quis in causa attentatorum fuit condemnatus non est facienda in curia, sed in partibus. Etiam si condemnatio fuisset facta in curia, vt nu. 86.

87 Fructus qui tempore sententiae erant pendentes, executionis vero tempore erant separati a solo, & in area, penes colonum in executionem sententiae capi possunt. Et ratio assignatur, quia tunc veniunt tanquam pars rei, vt nu. 88.

Et ad materiam attentatorum extendi potest, vt numero 89.

90 Fructuum restitutio per attentantem fit dummodo a parte petatur.

91 Tertius qui non est in lite non potest se opponere, & impetire, quo minus is, qui pretenditur attentasse (si in causa principali obtineat) fructus consequatur.

92 Decretum irritans de quo in c. ij. vt lit. pen. in 6. inficit ita possessionem, vt omni prorsus iuris adminiculo carere videatur.

93 Decretum irritans non operatur, nisi, eo volente in cuius prauiudicium fuit attentatum.

Iudex

94 In lex tenetur attentata reuocare, sed intelligitur si a parte petatur.

95 Litis pendencia facit attentata non omnino pure, sed conditionaliter, si colligans voluerit allegare litis pendenciam, & in rusionem.

96 Attentans Quarta poena est, quia debet in expensis condamnari, & infra nu. 104.

97 Condemnatio in expensis an sit poena remissiuē. Et dicitur poena, saltem respectu soluentis nu. 98.

99 Condemnatio in expensis in curia semper fieri solet praesertim in Rota.

100 Attentatorum causa, quoad condemnationem in expensis videtur habere aliquas prerogatiuas, vide licet.

101 Quod possit fieri post sententiam, & ex interuallo, & infra nu. 105.

102 Quod etiam pro expensis sit facienda executio antequam cognoscatur de negocio principali, & 103 Quod expensae taxari possint etiam ante prolationem sententiae in negocio principali.

104 Condemnatio in expensis in causa attentatorum potest fieri etiam post sententiam, & ex interuallo. Dummodo sententia, in qua fuit omissa condemnatio expensarum transierit in rem iudicatam, vt infra nu. 09.

106 Iudex debet regulariter in ipsa sententia condemnare victum victori in expensis. Alias facit litem suam secundum aliquos, vt numero 107.

Etiam si non fuerit hoc petitum, vt nu. 108.

110 Taxatio expensarum si fiat appellatione pendente etiam a sententia lata in causa attentatorum, reuocatur per viam attentati.

111 Iudex potest in sententia attentatorum condemnare in expensis etiam si illa non fuerint petita.

112 Condemnatio in expensis ad hoc vt fieri possit, licet secundum opi. Bart. debeat peti, Stilus tamen, & communis obseruantia tam curiae delphinatus, quam Camerae Imperialis contrarium habet, vt nu. 113.

Immo hoc etiam de iure communi procedere dicendum est, vt nu. 114.

Secundum magis commu. opi. nu. 115.

116 Iudex etiam quando procedit ex officio debet illi, qui causam prosequitur, victum condemnare in expensis.

117 Expensae factae in causa attentatorum peti possunt, etiam si super negocio attentatorum fuerit inter partes transactum, & concordatum.

118 Expensae alias regulariter etiam post transactionem in causa peti possunt. Et ita in iudicando seruatur secundum aliquos, vt numero 119.

Licet aliqui contra, vt nu. 120.

121 Expensae cotumaciales veniunt etiam post transactionem in causa principali, licet de aliis non videatur absolutum.

122 Expensae attentatorum possunt in effectu appellari cotumaciales.

123 Principali sublato non videtur tolli accessorium, quoad condemnationem expensarum in causa attentatorum per Iudicem (etiam postquam causa principalis fuit transactioe sublata) faciendum.

124 Officium Iudicis, quo ex se absque partis instantia Iudex attentata reuocat dicitur nobile, non autem mercenarium.

125 Iudex in causa attentatorum non potest sibi condemnare

nationem reseruare, sed statim partem ad eas reficiendas cogere debet secundum aliquos. Licet non sit omnino verum, vt nu. 126.

127 Depositorum pro expensis in causa attentatorum non admittitur. Licet aliqui aliter censerint, vt nu. 128.

129 Compensatio non admittitur in hac expensarum refectioe.

130 Expensae etiam factae in priori Iudicio veniunt in reuocatione attentatorum.

131 Attentans si habuit primam sententiam in fauorem videtur excusandus a refectioe expensarum si in secunda, vel tertia instantia reportauit deinde sententiam contra.

132 Iusta causa litigandi solet alias regulariter ab expensis excusare. Secundum commu. opi. nu. 133. Praeterquam in Curia Romana, in qua raro praesertim in Rota haec iusta causa admittitur secundum aliquos, vt nu. 134.

Nisi iusta causa resultet ex eo, quod quis in prima instantia reportauit sententiam in fauorem, & in secunda, vel tertia instantia succumbat ex nouiter deductis, vt num. 135.

136 Expensae non reficiuntur per condemnatum in secunda, vel tertia instantia, si ille in prima obtinuit, & condemnatio praedicta sit ex nouiter deductis. Secus si succumbat ex eisdem, vt nu. 137. Et haec distinctio communiter tenetur, vt nu. 138.

Nisi nouae probationes concernerent factum proprium ipsius succumbentis, quia tunc non excusatur ab expensis nu. 139.

140 Succumbens in alia instantia ex nouiter deductis quomodo veniat ab expensarum refectioe excusandus, remissiuē.

141 Sententia ubi reuocatur ex nouiter deductis pars non condemnatur in expensis. Praesertim si adsit aliqua iusta causa Iudici bene visa, prout quandoque solet facere Rota, quando narratur paupertas, vel minor aetas nu. 142.

143 Paupertas si allegatur ad effugiendam refectioem expensarum, tunc constituto de paupertate, vel attentans esset admittendus ad beneficium c. odoardus. de solut. Vel expresse reseruandae in fine litis, vt nu. 144.

145 Signatura concedere solet, quod expensae referuntur in fine litis, quando allegatur paupertas. Dummodo commissio habeat narratiuam spoliij attentati, alias reseruatio attentanti non suffragatur nu. 146.

147 Attentans si expensas reficere ob paupertatem non potest, potest admitti ad beneficium c. odoardus. de solut. Licet secus sit in fructuum restitutione nu. 148. Et ratio diuersitatis assignatur nu. 149.

150 Expensae attentatorum etiam si non fuerint totaliter refectae, potest in negocio principali procedi ex iusta causa, & partibus bene visa.

151 Taxatio expensarum in causa attentatorum fit, & regulatur, vt hic, videlicet, Pro sententia, tantum, quantum pro diffinitiuā. Pro regesto quantum extimatur. Pro procuratore, sollicitatore, & aduocato ad arbitrium Iudicis.

152 Iudicis arbitrium in taxandis expensis cessat, quando quis verē, & plenē probaret se tantum erogasse.

153 Procurans, vel a luocans in causa propria regulariter expensas pro procuratore, vel aduocato refete Tract. de Attent.

- re non potest. Nisi petat non ut salarium, sed ut damnum, & in teresse. num. 154. Secundum commun. opin. secundum quam fuit aliis iudicatum. 155.
- 156 Expensæ attentatorum si non sint liquida non retardant processum in negotio principali. Et si pars illarum est liquida pro illa sit refectio, & pro alia quancumque superuenierit liquidatio. nu. 157. Quod etiam ad damnorum, & interesse refectioem extenditur. nu. 158.
- 159 Reuocationem attentatorum temerè petens est in expensis condemnandus. Tamen condemnatus si illas non rescieret non per hoc prohibetur procedi in petitorio, vt nu. 169. Licet secus sit in attentante condemnato. numero 161. Et ratio diuersitatis assignatur remissiuè. numero 162.
- 163 Passus attentata, & spoliū attentatum si superses petitorio possessorio per tres sententias succubuerit potest absque expensarum refectioe conuolare ad petitorium.
- 164 Attentantis Quinta pœna est, quia tenetur ad damna & interesse. Et sunt resarcienda etiam antequam procedatur in negotio principali, vt infra nu. 169.
- 163 Damna non continentur sub nomine, & pœna fructuum, vel expensarum.
- 166 Spoliator tenetur spoliato ad damna, ita vt vsque ad obolum satisfacere teneatur.
- 167 Violentus tenetur ad damna, & interesse.
- 168 In iudiciis restitutoris possessoris ex dispositione legis veniunt damna, & interesse.
- 170 Damna possunt probari per iuramentum, attentationes per testes, vel alias legitime probata.
- 171 Probatio damnorum per iuramentum admittitur, quādo iudex in violento. An autem debeat precedere taxatio, vel pars citanda, hic remissiuè. nu. 172.
- 173 Damna resarcienda in causa attentatorum veniunt nō à die litis contestatæ, sed à die attentationis. Etiam si respicerent sumptus factos in conuocandis amicis, vt nu. 174. Et etiam si attentatum non fuerit perfectum. numero 175.
- 176 Depositum non sufficit facere de istis damnis pro purgatione attentatorum.
- 177 Damnum in causa attentatorum non est resarciendum, quando non prouenit ex actu, qui pretenditur attentatus, sed ex actu, quem quis licitè fecit, & illum faciendo dicitur vsus iure suo. Et ponitur exemplum. nu. 78. Dummodo illa sint liquida, vt nu. 179.
- 180 Attentantis Sexta pœna est, quia possessionem attendendo capiens, si ex spoliatur non restituitur. Fallit in casu, de quo infra nu. 195. Nec in ea est manutenendus, vt infra nu. 184.
- 181 Possessio attentata non est restituibilis.
- 182 Indulta non capiunt beneficia litigiosa.
- 183 Execrabilis spoliatus non restituitur.
- 184 Mandatum de manutendo non est ei concedendum, qui attendendo possessionem est adeptus.
- 185 Possessio attentata non manutinetur. Etiam si attentans prius possederit, & pretextu continuationis velit excusare at. t. a. numero 187.
- 186 Attentans si antequam de sua possessione attendat di scuteretur, fuerit per Auditorē Camere in eam manutentus, & deinde contra eum in Rota fuerit commissa causa attentatorum cum clausula si e præiudicio legitime executionis dicti mandati de manutendo, potest super utroque simul procedi.
- 188 Continuare quis possessionem non dicitur à qua antea fuit eiectus. Nisi id fuerit factum incontinenti, & per modum recuperationis. nu. 189.
- 190 Absolutoria non datur attentanti, qui commisit causam Iactationis, & Iactationum.
- 191 Reus dicitur committens causam Iactationis.
- 192 Possessio attentata non manutetur commodum possessionis.
- 193 Inhibitio iuxta formam commissionis datur etiam ad instantiam attentantis. Immo si eius commissio fuerit reformat. & vigore commissionis reformatæ petatur inhiberi, additur clausula sine præiudicio precedentis inhibitionis. num. 194.
- 196 Attentantis Septima pœna est, quia non potest dare obiectus.
- 197 Reus, & possessor potest dare obiectus cum sufficiat sibi vincere per non ius actoris.
- 198 Attentantis Lite pendente Octaua pœna, quia rem litigiosam præscribere non potest.
- 199 Vitium litigiosi licet alienationem in possessione impediat, non tamen impedit acquisitionem ab eo fieri.
- 200 Litigiose rei dominum potest possessor acquirere secundum aliquos. Præterquam per prescriptionem, vt infra nu. 203.
- 201 Prescriptione acquiruntur dominium.
- 203 Attentantis similiter Lite pendente Nona pœna quæ tam emptorem, quam venditorem respicit, est vt
- 204 Emptor scienter rem litigiosam emens teneatur rem reddere, & prætium perdere fisco applicandum.
- 205 Vendens scienter rem litigiosam prætium emptori reddat, & tertiam partem de suo.
- 206 Emptor, & venditor si scienter super religiosa contraxerunt, tunc emptor non agit contra venditorem, nec ad prætium, nec ad tertiam partem de suo.
- 207 Attentantis Lite pendente, Decima pœna est (quando scilicet et suus in interdictione vti possidit) quia condemnatur ad desistendum à turbatione, & molestatione, & consequenter videtur perdere ius si quod habet in dicto iudicio retinenda.
- 208 Attentantis Lite in iudicio finium regundorum pendente. Undecima pœna est, quia non solum est occipatam restituit, sed tantundem de suo. Et si non habet tantundem de suo, tenetur nihilominus ad interesse, vt num. 209.
- 210 Pœna. l. si consiterit. C. finium regum. non exigitur in primis, & ante omnia, & ex privilegio attentatorum, sed post litem finitam.
- 211 L. si consiterit. C. fin. regund. declaratur remissiuè.
- 212 Attentantis Lite similiter pendente, & contra dispositionem. l. si quis in tantam. C. vnde vi. Duodecima pœna est, vt attentans cum violentia, cadat à iure suo si est dominus, & rem restitua, si non erat dominus possessionem, vna cum rei extimatione restituere compellitur.

- 213 Attentans lite pendente, & contra inhibitionem cadit à iure suo, si hoc fuit in inhibitione expressum.
- 214 Pœna. l. si quis in tantam, quatenus ageretur pro recuperanda possessione, quæ fuit lite pendente, & per violentiam occupata procedi potest via priuilegiata attentatorum. Secus si ultra ageretur ad pœnam ammissionis domini, vel estimationis, vt nu. 215.
- 216 Tunc enim agendum conditione ex illa. l. vt nu. 216.
- 217 Officium Iudicis cessat vbi agitur ad pœnam conditione ex aliqua.
- 218 Attentantis Appellatione pendente Decimatertia pœna est, quia priuatur beneficio, & facultate appellandi, & infra nu. 224. Licet aliqui aliter senserint, & male, vt infra nu. 226.
- 219 Pœna dicitur non posse appellare.
- 220 Pœnalis dicitur dispositio, qua quis excluditur à prosecutione appellationis.
- 221 Attentans videtur diabolo odiosior, cum illi si foret in iudicio permitteretur appellatio, attentanti autem hoc casu denegetur.
- 222 Can. sit. de appell. primus intellectus, quod ibi datur de attentatis per modum exceptionis.
- 223 Punendus in eo quis est, in quo deliquit.
- 224 Attentans plus Iudicem offendit, quam contumax.
- 225 Attentans appellatione pendente non priuatur facultate appellandi in diuersa causa sed tantum in eadem causa, vel saltem connexa. Secundum commun. opi. vt nu. 228.
- Nisi appellatio interposita in diuersa causa tederet ad differendam reuocationem attentatorum antea commissorum, vt nu. 229.
- 230 Attentans appellatione pendente non censetur perpetuo exclusus à facultate appellandi sed pro prima vice.
- 231 Attentans, vt priuatur facultate appellandi debet passus attentata probare incontinenti attentationem, non autem ex interuallo.
- 232 Tex. in dicto c. an sit. de appell. ibi incontinenti, an stet narratiuè, vel dispositiuè remissiuè.
- 233 Probatio attentationis in capitulo, an sit. de appell. infra quantum tempus fieri debeat relinquitur arbitrio Iudicis.
- 234 Can. sit. de appell. secundus intellectus.
- 235 Attentantis similiter Appellatione pendente, Decima quarta pœna est vt appellans attendendo censetur sua appellatio renunciare.
- 236 Priuilegiatus faciens actum contrarium suo priuilegio censetur illi renunciare.
- 237 Renunciatio facta appellationi, ex eo quia appellatione pendente attendit durat nedum donec fuerint purgata attentata, verum etiam perpetuo. Secundum commun. opinionem de qua infra numero 240. Licet aliqui contrariam senserint opinio, vt numero 238. Quæ opi. etiam magis æqua dicitur, vt nu. 239.
- 241 Appellans, & attentans non solum spoliando, verum etiam appellatum turbando, censetur sua appellationi renunciare.
- 242 Iudicis Appellatio ab eo in criminalibus interposita attentantis Decima quarta est pœna deportationis in certis casibus. Nisi loquatur de iure canonico, quo iure est pœna depositionis, vt infra nu. 243. Vel quia Iudex in eo solum perisset, quia appellatio non detulit, non autem quia ultra etiam atten-
- tasset, vt nu. 244. Vel quia fuisse periculum in mora, vt nu. 242.
- 245 Iudex nō deferens appellationi, varias sustinet pœnas.
- 246 Iudex ob id solum, quod appellationi non detulit, non punitur pœna deportationis.
- 247 Appellationi etiam ab interlocutoria Iudex non deferens punitur, quando in ea est expressa talis causa, quæ si foret vera, appareret de grauamine.
- 248 Iudex procedens post appellationem ab interlocutoria regulariter non attentat, nisi etiam sit inhibitus.
- 250 Iudicis similiter Appellatione ab eo in causa Ciuili interposita attentantis Decima sexta est pœna triginta pondus auri de iure Ciuili. De iure vero Canonico est pœna arbitraria, vt numero 251.
- 252 Pœna tamen supra dicta non incurruntur, quando Iudex solum appellationi non detulit.
- 253 Attentantis post Inhibitionem Decima septima est pœna, vt declaratur incidisse in omnes pœnas in inhibitione contentas.
- 254 Magistratui cui libet licitum est etiam pœnali iudicio suam iurisdictionem tueri.
- 255 Iudicis contempta dignitas in attentantis vindicari dicitur.
- 256 Litigantes, ac etiam Iudices declarari possunt incidisse in pœnas in inhibitione contentas.
- 257 Attentans lite pendente se in possessionem beneficii intrudens, efficitur inhabilis ad obtinendum substitutionem iuxta regulam de subrogandis Collatis. & est Decima octaua pœna. Quod videtur etiam esse de iure communi, vt nu. 258.
- 259 Intrusus impetrans gratiam tenetur in ea facere mentionem de sua intrusione, alias gratia esset nulla. Et est specificè exprimitur, vt nu. 260. Nisi gratia esset non omnino noua, sed ageretur de acquirendo, & obtinendo aliquid concernens gratiam ante intrusionem obtentam, vt num. 261. vbi ponitur exemplum.
- 262 Resignatarius si ante præstitit consensum per resignatorem lite pendente possessionem capiat, talis intrusio non impedit, quominus consensu præstari possit.
- 263 Mentio sufficiens de intrusione non dicitur, si in supplicatione narraretur possessio suppl. cantis in genere, & in clausulis fieret etiam mentio litis.
- 264 In dubio intelligendum est de possessione legitima.
- 265 Clausula accessoria ad gratiam subreptiuam censetur, quando gratia principalis est subreptiuam.
- A**TTENTATA delictum sapere ex eo satis constat, quod attentans eodem tempore Ius, Iudicem, & partem offendere dicitur, ad no. in c. cordi. de appell. in 6. & per Franc. in c. bonæ. nu. 14. & 39. de appell. Natta. in consil. 568.
- 3 quidam patres. sub nu. 4. libro 3. & ista vox sonat in malam partem, vt dicit Aegid. decisio. 18.
- 4 oneratio, & spoliatio quæ fit lite pendente dicitur esse odiosior ceteris, vt aliis dictum est, & post alios tradit Io. de Neuzza. in consil. 82. pro Hieronymo. sub nu. 12. Vnde non immeritò contra attentantes certæ sunt pœnæ à iure introductæ, & plurimis pœnis attentantium temeritas cohercet, & hoc loquendi modo sapè vtuntur doctores, quod in pœnam attentantis fit reuocatio, vt in decis. 2. aliis 14. fuit dubitatum, de re situt. spoliato. in no. & alibi passim. Est autem sciendum, quod licet antiquitus de iure digestorum contra attentantes, & rem litigiosam alie-
- Tract. de Attent. Y 2

nantes nonnullæ essent pœnz introductæ, prout erat illa, quod attetans si cadebat à possessio-
ne, & vellet se ad eam restituere, hac exceptione re-
pellebatur, & quod ille non poterat rem litigio-
sam præscribere, & quod in certis casibus, puta
si rem litigiosam in sacrâ dedicasset tenebatur
in duplum parti, & de iure nouo Codicis fuerit
illud additum, quod contractus factus lite pen-
dente super re litigiosa sit nullus ipso iure, &
quod accedens ad contractum rei litigiosæ secun-
dum casus diuersitatem nonnullis aliis etiam pe-
cuniariis pœnis afficiatur, quæ ponuntur in l. fi-
na. C. de litigiosis. de quibus omnibus habetur per
Bart. in l. 1. numero 3. ff. de litig. & in dicta l. fin. in
princip. versic. debetis scire, & ibidem Salyc. sub
numero quarto, versic. oppono. de l. 1. Quia tamen
pœnz supradictæ nõ videntur vniuersaliter om-
nia attentatorum genera respicere, sed dunta-
taxat alienationem rei litigiosæ, & consequenter
attentata, quæ sunt lite pendente, contra eos
autem, qui aliter quam lite pendente, attentat,
etiam aliæ videntur introductæ pœnz, de qui-
bus proximè dicemus, & insuper materia quo-
que dictarum pœnarum ob alienationem rei litigio-
sæ incurfarum, à Bart. non admodum plenè vide-
tur explicata, pro complemento præsentis tra-
ctatus necessariū omnino videtur plenius Bart.
& aliorum dicta reassumere, & omnes pœnas, quæ
tam vniuersaliter in omni attentatorum genere
procedunt, quam quæ particulariter in singulis
illorum generibus sibi locū vendicant clarius sub
ordinare, nullā in hoc vim faciendo, quod vna,
seu altera potius de Iure nouo Codicis, quam
antiquo digestorum fuerit inuenta: hæc enim
consideratio nõ videtur in aliquo releuare, cum
Ius nouum non corrigendo, sed addendo pro-
cesserit, vt bene ponderant Bart. & Saly. vbi su-
pra. Cùmque à generalioribus sit incipiendum,
ad nõ, per docto. in rubric. ff. si cert. petat. in pri-
mis pœnas, quæ ad omnia attentatorum genera
posse esse communes proponemus, mox quæ
particularia attentata respiciunt. nu. 198. subiicimus.
Inter vniuersales autem illa

Prima pœna contra attentantes à Iure in-
troducitur, quod attentans nulliter agit, & facit
actum regulariter ipso iure nullum, & ideo con-
tractus factus super re litigiosa regulariter dicitur
ipso iure nullus, vt habetur expressè in l. fin.
C. de litigiosis. & attentata dicuntur esse ipso iure
nulla, vt abundè declarauimus supra in 2. parte
cap. 12. de attent. app. pend. in 17. ampliat. prin-
cip. per totam. præsertim in 3. ampliat. regulæ ibi
positæ. numero 14. vbi hoc in omni attentato-
rum genere procedere admonuimus. Nullitas
autem actus dicitur esse pœna, ad nõ. in cap. di-
spendia. §. fin. de rescript. in 6. l. senatus. ff. de con-
trahe. empt. & per dicta iura Cassad. decisione
6. lite pendente. sub nu. 5. versic. vltimo, ad fi. de præ-
ben. & decisio. 3. incip. super eadem regula super
reg. Cancell. & decisio. 14. propositum similiter su-
per regul. Cancell. Alciat. consilio secundo, duo
sunt, numero 27. lib. 2. & iterum cons. 31. in sen-
tentia. numero 4. eo. lib. & latius Mandos. super
regulis Cancell. de Minoribus, q. 6. numero 2. &
melius per Boer. decisio. 1. quæritur vtrum. nume.
16. vbi alios allegat, qui ibidem nu. 17. ad propo-
situm nostrum subdit, quod tunc verè nullitas

dicitur esse pœna, quado inducitur, & fit in odiū
personæ actum explicantis, & secus quando nulli-
tas resultat ex defectu alicuius solenitatis, quia
tunc non esset pœna, & pluribus autoritatibus
hanc distinctionem subitinerè conatur, In casu
autem nostro nullitatem induci in odium at-
tentantis indubitati iuris est, attento, quod at-
tentantes maximo iura prosequuntur odio, cū
offendere dicantur Ius, Iudicem, & partem, ad
nõ. in c. cordi de appell. in 6. & tradit Rot. decisio.
2. aliàs 14. fuit dubitatum, & decisio. 5. aliàs 25. ex
quibus de restitu. spoliat. in nõ. Effusus autem
huius nullitatis potest esse admodum utilis,
quia ea ratione remissoria, vel compulsoriales
speciales petitæ non censentur esse releuantes,
vt fuit dictum in vna Nursina spoliæ corâ D. meo
Oradino, 12. Iunij 1559. in qua, cum pars instaret
pro remissoria, & compulsorialibus ad proban-
dum per testes, & per scripturas, quæ aduersa-
rius replicabat non esse releuantes, ex quo om-
nia fuerant gesta post inhibitionem, & super hoc
dubitaretur, Domini dixerunt, quod neque re-
missoria, neque compulsoriales essent releuan-
tes: Et pro ampliacione potest dici, quod atten-
tans non solum sustinet pœnam nullitatis actus
attentati per supra dicta, verum etiam nullita-
tem processus & sententiæ latæ in eius fauorem
in negotio principali, non purgatis ante omnia
attentatis, quoniam tales processus, & sententiæ
dicuntur nulli, vt diximus supra in cap. præcedē-
ti in vltimo priuilegio. nu. 159.

Secunda est pœna, quia attentans pro pur-
gatione attentatorum tenetur rem reponere in
pristinum, & eum in quo ante attentacionem erat
statu, quando fuisset attentatū circa rem, quod
si sit attentatum extra rem debet actus attenda-
tus retractari, & in pristinum statum reponi, vt
latius de hac repositione in pristinum statum di-
ximus supra in hac 3. parte, cap. 29. de purgat. at-
tent. numero 77. & seq. Næc autem retractatio
actus dicitur esse pœna, vt est cõmu. opi. de qua
post Boer. decisio. 1. testatur Bapt. Villallob. in re-
colle. c. commu. opi. litera R. nu. 57. versic. retracta-
tio actus.

Tertia pœna est, quia attentans non solum
tenetur pro effectuali attentatorum purgatione
rem restituere in pristinum statu, vt supra pro-
ximè dictum est, & verum etiam condemnari debet
ad restitutionem omnium, & singulorum fru-
ctuum nõ solum per eum medio tempore perce-
ptorum, sed & qui percipi potuerunt, vt tradit
Rot. decisio. 5. aliàs 25. ex quibus inferebatur, de
restitu. spoliator. in nõ. & hæc condemnatio ad re-
stitutionem fructuum non incongruè potest ap-
pellari pœna, prout etiam eam appellat Rot. de-
cisio. 30. aliàs 554. vtrum spoliator. de re iudica. in
antiquo. Cùm, & aliàs, in pœnâ illius, qui maluit
litigare, quam rem restituere, fructus post litem
contestatam venire dicantur, ad text. in l. nemo
rem. §. si post moram. ff. de verb. oblig. tradit Al-
ciat. in cons. 29. requisitus. num. 2. libro 5. Verum
quia materia huius tertie pœnæ condemnationis
in fructibus, sicuti quotidiana est, ita non est
admodum in iure expedita, & conclusio proximè
posita nõ est perpetua, sed nonnullas recipit de-
claraciones, idcirco omissis disputationibus,
& inhærendo his, quæ frequentiori calculo à do-
cto. te

& teneri videntur, ea omnia, quæ hanc materiã
condemnationis fructuum concernere possunt,
per viam regulæ, ampliacionum, limitationum,
ac deniq; declarationum cõplectemur: Sit itaque
in proposito vniuersaliter concepta

Regula, quod attentans debet fructus re-
stituere, & in eis debet per Iudicem cõdemnari.
Rot. decisio. 5. aliàs 25. ex quibus, de restitu. spoliat.
in nõ. & decisio. 34. aliàs 482. nota, quod atten-
tans. de re iudi. in antiq. Mil. in verbo attentans
lite pendente. folio 20. & nõ, omnes præsertim
Bald. Card. & Franc. in vlti. not. in capi. bonæ. de
appell. & post eos Deci. in consilio, 200. viso. post
princ. vbi in id allegat etiam text. in c. cum dile-
ctus. de ordi. cognit. quod etiam tradit Cassad.
decisio. 6. lit. pend. nu. 3. de præben. & Maranth. in
Specul. in 3. parte sextæ partis princip. numero
395. & Ruyn. in cons. 75. quantum. sub numero 4.
lib. 5. & cons. 76. in princip. eo. lib. Vestr. in praxi
Ro. cu. libr. 8. cap. 4. sub numero 19. & apud eum
Grauat. num. 43. & post, plerosque ex supra alle-
gatis nouissimè Menoch. de recuperand. possess.
remed. 10. nume. 35. versic. quarto septimo, & Man-
dos. in tracta. commissio. in 14. formula commissio-
nis attent. in verb. fructus, & quod attentans
possit, & debeat in fructibus condemnari, fuit
aliàs resolutum in vna Palentina. canonicatus cõ-
ram A. Augustino. sub die 28. Nouembris 1548.
vt est deci. in recolle. Put. 3. incip. condemnatus.
sub Rubrica de fructibus, damnis, & inter. Quæ
Regula

AMPLIARI potest, &

Primò, vt attentans veniat condemnandus
non solum in fructibus perceptis, sed etiam in il-
lis, qui percipi potuerunt, vt sentit glos. in dicto
c. bonæ. in verb. statum, & ponit expressè Rot.
decisio. 5. aliàs 25. de restitu. spoliato. in nõ. & decisio.
34. aliàs 482. de re iudi. in antiq. Cassad. dicta de-
cisio. 6. de præben. Mil. Vestr. Menoch. & Put. in
locis supra proximè citatis.

Quam ampliacionem

Amplia, Primò vt attentans teneatur nõ solū
ad fructus, quos pcepit, sed & ad eos, quos per-
cipere potuisset etiam si in sententiâ fuit omissum
dicere de his, quos potuisset percipere, dum
tamè fuerint percepti ab aliquo tertio, qui cau-
sam habuerit ab ipso attentante condẽnato, vt
fuit dictum in vna Perusina attentatorum corâ
Puteo, vt est decisio in recolle. Achill. de grass.
140. fructus perceptos, sub rubric. de fructibus,
quod generaliter affirmauit etiam Mandos. in
tracta. commissio. in 14. formula commissio-
nis attent. in verb. fructus. Secundò amplia, vt in
huiusmodi cõdemnatione veniant etiam distri-
butiones quotidianæ: quæuis enim aliàs distri-
butiones non dicantur verè fructus, vt per
Cassad. dicta decisio. 6. sub numer. 8. & tradit late.
Prob. in addit. ad Io. Mohach. in c. vnico. sub nu.
52. versic. pro complemento, & sub nu. 57. versic.
item in proposito, de cleric. non resid. in 6. si ta-
men sit lis super canonicatu, & præbenda, &
possessor condẽnetur in fructibus tenetur, etiam
ad restitutionem distributionum quotidianarum,
vt in vna corâ domino de Pertra sancta, & in alia
Burgensi coram Simoneta tempore suo fuisse
factum refert Cassad. vbi supra num. 3. & modernis
temporibus idem sæpius tenuit Rot. vt sunt dec.

in recolle. Thom. de Ihanis 49. incip. capitulum
Forliuense, & alia in recolle. A. Augusti-
ni 11. incip. præsupposita. lib. secundo. Et quæuis
aliàs Nicol. Boer. in decisio. 340. statutum. per to-
tam, præsertim numero 3. postquam hinc inde
super hoc articulo multa recensuit, contrarium
concludere videatur, quod immo tales distribu-
tiones non sint restituendæ, vbi quamplurimos
huius sententiæ authores citare videtur (ad con-
cordiam tamen rediguntur considerata consue-
tudine, ac Itilo Rotæ, qui habet quod hoc, vt is,
qui obtinet sententiam possit recuperare etiam
distributiones quotidianas, debet apud acta cõ-
tra possessorem protestari, quod aut possides re-
spondeat, (& sic interessendo diuinis de distribu-
tionibus participet) aut possessionem canonica-
tus dimittat, qua protestatione præsupposita cõ-
dẽnatio facta in fructibus comprehendit etiam
distributiones, aliàs non facta protestatione ve-
ra esset opi. Boer. vt sentiunt etiam Domini in di-
ctis dec. in quibus inquirunt, quod ista est Rotæ
cõsuetudo, secundum quam ita etiam fuit tẽsū
in vna Oueten. præsentorum fructuum coram
Robusterio. 16. Iunij 1567. in qua nõ facta huius-
modi protestatiõne, ac interpellatione fuit dictum
distributiones quotidianas non deberi. Et est ad
uertendum, quod hæc protestatio est faciendæ
ipsi principali, nec facta procuratori, tẽtiam
speciali sufficeret, vt fuit conclusum in vna Con-
chen. portionis de bel monte coram Pereg. sub
die 1. Aprilis 1544. vt est in recolle. eiusdem de-
cisio. 12. aliàs 131. incip. fuit dubitatum. Aliàs non
præsupposita protestatione, distributiones quo-
tidianæ non venient, tẽtiam cum regulare sit, quod cõ-
dẽnatio in fructibus intelligatur de perceptis
iure ordinario, non autem de iure speciali, vt est
in recolle. Cottæ decisio. 78. Quinimmo etiam
præsupposita protestatione etiam legitimis per-
sonis facta, sub hac forma (quod debeat dimit-
tere possessionem, cum ipse protestans intendat
ire ad faciendam residentiã in canonicatu, aliàs
protestatur de fructibus, & emolumentis perce-
ptis, & percipiendis, & qui percipi potuerunt, &
de omnibus aliis, quæ de iure protestari, potest)
non veniunt distributiones quotidianæ, vt fuit
resolutum in vna Ilerden. fructuum coram D.
meo Orad. 24. Ianuarij 1556. & ratio est, vt colli-
gitur ex his, quæ in informationibus pro hac par-
te datis allegabantur, quia debuit in protesta-
tione duo exprimere, Primum, quod erat para-
tus ire ad residendum, & insuper ad inseruien-
dum, & interessendum diuinis, Secundum non
protestari simpliciter de fructibus, sed nomina-
tim de distributionibus.
Eandem ampliacionem similiter
Limita Primò vt procedat in eo, qui attenta-
uit post inhibitionem, secus si simus in eo, qui sim-
pliciter attentat lite pendente, hic enim licet
teneatur ad fructus perceptos, ad eostamè quos
percipere potuisset non videtur teneri, ille verò
teneatur ad perceptos, & quos percipere potuisset
ex intentione Dominorum in modernis de-
cisio. Quæuis enim Rota in dictis decisio. 5. aliàs
25. de restitu. spoliato. in nõ. & decisio. 34. aliàs 482.
de re iudi. in antiq. non videatur in hac materia
hanc distinctionem adhibere, Moderna tamen
Rota in vna Perusina. bonorum seu attentatorum
Tra. de Attent.

sub die 14. Junij 1549. coram Puteo, tenuit quod præsupposita inhibitione veniunt etiam fructus, qui percipi potuerunt, & à tertio, in quem res fuerat post inhibitionem translata fuerant percepti, vt super eadem causa extant in recollect. Putei decisio. 5. incip. fuit tamen, sub rubrica de fructibus, & in recollect. Acchil. de Grassis dec. 140. fructus perceptos, sub rubrica de fructibus, expens. & inter. Pro qua distinctione plurimum faciunt, quæ diximus supra in 2. parte, capit. 20. de attentatis post inhibitionem, in prima ampliati. regulæ ibi positæ. numero 1. & seqq. quod inhibitiõ facit illicitum, quod antea fuisset licitum, vbi de hoc multa exempla cõgessimus, ex quibus colligitur, quod plures efficaciares effectus operatur inhibitiõ, quàm simplex litis pendentia. Secundò, vt hæc condemnatio in fructibus, qui percipi potuerunt non possit fieri in omnibus illis casibus, in quibus Iudex ex officio, & non ad instantiam partis potest attentata reuocare, quos posuimus supra in hac tertia parte, c. 27. de Iud. & per quem attent. reuoc. num. 7. versic. circa primam inspectionem, quoniam, cum huiusmodi condemnatio in fructibus qui percipi potuerunt ita demum fiat si petatur à parte, vt proxime dicemus in 1. declarat. huius primæ ampliati. nu. 37. necessario sequitur, quod non fiat in illis casibus, in quibus non ad instantiam partis, sed ex officio attentata reuocantur, Quam primam ampliatiõnem pariter

37 Declara, Primò, vt per attentantem fiat hæc restitutio fructuum, qui percipi potuerunt, ita de iure si petatur à parte, vt est dicta dec. 34. aliàs 482. nota quod attentans. de re iudi. in antiq. & rectè etiã animaduertit Vestr. in dicto c. 4. sub

38 num. 19. Secundò quod si quã iustã causam habeat attentans, quæ illi possit aliquo modo excusare, tunc à restitutione quoque horum fructuum, qui percipi potuissent venit excusandus, licet à perceptis non excusetur, vt expressè declarat Rota in dict. dec. 5. in fi. & post eam Mil. in verb. attentans lite pendente. fol. 30. & Acchil. dicta

39 decif. 140. & sentit etiam Put. dicta dec. 4. dum dicunt, quod si attentans probet se non percepisse sibi prodest, vt contra eum non fiat executio, Pro qua facit in simili, quod dicit Rot. decif. 25. aliàs 597. si spoliatus. de restit. spoliato. in antiq.

40 Tquod si spoliator habet aliquam rationabilem causam, vel colorem, tunc contra eum non fit condemnatio in fructibus, quos percipere potuisset,

41 Tcum & aliàs regulare videatur, quod contra condemnatum in fructibus non sit mandatum exequendũ, quando dat alium, qui fructus perceperit, vt per decif. Crescent. 92. Mohed. 2. & 10. & Put. 4. supra allegata fuit decisum in vna Ilerden. liquidationis fructuum coram Caputaq. vt in recollect. eiusdem parte 1. decif. 237. incip. fructus.

42 Secundò regulam supra positam amplia, vt isti fructus, in quibus attentans venit condemnandus sint deferendi per attentantem, & eius expensis ad domum ipsius, qui passus est attentata, vt post Bald. tradit Franc. in c. bonæ. in vlt. not. de appell. cui adde Ruyn. in dicto cons. 75. quantum, sub nu. 4. lib. 5.

Tertio amplia, vt in tantum attentans condemnatus in fructibus teneatur ad illorum re-

stitutionem, vt si assereret se non posse illos restituere, & petat se admittere ad beneficiũ c. Odoardus, de solut. non sit aliquo modo audiendus, Quamuis enim is, qui facta bonorum excussione si pauper reperitur, soleat ad dictum beneficium admitti, vt ibi no. scribentes, Attentans tamen cõsetur ab huiusmodi beneficio exclusus. Quam ampliati. licet docto. specificè non ponant, illa tamen in se vera est, & colligitur ex pluribus Rotæ decisionibus simul iunctis, quoniã Rota in decif. 22. aliàs 83. nota quod vbi Monachus. de restit. spoliato. in antiq. & decif. 30. aliàs 554. vtrum spoliator. de re Iudi. in antiq. quibus

44 in hoc cõcordat dec. Tolof. 466. firmat, quod doloso non est aliquo modo tale remediũ communicandum, T attentantem autem esse in dolo expressè tradit Rot. dicta dec. 5. aliàs 25. & decif. 34. aliàs 482. & est in recollect. A. Augustini, dec. 11. incip. præsupposita. ad med. libro secundo, &

46 post alios, quod gesta lite pendente dolum arguant, tradit Bero. in cons. 120. concludo. nume. 33. libr. 1. Merito ergo concludi potest, quod attentans fructuum restitutionem minimè effugere possit, si offerat se velle bonis cedere, & cõuolare ad beneficiũ dicti c. odoardus. Quod ex eo

47 cõprobari potest, quoniã cõdenatus per tres conformes non gaudet beneficio dicti c. odoardus, vt est decif. in recollect. Sarnen. 22. incip. c. Odoardus, quod etiam sentit Sarnen. in compend. vtriusq; Signat. col. fi. vers. est tamè vnum aliud, dum concludit beneficium c. Odoardus. non dari condemnato per tres sententias conformes, vnde sicut condemnatus per tres conformes, & qui consequenter non potest appellare, ad no. in rubric. C. ne liceat tert. prouoc. nõ iuuatur dicto beneficio, ita cõdenatus in causa attentatorũ non debet posse gaudere, ex quo secundum veriore op. de iure neq; ipse appellat, vt deduximus supra in hac 3. parte, capit. 28. de sententia in causa attentatorum ferenda. in 2.

48 q. princip. num. 49. Tquod tamen sanè intelligerem nisi in fauorem attentantis in fructibus cõdenati cõcurrerent aliquæ cõiecturæ, quæ illum à dolo possent excusare, puta si tempore attentationis fuisset minor, & possessionem cepisset vigore alicuius Breuis, quod prima facie videbatur sufficiens, licet re vera non fuisset validum, vt aliàs in simili considerauit Rot. in vna Toletana de Ertella, vt est in recollect. Mohed. decifio. 158. incip. in eadem, sub die 3. Februarij

49 1542. Titem & secundo intelligerè, nisi attentans cõdenatus in secunda instantia in fructibus, prius in prima instantia habuisset sententiam in eius fauorem, quia tunc pro fructibus, ac expensis vsq; ad primam instantiam decursus videtur, quod possit admitti ad cessionem bonorum, sicut videmus in simili, quod quis hoc casu admittitur in materia spoliij, vt est in recollect. Put. 1. dec. 222.

51 Quarto amplia, vt condemnatio, de qua agimus non solum fiat ad partis instantiam, verum etiam ex officio Iudicis, quando pars vel fuisset negligens in petendo dictos fructus, vel si petisset forsitan ex eo, quia constabat notoriè de non iure suo, non poterat Iudex ad eius instantiam nec etiam ipsa attentata reuocare, quod & si à docto. specificè non ponatur, ex pluribus tamen suadetur, Primò quia ita videmus, quod Iudex

in Iudi

in Iudicio rei vendicationis potest in fructibus etiam non petitis ex officio condemnare, quamuis enim non leue sit dubium, an in rei vendicatione hoc per Iudicè fieri valeat, de quo per Docto. in l. ex diuerso. de rei vendi. & in c. grauis. vbi Inno. tenuit opini. negatiuam. de restit. spoliat.

53 Tquia tamen contraria sententia, quam tenuit ibidem Ant. de Butr. fuit magis æqua, & Iuri consona reputata, & aliàs secundum eam fuit iudicatum, vt attestatur Guid. Pap. decif. 405. Sempromius. post princ. & nouissimè etiam Minfinger. in sing. suis obseruat. decif. 55. aliquoties, centuria 4. potest, & in hac attentatorum materia

55 hæc Ant. opi. retineri præsertim si per actorem fuerit generaliter petitum sibi ius, & Iustitiam administrari, vt considerat Minfinger. ibi. Secundo Tquia, quando Iudex pronunciat beneficium alicui debitum tunc ex officio potest condemnare in fructibus, etiam non petitis. Rot. decif. 5. aliàs 186. Auditor. de re iudi. in no. sed quando præsupponimus alicuius fuisse lite, vel appellatione pendente beneficio spoliatum, Iudex reuocando attentata videtur pronunciare beneficium esse ei (qui passus est attentata) debitum, & restituendum: ergo in fructibus etiam non petitis debet posse condemnare. Tertio quia condemnatio in fructibus videtur esse in pœnam attentatis, vt supra in princ. dictum est, T pœna autem dicitur respectiua, & commensurari delicto, arg. eorum, quæ post Bald. in l. Leuia. ff. de accus. tradit Deci. in cõs. 6. & protenui. in princ. Delictum verò ipsius attentantis non tam respicit partem, quàm ipsum Iudicem, cum attentans dicatur Ius, iudicem, & partem offendere, Rot. decif. 2. aliàs 14. fuit dubitatum. de restit. spoliat.

58 in no. T Immo in hoc delicto maius interesse potest præterdere Iudex, quàm pars, quia Iudex offenditur non solum quatenus actualiter cõtemnitur, verum etiam quatenus ille certo modo representat Ius ipsum, Vnde ratione huius maioris interesse non debet videri mirum si Iudex cõtra attentantem hanc pœnam condemnationis fructuum debet posse infligere etiam si pars de eis instantiam apud eum non faciat. Quarto in

59 simili Tquia videmus, quod Iudex ex officio potest attentantem in expensis condemnare. Rot. decif. 1. aliàs 13. si Iudex, vt lit. penden. in no. & dicemus latius infra in seq. pœna. numero III. Vnde ex supradictis non erit temerarium concludere quod Iudex possit attentantem ex officio in fructibus condemnare, Præsertim quia ratione sui contemptus posset Iudex etiam inuita parte attentata reuocare, vt admonuimus supra in hac 3. parte cap. 27. de iudi. & per quem attent. reuoc. numer. 7. versiculo circa primam inspectionem, Retenta autem hac cõclusionem circa duo est animaduertendum, T Primum est, quod licet hæc quarta ampliatiõ contraria videri possit his, quæ posuimus supra in 2. limit. primæ ampliati. nume.

61 37. T tamen contrarietas euitatur considerando quod ibi loquimur de fructibus, qui percipi potuerunt, in quibus, cum videatur attentans grauiori pœna affici, & magis ad rigorem tractari,

62 non mirum si à Iudice, qui etiam æquitatem ante oculos habere debet. l. quod si Ephesi. ff. de eo quod cert. loco, talis rigor videtur remoueri, vt ex officio non possit in fructibus, qui perci-

pi potuerunt condemnare, vt ibi, sed bene in perceptis, vt hic: Secundum est, quod si quaratur quid sit faciendum de istis fructibus, in quibus Iudex attentantem ex officio condemnauit, & cui erunt applicandi, responderi potest, T quod si essemus in casu in quo passus attentata potuisset petere reuocationem attentatorum, & similiter etiam fructus, sed sua negligentia illos petere omississet, si Iudex ex suo officio, & in pœnam attentantis condemnaret in fructibus, erunt applicandi ei, qui passus fuit attentata, cum in rei vendicatione, & etiam quando pronunciat beneficium alicui debitum, fructus, in quibus Iudex ex officio cõdenat, parti applicentur, vt dicta decif. Guid. Pap. 403. & Rot. 6. aliàs 186. Auditor. de re Iudi. in no. Tquod si essemus in casu in quo passus attentata non posset obtinere reuocationem attentatorum, & consequenter nec condemnationem in fructibus, puta quando notoriè constat de non iure ipsius, secundum ea, quæ regulariter diximus supra in hac 3. parte, cap. 34. de reo & exception. sibi cont. attent. compet. qu. 1. numero 21. tunc si Iudex ex officio velit attentantem in pœnam etiam in fructibus cõdenare, sicut nec res, quæ per reuocationem ab attentante remouetur ei restituitur, sed ponitur sub sequestro, Rot. decif. 2. aliàs 14. fuit dubitatum, de restit. spoliat. in no. & diximus dicta qu. 1. numer. 57. in 2. limit. regulæ ibi positæ, ita potest dici, quod isti fructus ponendi sint sub sequestro, consignando demum ei qui in petitorio obtinuerit,

65 qui reperiet rem cū fructibus extantibus quod plurimum videtur interesse, vt considerat Rot. decif. 10. aliàs 411. si lite. sub nume. 4. vt lite pend. in no.

Quinto amplia, vt fructus, de quibus ad præsens agimus, nõ solum veniant restituendi à die motæ litis, put videtur ordinariũ, ad no. in l. videamus. ff. de vsuris. & in c. grauis. de restit. spolia. & sentit Rot. decif. 6. aliàs 186. Auditor, de re Iudi.

67 in no. T verum etiam à die attentationis, occupationis, & intrusiois, quando scilicet prætenditur aliquid attentatum circa rem, T tum quia is

69 qui est in mala fide (prout est attentans, Rot. decifio. 5. aliàs 25. ex quibus. de restit. spoliat. in no.) tenetur à die occupationis. Rot. decif. 4. aliàs 24. fuit dubitatum. eo. tit. in no. T tum quia violentus spoliator tenetur à die violentiæ, vt notum est, & est decif. Rot. 5. aliàs 25. ex quibus inferebatur in princip. de restit. spoliat. in no.

71 ille tautè qui attentat æquiparatur violento, vt habetur in dicta decif. 5. atque etiam fuit aliàs dictum in vna Nullius Caltrorum coram D. meo Oradino. sub die 18. Martij. 1568.

72 Sexto amplia T, vt pro restitutione horum fructuum non sufficiat attentanti facere de illis depositum, quia regulariter nec in causa attentatorum, T nec spoliij admittitur depositum, vt fuit decisum in vna Spoletana paludum coram Paleotto, & aliàs sæpe in Rota, vt refert Caputaq. in recollect. suis, parte 1. decif. 19. incip. tertius.

74 & quod non sufficiat T verbalis oblatio, sed effectualiter sint purganda attentata, fuit resolutum in vna Rauennaten. Sancti Bartholomæi coram Quiroga prima Iulij. 1558. non obstante, quod in casu illo per attentantes fuisset præstita cautio de soluendo facta liquidatione, & esset factum

- 75 depositum vnus Iulij, & propterea valde videtur subsistendum de eo, quod nouissime pro cau-
rela tradit Mandos: in tracta. commissio. in 15.
formul. exclusiua attentatorum. ad med. dum
vult, quod pro purgatione attentatorum suffi-
ciat aliquid deponere cum obligatione de solu-
do illud plus, in quo fructus liquidabuntur, cum
hoc resolutionibus Dominorum contradicere vi-
deatur. Nec multum mouet decis. Mohed. 23. per
ipsum allegata, tum quia illa sola est, & pro hac
ampliat. pluries fuit iudicatum, vt refert Capu-
taquen. vbi supra, tum etiam, quia in libro meo
dictam decisio. Mohed. non inueni, nisi voluerit
forfan allegare decis. eiusdem. 311. quæ videtur
76 id dicere: & eò magis, quia non negatur, quod
ex aliqua iusta causa Patribus bene visa non pos-
sit admitti depositum, sed quod regulariter ad-
mittatur, vt ipse sentiebat, hoc & dictis resolutio-
nibus, & fauori attentatorum repugnat, & hoc
sentiens subdebat, & rectè Caputaquen. ibi, quod
77 si quo casu videretur admittendum depositum,
tunc debet esse totius, & integræ summæ, vt ibi
dem per eum.
78 Septimo amplia, & vt restitutio horum fru-
ctuum non possit retardari prætextu obiectionis cõ-
pensationis, nam contra attentata non admitti-
tur exceptio compensationis, vt firmauimus su-
pra in hac 3. parte cap. 24. de reo, & exceptionib.
cõtr. attentata cõpeten. qu. 28. per totam, quibus
79 adde, quod in simili dicitur quod inter spoliati-
os non admittitur compensatio fructuum, vt
est in recolect. Caputaquen. 2. decis. 114.
L I M I T A nunc eandem regulam,
Primo, vt nõ procedat in casu, qui colligitur
ex Franc. in c. paltoralis. §. verum, num. 21. de ap-
pellat. in quo fructus per viam attentati non re-
uocantur, nec ei, qui passus est attentata restitu-
80 tur, & videlicet, quando quis excommunicatur,
& appellat, & pèdente appellatione priuatur fru-
ctibus sui beneficii, quoniam si obtineat in cau-
sa appellationis, & pronuntietur excommuni-
cationem fuisse iniunctam, fructus tamen de perdi-
81 ti non restituantur per viam attentati, licet per
viam querelæ peti possint, vt dicit idem ibi.
82 Secundo potest limitari, & vt non procedat
quando notorie constaret de non iure petentis
attentata reuocari, tunc enim, sicut quando su-
mus in beneficialibus remouetur à petitione re-
uocationis ipsorum attentatorum, vt firmauimus
supra cap. 24. de reo & exceptionibus sibi cõtra
attentata competen. q. 1. nu. 9. & seqq. præsertim
nu. 18. ita etiam excluditur à petitione fructuum
per attentantem medio tẽpore perceptorum,
secundum quorundam opi. vt post Paris. conf. 12.
in isto Iudicio. nu. 5. & seqq. lib. 4. ibidem etiam
admonuimus. nu. 20.
83 Tertio videtur limitandum & nisi attentans es-
set pauper, quoniam stante paupertate, dat quã-
doque Signatura commissione, quod fructus,
& expensæ referuntur in fine litis, & etiam at-
tentanti talis commissio suffragaretur, si illa ha-
beret narratiuam spoliij attentati, & attenda per
84 sonarum qualitate (putat quia effemus in mino-
ribus, & mulieribus) paupertas probaretur etiã
per iuramentum, vt dixerunt domini in vna Leo-
dien. attentatorum coram Aldobrandino. 20.
Decembris. 1566. de quo etiam latius diximus

infra in 4. poena. nu. 145.

DECLARA similiter eãdem regulam duo-
bus modis,

- 85 Primo, & quod si attentans cõdēnetur in eu-
86 ria ad huiusmodi fructus restituendos, & nõ per
hoc esset facienda solutio horum fructuum in cu-
ria, sed in partibus, sicut dicimus in spolio, quod
condemnat in fructibus tenetur illorum solu-
tionem facere in partibus, vt fuit aliàs resolutum
in vna Cartagin. liquidationis fructuum co-
ram A. Augustino. sub die 18. Martij. 3. Aprilis, &
14. Maij. 1548. vt est decis. in recol. Put. 1. incip. 19.
lutio. sub rubr. de solut. cui concordat alia Tho.
de Than. 18.
87 Secundo, & quod licet fructus tẽpore late senten-
tiæ fuissent pendentes, tẽpore verò execu-
tionis essent iam separati à solo, & in area pœnes
colonom, nihilominus ventunt sub mãdato exe-
cutiõis, & in executione sententiæ capi possunt,
vt fuit aliàs dictum in vna Placentina catri lar-
matis coram Peregrino 19. Octobris 1549. vt est
decis. in recolect. Put. 6. fructus. sub rubr. de fru-
ctibus, de qua meminit (licet de Puteo mentione
non faciat) etiã Papazon. in addit. ad decis. 31.
fuit dubitatum. de rescript. in no. & dicitur ibi,
88 quod fructus eo casu veniunt tanquam pars rei,
cum quæ concordat etiam decis. in recolect. A.
Augustini 48. libro 3. incip. idem in Placentina.
89 Quod potest facere etiã ad propositum nostrum,
quid enim si nec pars petierit hos fructus, nec lu-
dex ex officio attentantem cõdemnasset, tunc,
quia in eis non esset facta condemnatio, videret-
ur dicendum, quod passus attentata eos in exe-
cutione sententiæ capere non posset, & tamen
quia hoc casu (quando tẽpore sententiæ fuissent
pendentes, & tẽpore executionis in area penes
colonom veniunt tanquam pars rei) poterit pas-
sus attentata si non in pœnam, ex quo nõ fuit fa-
cta condemnatio, saltem quia sunt pars rei illos
capere, quod in contingentia facti multum pro-
desse posset.
90 Tertio & vtiliter & declara, vt ista restitutio fru-
ctuum per attentantem faciendã, ita demum fiat,
tã ad instantiam partis, quã etiã ex officio iudi-
91 cis si à parte petatur, & ideo tertius, qui nõ lit
in lite, non potest se opponere, & impedire, quo-
minus is, qui prætenditur attentasse, si in causa
principali obtineat, consequatur fructus rei, cir-
ca quam prætenditur attentatum, tum quia cui
denter apparer, quod illa non interest, & non ha-
bet interesse considerabile, postquam ipse non
venit ad litem, attentatorum autem reuocatio, &
consequenter restitutio, vel etiam ammissio fru-
ctuum non fit ad instantiam illius, cuius non in-
terest, vt patet de eo, de cuius non iure constat,
vt diximus supra cap. 24. de reo, & except. sio.
92 cont. attent. compet. qu. 1. nam licet decretum
irritans, quod est in c. 2. vt lit. penden. in 6. videat-
ur inficere possessionem, vt omni profus iuris
adminiculo carere videatur. Sarnè. de triennal.
qu. 49. Ant. Gab. commun. conclus. libro 6. de
clausulis, conclus. 3. numero 50. & consequenter,
etiam fructuum acquisitionem impedire videat-
93 tur. Quia & tamẽ huiusmodi decreta non operã-
tur, nisi illo volente, in cuius præiudicium fuit attē-
tatum, arg. eorum, quæ ponit Sarnen. de triennal.
li. qu. 61. num. 20. Felyn. in c. dilectus. col. 5. de re-
script.

script. Ias. in l. 2. numero 25. C. de iur. emphit.
Cassad. decis. 20. de locat. cum alijs adductis per
Gabriel. vbi supra num. 25. & seq. in tatum, quod
94 etiam, si Iudex teneatur attentata reuocare, & id
tamẽ intelligatur si à parte petatur, cũ aliter nõ
teneatur impartiri officium suum: Ideo dixerunt
aliàs domini in vna Pacè. fructuum coram D. meo
Oradino. 20. Octobris 1570. quod capitulum
(quod per plures annos perceperat fructus Ar-
chidiaconatus illius ecclesiæ, dum inter diuersas
personas fuerat super eo litigatum, & esset re-
quisitum ab eo, qui demum dictum Archidiacono
natum obtinuerat, quod sibi dictos fructus resti-
tueret, & ad effugiendam huiusmodi restitutio-
nem daret contra eum de attentatis, asserens eum
lite pendente possessionem adeptum fuisse) non
poterat retardare hoc prætextu dictorum fructuum
restitutionem, tum quia tertius, (prout erat ibi
capitulum) non potest dare de attentatis, tum
95 etiam quia & litis pendenti licet faciat attenta-
ta, & inducat intrusionem, non tamen omnino
purè, sed quasi conditionaliter, si colligens vo-
luerit allegare litem, & dare de intrusione, &
vti dicto decreto, c. 2. vt lit. penden. in 6. quod nõ
fuerat in casu illo declaratum.

96 Q V A R T A poena attentantis est, & quod ille
debet in reuocatione per Iudicem in expensis cõ-
demnari, quamuis enim aliàs docto. inter se con-
97 sentire omnino non videantur, an scilicet con-
demnatio in expensis sit poena, de quo post Abba.
in c. numer. 23. vt lit. non contest. tenentem non
esse pœnam, & Riminald. in conf. 394. numer. 2.
lib. 2. pœnam esse affirmantem, & alios in vtran-
que partem per eum allegatos eleganter ponit
nouissime Io. Bapt. de Asin. in sua praxi iudic. §.
32. cap. 27. per tot. Quia tamen, idem ibi post a-
98 lios concludit & quod saltem respectu soluentis
sit poena, inter alias, & hanc posuimus, vt atten-
tans in expensis sit condemnandus, quod non fo-
99 lum suadet, & quia semper in curia, præsertim
in Rota solet fieri cõdemnatio in expensis, vt di-
cit Cassad. decis. 13. habuerat. num. 2. de rescript.
100 & verum etiam, quia id videtur sufficienter de-
duci ex eo, quod specificè hæc condemnatio ex-
pensarum in causa attentatorum non nullas vide-
101 tur habere prærogatiuas, prout est illa, & quod
possit fieri etiam post sententiam, & ex interual-
lo Rot. decis. 1. aliàs 13. si iudex, vt lit. pend. in no.
102 & quod etiam pro expensis sit faciendã execu-
tio antequã cognoscatur de negotio principali.
Rot. decis. 5. aliàs 99. si fiat condemnatio. de do-
lo, & contum. in no. de quibus supra latius dixi-
mus in hac 3. parte, cap. 30. de Priuileg. attentato-
rum in 22. 23. & 24. priuileg. numero 140. & pluri-
103 bus seqq. & quod etiam ante prolationem san-
tentiæ in negotio principali possunt taxari expen-
sæ in causa attentatorum, vt dicit Rot. decis.
37. aliàs 454. nota si fiat, de re iudic. in antiq. &
similia. Quæ omnia concludunt attentantem in ex-
pensis condemnandũ esse, & ideo omissis non
necessarijs disputationibus ista potest esse in pro-
posito

R E G V L A, videlicet, quod attentans est in ex-
pensis condemnandus, illaque tenetur ei, qui pas-
104 sus est attentata, restituere, & quam tenet etiã
nouissime Port. Imolen. conf. 66. nemini dubiũ.
num. 24. lib. 2. Quam

A M P L I A

105 Primò, vt cõtra attentantem possit fieri huius
modi condemnatio, non solum in ipsa sententia
quæ fertur super reuocatione attentatorum, ve-
rũ etiam, & post sententiam, & ex interuallo,
106 quamuis tenim iudex in sententia debeat regu-
lariter victum in expensis condemnare, & aliàs se-
107 cũdum aliquos faciat litem suam, & etiã si hoc
non fuerit peticum, vt multos id tenentes refert
Aufrer. in addit. ad decis. Tolos. 111. post princ.
& recenser etiam Vestr. in praxi ro. cu. lib. 8. cap.
2. sub nu. 8. & tradit etiam Io. Bapt. de Asin. in sua
praxi iudic. §. 32. cap. 2. in 33. limit. in princ. & facta
condemnatione pro principali, regulariter ex-
tingui dicatur officium mercenarij. ad id, quod
108 poterat peti tanquam accessorium. l. 4. C. de po-
sit. cum alijs adductis nouissime per Pet. Ant. de
Angustol. in conf. 7. contra Camillum, in princip.
& per tot. lib. 2. in causa tamen attentatorum si
iudex illam in sententia facere omittat potest
post sententiam condemnare. Rot. dicta decis. 7.
aliàs 13. si iudex, vt lit. pend. in no. cui in hoc con-
cordat etiam decis. 1. aliàs 444. nota si attentata.
de offic. iudic. in antiq. & alia Egid. 72. incip. lata,
& sequitur Mil. in verb. iudex qui reuocauit, fol.
109 175. & Hanc tamen primam ampliationem in-
telligit, vt procedat quando sententia lata super
attentatis omissa condemnatione expensarum
transiisset in rem iudicatam, vt expressè decla-
rat Rot. dicta decis. 1. aliàs 13. post princ. secus si
ab ea fuisset appellatum (præsупposito, quod ab
ea possit appellari, secundum opi. antiquorum, quã
tamẽ reprobauius supra in hac 3. part. cap. 28.
de sententia in causa attent. ferenda. num. 49. &
110 seqq. quoniã præsупposita appellatione nõ pos-
set secundũ regulã ordinariã fieri taxatio, nisi cau-
sa per tres instantias finita, & si fieret, deberet per
viã attentati reuocari, vt hanc regulã tradit Rot.
decis. 46. aliàs 831. nota dic. de re iudic. in antiq.

S E C V N D O amplia, vt ista cõdemnatio in ex-
111 pensis per iudicem fieri debeat etiam si non fue-
rit petita à parte, & quamuis enim Bartol. in l.
properandum. §. sin autem. C. de iudi. & in l. 3. §.
hoc autem. de dan. infect. in ea fuerit opi. quod
ad hoc, vt fiat condemnatio in expensis debeat à
112 iudice peti, quia tamen de stilo, & obseruantia
præsertim curiæ delphinalis cõtrarium tenetur,
vt est decis. Guid. Pap. 405. Sempronius. in fi. &
hoc idem de stilo & commu. obseruantia came-
rę imperialis teneri attestatur nouissime Mising.
114 decis. 55. aliquoties. centur. 4. & Quod etiam de
iure videtur, vt Iudex etiam nemine petente, in
expensis condemnare possit, vt post glo. in l. si
quis missum. §. iudex. ff. de damn. infect. & in l. qui
arbitro. ff. de arbit. Bald. in l. properandum. C. de
iudi. & Card. in c. calumniam. de pœn. tradit Lu-
dou. Bologn. in l. si finita. §. iulianus. numero 69.
ff. de damn. infect. quem refert, & in effectu sequi
videtur nouissime etiam Io. Bapt. de Asin. in sua
praxi iudic. §. 7. cap. 5. versiculo 77. citatio. nu-
mero 2. & clarius, ac plenius per eundem ibi. §.
115 32. cap. 2. in 54. ampliat. & vbi hoc magis commu-
niter teneri attestatur, & nonnullis modis de-
clarat, vt ibi per eum) non immeritò etiam in
terminis nostris potest concludi, quod iudex ex
se, & ex officio possit ad hanc condemnationem
deuenire, & eò magis, quia sicuti Iudex potest
atten-

attentantem in fructibus condemnare ex officio, etiam si pars noluit, aut non potuit id petere, vt conclusimus supra nu. 51. in 4. ampliat. ita ex eadem ratione, id debet quoad expensas iudici concedi, aliàs, cum in multis casibus necessario ex officio iudicis ex eo sint attentata reuocanda, quia pars non potest illorum reuocationem obtinere, vt ibidè annotauimus vtique his casibus talis reuocatio absque expensarum condemnatione procederet, si non posset fieri nisi parte petente, quod videtur absurdum. Et pro hac ampliatione (ne videatur omnino autoritate destituta) videtur decis. in recollect. Crescent. 180. expensar. sub rubr. de expensis, vt lit. pendente. vbi inquit, quod in vna Colonien. coram D. Picholomineo per maiorem partem fuit resolutum, quod expensarum factarum in negotio attentatorum, quando iudex ea ex officio reuocat debet resciri, quia etiam quando iudex procedit ex officio debet causam prosequenti victum condemnare in expensis, vt post Specul. Ant. de Butr. & alios ibidem allegatos ille ibi concludit.

TERTIO ampliari potest (& hæc respicit se cundam partem regulam) vt huiusmodi expensarum peti possint etiam si super negotio attentatorum fuerit inter partes transactum, & concordatum. 118 arg. eorū, quæ vniuersaliter dicunt Guid. Pap. decis. 55. si lite pendente (vbi post Io. And. hoc dictum tenere videtur) & ita in iudicando obseruari attestatur, & etiam Cappell. Tolos. decis. 5. incip. an si lite pendente, vbi Aufrer. in addit similiter attestatur, quod ita semper vidit seruari, & inter recentiores Minsinger. decis. 48. sed quid, centuria 4. & latius per Io. Bapt. de Asin. in sua praxi iudic. §. 32. cap. 2. in 38. ampliat. vbi id vno modo declarat: Quæ decis. licet vniuersaliter loquantur, tamen ad materiã attentatorum applicari possunt, quoniam transactio nõ impeditur propter vitium litigiosi. Bald. in c. 1. num. 9. de sequ. poss. & fruct. Et quãuis Guid. Pap. ibi, & latius apostilla apud eum, & etiam Minsinger. nõ nulla in contrariũ allegare videantur, & præsertim, quod quando sumus in expensis, quæ veniunt officio iudicis mercenario, sublato negotio principali, videtur etiã sublatũ officium iudicis in accessorijs: nihilominus, quia tamè ibidè ibidem hoc admittit in expensis, qui veniunt ratione cõtumacia, & particulariter Minsinger. ibi subdit, quod illæ veniunt ex tunc. si quis ius dicet. nõ obtinere. ad sustinendũ etiam in materia attentatorum hæc ampliationem potest considerari, quod cum attentans iudici non obtinere, immo in eo consideretur cõtemptus ipsius iudicis, vt aliàs sæpè dictũ est (cuius cõtemptus ratione etiã cõtumax videtur puniri in expensis) huiusmodi expensarum possunt certo modo appellari cõtumaciales, & in quibus attentans condemnatur in eius odiũ, contempum, & contumaciam. Præterea nec illud assumptum verum est in casu nostro, quod sublato principali sit omnino sublaturũ officium iudicis in accessorio, quia cum attentatorũ reuocatio fieri possit etiã part. nõ petente ex mero & puro officio iudicis, etiã præsupposita cõcordia inter partes remanet ius in iudice, quo mediãte potest ratione sui cõtemptus attentata reuocare, vt diximus latius supra cap. 27. de iudi. & per quem attent. reuoc. nu. 7. vers. circa primã inspectione: vnde si potest

principale, i. reuocatione attentatorũ facere ex se, & ex suo officio, cõsequenter etiã post concordiam partium poterit accessorium quoque, i. condemnatione in expensis facere: Et eò magis, quia dũ ipsi loquuntur de officio iudicis, intelligunt de mercenario, condemnatio autem de qua agimus & reuocatio attentatorũ, quæ fit per iudicem absque partis instãtia dicitur fieri ex officio iudicis nobili, vt est decis. Rot. 5. aliàs 433. nota nõ quid, vt lit. pen. in antiq. Ex præmissis itaq; ampliatio merito teneri potest.

QUARTO ex intentione Ioannis de Amicis in cõf. 6. nu. 5. quæ refert nouissimè Io. Bapt. de Asin. in sua praxi iudic. §. 23. c. 2. in 68. ampliat. in prin. ampliat, vt iudicio attentatorũ in tantũ vitiosus debeat victori in expensis condemnari, vt iudex id sibi reseruare non possit, sed statim partes ad eas rescindendas cogere debeat, Verũ, (vt rectè animaduertit Asin. ibi) hæc conclusio non videtur admodũ vera, cum docto. per eum allegati id non dicant, sed potius dicendum sit, quod privilegium attentatorum quoad has expensas in hoc consistat, quod expensarum rescindendarum antequã de negotio principali cognoscatur. Ro. dec. 5. aliàs 99. si fiat. de dol. & cõt. in no. & sequitur Io. Bap. de Asin. vbi sup. proximè.

QUINTO ampliari, vt pro harũ expensarum refectione nõ sufficit facere depositum, attentato, quod in cã attentatorũ regulariter nõ admittitur huiusmodi depositũ, vt fuit aliàs sæpè in Rot. decis. sum, vt attestatur Captaq. in recolle. suis, par. 1. decis. 29. aliàs 224. inci. tertius. Sicut nec in spolijs, vt in recolle. Peregrin. 2. deci. 246. & quamuis Mandos. in tracta. commissio. in 15. formul. exclusiua attentatorum contrarium sentiat, ab hac tamen ampliatione non est recedendũ, per ea omnia, quæ latius diximus supra in materia fructuum, in 6. ampliat. nu. 72. & seqq.

SEXTO similiter ampliari, vt pro harũ expensarum refectione non possit allegari compensatio, ex quo contra attentata non admittitur compensatio, vt firmauimus supra in hac 3. parte, cap. 24. de reo, & except. contra attent. compet. q. 28. per totam: Quibus adde in recollect. Put. 1. decis. 124. vbi voluit, quod expensarum in causa attentatorum non sint compensandæ cum expensis in causa spolijs.

SEPTIMO ampliari, vt attentans non solũ sit condemnandus in expensis factis in iudicio reuocationis attentatorum, verũ etiam in expensis factis coram primo iudice, qui post inhibitionem attentando processit, & pronunciauit, quoniam & in expensis prioris iudicij, est faciẽda cõdemnatio, tum quia, & aliàs expensarum factarum in vno iudicio, possunt quandoque recuperari in alio iudicio, vt colligitur ex decis. 47. aliàs 353. si auditor. de appellatio. in no. tum etiam quia si in expensis prioris iudicij per iudicem attentata reuocantem non fieret condemnatio tanquam de expensis (ex quo verè coram eonõ sunt factæ) venirent tamen dictæ expensarum tanquam damna, quæ in hoc iudicio reuocationis attentatorum veniunt a die attentationis, etiam consideratis sumptibus, quos quis facit, vt dicemus infra num. 155. & seq. & ita aliàs factũ, & iudicatum vidi in vna Cesenaten. Attentatorũ sub die 6. Martij. 1551. per Auditoris Cameræ Locumtenentem,

LIMITA

LIMITA nunc eandem regulam
PRIMO, vt colligitur ex his, quæ aliàs ponunt in proposita expensarum materia Docto. vt nõ procedat hæc condemnatio in expensis contra attentantẽ, quando ille (licet in prima instãtia obtinisset sententiam fauorabilem, videlicet eũ non attentasse, & non teneri ad purganda attentata) in secunda tamen, vel tertia instãtia fuerit demum cõdemnatus ad illa purganda, nam hoc casu videtur ille excusandus a refectione expensarum quasi habuerit iustam causam litigandi, quæ iusta causa quãuis aliàs vniuersaliter & regulariter soleat ab expensis excusare, vt per docto. præsertim Ias. in l. properandum. §. siue autẽ. C. de Iudi. quod communi docto. calculo teneri attestatur nouissimè Granat. apud Vestr. in praxi ro. cu. lib. 8. cap. 2. nu. 2. præterquam in curia Romana, in qua raro consuevit, præsertim in Rota hæc iusta causa admitti, vt annotauit idem. dicto cap. 2. num. 10. quia tamen idem Vestr. ibidem post alios firmat, quod etiam is qui habuit primam sententiam in fauorem succumbens ex nouiter deductis in secunda, vel tertia instãtia excusatur ab expensis, quasi illa etiã in curia (in qua in materia expensarum strictè proceditur) reputetur iusta causa litigandi, nõ video ratione quare hæc doctrina ad materiã nostrã attentatorum adaptari nõ possit, quã distinctionem, an ista succumbentia in secunda, aut tertia instãtia proueniat ex ipsiẽm actis, vel ex nouiter deductis, ponit etiam & communiter teneri attestatur Guid. Pap. decis. 37. incip. quid dicemus ad med. & est in recollect. Chiffanen. decis. 55. & Peregrin. 2. decis. 49. & nouissimè Minsinger. sing. obser. cent. 2. decis. 89. incip. dogma illud, vbi tamen post Saly. & alios per eum alleg. notab. limitat præmissa, vt non procedant, quando illæ nouæ probationes concernerent factum proprium ipsius succumbentis, quia eo casu ille ab expensis non excusaretur, vt ibi per eum latius. Generaliter autem de huiusmodi expensis, & illarũ excusatione præsertim ex nouiter deductis latè, & eleganter habes nouissimè per Io. Bapt. de Asin. in sua praxi iudic. §. 32. cap. 2. in 6. ampliat. Quibus adde in recollect. Caputaquen. parte 1. decis. 287. incipit, quando sententia, vbi refert in vna Gerunden. nullitatis censurarum coram Fantuccio fuisse resolutum, quod quando sententia ex nouiter deductis reuocatur, pars non condemnatur in expensis, nisi fiat quandoque ex aliqua iusta causa iudici bene visa, prout solet facere aliquando Rota & potest poni exemplum, quando narratur paupertas, & minor ætas, & huiusmodi, quia hoc casu confitit de paupertate, vel esset attentans ad mittendus ad beneficium, c. odoardus. de solut. vt his attentis aliàs in spolio tenuerunt Domini in vna Toletan. de estrella sub die 3. Februarij. 1542. vt est decis. in recollect. Mohed. 118. incip. in eadem. sub rubr. de solut. & vel forsan essent expensarum referuandæ in fine litis, cum hoc sit regulare, quod narrata paupertate soleat Signatura id cõcedere, quod expensarum referuatur in fine litis, vt docet Vestr. in praxi ro. cur. lib. 7. capit. 1. sub nom. 8. & ante eum Staphil. de lit. grat. & Iust. in 2. parte. fol. 162. versicul. sed si per contra dictas: Quod etiam iuri cõmuni videtur confo-

nũ. ad no. in c. olim. el. 2. & ibi. docto. Præsertim Abb. in summano de restitu. spoliat. Præmissa tamen sanè intellige, vt commissio obtenta à Signatura, quod expensarum, & fructus referuentur in fine litis, ita demũ suffragatur attentanti si commissio habet narratiuam spolijs attentati, aliàs secus, vt fuit resolutum in vna Leodien. attentatorum coram Aldobrandino 16. Decembris. 1596. In qua illud etiam ad propositũ fuit additum, quod narratis attentatis paupertas posset probari per iuramentum, attentata personarum qualitate, puta quia minores, & mulieres essent. Et si oppositum natur de his, quæ diximus supra. nu. 43. & dũ conclusimus in materia restitutionis fructuum (in quibus attentans fuisse cõdemnatus) quod eo casu ille nõ potest admitti regulariter ad beneficium dicti c. odoardus, quod in materia expensarum hinc etiam gamus, potest ad hoc dici, quod sit diuersa ratio inter fructus, & expensas, quia quando agimus de fructibus restituendis tractamus de lucro captado, quia ille verè eos percepit, & nisi restitueret locupletaretur cũ aliena iactura, & ex hoc nõ videtur equũ, quod admittatur ad dictũ beneficium, quæ ratio cessat in expensis, quas nullomodo ab aduersario recepit, sed illis erogatis etiã semetipsum exinanivit, & consequenter tractat de dano vitado, inter quos (vt notũ est) militat lógè diuersa ratio, & propterea aliàs ex iusta causa, & Patribus bene visa in vna Anconitana, seu Spoletana attentatorum coram D. meo Oradino videtur inclinasse Domini, quod etiam nõ facta totali huiusmodi expensarum refectione potuerit procedi in negotio principali.

DECLARA pariter eandem regulam duobus modis:

PRIMO, vt expensarum (ad quarum refectionem attentans secundum regulam prædictam cõdemnandus est, taxentur hoc modo, videlicet quod pro sententia, & notula ipsius tantum taxetur quantum pro sententia diffinitiva, pro registro quantum extimatur, pro procuratore, sollicitatore, ac aduocato ad arbitrium iudicis, vt iste taxandi modus est expressus in decis. 5. aliàs 99. si fiat condemnatio. de dolo, & contum. in no. & decis. 37. aliàs 454. nota si fiat. de re iudic. in antiq. & post Manfred. lib. 2. prædic. conclus. super attent. conclus. 223. idem tenere videtur nouissimè Io. Bapt. de Asin. in sua praxi iudic. §. 32. cap. 2. in 68. ampliat. nome. 4. Quod vltimum de arbitrio iudicis limitari potest, vt (vniuersaliter in omni expensarum genere) declarat Granat. apud Vestr. libro 8. cap. vlt. numero 36. nisi quis verè, & plenè probaret se tantum erogasse, quia tunc cessat iudicis arbitrium, vt per eum latè. Et similiter, quod si quis procurasset, vel aduocasset in causa propria, licet has expensas regulariter repetere, & consequi non possit, arg. eorum, quæ ponit Rot. apud Bisignet. de procurat. decis. 5. incip. inducens, & quæ ponit circa hoc Tiraq. in tracta. retract. §. 29. glo. 4. sub nom. mero 5. & seqq. si tamen eas peteret non, vt salarium, sed, vt damnus, & interesse, quia in terim alia neglexisset, illas hoc casu cõsequeretur, vt generaliter in omni casuarum genere loquens tradit nouissimè Minsinger. sing. obser. cent. 4. decisio. 68. si quis. & vbi hanc opinionem crebris receptam, & secundum eam fuisse iudicatum attestatur

statu, de cuius dicti veritate late, & eleganter nouissime per Io. Bapt. de Afin. in sua praxi iudic. in dicto §. 32. cap. 2. in 66. ampliatione, per totam.

S E C V N D O declara, quod licet soleat dici, quod attentata etiam cum expensarum refectio nesunt ante purganda, quam procedatur in negotio principali: Rota decisio. 2. alias 113. tres sententia. dere Iud. in no. etiam vsque ad obolum. Bald. per illum tex. in c. conquerente, de restit. spol. vt latius diximus supra cap. 29. de purgatione attentatorum. num. 21. hoc tamen non procederet, quando huiusmodi expensarum non essent liquide, quoniam si data semel dilatione, ad illas liquidandas non fuerit omnes sufficienter liquidata, tunc facta in liquidis satisfactio, pro 156 ceditur in negotio principali, & quando cum que superueniat reliquarum liquidatio, fit satisfactio, vt fuit dictum per Dominos in vna Anconitana computorum, siue attentatorum coram D. meo Oradino. 10. Martij 1567. Quod dictum etiam ad refectioem damnorum, & interesse, accommodari debet. Nam & ibi agebatur de refectioem tam expensarum, quam interesse.

T E R T I O hac materia expensarum declarari potest vtiliter, quod sicut (vt praefertur attentans est condemnandus in expensis, & ita etiam vice versa si is, qui dicit contra se fuisse attentatum male, & temere petat attentata reuocari & in causa succumbat, videtur, quod sit in expensis condemnandus, sicut dicimus in simili de male appellante, secundum Afflic. decisio. 42. referente, quod tamen sane est intelligendum, quod licet 160 possit condemnari in expensis, si tamen illas non rehceret per hoc non prohiberetur procedi in petitorio, & negotio principali, quia diuersa ratio est in attentante condemnato, & in eo qui passus est attentata condemnato, siquidem primo casu non nisi refectis expensis procedi potest in petitorio, secundo vero casu etiam non refectis expensis valet processus, vt est (loquens in simili in spolio) decisio. Rot. 15. alias 319. licet spoliato. de 162 restit. spoliat. in no. & vbi ratio diuersitatis assignatur, per quam decisio in vna Terdonen. Archipresbiteratus coram D. meo Oradino sub die 16. Februarij. 1560. fuit ad propositum nostrum dictum, quod si intentans spoliatum attentatum suspenderit petitorium, & in Iudicio possessio per tres sententias succubuerit, potest absque refectioem expensarum conuolare ad petitorium.

Q U I N T A poena contra attentatam illa commiserari potest, quod teneatur etiam ad damna, & interesse refarcienda attentatorum passio, 165 quae poena, nemini videatur forsitan superflua; quasi damna sub fructuum, & expensarum poena tacite contineantur, quoniam contrarium est verius, cum expensarum nomine damna non veniant, nec contra, vt post alios declarat eleganter Io. Bapt. de Afin. in sua praxi iudic. §. 32. cap. 4. in princip. & numero 3. & licet hac poena specificae, a docto. non ponatur, id tamen efficaciter ex his suadet. Primo quia, videmus in simili, 166 quod spoliator ad huiusmodi refarcienda damna tenetur, ita vt vsque ad obolum satisfacere teneatur. Rip. post alios. naturaliter §. nihil

commune. numero 50. ff. de acqui. possess. Paris. consilio 1. numer. 146. & seqq. lib. 1. & post Iaf. in cons. 172. col. 2. lib. 4. & Roland. in consilio 53. numero 25. lib. 2. tradit Io. Cephal. in consilio 236. Iuribus. numer. 12. libr. 2. & est decisio. in recollet. Paleott. 272. communitas. sub die 26. Iunij. 1558. Vnde si in odium spoliantis (vt praallegati dicunt) statutum est, vt ille ad damna teneatur, arg. a maiori id tanto magis concludi debet in attentante, in quo viget maior ratio odij. Rot. decisio. 2. alias 14. fuit dubitatum. de restit. spoliat. in no. & Secundo quia violentus tenetur ad damna & interesse. c. super eo, vbi omnes de his quae vi met. causa. l. si quando. C. vnde vi: At tertias autem equiparatur violento. Rot. decisio. 5. alias 25. ex quibus. de restit. spoliat. in no. merito concludi potest, quod hanc aliam poenam sustineat attentans, vt etiam damna, & interesse refarciat: Tertio; & melius, quia rem litigiosam scienter vendens tenetur ad omnia damna refarcienda, vt post Fab. de Monte in tracta. de empt. & vend. in 6. quaest. princip. nu. 56. tradit nouissime Minsinger. sing. obser. ceter. 1. decisio. 55. in c. rei litigiosae: Quarto quia iudicium attentatorum est restitutorium, & possessorium. Egid. decisio. 72. lata, & diximus 168 supra in prima parte in praefatione. nu. 78. in iudicijs autem restitutorijs, & possessorijs ex dispositione legis veniunt damna, & interesse, vt tradit docto. praesertim Odofred. Saly. & Ang. in l. videamus. la. 21. §. in Fauiana. ff. de iur. & licet alias eueniente casu in vna Roma. Venæferri, & attentatorum coram Robusterio, 18. Februarij. 1566. fuerit super hoc inter Dominos diuersitas opinionum, & dictum, quod passus attentata liquidaret damna, & interesse, & simul procederetur ad vltiora in negotio princip. & idem quod procedatur in negotio principali, & super liquidatione damnorum, & interesse fuerit resolutum in alia Legionen. attentatorum coram Grato. 21. Maij. 1568. & pariter nihil resoluunt in alia propositione eiusdem causae. 22. Octobris. 1555. alias tamen secundum praedicta fuit decisio in vna Cartagenen. decimarum coram 169 Caputaquen. quod attentata debent purgari etiam quoad damna, & interesse, antequam deueniatur ad negocium principale, vt est in recollet. eiusdem parte 2. decisio. 32. in c. attentata, Quae contraria videatur superioribus, posset intelligi, vt procedat, quando damna, & interesse sunt liquida, secus si essent liquidanda, prout praesupponunt supra allegatae decisiones: Quae conclusio ex his, quae ponunt alias Docto.

Ampliari potest tribus modis,

P R I M O, vt probata attentatione per testes, & alias legitime secundum ea, quae diximus supra in hac 3. parte cap. 26. de probat. attent. damna possint probari per iuramentum, quod (quia admittitur, quando sumus in violento, vt no. omnes in dicto cap. super eo, & in dicta l. si quando, & est decisio Rot. 3. alias 359. dubitatur. de iur. & damno dat. in no. quam extollit Felin. in c. sacro. numero 11. de sent. excommuni. & decisio. 2. alias 299. licet. de his que vi metusue causa 172 fuit in no. & vbi declaratur, an debeat praecedere taxatio iudicis, & in ea sit pars citanda, quibus concordat decisio Egid. 580. Iuramentum) contra attentantem quoque (qui, vt diximus violento

lento equiparatur) admitti debet.

S E C U N D O, quod hoc casu non solum veniant refarcienda damna, & interesse, quae quis substituit post litem contestatam super attentatorum reuocatione, verum etiam ea quae passus est antelitem contestatam a die attentationis, tertiam si respicerent sumptus in conuocandis amicis, quoniam cum hac veniant in spolio, vt tradit Rip. in dict. §. nihil commune, num. 5. ff. de acqui. possess. in attentatis quoque sibi locum vindicare non videtur hesitandum, cum attentata maioris odij ratione, de spolio ad attentata argumentum affirmatiue semper procedere videatur: im- 175 mo, & damna huiusmodi videntur refarcienda non solum quando attentans delictum consumauit, puta possessionem lite pendente capiendo, verum etiam quando dumtaxat attentare attentauit, secundum ea, quae diximus supra in 2. parte, c. 4. de attent. lite pend. in 11. Ampliat. nu. 16. & per tot.

T E R T I O, amplia, vt pro refarciendis huiusmodi damnis ad effectum purgandi attentata non sufficiat facere, de illis depositum, attento, quod in causa attentatorum regulariter non admittitur depositum, vt fuit alias sepe in Rota decisum vt refert Caputaquen. in recol. suis parte 1. decisio. 219. in c. tertius.

Limitatur autem praedicta regula vno modo, 177 vt non sint refarcienda ea damna, quae non fuerunt causata per illum actum, qui dicitur attentatus, & de cuius purgatione agitur, sed per alium actum, in quo faciendo attentans dicitur vsus iure suo. Exemplum stante molendino inferiori, fuit per alium licite aliud in parte superiori fabricatum, & dum inferior praetenderet non potuisse fieri, ex quo per superius retardabatur aqua, vt in machinam inferiorem non caderet, lis fuit inter eos inchoata, qua pedente superior, vt aqua rectius flueret ad suum molendinum attentando sepe fecerat, & cum superius molendinum mole re capisset, quia ille priori aqua utebatur, multitudo molentium ad superius confluebat, & dum instaretur pro purgatione attentati, & sepius remotione, cum fuisset resolutum, quod sepes esset destruenda, & attentata purganda, passus attentata petebat refarci etiam damnum, quod sibi inferrebatur ex eo, quod maior multitudo ad superius molendinum conflueret, attento, quod inferius molendinum plus ante, quam post locatum fuit, & eueniente casu in vna Tiburtina coram Thoma fuit, conclusum, quod damnus resultans ex concursu maioris multitudinis non erat refarciendum, ex quo per fabricationem superioris molendini non impediabatur, quo minus aqua inferius flueret, & consequenter licite potuit superius molendinum construi, & damnus praedictus censetur causari ab actu, in quo quis non attentauit, sed dicitur vsus iure suo, vt est in recollet. A. Augustini decisio. 403. in c. Thomas in tiburtina lib. 3.

Declara tamen hanc materiam damnorum, interesse, vt ad effectum retardandi cognitio- 179 nem negocij principalis & debeant esse liquida, secundum ea, quae diximus supra hoc eodem capitulum. in 4. poena, in 2. declarat. regula ibi positae. num. 156.

Sexta, consideratur contra attentantem pra-

180 na, quia is, qui lite pendente, seu alias attentando possessionem alicuius rei est adeptus, si illa possessione priuetur, ac fuerit spoliatus, quamuis alias dici soleat, quod spoliatus ante omnia etiam si fuerit fur, & praedo, est restituendus, in odium tamen attentantis, ac in eius poenam iura denegant huiusmodi intruso restitutionem, quod etiam de iure digestorum fuit introductum, vt tetigimus supra hoc eodem cap. num. 6. & tradit Cassad. decisio. 3. petens, in fine. de restitu. spoliat. & decisio. 9. in c. Rota in antiquis. numer. 3. de caus. possess. & propriet. nam possessio attentata non est restituibilis, nec habetur in consideratione, vt per Aymo. cons. 248. nu. 5. vers. sectando principaliter. lib. 1. & diximus etiam supra in 2. parte, c. 4. de attent. lite pend. in 4. declarat. princip. nu. 48. & seq. & est decisio. Rot. 17. alias 426. nota nunquid, de restitu. spol. in antiq. & cum dictis decisio. concordat etiam decisio. in recol. Put. 25. in c. ille qui attentando. sub rubr. vt lit. pend. vbi ita in vna Taruina mansionaria coram Thoma de Thanis. sub die 28. Aprilis 1544. fuisse resolutum attestatur, & alia in recollet. Caputaquen. parte prima decisio. 129. in c. spoliato non datur, vbi ita fuisse resolutum in vna Compostellana parochialis della baronia coram Achille. 9. Nouembris. 1552. affirmat, propter decretum ca. 2. vt lit. pend. in 6. & ibi Gemin. num. 12. & faciunt, quae habentur in recollet. Aragon. decisio. 28. & ita etiam fuit nouissime tentum in vna Burgen. praesentiorum coram Lancillotto pro Andrea de Pefquera contra Ferdinandum de Gusman. 3. Iulij. 1570. In qua dum dubitaretur an constaret de possessione Ferdinandi ad effectum restitutionis faciendae, Domini dixerunt non constare de aliqua possessione restituibili, ex quo Ferdinandus ingressus fuerat possessionem lite pendente, & indultum, de quo ibi non capiebat litigiosa: Idemque etiam dixerunt in alia Brixien. Nouembris. & attentatorum coram Sarmiento 8. Nouembris. 183 1568. pro qua facit in simili, & quia nec etiam execrabilis, si spoliatur, restituitur, vt fuit alias dictum in vna Vicana beneficiorum coram Decano, vt est decisio in recol. Guid. bon. 136. fuit tentum. de restitu. spoliat. & Et sicut attentans spoliatus non restituitur per supra dicta, ita etiam si is, qui attentando possessionem capit, petat se in illa possessione manuteneri, denegandum est sibi mandatum, de manu 185 tenendo, quia habens possessionem attentatam non est manutendus, vt tenuit Rot. in vna Theatin. archipresbiteratus 10. Octobris 1560. coram Caputaquen. vt est in recol. eiusdem parte 1. decisio. 229. in c. cum lis, vbi voluerunt Domini, quod mortuo reo possessore si colligens capit possessionem dicatur attentare, nec possit in tali possessione manuteneri. Quod etiam fuit dictum in alia Romana parte partis tenentae Molariae pro Domina Portia de annibaldis contra Io. & Gaspare de Annibaldis, de Molaria. sub die 6. Martij. 1570. coram Lancillotto, atque etiam in alia Firman. sancti Stephani coram Aldobradino 26. Maij. 1564. & in alia Salernitan. sancte Mariae coram Cotra 4. Maij. 1572. & in alia Nursina prioratus coram Sarmiento 8. Februarij. 1563. Quod autem si quis antequam dicitur attentare, de sua possessione attentata fuerit super ea manutentus, & obtinuerit mandatum, de manutendendo ab Auditore Camerae, Tract. de Attent. Z

& dein de eius aduersarius dederit de attētatis, & tandem fuerit desuper commissa causa in Rota, cum clausula sine praiudicio legitimæ executionis mandati de manutenendo Auditoris Camera, an super dictis attentatis sit prius procedendum, quàm dictum mandatum sit plenariè executioni demandandum, vel super utroque sit procedendum? & in vna vercellen. coram Reumano. 20. Octobris 1555. fuit resolutum quòd possit procedi super utroque: Quæ autem diximus, de attē tante non manutenendo procedunt, & etiam si ille prius possederit, & prætenu continuationis velit excusare attentata, secundum ea, quæ late diximus supra in 2. parte, c. 4. de attent. lit. pend. 188 limit. 1. princ. per tot. continuare & enim non dicitur quis possessionem, à qua antea eiectus fuerat, nisi tamē id fuerit factū incontinenti post quàm quis fuerat eiectus, & per modum recuperationis, vt ibidem diximus in 6. Ampliat. nu. 25. Et ex eadem ratione, quæ prohibet attentantem debere manuteneri, & sibi denegatur mandatū, 190 de manutenēdo per supradicta, potest tamplā do dici, quòd sibi non sit danda absolutoria, si ille commississet causam iactationis, & iactationū. 191 Quamuis enim committens hoc casu & causam iactationum censeatur reus. Deci. in c. cū inter. num. 14. de except. & in c. ex litteris. numer. 7. de probat. & Contard. in l. diffamari. qu. 1. nume. 19. C. de ingen. & man. & regula sit, quòd actore nō probante reus debeat absolui, iuribus vulg. tamē eueniente casu in vna Tuden. parochialis, de Tabucia, coram Grato. 10. Nouembris. 1567. Domini tenuerunt Francisco (cuius erat attētata possessio) non esse dandam sententiam absolutoriam, ea ratione moti, quia & attentata possessio non meretur commodum possessionis. Quamuis autem attentās non sit manutenendus per supradicta, & inhibitiō ad instantiam possessoris vi deatur certo modo virtualiter quædam manu- tentio, & illa tamen iuxta formam commissio- nis etiam ei, quem prætenditur attentasse, conce- ditur, immo & si sua commissio reformetur, & vi- gore reformationis ex aduerso petat iuxta eius formam inhiberi (licet neque ista denegetur) ad- ditur tamen decretum sine praiudicio præcedē- tis inhibitiōnis, vt fuit factum in vna Tolotana portionis coram Grato. 24. Ianuarij. 1564. & 28. Aprilis eiusdem anni, vt adnotauimus supra cap. 20. de attent. post inhib. in præfat. quæst. 4. quan- do sit inhiben. in 7. limit. nu. 163. Datur tamen ca- 195 sus, in quo is, qui lite pendente adeptus est pos- sessionem rei, super qua litigabatur, si sine cita- tione spoliatur, etiam vigore mandati executiui veniat restituendus, quando scilicet in eum fuis- set lite pendente translata possessio ex causa nec- cessaria, puta dationis in solutum, vt fuit dictum in vna Senogalien. præseni spoliij domus, coram A. Augustino 19. Nouembris 1557. & annotauimus latius supra c. 4. de attent. lit. pend. in 8. limi- ta. princip. 196 Septima potest considerari pœna, vt attentās nō possit dare obiectus, quāuis enim aliās reus, præsertim possessor possit contra actorem dare obiectus, cum sufficiat sibi vincere per non ius actoris, etiam si reus prædictus non habe- ret, Rot. decif. 7. aliās 419. nota an reus, de excep. in antiq. & decision. 4. aliās 160. Reus, & possessor.

de re Iudic. in no. si tamen iste reus possessionem accepisset lite pendente, & sic attentādo nō pos- set dare obiectus. Rot. decif. 5. aliās 433. nota nun- quid reo, vt lite pendente. in antiq. repetita apud Bisignett. decif. 1. nunquid reo. eo. tit. vt lit. pend. Vnde attentans hoc casu substat hanc pœnam, quòd priuatur facultate dandi obiectus, vt ani- maduertimus etiam supra, in hac 3. parte, ca. 24. de reo, & exceptionibus sibi contra attent. com- pet. q. 1. nu. 39. in prima ampliatione Regulæ ibi posita.

Et has supradictas septem pœnas in quolibet attentatorū genere locum sibi vindicare dicendū est: Nunc iuxta ordinem supra positum nu. 6. de ueniendo ad alias pœnas, quæ particulariter cer- ta attentatorum genera respiciūt, prout sunt ea, quæ lite pendente, item & quæ appellatione pen- dente attentantur (in quibus vltra præmissas nō nullæ aliæ sunt introductæ contra huiusmodi at- tentantes pœnæ.) Sciendum est, quòd attentans lite pendente præter iam dictas quinque alias se- cundum diuersitatem casuum, Attentans autem appellatione pendente duas alias potest pœnas incurrere, quæ hic successiue subiiciuntur.

198 Octaua & igitur pœna contra eū, qui lite pen- dente (puta emendo rem litigiosam, attentauit, illa est, quia rem emptam præscribere nō potest, nec vti accessione temporis sui authoris, ad tex. in l. 1. circa finem ibi, quòd si prior dominus. C. de præscript. long. tempor. quod per dictum tex. quasi sine contraditiōne firmasse videtur Bart. in dicta l. fin. C. de litigiosis, & ibidem Saly. sub numer. 4. quòd & si in se verum sit, & tenendum, Vnum tamen est, quod potest in proposito ali- quam facere difficultatem, quod post Bald. in lo- co per eum citato dixit Alex. apud Barto. in l. 1. 199 in verb. litigiosa. in fin. ff. de litigios. & quòd vi- tium litigiosi licet alienationem in possidēte im- pediat, non tamen impedit acquisitionem ab eo fieri, quod clarius etiam explicauit Mil. in verb. 200 litigiosa res licet. fol. 216. & vbi voluit, quòd pos- sessor hoc casu possit acquirere dominium, Vnde si emens rem litigiosam, quando est illius posses- sor potest in ea acquirere dominium, ergo dicen- dum videtur, quòd possit, etiā præscribere, & cū per præscriptionē acquiratur dominium, ad no. in leg. traditionibus. C. de pact. sed cum vna lex de- claret aliam, & iura iuribus sint concordanda. Il- 201 dum videtur, quòd possit, etiā præscribere, & cū per præscriptionē acquiratur dominium, ad no. in leg. traditionibus. C. de pact. sed cum vna lex de- claret aliam, & iura iuribus sint concordanda. Il- 202 vulg. dictum Mil. & Alex. & intelligēdum est de acquisitione dominij ex aliqua alia causa præter quàm per præscriptionem, & cessat omnis diffi- cultas.

203 Nona, & contra eos, qui super re litigiosa con- traxerunt his accedit pœna, quæ vtrūque respi- cit, tam emptorem, quàm venditorem, cū distin- ctione tamen scientiæ, vel ignorantia, & vt si emptor sciuit rem litigiosam, in pœnā teneatur rem reddere, & prætium perdere fisco applican- dum, si emptor fuit ignorans, & tunc venditori (in quo regulariter huiusmodi scientia est præsup- ponenda) infligitur hæc pœna, vt præcium em- ptori restituat, & insuper tertiam partem de suo, vt legitur clarè in dicta l. fi. C. de litigios. & ibi id- 204 dem tenent Bar. Saly. & ceteri scribes, & quòd si vterque fuerit sciens, non poterit emptor cōtra venditorem agere, propter regulam l. viro atque vxore. ff. solut. matrim. vt dicit Bar. ibi circa fi. & nouissimè

nouissimè eleganter post Bar. vbi supra, & Paris. in c. dilecto. num. 24. vers. & ideo idem. extra, de except. tradit Ofa. in decif. Pedemont. 144. in- cip. ex actis. num. 11.

207 Decima, & similiter contra eum, qui lite pen- dente attentauit potest pœna considerari (& hæc procedit, quando lis pendit, quia fuit intentatū interdictū vt possidetis, & ad terminos duntaxat illius interdicti restringitur) quæ colligitur ex his quæ fuerunt aliās resoluta in sacro consilio Nea- politano, videlicet, quòd intentatū interdictū re- tinendæ, & eo pendente, si altera pars alterā spo- liando attentauerit, attentans hoc casu non solum tenetur restituere rem ex officio Iudicis via attē tatorum, vt remissiuè diximus supra, nu. 14. vers. secunda pœna, sed etiam condemnatur, ad des- tendum à turbatione, & molestatione iuxta na- turam interdicti retinendæ, & consequenter spo- lium, vt præfertur, attentatum facit eum incur- rere aliā pœnā, quia perdit ius si quòd habebat in interdicto retinendæ, & facit eum in dicto Iu- dicio succumbere, vt est notab. decif. Afflic. 156. pro parte. num. 2. in fi.

208 Vndecima, & demum videtur, & considerabi- lis contra attentantem in certis casibus introdu- cta pœna, quòd si aliquis instituto Iudicio finium regundorum rem, super qua agitur attentando inuasit, atque occupauerit, non solum tenetur rem occupatam, verum etiam tātundem de suo illi qui fuerat passus attentata restituere, vt de hoc est text. apertus in l. si constiterit. ibi tantum agri modum quantum adimere tentauit ammit- tat, C. si. regund. per quem tex. aliās Iaf. in l. natu- raliter, §. nihil commune. num. 133. ff. de acquiren. possess. deducit argumentando à grauitate pœ- næ, qualiter spoliū attentatum est magis odio sum, quàm spoliū simplex, quod etiā post Iul. Frontinum in Codice Theodosiano pagina 170. simpliciter refert Hier. de Monte in tracta. fin. re- gund. cap. 34. nume. 9. vbi id, etiam post Bonif. de Vitali. in tract. male. in tit. de termi. moto. num.

209 6. ampliari videtur, & quòd si inuasor nō habeat tantundem de suo, vt possit restituere, tenetur ni- hilominus ad interesse. Quamuis autem atten- tans pendente iudicio finium regundorum præ- dicta pœna plectendus sit, & nō tamen hanc pœ- nam sustinebit, aut soluet ex modo priuilegiato, id est, incontinenti, & ante omnia, sed solum in li- 210 te superatus, & vt dicit ibi text. & ad alium effe- ctum videtur etiam considerasse Menoch. de re- cuperanda possess. remed. 9. q. 50. sub nu. 132. in fi. vbi plura circa dictam l. si constiterit adducit, ad ostendendum in quibus illa lex differat à reme- dio l. si quis in tantam. C. vnde vi. & verba illa ibi vsurpare voluit, & similia, de occupatione re ip- sa, & cum effectu intelligenda esse, reprobata, & merito quorundam modernorum aliter senten- tium sententia.

212 Duodecima & pœna est, (hæc autem respicit tantum casum quando sumus in spolio attenta- to cum violentia commissio contra dispositionē l. si quis in tantam. C. vnde vi.) vt attentans cum violentia non solum cadat à iure suo si est domi- nus rei, circa quam committitur attentatum, ve- rum etiam ipsam rem, quam occupauit restituat possessori, si verò alienarum rerum possessionem attentādo quis inuasit, posse sionem vna cum

rei extimatione restituere compellitur, secundum terminos dictæ l. si quis in tantam, cuius pœna, licet vniuersaliter respiciat omnes casus, in qui- bus quis violenter res ab alio possessas inuadit, quia tamen inter alios casus ille etiam considera- ri potest quando ista inuasio sit lite pendente, & sic attentatur, potest, ac debet hæc pœna, ad spo- lium cum violentia attentatum accommodari, quòd suadent verba dictæ l. ibi ante aduentum Iudicialis arbitrij, & clarus declarant glo. & post- eam Menoch. de recuperan. possess. fmed. 9. q. 44. nu. 304. dum volunt, quòd illa lex, & illius pœ- na vendicet sibi locum etiam quādo inuasio fuit facta post litem contestatam, & ante sententiam, 213 & consequenter lite pendente, & quòd inno- uans lite pendente, & contra inhibitionem cadat à iure suo, præsertim si hæc pœna fuerit in inhibi- tione expressa, sensu in specie Io. de Neuizza. in cons. 82. incip. pro Hieronimo. num. 12. vers. cū. 2. 214 principaliter. & illud autem prætermittēdū hoc loco nō est, quòd si quis ad reuocationem huius spoliij cum violentia attentati agere voluerit sim- pliciter petendo sibi duntaxat rei possessionem, qua per attentationem fuerat lite pendente spo- liatus restituui, implorando adhuc Iudicis officium, vtique sibi non esset hoc denegandum etiam per- viam priuilegiatam, vt sine libello, litis contesta- tione, ac ordine Iudicario restitutio fieret secū- dum ea, quæ diximus supra in hac 3. parte, ca. 25. 215 de process. in caus. attent. & Quod si vltra resti- tutionem possessionis vellet etiam consequi pœ- nam, vel extimationis, vel dominij ammissionis, tunc ad huiusmodi pœnam non se extēderet vti priuilegiata reuocationis attentatorum ex offi- cio Iudicis, sed esset agendum conditione ex- dicta l. si quis in tantam, vt rectè animaduertisse videtur Saly. ibi colum. penult. sub num. 12. ver- sicul. septimo quæ actio, & post eum Menoch. vbi supra qu. 46. numer. 310. Et quamuis ipsi nō- minatim non dicant, non esse hoc casu imploran- dum officium Iudicis pro attentati reuocatione pro hac pœna, Illud tamē expressè deducitur ex eo, quod concludunt, quòd ad pœnam agendum est conditione illius iuncta doct. Bart. in leg. non ab re. post princ. vers. ista lectura nō placet. 217 C. vnde vi, & vbi vult, quòd vbi datur ad pœnam conditiō ex aliqua lege censetur cessare officium Iudicis eo casu, prout etiam in casu nostro qua- tenus agimus de pœna, proculdubio cessare de- bet.

Decimatertia pœna (& hæc, & sequens non videtur respicere vniuersaliter omnia genera at- tentatorum, sed solum attentata appellatione pen- dente) illa contra attentantem introducta vide- 218 tur, & quòd si quis appellatione pendente aliquid (puta aduersarium spoliando) attentauerit, pri- 219 uetur beneficio, & facultate appellandi. & Quæ- 220 priuatio potest merito pœna appellati, & tum quia, & aliās constitutio, per quam quis excludi- tur à prosecutione appellationis pœnalis dicitur, vt considerat eleganter Franc. in cap. cupien- 221 tes. §. ceterum. numer. 2. de elect. in 6. tum quia attentans hoc casu videtur diabolo odiosior, cui si esset in iudicio appellatio non denegaretur, vt inquit Rot. decif. 16. aliās 354. cum iure. num. 3. de 222 dol. & contum. in no. & Quæ pœna videtur ex- pressè introducta Celestino 3. Authore Decre- Traç. de Attent. Z 2

223 talis an sit, de appel. qui ibidem in fin. formaliter ita respondisse apparet, Respondemus, quod cum in eo quis puniendus sit in quo deliquit, qui appellationi deferre neglexerit se beneficio redidit appellationis indignum. Et procedit hac conclusio retento intellectu illius tex. quod contra attentantem detur de attentatis per modum exceptionis secundum opin. Ant. de qua late ibi dem per Franc. in gloss. fin. numer. 7. circa quam licet multa dicantur ibi, per Docto. præsertim an eo casu quo datur de attentatis per modum exceptionis attentans excludatur ab omni appellatione, etiam in diuersa causa, & an exclusio intelligat pro prima vice, vel perpetuo: de quibus ibi per Ant. Panor. Franc. Deci. & alios, eorum tamen dicta subordinando, ita dici potest, quod

224 Regula, si sit secundum præmissum intellectu, quod attentans appellatione pendente in pœna excludatur à beneficio appellationis, quæ probatur per tex. ibi, & ex illo hanc regulam primo loco elicere videtur Franc. ibi. nume. 1. versicu. prima regula, & clarius numero 7. quam ultra præallegatos sensisse videntur Lanfranc. decis. 443. appellans, & Deci. in c. ex parte, el. 2. numer. 6. de rescript. & Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. sub nume. 159. & ibi quoque Io. Coraf. numer. 102. ff. de acqui. possess. dum vtuntur hoc loquendi modo, quod attentans priuatur beneficio appellationis, quod ea etiã ratione suadetur quoniam attentans plus Iudicem offendit attentando, & eum contemnendo, quam contumax in non veniendo, sed contumaci ob eius contumaciam censetur sublata facultate appellandi, ad l. 2. C. quorum appellat. non recip. & tradit post Panorm. in consil. 38. tria. column. fin. libr. 1. Ioan. de Neuizza. in consilio 36. sub numer. 6. merito, &c.

226 Ex quibus omnibus satis deprehendi potest, quam rectè senserit Didac. prædic. quæst. cap. 15. sub nume. 7. versicu. illud verò libenter addiderim. fol. 113. dum voluit, quod litis pendentiã, & vitium litigiosi non priuat quem facultate appellandi, etiam si lite pendente nactus fuerit possessionem rei litigiosæ, Quæ Regula

227 Limitatur, vno modo, quod vt non procedat in causa diuersa, quia à facultate appellandi in ea non esset attentans exclusus: quamuis enim Ant. ibi fuerit eius opin. quod exclusio extenderet se ad omnem, etiam diuersam causam, & in via disputatiua posset sustineri per ea omnia, quæ ponit Franc. ibi (qui pro faciliiori intelligentia sex casus considerat) præsertim circa fin. versicu. sextus casus, quod quia tamen idem Franc. ibidem testatur commu. opin. in hoc esse contra Ant. videlicet, quod exclusio intelligitur in eadem, vel conexa, non autem in penitus diuersa causa, secundum hanc attestatorem præsertim limit. firmauimus. Quam ex intentione Franc. ibi. sub nu. 2. vers. secundus casus, sublimita, nisi appellatio per attentantem interposita etiam in diuersa causa tenderet ad differendam reuocationem attentatorum antea commissorum, vt latius ibi per eum.

Declaratur pariter eadẽ regula duobus modis. Primo, vt quod dictum est attentantem excludi ab appellando non intelligatur perpetuo, sed pro prima vice, vt colligitur ex his, quæ ponit idem ibi vers. quartus casus. & Secundo, vt ad hoc

quod attentanti hæc pœna infligatur debeat passus attentata probare attentationem incontinenti, non autem ex interuallo propter verbum incontinenti positum in dicto c. an sit, quod non debet stare narratiuè, prout volebat ibi glo. quæ propterea ad illum text. addebat verbum maximum, sed dispositiuè, & propterea intra quantum tempus debeat hanc attentationem probare relinquatur arbitrio Iudicis, vt animaduertit, & declarat Menocch. de arbitri. Iudic. centuria 1. casu 16. per tot. vbi late hoc defendit.

Decimaquarta huic proxima est contra attentantem (secundum alium intellectum dicti capitu. an sit, de appel.) introducta pœna, quæ similiter respicit ea, quæ fiunt pendente appellatione, vt vt si is qui appellauit aliquid ea pendente (puta aduersariũ spoliãdo) innouauerit cõsentatur suæ appellationi renunciaffe, vt tradit glo. in capi. non solum. in glo. magna. circa fin. de appel. in 6. & post Anton. Hostien. Panor. & Imol. (qui omnes in hoc concordare videntur, licet aliqua fuerit inter eos circa tempus differentia, vt mox in prima ampliacione dicemus) late declarat Franc. in dicto capitu. an sit. in glo. 1. numero 8. & Deci. ibi. numero 1. & in consilio 103. in causa. post principi. vbi in id allegat etiam Imol. in c. ex parte, de rescript. Bal. in cap. ex parte Adæ. colum. 7. de testibus. Ang. in l. fina. C. de tempor. appellat. & Mathesil. in singulari suo 28. incip. nota, quod si actor, & idem Deci. in dicto c. ex parte, el. 2. numer. 6. de rescript. & nouissimè post plerosque ex supra allegatis, & Bello. in consilio 18. in fi. & Deci. in leg. 1. nume. 4. C. de bon. possess. secund. tabul. tradit Menocch. de recuperan. possess. Remed. 17. nu. 39. vers. quæro decimo. Quibus adde Lanfranc. decis. 443. appellans, & Rip. post Mathesil. vbi supra in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 159. ff. acqui. possess. & Minsinger. sing. obser. centur. 2. deci. 50. incip. quando appellans, & post Mathesil. vbi supra Io. de Neuizza. in consil. 36. sub nu. 10. vers. tertio moueor, & iterum consil. 82. incip. pro Hieronimo. nu. 12. post Hermanot. in §. nihil commune. l. naturaliter. nu. 239. ff. de acqui. possess. Qui omnes firmant hanc conclusionem, quod appellans attentando suæ appellationi censetur renuciare: Nec sine ratione, tunc, & alijs priuilegiatus faciens actum contrarium suo priuilegio censetur illi renuciare, ad no. per Inno. in c. accedentibus. circa princip. & in c. si de terra, de priuileg. & per docto. in l. 2. C. de Iur. domini. impet. Quæ conclusio

237 Ampliari duobus modis potest, primo, vt ista renunciatio, quæ videtur causari ab attentatis, non solum duret, ad tempus, & quousque fuerint purgata attentata (videbatur enim, quod per purgationem attentatorum cessaret causa prædictæ renunciacionis,) verum etiam perpetuo, ita, vt appellatio cui per attentationem fuit tacitè renunciatum etiam post purgationem remaneat, ac duret perempta, & licet Hostien. & Ant. in dicto c. an sit. tenuerint, quod renuciatio deberet esse temporalis quousque purgarentur attentata, & istam opinio. Imol. ibi magis æquam dixerit, vt refert Franc. ibi. nu. 5. Idem tamen Franc. ibidem in contraria sententia Docto. cõmuniter residere attestatur. Secundo ampliari potest, vt non solum hæc renunciatio resurdat quando

